Teſtes quatuor ad exonium probandum ſufficiunt.n. 27.de excuſatio.Teſtibus itidem contrarium probari poteſt.nu.28.eodem. 181
Teſtes ad futuram rei memoriam quando poßint examinari.art.2.gl.2.nu.20.de mater.poſſeſ. 258
Teſtes ut recipiãtur ad perpetuã rei memoriã quid requiratur ar.2.gl.una.n.3.de caußis benef.poſ.393
Teſtes nõ iterũ examinãtur in futuro exami.n.7. ibi.
Teſtes clarè deponant art.3. gl.una.nu.21.de inquiſitor.ſeu commiſſar. 323
Teſtes rogandi ſunt ſuper interrogatorijs & non ultra nu.24.ibidem. 324
Teſtes quando audiantur ſine partis citatione.art.12. glo.2.nu.8.eod. 381
Teſtes audiuntur ad perpetuam rei memoriam etiã non uocata parte.nu.9.ibidem. 382
Teſtes audiuntur appellatione non obſtante.artic.4. glo.una.nu.1.eodem. 384
Teſtes an plus decẽ recipiãtur ſuper eo.facto ar.uno. gl.1.n.1.de teſt.& quot ſuper unoquoque art. 393
Teſtes probatißimi priori loco ſunt producendi.art. uno.gl.8.nu.3.eod. 398
Teſtes ceſſant ſi ſit alia legitima probatio. art.4.gl. una.nu.6.de reproba.teſtium. 406
Teſtes an puniantur ratione criminis obiecti & probati art.5.gl.una.nu.8.eodem. 402
Teſtes non recipiuntur poſt publicationem. art.1.gl. 1.nu.7.de publica.atteſta. 417
Teſtes ultra decẽ quãdo tertius producere queat.ar. 1.gl.1.n.16. de areſtis & oppone. cõtra ea. 562
Teſti unico an & quando credatur.art.1. gl.3. nu.1. de citationib. 67
Teſti niſi iurato non creditur.art.2.gl.3.num.25.de conſuetud. 25
Teſtibus articuli conſuetudinis ſunt tradendi.nu.22. & ſeq.ibidem.
Teſtibus qui minatur malam præſumitur fouere cauſam.art.unic.glo.10.nu.3.de teſtib.&c. 400
Teſtibus eodem tenore ſermonis deponentibus creditur.nu.29.ibidem. 26
Teſtibus auditis ſine citatione partis quid agendum. ar.12.gl.2.nu.10.de inquiſito.ſeu commiſſar.382
Teſtibus prælegenda eſt depoſitio.art.23.gl.una.nu. 16.eo.& ar.uni.gl.una. nu.4.de teſti.392.& 400
Teſtificata à iudice criminali facta in cauſa ciuili nulla ſũt ar.1.& gl.una.n.29.de repro.teſtiũ.404
Teſtimonia cõfuſa, & teſtimonia tumultuaria utrũ melius.art.unic.6.nu.gl.2.de teſtib.&c. 397
Teſtimonia præſtita in eccleſia an uitientur.ar.1.& 2.gl.una.nu.25. de reproba. teſtium. 403

Teſtimonia

Teſtimonia cui parti danda ſunt in publicatione.art. 1.gl.1.nù.12.de publica.atteſta. 417
Teſtis an poßit dicere eſſe conſuetudinem. art.2. glo. 3.nu.39.de conſuetud. 27
Teſtis examinatus non citata parte non probat.art. 12.gl.2.nu.3. de inquiſi.ſeu commiſſar. 381
Teſtis eſt interrogandus de ratione dicti ſui.artic.17. gl.una.nu.1.eodem. 386
Teſtis non legitime examinatus nec quidem iudiciũ facit.art.18.glo.una.nu.18.eodem. 389
Teſtis precibus poteſt rogari,at illum ſubornare nõ licet.art.unic.gl.7.nu.5.& ſeq.de teſtibus &c. 398
Teſtis optimus quis dicatur.artic.1.gl.una.nu.1.de reprobat.teſtium. 401
Teſtis infamis an à iudice ſit repellendus, & an debeat iudex de conditione teſtis inquirere. art.5. gl.una.nu.10.& ſeq.eodem. 408
Teſtis interrogatus, nec amore nec odio, nec proprio commodo teſtari debet. art.23.glo.una.nu.17. de inquiſitorib.ſeu commiſſar. 391
Teſtium receptio quomodo impediatur. artic.1.glo. una nu.16.& 18.de reproba.teſtium. 403
Teſtium reprobationes à iudice diligenter conſiderandæ.artic.4.glo.una nu.4.& 5.eodem. 405
Teſtium dictis non contradicendum,ſed illi potius reprobandi.art.ult.glo.una.nu.1.eodem. 410
Teſtium dictis quomodo opponatur.& quomodo falſum deponentes perſonaliter ſunt citandi.nu.4. & ſequen.ibidem.
Teſtium examinatio in criminalibus an poſſit committi.art.2.gl.13.nu.48.de conſuetud. 36
Teſtium recognitio non expectatur in poſſeſſorio.ar. 7.gl.1.nu.27.de mater.poſſeſſ. 274
Teſtium priorum depoſitio non uitiatur ob ſupernumerarios.artic.uno.glo.9.nu.2.de teſtib. & quot ſuper unoquoque artic. 399
Teſtium & examinationis ad futuram rei memoriã expenſæ computantur.arti.5.glo.una.nu.18.de expenſis damnis & intereſſe. 451
Tigni immiſſione in parietem acquiritur poſſeſſio.nu. 191.in præfa.de mater.poſſeſſ. 245
Titulis inſtificanda eſt poſſeßio art.1. gl.una. nu.1.de cau benefi.poſſeſſ. 291
Titulo ex inualido poſſeßio.nu.7.ibidem.
Titulus in conſuetudine non requiritur nu.26.in præfa.de conſuetud. 6
Titulus iuſtus debet iudici apparere.art.2. glo.3.nu. 6.de mater poſſeſſ. 261
Titulus neceſſarius eſt in poſſeſſorio.art.1.gl.una.nu. 2.& ſeq.de cauſis benefi.poſſeſſ. 291
Titulus beneficij quando ſit exhibendus. art.8. & 9. gl.una.nu.27.eod. 305
Titulus habilis præcedit clauium traditionem & tradens claues transfert poſſeßionem niſi poßideat nu.67.in præfat.de mater.poſſeſſ. 232
Tolli non poteſt citatio etiam ex plenitudine poteſtatis.nu.31.in præfa.de citatio. 50
Tollitur citatio certis caſibus.nu.36.ibidem. 51
Tradidit uerbum, in inſtrumentis apponi ſolitum an inducat mißionem in poſſeßionem.nu.50.& ſeq. in præfa.de mater.poſſeſſ. 230
Tranſactio pendente reductione arbitri facta an ualeat.ar.1.gl.8.nu.23.de arbit. 207
Tranſactione facta tertius non deſinit proſequi. art. 1.gl.1.n.17.de areſtis & opponen.contra ea. 562
Tranſgreſſor conſuetudinis punitur.nu.72. in præfa. de conſuetud. 14
Tranſigendo ſuper iudicatis appellationi renuntiari cenſetur.art.15.gl.1.nu.9.de appella. 517
Tranſigi an poßit proceſſu in curia pendẽte.ar.4.gl. una.n.1.de literis impetrat.ad renũtian.prou. 552
Tranſlatione fortunarum ſuarũ mutatur domicilium. n.18.& 36.in præfa.de domicil.elect. 135.& 137
Tres præcipuæ cauſæ recuſationis.ar.9.gl.una.nu.9. de recuſa. 162
Tributorum ab impoſitione aut decimarum an appellatio recipiatur.art.7.glo.2.nu.14.de appel. 503
Triennalis poſſeßionis ratio habetur in beneficijs nõ in rebus prophanis.art.6.gl.1.nu.14.de cauſ.benefic.poſſeſſ. 299
Triennalis poſſeſſor ex ultimis annis dijudicatur.nu. 17.ibidem.
Tringinta poſt annos an appellatio ſit deſerta art.4. glo.1.nu.19.de appella. 493
Trina citatio quando à iudice poßit concedi.art.7.4. glo.una.nu.13.de contuma. 114
Turba uicem unius tantùm teſtis gerit.art.uno.glo.6. nu.1.de teſtib.& quot ſuper unoquoque ar. 396
Turba quibus actibus probãdis adhibeatur n.3.ib. 397
Turbans quomodo puniatur arti.1.glo.2.num.44.de mater.poſſeſſ. 255
Turbans in expenſis condemnatur.art.8. & 9.gloſſ. una.nu.8.de cauſ.benefi.poſſeſſ. 303
Turbatio noua nouum inducit remedium.art.2. glo. 2.nu.3.de mater.poſſeſſ. 256
Turbatus in præſentando agit.n.6.in præfa. de cauſ. benefic.poſſeſſ. 290
Turbatæ poſſeßionis quatuor remedia.art.2.gl.2.nu. 5.& ſeq.de mater.poſſeſſ. 257
Tutor ſuccumbens an expenſas à pupillo petere poſſit art.1.gl.una.nu.56. de expenſis damnis & intereſſe. 443

V

VACATIONVM ſolum tempore datũ eſt Conſiliarijs ſuas peragere cõmißiones. ar.4.& 5.gl.una.nu.1.inquiſ.ſeu cõmi. 374
Vacua poſſeßio tradenda eſt ſequeſtro ſub pœna amiſſionis cauſſæ art.4.gl.3.nu.3.de ſequeſtris. 325
Vagabundus domicilium eligere cogitur.arti.uno.gl. una.nu.2.de domic.elect. 138
Valor fructuum quomodo probetur.art.6.gl.una.nu. 7.de ſequeſtris. 328
Valor rei quomodo facilè poßit æſtimari.ar.1.nu.41. de fructib. 467
Valor fori attenditur,articu.ſexto.n.10.de fruct. 471
Valor rei quomodo probetur.art.8.glo.una.nu.10.de fructib.& eor.reſtitu. 474
Variatio nominanti conceditur. ar.5.glo.una.nu.13. de dilationib. 344
Varia tempora conſtituunt diuerſum agendi modum nu.224.in præfa.de mater.poſſeſſ. 248
Varietas tot conſuetudinum in Francia unde prodit.

artic.2.

arti.2.gl.13.nu.51.de conſuetud. 36
Vbi domicilium debeat eligi.art. uno.gl.una.numero 34.de domicil.electio. 142
Vbinam exonium fieri debeat.nu.22.de recuſa. 179
Vectigal qui longo tempore non ſoluit, propter id dicitur eſſe in poſſeßione non ſoluendi.nu.159.in præfa.de mater.poſſeſſ. 241
Venatio aut piſcatio an prohiberi poſſint.n.184.& ſeq.in præfa.de mater.poſſeſſ. 244
Vendens rem meam turbat me.arti.1.glo.2.num.21. de mater.poſſeſſ. 253
Vendere iuſtitiã grauius eſt, quàm beneficiũ uẽdere. art.1.gl.1.n.7.de ſala.taxat.pro uiſit.proceſ. 554
Venditor ſi ſit abſens,tutius eſt ut citentur eius amici.art.5.glo.una.nu.44.de dilationib. 347
Venditori etiam ſcienti facienda eſt denunciatio: ſed fideiuſſori facta non ſufficeret.art.5.gl.una.nume.27.& ſeq.de dilationib. 345
Venefici,& malefici & alij priuantur remedio appellationis.arti.7.gl.1.nu.11.de appella. 503
Veniens contra arbitrium,an in pœnã incidat,& an ſententia arbitrorũ reducatur in arbitriũ boni uiri.art.1.gl.5.nu.11.& ſeq.de arbi.& arbitra. 198
Verba debent intelligi ſecundum patriæ conſuetudinem.nu.69.in præfa.de conſuetud. 13
Verbales commiſſiones annullatæ. art.2.gl.una.nume.5.de inquiſitor.ſeu comiſſar. 370
Verbalis proceſſus commiſſarij quid comprehendat. ari.18 gl.una.nu 4.eodem. 388
Verbalis petitio fit in breuibus cauſis,ſed in magnis libellus offertur.ar.1.gl.1.n.14.de publ.atteſt. 417
Veritas in actibus uoluntariæ iuriſdictionis magis inſpicitur quàm probatio.art.2.gl.una.nu.8.de contumac.& defectu. 102
Varietate & probatione ſemel cognita,cauſæ cedendũ eſt:ſecas pertinax ad omnes expẽſas eſt condẽnãd.ar.1.gl.1.nu.15.de expenſ.dã.& intereſ. 439
Verus cõtumax quis ar.10.gl.1.nu.7.de contuma. 123
Veteris iuris obſeruatio in annotatione bonorum.ar.12.gl.2.nu.6.eodem. 126
Vi ſundum ingredi an liceat poßidẽti ciuiliter.nu.15.in præfa.de mater.poſſeſ. 227
Vi occupans non dicitur poßidere.art.6.gl.1.nu.13.de cauſ.benefi poſſeſſor. 299
Viatica ſolent taxari.artic.5.gl.una.nu.21.de expẽ.dam.intereſſe. 451
Viator non cogitur exhibere literas ſui officij.arti.1.gl.2.nu.3.de citationib. 67
Viator debet legere coram teſtibus citationem.artic.5.gl.3.& 4.de citationib. 83
Viatorés non poſſunt exequi extra ſuum territorium. art.1.gl.1.nu.2.eodem. 66
Vicarius in cauſſa ſui epiſcopi recuſatur.arti.9.gloſ.una.nu.30.de recuſa. 164
Victor ab expenſis appellare poteſt.arti.8.gloſſ.una.nu.3.de appella. 505
Victor uicto quandoque in expenſis condemnatur.ar.1.gl.una.nu.58.de expen.dam.& intereſſe. 444
Victus uictori regulariter in expenſis coudemnatur. nu.6.ibidem. 438
Victus in cauſſa appellationis in expenſis condemnatur.art.9.gl.una.nu.25.de appella. 509
Vim publicam ſi quis turbaret,criminaliter poſſet puniri.art.1.gl.2.nu.47.de mater.poſſeſ. 255
Vim inferentes in beneficijs priuãtur iure poſſeſſorio art.14.gl.una.nu.3.de caußis benefi.poſſeſſor. 312
Violentia prohibetur etiam in dependentibus beneficiorum.nu.6.ibidem.
Violento aliâs bonum ius habenti an beneficium adiudicari poßit.nu.4.ibidem.
Virgam deſerre qui apparitores poßint,& ubi art.1.gl.1.nu.3.de citationib. 67
Vis publica in beneficijs prohibetur.art.14.gloſ.una nu.1.de cauſ.benefi.poſſeſſ. 312
Vnde ui & uti poßidetis interdicta intra annum intẽtantur.art.2.gl.1.nu.4 de mater.poſſeſſ. 256
Vnica dilatio, & hac quanti temporis concedi debeat.art.4.gl.una nu.5.de citationib. 81
Vnica dilatio ad ſcribendum & producendum.art.4.gl.una.nu 1.de cauſ.benefi.poſſeſſ. 295
Vnica citatio ſufficit ad uidendum iurare teſtes.artic.12.gl.2.nu.4.de inquiſitor.ſeu commiſſar. 381
Vnico teſti an & quãdo credatur.ar.1.gl.3.de cita. 67
Vnico actu poſſeſſio quando acquiratur. nnm.188.in præfa.de mater.poſſeſ. 244
Vnicus defectus quando ſufficiat.art.7.glo.una uu.11. de contumac. 113
Vnicus dandus eſt commiſſarius in ſequeſtro.artic.3.glo.2.nu.3.de ſequeſtris. 324
Vnionem ſine citatione factam papa reuocat.nu.38.in præfa.de citatio. 52
Vnius facti appellatione quid ueniat.art.uno.gloſſ.3.nu.1.de teſti.& quot ſuper unoquoque arti. 395
Vnius articuli expenſæ ſtatim per ſoluendæ.articu.2.glo.una nu.6.de expen.dam.& intereſſe. 444
Vno in actu contumax tamen in alijs eſt citandus.arti.8.gl.2.nu.2.de contumac. 117
Vnus tantum decernatur commiſſarius artic.13.cum ſeq.glo.una.nu.9.de mater.poſſeſſ. 287
Vocandæ ſunt partes ad decernendum ſequeſtrum. art.1.gl.1.nu.22.de ſequeſtr. 317
Vocare in ius quid ſit.nu.5.in præfa.de cita. 45
Vocari an poßit appellatus corã iudice à quo, & ad quem eodem tẽpore.arti.5.nu.36.de appellat. 499
Vocatus ad maius tribunal,ab inferiore excuſatur.nu.nu.38.de excuſa. 182
Voce præconis quomodo fiat citatio.nu.72.in præfa. de citationib. 157
Voluntariè comparens ad citationem recuſati, uidetur renuntiare ſuis recuſationibus.artic.6.gloſſ.una.nu.4.de recuſatio. 158
Voluntarius ſequeſter poſteà fit neceſſarius.artic.1.gl.2.nu.21.de ſequeſtris. 320
Vſusfructuarij hæres non eſt ſaiſitus.arti.6.glo.una.nu.50.de mater.poſſeſſ. 282
Vſusfructus retentio transfert poſſeßionem.nu.91.& ſeq.in præfa.eodem. 234
Vſus hodiernus non exigit ſatiſdationem in poſſeſſorio art.1.gl.1.nu.1.de mater.poſſeſ. 250
Vſus ſolus habentibus cauſam diſcontinuam an ſufficiat,& ad præſcriptionem requiritur ſcientia.nu.143.& ſeq.in præfa.eodem. 239

Vſum uel ſeruitutem rei meæ impediens turbare dicitur.ar.1.gloſſ.2.nu.11.de mater.poſſeſ. 252
Vſus pro iure ſeruitutis.arti.2.gl.12.numer.3.de conſuetud. 30
Vſus pro actu utendi.nu.4.ibidem.
Vtendi rebus alienis facultas à conſuetudine nu.104.in præfa.eodem. 17
Vtendi modus quomodo probetur.arti.17.gloſſ.3.nu.38.eod. 27
Vterque actor & reus quando ſunt abſoluendi.art.8.& 9.gl.una.nu.13.de cau.benefi.poſſeſ. 303
Vtilitas defectus intra annum petenda.artic.8.gloſſ.1.num.14.de contumac. 116
Vtilitas interrogationum.arti.6.nu.7.cum ſeq.de reſponſ.per credit. 365
Vtilitas probationis ualoris ex regeſtis.arti.8.num.3.& ſeq.de fructib. 473
Vti poßidetis interdicti uſus quàm frequens in Francia.ar.1.gl.1.nu.1.de mater.poſſeſſ. 248
Vti poſſidetis interdictum cur ſic appelletur.nume.3.ibidem. 249
Vti poſſidetis an competat tantùm pro immobilibus art.9.gl.una.nu.3.eodem. 275
Vti poſſidetis interdictum utile pro rebus incorporalibus,directum pro rebus ſoli datur.num.1.in præfa.de cauſ.benefi.poſſeſſor. 289
Vti poſſidetis pro decimis,uel alio iure eccleſiæ datur.nu.2.ibidem.
Vtraque pars in expenſis commiſſariorum contribuere debet.arti.4.glo.una.numer.5.de expen.dam.& intereſſe. 449
Vxor an interrogari poſſit in cauſa mariti.art.4.glo.una.nu.4.de reſpon.per credit. 363
Vxorem ducens excuſatur à comparando.nume.40.de excuſa. 183
Vxoris bona pro mariti expenſis aduerſario adiudicatis an capi poſſint.art.5.gl.una.num.63.de expenſ.dam.& intereſſe. 456

FINIS.

FACULTAD DE DERECHO
BIBLIOTECA
GRANADA

TRACTATVS DE CONSVETVDINE, VSV, ET STYLO:

IN IVDICIIS VALDE frequens & vtilis.

RVBRICA,

Des couſtumes, ſtyls, & vſages.

PRAEFATIO.

1 IN LEGE Duodecim Tabularum (dicebatur) *Ritus familiæ patriæque ſeruanto.* Et ſic præcipiebatur Conſuetudinem ſeruari. Et alibi Cicero de legibus ait, ex patriis ritibus colunto optima. Vnde cum Conſuetudo vim habeat legis, imò vincat legem, l. de quibus. cum ll. ſequ. ff. de legi. quia antiquior fuit lege, vt inferiùs dicetur: ob id imprimis tractabimus de conſuetudine. Verùm quia multi interpretes in Conſuetudines Franciæ diuerſas multa conſcripſerunt, ideò ego breui ea præcipuè, quæ ab ipſis omiſſa ſunt, & quotidiana hic inſerere nitar. Inuocato prius Diui-
2 no nomine, ſine quo nihil fieri poteſt, vt in procemio Inſti. habetur. † Et quia in omni fere materia triplex poteſt emerge quæſtio, de iure (videlicèt) voluntatis, ſolemnitatis, & perſonæ, teſte Bal. in l. bonorum. col. ij. C. de bono. poſſe. ſecund. tab. ideò in his conſtitutionibus frequentiùs de his videbimus. Verùm vt propius ad hanc materiam accedamus, primùm omnium à definitione incipiemus: quærendo quid ſit Conſuetudo: ſecundò, quotuplex: tertiò ponam differentias inter Conſuetudinem & præſcriptionem: quartò, neceſſaria ad Conſuetudinem: Quintò, an Cõſuetudo tollat legem: ſextò, quam vim habeat Conſuetudo: quibus diſcuſſis ad tex. harum conſt. Regiar. veniemus: ibidem ſimul de vſu & ſtylo multa & præclara tractaturi.

Conſuetudines ſeruãdas lex duodecim tabularum ſtatuit.

Triplex in omni materia quæſtio emergere poteſt.

3 PRIMVM aggrediens dico: † Conſuetudo, eſt ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex, cap. conſuetudo, id eſt, diſtin. gloſſ. in cap. cæterùm. de teſtib. cogend. quam definitionem proſequitur Bart. in l. de quibus. ff. de legib. Panorm. & alij in rubric. de conſuetud. Ioan. Fab. & Ange. in §. ſine ſcripto. de iure natur. in Inſti. Ego aliter non diſcutio, cùm definitio in tex. decreti ſcripta ſit, & cum ea

Quid ſit cõſuetudo.

multi quoque pertranſeant, quamuis bene multi eam reprobent, & nouiſsimè Roch. Curt. in tract. de Conſuet. q. j. videte ſi poſsit definiri, quòd Conſuetudo eſt vſus longo tempore obſeruatus. probatur in d.l. de quibus. & l. ſed ea. eod. tit. Sufficiat nunc verbum hoc, Conſuetudo, intelligere: reliqua inferiùs dicentur ad hanc rem pertinentia, & vtilitati forenſi magis arridentia.

Quotuplex ſit conſuetudo.

SECVNDÒ duplex eſt Conſuetudo, vt iuris tradunt interpretes: vna, 4
facti obſeruantia, vt in auibus Conſuetudo volandi, & reuolandi. §. pauonum. de rer. diui. in inſtit. & Conſuetudo patris familias tam in loquendo, l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de lega. j. quàm in vtendo. l. ij. in fine. ff. de optione legat. & de alimen. & cib. leg. l. alimen. & l. vel vniuerſorum. ff. de pig. actio. & ego dicerem tunc accipi pro vſu, vt in l. naturalem. §. pauonum. ff. de acqui. rer. domi. Altera eſt Conſuetudo, quæ ex vſu longæuo inducta eſt, & vocatur ius non ſcriptum. d. §. ſine ſcripto. Inſtit. de iure natu. & hoc modo ius eſt, c. conſuetudo. j. diſt. docet Old. conſ. ccliiij. quia tota. col. j. & conſ. clxxij. quia omnes. col. ij. ibidem.

Quo tempore cœpit conſuetudo, & lex.

Et ſic capitur hic pro illo iure Conſuetudinario, quod exordium ha- 5
buit, ex quo homines conuenientes in vnum, cœperunt ſimul habitare: quod ab eo tempore factum eſſe creditur, ex quo Cain ciuitatem ædificaſſe legitur. Ius verò conſtitutionis à Moſe incœpit. Et ſic Conſuetudo antiquiorem ortum habuit. c. fi. §. ius verò. vj. diſt. Tamen melius eſt initium conſtitutionis, quàm Conſuetudinis, licet priùs fuerit Conſuetudo,

Lex Regia eſt filia conſuetudinis.

quàm les Regia, † ob id lex Regia Conſuetudinis eſt filia & alumna: & 6
non eſt mirum, quia Conſuetudo iuriſdictionem dare poteſt, & merum, ac mixtum imperium, l. viros. C. de diuer. offic. lib. xij. tex. in cap. cum contingat. in fin. de foro compe. vt inferiùs dicam quæſtio. vj. Et hoc eſt vtile ad conſuetudines huius patriæ, in qua maximè vigent, & ſunt à Rege confirmatæ.

Conſuetudines à Rege approbatæ Regis dicũtur conſtitutiones.

Et ſic hodie leges Regiæ conſuetudinariæ poſt confirmationem voca- 7
ri poterunt: licet anteà ſimpliciter Conſuetudines dicerentur: quia omnia noſtra facimus, quibus authoritatem impartimur. l. j. §. omnia. C. de veteri. iur. enuclean. c. ſi apoſtolicæ. de præb. in vj. Et quamuis ita ſcriptæ ſint, tamen non deſinunt eſſe Conſuetudines, vt in procе. Feud. iuris teſtantur interpretes. Et antequam à Principe ſint approbatæ, priuatæ dici poſſunt Conſuetudines, poſteà notoriæ. & ab omnibus tanquam leges obſeruandæ, vt inferiùs dicetur. vnde Bal. in rubri. de conſue. col. j. ſic ait, Conſuetudo habet diuerſas ætates, ſicut omne quod regitur tempore. Nam dum incipit eſt infans, dum adoleſcit, eſt adoleſcens, & eſt ſui vigoris quando eſt vir ſoliditate vigoris, ſed conſuetudo fatua nunquam efficitur vigoroſa. Et de multiplici Conſuetudine ſcribit Roch. Cur. in trac. de conſue. ſuper rub. q. iij.

Conſuetudo naturalis vel corruptela quando dicatur.

Conſuetudo tamen bona dicitur naturalis, quia prouenit ex inſtin- 8
ctu rationalis naturæ, quæ ineſt homini tanquam propria paſsio, & perfectio. Bal. in c. vno. §. j. in quibus cauſis feudum amit. quæ ſi mala fuerit vocatur corruptela, quia corrumpit, & contaminat vtentes. cap. cum venera-

bilis.

bilis.& c.ſi.de conſue.c.inter.de exceſ.præla.c.mala autem cõſuetudo. viij. diſt.& Cice.lib.j. de legi. ait tantam eſſe corruptelam malæ conſuetudinis, vt ab ea tanquã igniculi extinguantur à natura dati,exoriantúrque, & con-
9 firmentur vitia contraria.†Sed conſuetudo in dubio præſumi debet bona, & laudabilis,ex quo ciuibus placet,quia quod eis placet, generat concordiam,quæ ciuitatibus vtiliſsima eſt:teſte Fel.in c.ſi quando.col.viij. verſic. vbi verò.de reſcrip.quia in dubio non debet præſumi irrationabilis, & ſic delictum,l.merito.ff.pro ſoc.quod eſt verum, ſi ſit præter ius, ſecus ſi contra ius.Pan.& alij in d.c.ſi.

Bona præſumitur conſuetudo.

10 Quomodo cognoſcatur rationabilis,vel econtrario? Reſpon.rationabilis conſuetudo ex ſequẽtibus cognoſcitur. Primò,ex perſona eius, qui vult conſuetudinem inducere,vt ſi ſimplex ſacerdos manus impoſitionem,quæ in ſacramento confirmationis ab Epiſcopo præſtari ſolet,& alia,quæ ad Epiſcopum pertinent,per conſuetudinem acquirere velit.c.quanto.de conſue.Vel vt ordines conferre poſsit.contra c.j.& per totum. de tempo.ordi. facit c.ſacratas.xxiij.di. vbi non valet conſuetudo vt moniales tangant vaſa ſacra.

Rationabilis quomodo noſcatur cõſuetudo.

11 Secundò,dicitur conſuetudo irrationabilis ex perſona, cõtra quam inducitur,vt ſi contra Deum inducatur,non valet.c.ſi conſuetudinem. & ca. ſeq.viij.diſt.Ideò contra ius diuinũ conſuetudo nõ valet,c.ſi.de conſue. & ibi plenè Curtius.Itẽ contra honeſtatẽ,vel bonos mores.reg.non eſt obligatorium.de regul.iur.in vj.Clau.Seyſſel.in l.iuſtitia.§.j.ff.de iuſti.& iur. & malè adinuẽta,malæque cõſuetudines neque ex lõgo tẽpore, neque ex lõga conſuetudine confirmantur.§.nulli.in authen.vt nulli iud.collatio.ix.

Conſuetudo contra ius diuinum nulla eſt.

12 Tertiò,ex re ſuper qua conſuetudo fundatur,vt ſi quis velit per conſuetudinem acquirere,ne ſit ſubditus Papæ, vel procurationem Epiſcopo debitam tollere.c.cùm non liceat.& c.accedentes.de præſcript.c.cùm inſtantia.& c.venerabili.de cenſib.vel ſi quis velit acquirere ea, quæ competunt Principi in ſignum ſupremæ authoritatis.l.comperit.C.de præſcriptio.xxx. annor.

13 Quartò,ex modicitate temporis,quo obtinuit conſuetudo,vt in d. §.ſine ſcripto.de iur.nat.in Inſti.& inferiùs dicetur per d.l.de quibus. ff.de legib.Et ſic conſuetudo rationabilis eſt, quando tendit in animæ vtilitatem, vel in bonum publicum:& ſi contra hęc,irrationabilis.Gemi.in c.j.de conſu.in vj.& aliàs relinquitur arbitrio iudicis.Vlteriùs quãdo conſuetudo dicatur rationabilis,vel irrationabilis,docet gl.& Doct.in c.j.in verb.rationabilia.de conſti.lib.vj.& in c.cùm apoſtolus.de cenſib.Barb.in c. ex parte.ij. col.iij.de offi.deleg.& Pantha.Cald.in repe.l.ij.col.lxix. C. de reſcin.vend. Sed licèt arbitrarium ſit, tamen iudex debet conſiderare in approbãdo vel reprobando conſuetudinem tanquam irrationabilem,ad ea quę ſuprà ſcripſimus,ſi rectè iudicare velit.debet etiam proſpicere, ſi religioni cõueniat, ſi diſciplinæ congruat,ſi ſalubri proficiat, & eam tunc audacter poterit approbare,c.conſuetudo.j.diſt.

Rationabilis conſuetudo tendit in animæ vtilitatem,vel in bonũ publicum.

14 TERTIO videamus differentias inter conſuetudinem,& præſcriptionem,in quibus non modicus aderit fructus. Prima eſt, quòd in conſuetu-

Differentiæ inter conſuetudinem & præſcriptionem.

dine requiritur conſenſus tacitus populi,vel maioris partis. l.de quibus. in fin.ff.de legi. Vnde requiritur in illius probatione, quòd ſciente populo, & non contradicente quis vſus fuerit:vt in l. j. & ij. C. quæ ſit longa conſue.& per Docto.in cap. fin.de conſue. & inferiùs dicetur in probatione conſuetudinis. Præſcriptio autem conſenſum aduerſarij non requirit, ſed contra ignorantem currit,l.ſicut.in fin.C.de præſcrip.xxx. vel xl. annorum. l.ſi.circa fi.C.de præſcript.long.tempo. glo. in cap. fin. de conſuetu. Bald. in l.fin.xv.oppoſi.num.xxxvj.C.de edict.diui. Adri.tollend.niſi ageretur de præſcriptione iurium,l.ij.C.de ſerui.& aqua.& c.cùm eccleſia. de cau.poſſ. & propriet.licet contrarium teneat Ioan.Franciſ.Balb.in tract.pręſcrip.in j. parte,quęſt.vltima.

Iure gẽtium competẽtia non præſcribuntur.

Secunda eſt,quod illa,quę de iurerentium cõpetunt,non pręſcribũtur, 15
l.fi.ff. de vſucap. Ideo non pręſcribitur facultas deducendi aquam ex flumine publico nauigabili.Bart.& alij in l.quominus. quæſt. xv. ff. de flumi. Sed illa cõſuetudine acquiri poſſunt.Io.Fab.Ang.& alij in §.flumina. Inſt. de rerum diui. Vnde ſi quis fuerit piſcatus in certa parte fluminis publici, & alios prohibuerit ſciente populo,& non contradicente, dicitur eſſe ſibi ius quæſitum ex tacito populi conſenſu:adeò vt ipſe ſolus poſſit deinceps piſcari,& alios prohibere,l.ſi quiſquam. ff.de diuer. & tempo. præſcri. plenè proſequitur Io.Fran.Balb.tres tradens limitationes,in d. trac. præſcrip. in iiij.parte quintæ partis princip. c. vj.col.lxiij.cui tamen legi vltimæ dedi nouum intellectum:vt in intellectibus meis videre erit.

Populus opponere ſe poteſt contra inducentem conſuetudinem.

Item in caſu Conſuetudinis poterit populus vnius ciuitatis ſe oppone- 16
re,& proſequi contra illum,qui vult Conſuetudinem inducere,d.l. ſi quiſquam.ff.de diuer. & tempo. præſcrip. quia totius populi intereſt, cùm ius illum tangat,vt in actione populari, l.j. & per totum. ff.de popul. acti. Diuerſum eſt in præſcriptione : quia is cuius intereſt, proſequi tantùm poterit.l.de vno.ff.de re iudica.

Lex tollens præſcriptionem nõ tollit conſuetudinem.

Tertia differentia eſt, quia vbi lex tollit præſcriptionem, non videtur 17
tollere conſuetudinem, quia conſuetudo facti eſt, & eam conditor legis ignorare videtur, cap.j. de conſtit.in vj.cap.Imperialem. de prohib. feud. aliena. per Fede. vbi conſuetudo poteſt permittere alienationem feudorum,non autem præſcriptio. facit gloſ. in cap. cùm non deceat. de elec. in

Feudorum alienationes ex conſuetudine permittuntur.

ſexto. & in clemen. dudum. in fin. de ſepul. † Vnde in hoc regno Franciæ 18
Conſuetudo alienandi feuda introducta eſt, vt ea alienentur ſicut bona alia patrimonialia : & ſic feuda inſtar patrimoniorum habentur de conſuetudine : quòd præſcriptio facere non poſſet, vt ibi, & ſcripſi in arbore Feudo. hoc proſequitur Ioan. Raynaud. in comprehenſo feudali in §. habito.col.xxiiij.de prohibita feud.aliena.per Feder. quem ſequitur Iacobi. in tracta.de feud.in verbo,& cum pacto de non alienando. col. v. quod facit ad artic.ij.de prec.vbi ſcripſi.

Præſcriptio aufert: conſuetudo inducit.

Quarta, in præſcriptione, ius quod ab vno aufertur, alteri applicatur. 19
Sed ex conſuetudine non aufertur alicui illud, quod applicatum eſt alteri,ſed de nouo inducitur.Bald.in rub. ff. de rerum diui. colum. ij. verſic. hic ergo quæritur.num.ij.Aret.in §.flumina.in Inſti. illo titul. vnde ſi quis

prohibuerit longo tempore piſcari in mari, vt Veneti, vel in flumine publico, ius quod ipſi acquiſierunt, non aufertur ab aliquo, licèt illis per conſuetudinem acquiſitum fuerit. gl. in l. ſi quiſquam. ff. de diuer.& tempora.præſcrip.facit glo. in l. ſanè ſi maris. ff. de iniur. ſed facultas quædam aufertur à ſingulis, vt non poſsint deinceps alij piſcari extra ipſos, qui ius quæſierunt ex conſuetudine.

20 Quinta, quod præſcriptio tendit ad tollendum, quod eſt in eſſe productum, vt potè dominium, vel actionem, pignus, & ſimilia. conſuetudo verò tendit ad inducendum de nouo. cap. contra morem. 100. diſt. vbi per conſuetudinem vtendi pallio extra miſſarum ſolennia, acquiritur ius illud de nouo.& gloſſ. in c. nullus. iij. in j. q. j. dicit, quòd præſcriptio ius auocat creatum, nouum autem non creat: de conſuetudine contra. vt per gloſſ. vltim.& docto. ibi. in c. ſi diligenti. de præſcrip. Iaſ. poſt alios in l. de quibus. col. x. num. xliiij. ff. de legi.

21 Sexta, ex præſcriptione ius priuato quæritur, ſiue ex publico ius illud
trahatur, ſiue ex priuato: per conſuetudinem verò non acquiritur ius ſoli
priuato, ſed in publico vnicuique, etiam ſi ius trahatur ex priuato. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. commu. prædi. vbi poteſt induci conſuetudine, vt poſſit quilibet lapides ex alterius fundo cædere dato pretio. Et hoc non ſo-
22 lùm vni competi, ſed cuilibet. † Item Conſuetudo teſtandi coram duobus notariis in hac patria, tam vni, quàm alteri competit: quia Conſuetudo eſt lex non ſcripta, & ſic communis. cap. erit autem lex. iiij. diſt. gloſſ. in cap. fruſtra.& in cap. quæ contra. viij. diſtin.& in c. fi. de conſuet.& conſuetudo comedendi carnes diebus ſabbatinis à feſto natiuitatis Domini vſque ad purificationem beatæ Mariæ, cuilibet de populo Pariſienſi competit, iuxta conſuetudinem inibi introductam, ſed per præſcriptionem priuatus acquirit, per conſuetudinem Reſpub. Paulus in l. de quibus. ff. de legi. Franciſ. Ripa in conſilio iiij. plura. rubrica. de reſcript. columna penultim. poſt Alexand. in diſputatione incipiente, Sigiſmundus. columna xij. verſic. item confirmatur. Maleret. in tract. de electio. folio 14. columna iij.& ſequ. Feli. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitutio. columna xvj.& ſequen. Iacob. in tract. de feud. in verbo.& cùm Argentifodius. Gemi. conſilio cxxiij. In nomine. column. j.

Ius priuato ex præſcriptione quæritur, toti verò populo ex conſuetudine.

Conſuetudo teſtandi coram duobus notarijs valet.

23 Et quando acquiritur collegio, cenſetur priuato acquiri, & dicitur præſcriptio: quia collegium vicem vnius tenet: capitul. cum dilectus. de conſuetu. Nam eſt quoddam corpus fictum, & repræſentatum, l. proponebatur. ff. de iudic. l. mortuo. de fideiuſſoribus. & Ioan. Andreas, & Panormi. in dict. cap. fin. in gloſſ. vltim. quod declarat ibi Curtius, quando aliquid acquireretur collegio vt collegio: ſecus ſi perſonæ collegij aliquid obſeruarent populo approbante, tunc diceretur conſuetudo. capit. cùm omnes. de conſtitutionibus. vbi collegij erat conſuetudo de recipiendo fructus in abſentia. in verſicul. alia eſt etiam differentia, plus dicens, quòd etiam ex actibus meticuloſis & violentis inducatur conſuetudo: allegat Bartol. in dicta l. ij. quæſtio. xviij. numero 24.& ſequen. C. quæ ſit longa conſuetu.

Collegiũ vicem vnius obtinet.

Bona fides in conſuetudine non attenditur, in præſcriptione ſic.

Septima differentia eſt, in conſuetudine inducenda non requiritur 24
bona fides, imò populus cum mala fide poteſt inducere conſuetudinem, & ſine titulo:& poſteà alij vtentes ea conſuetudine excuſantur:vt in exemplo ſuperiùs allegato, ſi omnes comedant diebus ſubbatinis carnes Pariſ. à feſto Natiuitatis vſque ad Purificationem:nam poſt conſuetudinem non debet quis dubitare.cap.illa.xij.diſtinc.vt docet Ange. & alij, quos refert Iaſ.in d.l.de quibus.colum.xj.nume. 46. Panor. & alij in cap.ij.de obſerua. ieiunior.Sed præſcriptio cum mala fide induci non poteſt. capi. vigilanti. & cap.fi.de præſcript.regul.poſſeſſor.de regu.iuris,in vj. Alexan. conſi. vj. Viſo themate.colum.j.volumi.j.& in diſputa.incipiente, Sigiſmundus. col.

Ex ſententia nulla quandoque inducitur conſuetudo.

xiiij. †Vnde etiam ex ſententia nulla, quæ in populi notitiam deuenit, in- 25
ducitur conſuetudo: quia ex ea ſatis colligitur tacitus populi conſenſus. Barto.in d.l.de quibus.in ij. q. principa.nume. 18. quem ſequitur Rochus Curtius in d.c.fi.colum.lxix.vnde dicit Bal.in rubri.de conſuetu. colum. j. quod conſuetudo eſt præſcriptio cuiuſdam ciuitatis, vel moralis obſeruantia, quæ pro lege habetur: ſed mera præſcriptio eſt alieni vel quaſi alieni vſurpatio.

Titulus in cõſuetudine non requiritur: in præſcriptione cõtrà.

Octaua,in præſcriptione requiritur titulus, & bona fides. capit. ſi dili- 26
genti.in fin.de præſcript. cap. j. eodem titul. in vj. hoc ita iure cautum eſt, quoniam contra ius. dict. capit.j. Diuerſum eſt in conſuetudine,in qua ſola voluntas populi,ſeu conſenſus tacitus ſufficit, cum ſit quædam lex. nec eſt neceſſaria etiam tituli allegatio,gloſ.in cap.j.& iij.de conſuetu. in vj. gl. in c.fi.illo tit.in antiquis.& in c.ſuper. §. præterea. in verbo,non extat memoria.de rerborum ſignifica.Anchar. in cap. cum olim. no. ix. de præſcriptio.Panor.in dict.capit.fina.de conſuetu.Bald.in repeti. l.j. colum. viij.C. de emancipat.libero.Alexan.dic.conſil.vj. colum. ij. in j. volum. & conſil. cxxiiij.ſuper primo.colum.ij. volum. iiij. & conſil. xvj. In cauſa colum. iiij. nume.xij.volu.v.Cald.in conſi.vlti.rub. de conſue. & Ioann. Franci. Balb. in trac.præſcrip.in j.parte.quæſt.x.

Aequitas in conſuetudine, in præſcriptione rigor.

Nona differentia eſt, quia præſcriptio eſt rerum, conſuetudo morum. 27
Bal. & Paul. in l. cùm de conſuetudine.ff.de legib. quam legit cum d. l. de quibus, quod paſsim non procedit, quia conſuetudo & rerum & morum eſt,vt patet: licèt primam ſententiam referat, & ſequatur Ioan. Franci. q. x.& vlti. primæ partis, vbi etiam dicit in conſuetudine conſiderari æquitatem,in præſcsiptione autem vertitur rigor,& odium.allegat Bald. in d. l. de quibus.& conſuetudo nemini facit iniuriam, quia eſt lex voluntaria, præſcriptio ſic.gloſſ.in l.nam hoc natura.ff.de condic.indeb.Barb.in cap.j. qui feu.dare poſſunt.in addit. ad Bal.

Reſtringenda præſcriptio, conſuetudo verò amplianda.

Decima differentia, præſcriptio tanquam odioſa eſt reſtringenda, nec 28
extenditur etiam ad ſimilia.l.cùm quidam.ff. de liber. & poſthu. cap. odia. de reg.iuris,in vj.Bart.& Iaſ.in l.fi. ff. de eo per quem factum erit. & regula eſt, quantum poſſeſſum, tantum præſcriptum, l. quod meo. in fin. vbi Docto.ff.de acquiren.poſſeſſ. l. j. §. ſi quis hoc interdicto. de itinere actuque priuato.vbi Barto. & in l. ſi publicanus. in fin. de public. Panormi. & Felin. in capitulo auditis. de præſcrip. Ioan. Franciſ. in tract. præſcript.

in ij.

in ij.parte. colum. iiij. verſic. facio igitur regulam. conſuetudo verò, cùm
ſit fauorabilis, amplianda eſt: ſaltem amplior interpretatio in ea fieri de-
bet, quàm in præſcriptione: quia illa diſpoſitionem habet vniuerſalem:
præſcriptio verò non.cap.cùm olim. de conſue. Inn. & Anto. in capit. fin.
de offic.archidiaco. Cardi. in clemen. prima. de ſupplen. neglig. prælato-
rum.vnde conſuetudo extenditur ad alias res, & perſonas eiuſdem Pro-
uinciæ, cùm vnicuique acquiratur per eam. capitul. ſopitæ. & ibi Ancha.
29 notab.iiij.de cenſib. † Vnde ſi Pariſienſis nubat Tholoſæ, vxore præmor- *Pariſienſis nubens Tholoſæ fruitur cōſuetudine Tholoſana.*
tua lucrabitur bona vxoris, ac ſi Tholoſæ natus fuiſſet: quia illa conſue-
tudo extenditur ad illos, qui ibidem nubunt, niſi oneroſa ſit, & exorbi-
tans.Paul.in d.l.de quibus. colum. iij. per l. quod non ratione. ff. de legib.
Romanus conſi.cccccxvj.In caſu.nume.4.per l.ſi verò.§. de viro. ff. ſoluto
matri.Ripa in cap.cùm eccleſia.num.125. de cauſa poſſeſ. dicit extendi ad
ſimilia.allegat d.l.quod non ratione. ff. de legibus. Idem firmat Ioan. Ma-
ria,vulgò Riminaldus,in l.more.colum. x. verſicu. in eadem.ibi,item con-
ſuetudo. ff. de iuriſ. omnium iudi. vbi dicit fuiſſe magnam contentionem
de conſuetudine, quæ erat Mantuæ in contractibus, an extenderetur ad
vltimas voluntates.& Cardinal.in clemen.vna. colu. vij. nume. xj. de ſup-
plenda negligen. prælatorum. dicit conſuetudinem extendi de loco ad
locum,ſed non de iure ad ius.Et Ludo. Roma.conſil. ccxliij .ad prædicto-
rum. Sed regula inferiùs ſubiicitur, quòd conſuetudo non extenditur:
ibi fuſiùs cicam.
30 Vndecima eſt, quia præſcriptio locum habet tam in rebus mobilibus, *Conſuetudo in incorporalibus, præſcriptio etiã in corporalibus.*
quàm in immobilibus,corporalibus, quàm in incorporalibus §. j. de vſu-
capio.in Inſtitu.& per totum.capit.auditis.& ſequent. de præſcript. con-
ſuetudo verò in incorporalibus,vt in ſeruitutibus,iuriſdictionibus,& ſimi-
libus:vt docet Hoſtien. in ſumma de conſuetu. §. fin. verſiculo extra ſum-
mam.vbi etiam aliam tradit differentiam: quòd vbi conſuetudo præten-
ditur,admittitur probatio in contrarium. argumento l. litibus. C. de agri-
col. & cenſi. libro vndecimo. ſed contra præſcriptionem non admittitur.
31 †quod dictum intelligerem verum, niſi conſuetudo iam eſſet inducta, & *Quãdo contra cõſuetudinẽ nõ probatur.*
confirmata: tunc partes non reciperentur ad probandum contrarium,
anteà verò ſic, vt dicetur inferiùs articulo ij. etiam contra præſcriptio-
nem poſſum probare interruptionem, l. naturaliter. ff. de vſucapionibus,
& alia quæ dicuntur in l. cùm notiſsimi. C. de præſcriptio. xxx. anno-
rum.
32 Duodecima differentia eſt, quia conſuetudo eſt ius diſponens, & ex *Conſuetudo eſt ius diſponens, at præſcriptio ius diſpoſitum.*
conſenſu totius populi, vel maioris partis vniuerſitatis. Præſcriptio ve-
rò eſt ius conſtitutum.§.ſine ſcripto.de iure natu.Inſti.& in d.l. de quibus.
Præſcriptio verò eſt ius diſpoſitum, quo quæruntur iura formalia, dire-
cta,& ſimilia ex conſenſu ſingulorum inductum: vt patet in dict. l. de qui-
33 bus.& in l.alienationis.de verbo.ſign. † Et hac ratione conſuetudo præ-
iudicat aliis, quia in ea conſentiunt ſinguli tanquam vniuerſi. d. l. de qui-
bus.Aegi.Bellamera.conſil.x.factum eſt tale.col. xv. in iiij. dubio. Præſcri-
ptio verò inter quoſdam non præiudicat aliis, l. ſi quis emptionis.in prin.

C.de præſcrip.xxx.anno. l. naturaliter. ff. de vſucapio. quia in ea conſentiunt homines tanquam ſinguli, non tanquam vniuerſi. Dinus in reg. iur. quòd omnes.de reg.iur.in vj.Bart.in l.ij.nume. xj. C. quæ ſit long. conſue. Sequitur Curtius in tracta.de conſuetu.c.fi. col. lxviij. & ſequent. verſicu. alia eſt differentia.

Poteſt etiam conſuetudo præſcriptio dici, diuerſo tamen reſpectu: vt 34 c.ij.de conſuet.lib.vj.Panor.& alij in d.c.fi.illo tit.

Princeps cõtra præſcriptionem releuat.

Item vidi Principem ſæpius releuare contra præſcriptionem: ſed non 35 regulariter contra conſuetudinem, nec debet, niſi ex maxima cauſa, & faciendo mentionem illius, c.j.de conſue.in vj.Nempè Bal.ait in c.j. de natura feudi.quòd Princeps tenetur conſuetudines obſeruare, & ius conſuetudinarium ligat ipſum, c.j.de prob.Mar.Carr.in tracta.de prin. nu. ccv. Imò conſuetudo quæ diſponit in ipſum Principem maior eſt Principe, teſte Bald.in c.j.de ſuc.feu.vt refert Iaſ.in conſi.j.in prin.vol. j. quod eſt verum, ſi rationem contineat naturalem: vt dicit Bal.in §.fi. qui feu. dar. poſſ. quia fortius eſt ius naturale, quam principatus, ſecundum eum. Ideò non poterit diueſtire vaſallum ſine cauſa, vel officialem ſuum, officio priuare.

Neceſſaria ad conſuetudinem.

QVARTÒ QVOD SINT NECESSARIA ad inducendam con 36 ſuetudinem videamus: Reſpon. multa. Primò, quòd moribus vtentium (id eſt) tacito conſenſu ſit introducta, vel maioris partis populi, l. de quibus.cum ll.ſeq.ff.de legi.l.quod maior.ff.ad municip. †Et ſic in inducenda conſuetudine requiritur conſenſus populi, non Principis: licèt contrarium teneat gloſſ.in cap. fruſtrà. viij. diſt.quæ communiter reprobatur à iurium interpretibus, tam ibidem, quàm in capit. fina. de conſuet. vbi Cur. aliquas adducit limitationes, quæ omnes ſolent reprobari, ob id eas non refero.

Conſuetudo continuata ſit per decẽ annos.

Secundò requiritur, quòd vſus ſit continuatus longo tempore, vt de- 37 cem annorum.§.ſine ſcripto.Inſtitu.de iure natur.Nam ea, quæ longa conſuetudine comprobata ſunt, ac per annos plurimos obſeruata, velut tacita ciuium conuentione non minus, quam ea quæ ſcripta ſunt, iura ſeruantur. l. ſed ea. ff. de legib. requiritur etiam quòd non ſit interrupta ante decem annos, alias non diceretur conſuetudo, vt ibid icitur, per plurimos annos obſeruata.In rebus autem eccleſiaſticis requiruntur quadraginta anni.cap. cùm de beneficio.de præb.in vj.cap.de quarta. extrà de præſcrip. gloſſ. in c.mos.eſt.i.diſt.Io.Fab.& Ang.in d.§.ſine ſcripto.

Præſcripta conſuetudo quid ſit.

† Et quòd Iuriſconſulti vocant diuturnam conſuetudinem, l.diuturna. 38 ff.de legib.vel inueteratam, d.l.de quibus.ibidem, vel longam, in l.j.C. quæ ſit long. conſue. profeſſores Canonum vocant præſcriptam, quaſi longo tempore inductam, & obſeruatam. Nam ille mos & vſus debet eſſe continuatus tempore requiſito ad præſcriptionem.videlicèt per decem annos, & ſic poſteà dicetur conſuetudo, non anteà: vnde ius ciuile & canonicum conueniunt in hoc, quicquid dicant Doct.in contrarium in d.c.fi.

Conſuetndinis nomine quid veniat.

Ex quo infertur, ꝙ conſuetudinis nomine venit conſuetudo præſcripta, 39 quaſi lõgo tẽpore inducta.c.Cumana.de ele.vbi Pan.& alij: quia antequam inducta ſit, nõ poteſt dicit conſuetudo, & ſic in vanum ſuper hoc diſputant

Doct.

Doct. vnde dicit Bald. in cap. j. de feu. cog. quòd conſuetudo antequàm ſit præſcripta, id eſt, inducta, non dicitur conſuetudo, ſed voluntas inducendi conſuetudinem, quæ antequàm ſit inducta, requirit factum, id eſt vſum, & ipſum conſueſcere: quæ debent eſſe antequàm conſuetudo inducatur, quod conſuetum dici poteſt ex duplici actu, l. vniuerſorum. ff. de pignor. act. cap. querelam. de elec. ſed non dicitur conſuetudo, niſi longo tempore inducta ſit. c. cùm eccleſia. de cauſa poſſ. Nam contrahere facti eſt contractus iuris, l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure iuncta l. conſilio. ff. de cur. fur. ſic dicimus in verbo conſueſcere, vel conſueuit, & in ver. conſuetudo, quia verbum conſueuit, eſt facti, conſuetudo iuris. Et ſic tolluntur obiectiones Doctorum, vt inferiùs abundantiùs dicetur.

41 Tertiò, frequentia actuum requiritur, l. an in totum. ibi, præſes probatis his, quæ in oppido frequenter in eodem genere controuerſiarum ſeruata ſunt. C. de ædifi. priua. Et aliquando duo actus ſufficiunt, ſi ſint notorij, alias ſecus gl. in d. §. ſine ſcripto. & l. pen. ff. de rit. nup. gloſſ. in cap. mos eſt j. diſt. Tamen non requiritur quòd ſint iudiciarij: licet glo. teneat contrarium in dict. §. ſine ſcripto. & Iaſ. ibi in addi. ad Porcum. Et quot actus ſint ſufficientes ad inducendam conſuetudinem, dicit ſtari arbitrio iudicis, arg. l. j. ff. de iure delib. vbi dicunt tot requiri actus, ex quibus conſenſus populi tacitus colligatur. Panor. & alij in d. c. fi. *Frequentia actuū in cōſuetudine.*

42 Quartò requiritur, quòd cum ratione ſit introducta, non per errorem, aliàs eſſet corruptela. c. fi. de conſuetud. l. quod non ratione introductum eſt, ſed errore primùm, deinde conſuetudine obtentum, in aliis ſimilibus non obtinet. ff. de legib. licèt quidam legant ſine negatiua, tamen iſta videtur vera lectio, vt ea quæ per errorem introducta ſunt, non extendantur ad ſimilia: quia conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt c. conſuetudo. viij. diſtinct. *Errore introducta cōſuetudo an valeat.*

43 Quintò quòd ſit ius non ſcriptum, niſi eſſet ſcriptum ad probationem, vt conſuetudines feudorum, quæ non propter hoc deſinunt habere nomen conſuetudinis: Doct. in prooemio feudorum. & tantæ authoritatis hoc ius habetur, & in tantum probatum eſt, vt non fuerit neceſſe ſcripto id comprehendere, l. imò. ff. de legib. gloſſ. & Doct. in dicta l. de quibus. ideò apparet quòd conſuetudo eſt partim redacta in ſcriptis, partim moribus tantùm vtentium eſt reſeruata. Quæ in ſcriptis redacta eſt, conſtitutio ſiue ius vocatur: quæ verò in ſcriptis redacta non eſt, generali nomine conſuetudo videlicet appellatur. ſunt verba text. in cap. conſuetudo. prima diſtinct. *Scripta conſuetudo ſi ſit, an ideo nomen amittat.*

44 Sextò, quòd ſit rationabilis, & honeſta, cap. fi. de conſuetu. & tunc dicitur rationabilis, quando religioni conuenire, diſciplinæ congruere, & ſaluti proficere videtur. d. cap. conſuetudo. j. diſt. Item nemo conſuetudinem rationi & veritati præponat, quia conſuetudinem ratio & veritas ſemper excludit. cap. veritate. viij. diſt. & ideò mala conſuetudo non minus quàm pernicioſa corruptela eſt abiicienda, & vitanda. cap. mala. ibidem. & ſufficit quòd ſit rationabilis in quamplurimis, licèt non in ſingulis: quia in legibus, & conſuetudinibus inſpicimus genera ſingulorum, non *Rationabilis ſit conſuetudo.*

ſingu

ſingula generum.l.nam ad ea.& l.ex his. ff. de legib. Bald. in rubr. de conſuetud.in de cretal.colum.ij.

Ius naturale non tollitur conſuetudine.

Septimò,requiritur quòd non ſit contra ius naturale : alias non valeret, 45 cùm ſit immutabile. §. ſed & naturalia. Inſtit. de iure natu. quando in ratione naturali eſt fundatum.c.fi.§.his ita.vj.diſt.cap.omnis ætas.xij.q.j.Bar. in l.j.§.remouet.ff.de poſtu.& ius naturale fundatum in præſumptione naturæ eſt mutabile , vt fera fiat manſueta,ſecus ſi ex neceſſitate naturæ : vt non alere filios.Ange.in dicto.§.ſed & naturalia. ac etiam in aliquibus caſibus mutatur,vt in libertate,& in ſeruitute:non in totum. gloſ. & Doc. in cap.à nobis.de decim.& d.§. ſed & naturalia. Vnde his verbis dicit tex. in cap.quo iure. in fi. viij. diſtin. dignitate verò ius naturale ſimiliter præualet conſuetudini , & conſtitutioni : quæcunque enim vel moribus recepta ſunt vel ſcripturis comprehenſa , ſi naturali iuri fuerint aduerſa , vana & irrita habenda ſunt.

Filij vt non alãtur à parentibus nõ valet cõſuetudo.

Vnde non valet conſuetudo,vt filij non alantur à parentibus. Panor. in 46 d.cap.fi.& ibi Curt.col.lv.in iij.concluſio.niſi Conſuetudo ex cauſa diſtingueret,aut limitaret,vt pote ſi diſponat , vt filij ingrati non alantur. text. in l.ſi quis à liberis.§.idem iudex.ff.de libe.agnoſcen. Pan. & alij in d. cap. fi. §.cauſas.in authen.vt cùm de appel.cognoſ.collatio.viij.

Lactare filios ſuos matres ipſæ debent.

Nec etiam valeret conſuetudo (quæ Pariſiis maximè viget) quòd ma- 47 tres non lactent filios,nec ipſæ excuſantur, quia ex ſola carnis incontinentia videtur inuentum fuiſſe , nempe dum continere nolunt , deſpiciunt lactare quos gignunt , teſte Auguſt.in cap.ad eius verò.v. diſt. niſi mater eſſet Illuſtris,quæ eos ſine dedecore alere non poſſet.Bal.& alij in l. alimenta. C. de neg.geſt.Sed quod maius decus illuſtri mulieri eſſe poſſet , quàm lactare filium ſuum ? ſicut Virgo ſanctiſſima lactauit Ieſum Chriſtum , licèt excuſationem prætendere potuiſſet , quòd Virgo eſſet:ſed volenti nihil difficile.

Aucupandi vel piſcandi ius cõſuetudine tolli nõ poteſt.

Ad hæc non valet conſuetudo,vel prohibitio aucupandi, piſcandi , vel 48 venandi , quia id de iure naturali competit , quo omnium vna eſt libertas, acquiſitio eorum quæ de cœlo,terra,maríque capiuntur. cap. ius naturale. j.diſt.§. ferè. Inſti. de rerum diui.niſi cum fraude fieret venatio , quia tunc prohiberi poteſt,vt ſi fiat inſtrumento , vel modo prohibito , ſicut eſt inſtrumentum aucupij,quod vulgò *la tone,*ſiue *la tonelle:*quia omnia illius generis animalia ſic capi poſſent,& poſteà non inuenirētur:vt docet patruus meus Rebuf.in l.vna C.de vena.ferar.libr.xj.§.retia.de pa.te. & eius violator.Iacob.in trac.de feu.in verbo & cum venationibus , & cum piſcationibus.alia multa ſcribit Cur.in d.c.fi.de conſue.

Ius gentium cõſuetudine tolli non poteſt.

Item non valet conſuetudo contra ius gentium , quia eſt ratione na- 49 turali inductum. §. ius autem gentium. Inſtit. de iure natura. & potentius eſt ius gentium,quàm principatus,teſte Bald. in §.fi.qui feudum dare poſſunt.quod olim erat verum,antequàm tranſlatum eſſet Imperium in Principem per legem Regiam. l.prima. ff. de conſtitu. princip. ſed hodie videmus contrarium de facto. Iaſ. in repetitio. l. quo minus. not. iij. ff. de fluminib.

Et ſic

50 Et ſic nec valeret conſuetudo, quòd quis priuaretur dominio rei ſuæ ſine cauſa, quod eſt de iuregentium, l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iur. nec etiam reſcriptum Principis.glo.in l.quoties.C.de precib.Imper.offe.Iaſ.in l.Barbarius.ff.de off.præto.c. quæ in eccleſiarum.de conſtit. niſi pretium eidem pro re ſolueretur, & de conſenſu illius: vt patet de Nabor.3.Reg.c.xxj.& in l.ij.C.quib.ex cau.ſer.pro præm.lib.accip.& l.venditor.§.ſi conſtat.ff.commu.præd.Ant.de Burgos in rubric.de emp.& vend.col.pen.

Dominio rei ſuæ an quis priuari poſſit ſine cauſa.

51 † Item nõ valet conſuetudo, quòd quis incidat ligna in nemoribus alienis, ſi non ſufficiant ligna domino: quia rationi naturali repugnaret, quòd extraneus domino præferretur, d.l.venditor.in fi.ff.commu.prædio.capitulo ſuggeſtum de dec.Pan.in d.c.dilecti.in j.gl.de arb.Cur.in repe.c.fi.col.lvij. de conſue. verſi.quarta ſit concluſio. & quia charitas bene ordinata à ſeipſo incipit. l. alterius.C.de ſeruit.& aqua.

Incidere ligna in alieno an quis de conſuetudine poſſit.

52 Fallit quando illa conſuetudo concerneret fauorem publicum, l.item ſi verberatum.ff.de rei vend.gl.& Doct.in l.fi.C.ſi contra ius, vel vtilita.pub. & in c.quæ in eccleſiarum.de conſt.debet tamen etiam eo caſu tradi rei æſtimatio.d.l.ſerui.C.ex quibus cauſ.ſer.pro præmio libert.d. l.Barbarius.ff. de offi.præto.

53 Vel niſi eſſet modicum præiudicium, vt in l.quoties.C. de preci.Imper. offer.dixi abundè in tract.de lite.dilator.ideò his nunc contentus ero, poſtquàm dixero Floren.in prima parte ſummæ, tit.xvj.§.iiij.de leg.conſue.deſcribere octo requiſita.ſed vel ſub prædictis cõprehenduntur, vel non ſunt neceſſaria, ob id ea miſſa facio.

54 His adde quatuor ſecundum Bal.in rub.de conſue.col.ij.quæ tantùm dicit poſſunt & inducere conſuetudinem. Scilicet mores, tempus, ratio, & conſenſus populi.primum patet in d. §. ſine ſcripto. de iure natu. in Inſtit. Secundum, nempe tempus, in l.de quibus.l.diuturna.ff.de legib. Tertium, ſcilicet ratio, patet in l.quod non ratione.ff.eod.Quartum eſt cõſenſus populi, qui ſicut expreſſus ſe habet in ſtatuto, ita & tacitus in conſuetudine, d. l.de quibus.ff.de legib.

Quatuor inducunt conſuetudinem.

55 Vltimò non valet lex, ordinatio, ſtatutum, vel conſuetudo contra libertatem eccleſiaſticam.auth.caſſa.C.de ſacroſanct.eccl.cap.nouerint.de ſent. excom.extrauag.vna.in tit.de conſue.in communi.doct.in c.eccleſia ſanctę Mariæ.de conſt.Ideò proteſtatur Papa in §.& cùm omnium.de firma.concordat.ſtabil.ſe nolle approbare conſuetudines, vel ſtatuta Galliæ prętudicantia quomodolibet libertati eccleſiaſticæ. Vnde ignoro quo iure laici quidam ſe poſſint tueri contra eccleſiam, & clericos paſſim cognoſcentes. vide Roch.in d.c.fi.col.lviij.& ſeq.

Conſuetudo contra eccleſiaſticam libertatem nõ valet.

56 Sed an conſuetudo laicorum teneat clericos, vel eccleſias? Communis concluſio Doct.eſt non ligare.per c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſt. Io.Fa. in l.ij.C.quæ ſit lon.conſuet.limitat, quando à clericis & laicis inducta eſſet.& Curt.in d.c.fi.q.xj.tradit regulam cum decem ampliatio.& c.xij.limitationibus.Ibi videte.& quæ ſcripſi in procemio Ordinatio. in prima gl. in primo Tomo.

57 † Et an clerici conſuetudinibus laicorum vti poſſint. quòd ſic, obſeruata conſuetudinis forma.per c.ſi in adiutorium. x. diſtinct. capit.

dilecti.

dilecti.de foro compet.Bal.in l.omni innouatione.C. de ſacroſanct. eccle. Vnde ſi conſuetudo adſit,quòd duo notarij conficiant teſtamenta,clericus poterit conficere teſtamentum coram duobus notariis, dũ tamen ſint duo & vnus cum duobus teſtibus non ſufficeret, quia forma conſuetudinis nõ eſſet ſeruata.Iaſ.in d.l.de quibus.col.ij.ff.de legib.

Et an conſuetudo liget exteros:quòd non,docet gl.in c.quæ cõtra. viij. 58
diſt.l.fi.ff.de iuriſdict.omn.iud.c.fin.de conſti.niſi ille exterus in loco conſuetudinis contraheret,aut aliud ageret,ſeu degeret.c.illa.xij.diſtin.Bart.& alij in d.l.de quibus.dicas vt per eos, & per Curtium in d.c.fina. q. xij. vbi ſeptem modis limitat.

Leges an cõſuetudine tollantur.

QVINTO DICENDVM EST, an conſuetudo legem tollat? Et 59
ſuper hoc concluſiones faciendæ ſunt ſequentes. Prima eſt,quòd conſuetudo generalis tollit legem generalem præcedentem,l.de quibus.ff. de legib.& nullum eſt ius merè poſitiuum,quod conſuetudine mutari non poſſit,Bal.in §.præterea.j.col.j.de prohib.feud.aliena.per Fede.vnde cùm hæredes inſtituti ſumus,adita hæreditate,omnia quidem iura in nos tranſeũt: poſſeſsio autem niſi naturaliter apprehenſa ſit, ad nos non pertinet, l. cùm hæredes.ff.de acq.poſſeſ. de conſuetudine tamen generali regni Franciæ, poſſeſsio bonorum defuncti tranſit in hæredem,etiam non apprehenſa, & teſtator moriendo tranſmittit poſſeſsionem in hæredem,& dicimus, mortuus ſaiſit viuum.Et hęc conſuetudo generalis Regni vbique tollit legem, & idem in aliis generalibus Regni conſuetudinibus, videlicet de retractu, & aliis.

Intellectus ad l.ij. C. quæ ſit longa conſuetudo.

Rationẽ an conſuetudo vincat.

Nec obeſt l.ij.C.quæ ſit longa conſue. dicens, Conſuetudinis, vſúſque 60
longæui non vilis authoritas eſt, verùm non vſque adeò valitura momento,vt aut rationem vincat, aut legem ſcriptam.gl.& Doct. ibi. interpretantur vincat,pro tollat:quod non approbo. † Sed verus (vt arbitror) eſt ſen- 61
ſus,vt conſuetudo non vincat rationem,id eſt,non ſuperet legem, quia nõ eſt ratione aut lege fortior,ſed inducta,habebit legis effectus, & valebit ſicut lex,& omnes tenebit:vt inferius dicam in ſequen.q.Vnde dicit text. in capit.diuturni mores legem imitantur.xij.diſtin. † Sed quando eſt inducta 62
contra legem,ipſa ſeruatur,& illam legem vincit.Sed dicet quis,quomodo poteſt conſuetudo vincere legem,cùm lex ſit rationabilis? l. cùm ratio. ff. de bonis damnato. & conſuetudo non poteſt eſſe rationabilis contra rationem. Reſpon. multiplex eſt ratio,& pro diuerſitate locorum,& temporum. capitulo non oportet. de conſanguinit. ideò potuit primò eſſe ratio in lege condenda, quæ nunc ceſſat. & fortior eſt contraria ratio in conſuetudine: & ob iſta fortior ratio, quæ conſuetudini inhæret, tollit aliam legem, & rationem illi adhærentem. Ioan. Andr. & alij in cap.fi. de conſuetud.

Et ſic conſuetudo ſpecialis loci tollit legem etiam generalem, ibi, non 63
in alio loco. l. venditor.§.ſi conſtat.ff.commu.prædio.licèt Bartol. in dicta l.de quibus.intelligat dicto §.ſi conſtat.in lege ſpeciali.Sed idem eſt in generali: quia tantæ authoritatis eſt conſuetudo, ſicut lex generalis, vel localis, ſeu ſpecialis. quod intellige quando conſuetudo eſſet rationabilis.

Porc.in

Porc.in d.§.ſine ſcripto.& ibi Iaſ.in addit.ad eum.inſti.de iure natu. tamen non tolleret conſuetudo legem diuinam,c.conſuetudinem.ix.diſt. gloſſ. in
64 c.fruſtrà.viij.diſtin.Bartol.& alij Doct.in d.l.de quibus.†nec valeret contra Concilia generalia, vt pote quòd quis in anno non ſemel confiteretur: vt in c.omnis. vbi ſcripſi. de pœni. & remiſſ. vel quando diſponeret contra publicam vtilitatem, l. nec damnoſa. C. de precibus Imperato. offerend. Pyrrhus in reg.nemo alieno.§.temporales.ff.de reg.iur.

Concilia generalia non tolluntur cōſuetudine.

65 Conſuetudo etiam generalis de nouo inducta tollit aliam conſuetudinem generalem, nec non ſpecialis conſuetudo tollit generalem in illo loco,in quo ſpecialis viget, & ſpecialis ſpecialem. Tamen non debent niſi ex maxima cauſa induci nouæ conſuetudines. & reprehenduntur Canonici Pariſien. qui ſine ſui Epiſcopi conſenſu nouas inducebant conſuetudines, cum nouitates diſcordiam pariant, capit. cum conſuetudinis. de conſue.quia in rebus nouis conſtituendis, euidens eſſe debet vtilitas, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum viſum eſt, l. ij. ff. de mand. princi.

Conſuetudo tollit conſuetudinem.

66 † Imò per vnicum actum maioris partis populi interrumpitur conſuetudo nondum completa,per gloſſ. in l. nemo. §. temporalis. ff. de reg. iur. Fel. in cap. cum acceſsiſſent. col. antepenul. de conſtit. Et quando prima conſuetudo interrumpitur, redimus ad ius commune, gloſſ. in l. cum de conſuetudine.ff.de legibus.Si verò fuerit completa, tunc per vnum actum conſuetudo non tollitur, ſed eo modo, quo inducta fuit, & ſic per contrariam conſuetudinem.tex.in l.fin.C.de ſeruit. & aqua. facit cap.j. de reg. iur.Iaſ.& alij in d.l.de quibus.ff.de legib. quòd limitat Curt. in d. cap. fin. col.50.& ſequen.vbi vide.

Interrumpitur conſuetudo.

67 Secunda concluſio, quando conſuetudo præcedit legem, tunc lex ſequens tollit conſuetudinem,l.iiij. §. diuus Adrianus. ff. de ſepulchro viol. ibi, quia tamen ſi lex municipalis permittat in ciuitate ſepeliri poſt Principalia reſcripta, an ab hoc diſceſſum ſit, videamus: quia generalia ſunt reſcripta,& oportet Imperialia ſtatuta ſuam vim obtinere, & in omni loco valere.authen.nauigia. C. de furt. vide quæ ſcripſi in tract. de præcon. ar. ij.in ij.Tomo.

Lex tollit conſuetudinem.

68 Obſeruatio tamen legum, conſummatio incorruptionis eſt. Incorruptio autem facit eſſe proximum Deo.verba ſunt Salomon. Sapien. vj. c. & dicitur Eſaiæ.xxiiij.c.Quia tranſgreſsi ſunt leges,mutauerunt ius, diſsipauerunt fœdus ſempiternum, propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius,ideóque inſanient cultores eius,& relinquentur homines pauci. Vide Barb. in cap. cum conſuetudinis. de conſuetu. Rauen.in rub.de offi.deleg.fol.216. bonum eſt igitur ſe continere in iure, & non inducere tot conſuetudines, futiléſue leges: vt ſcripſi in procemi. conſti.Regiar.in j. Tomo.

Mala proueniētia ex legibus vel cōſuetudinibus non ſeruatis.

69 Nota, quòd verba contrahentium debent intelligi ſecundum conſuetudinem patriæ,Bar.in l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.col.ij. ff. de oper. liberto. Iaſ.conſi.cxxxvij.in cauſa.col. j. vol. iiij. & verbis conſuetudinum & ſtatutorum eſt inhærendum.Iaſ.conſil.cxlvij.per decretum. col.j. vol. iiij. quod ad multa poteſt adaptari.

Verba debent intelligi ſecundum conſuetudinem patriæ.

Effectus & vis conſuetudinis.

SEXTÒ QVAERO, QVAM VIM habeat cõſuetudo? Hæc quæſtio 70
eſt vtilis, ob id effectus principales referam. Imprimis omnes debent ſeruare conſuetudines, ſicut leges, l. diuturna conſuetudo pro iure ſeruari ſolet. & l. de quibus. ff. de legib. Magni enim faciunt prouinciales ſeruari ſibi conſuetudinem, l. obſeruare. §. ingreſſorum. ff. de off. procon. & ſicut preſes tenetur ſeruare leges, ita & conſuetudines locorum, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, per d. l. obſeruare. Curtius in c. fi. iiij. no. de conſue. & Bal. conſi. cccxviij. quidam nobilis. in ij. vo. ibi dicens, conſuetudini ſicut matri adhibendam reuerentiam. † Vnde iudices in hoc Regno adiguntur 71
iuramento ad ſeruandum tam Ordinationes, quam locorum conſuetudines. non tenentur tamen eas ſeruare niſi rationabiles, & licitæ fuerint, cap. dilecti de maio. & obed. c. j. de iureiu. in vj. quod eſt verùm antequam à Rege approbatę ſint, ſed poſt approbationem illas ſequi debent, & ſecundum eas iudicare, nec diſputare eis licet an ſint licitæ, l. ſi Imperialis. C. de legib. c. cum. dilectus. ibi, approbata. de fide inſtr. Parlamenta tamen ſolent etiam poſt approbationem de illis iudicare, vt ſæpiùs vidi, & modificare: nec licet partibus aliquid contra conſuetudinem generalem ponere.

Iurãt iudices cõſuetudines ſeruare.

Trãſgreſſor conſuetudinis punitur.

Secundò, tranſgreſſor conſuetudinis ſicut trangreſſor legis punitur, & 72
ſicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum coërcendi ſunt cap. in his. xj. diſt. Bal. in l. j. per illum text. C. quæ ſit long. conſue. quod ſemper intellige, quando ſunt approbatæ & notoriæ. cap. eccleſiaſticarum. xj. diſt. vt per Fel. & alios in cap. nam concupiſcentiam. de conſti. facit l. ſaccularij. §. ſunt quædam. ff. de extraor. crimi. & cap. ij. de maiorit. & obed. vicem enim legis obtinet conſuetudo, l. fin. C. de teſta.

Peccat contraueniens conſuetudini.

Tertiò peccat qui aduerſatur conſuetudini rationabili, arg. d. cap. in his 73
Fel. in cap. j. col. ix. de ſponſa. vnde ſi quis ieiunaret die Dominico, eſſet tranſgreſſor conſuetudinis, quæ pro lege obſeruanda eſt: & conſuetudo diem Dominicum, diem lætitiæ habet, non ieiunij. Archid. in cap. vtinam. xxvj. diſt. c. ſi quis tanquam. xxx. diſt.

Conſuetudo etiam in cõſcientia ſeruanda eſt.

Ideò conſuetudo etiam in foro conſcientiæ eſt ſeruanda, niſi tenderet 74
in periculum animarum, c. denique. iiij. d. quia lex ciuilis eſt pars legis diuinæ: vt dicit Bal. in prælud. feudo. col. iij. allegat no. in c. ſuper ſpecula. extrà ne cle. vel monach. quod nihil facit: & iſta ratio periclitatur, vt alibi dixi: nec inuenio quod lex ciuilis ſit pars legis diuinæ, nec econtrà: quia ſunt omninò ſeparatæ: vt docet Floren. in prima parte ſummæ rubr. de lege diuina. & ſeq. † Et ſicut legis virtus eſt, imperare, vetare, permittere, & pu- 75
nire: ita & conſuetudinis, l. legis virtus. ff. de legib. imò magnæ authoritatis hoc ius habetur, quod intantum probatum eſt, vt non fuerit neceſſe ſcripto id comprehendere, l. imò. ibidem.

Legis & cõſuetudinis virtus.

Authenticũ facit inſtrumentum conſuetudo: non tamẽ tabelliones generales.

Quartò, conſuetudo facit inſtrumentum authenticum, quod aliàs non 76
eſſet, & vt credatur priuatæ ſcripturæ, cap. cum dilectus. de fide inſt. Feder. conſi. cxix. nulli dubium. in fi. & Dec. conſi. dcxviij. In caſu. col. j.

† Non poteſt tamen conſuetudo creare tabelliones generales, cap. cum 77
P. tabellio. vbi. Inno. de fid. inſtrum. refert. Bal. in rub. de conſue. num. 13.

Quintò,

78 Quintò, poteſt etiam facere vt credatur inſtrumento Notarij ſine teſtium inſcriptione.Doct.in c.cùm dilectus.Rauen.in c.cùm vigeſimum de offic. delega. vbi etiam dicit conſuetudinem poſſe detrahere fidei inſtrumenti,quod alias de iure eſt validum.

79 Sextò,dat iuriſdictionem etiam priuatæ perſonæ,cap.cùm contingat. in fi.de foro compet.l.j.C.de emanc.lib.& l.viros.C. de diuer. offi. lib. xij. & Corſ.in ſin.inci.ſtatutum.xvj.etiam fœminis,l.cum prætor.in ver.moribus. ff.de iud.c.dilecti.de arb.Roc.Curtius.in c.fi.no.4. ver. octauò infertur. de conſue.vbi plenè explicat,& limitat. † Imò quandoque poteſt notarium à pœna falſi excuſare:vt ſi fortè ſit conſuetudo,quòd notarius ſcribat nomina etiam abſentium,aliàs falſi punitur illos ſcribens, c. quanto. de his quæ fiunt à præla.Bald.in c.j.de feu.cogni.refert Iaco.in d.l.de quibus. col.pen. & alias quendam ex hoc liberaui.

Iuriſdictio quæritur cõſuetudine etiam mulieri.

80 *A falſo excuſat cõſuetudo.*

81 Septimò conſuetudo diſponit etiam circa ea, quæ ſunt Principi reſeruata,c. ſuper. §. præterea. de verb. ſigni. Maleret. in tract.de elect.fol. 24. Albe.Brun.conſi.xxiij.in mater.feud.Ioan.Franc.Balb.in tract.præſcript. in v.parte principa.q.vij.col.xvij.

Reſeruata principi etiã conſuetudine diſponuntur.

82 Octauò,præbet mandatum agendi, l. nulli. iuncta gl. ff. quod cuiuſque vniuer.nomi.l.pe.de iure fiſ.lib. x. vnde is poterit agere ſine mandato, cui permittit conſuetudo.Bal.in c.j.nu.5.qui feu.dare poſſunt.

Mãdatum ad agẽdum præbet conſuetudo,

83 Nonò, facit etiam legitimum, qui alias erat illegitimus ad promotionem,c.cum olim.de cler.coniu.& ibi plenè glo.& Doct.

Illegitimum conſuetudo legitimum facit.

84 Decimò, omiſsio ſolemnitatis etiam ex conſuetudine inductæ vitiat actum.Panor.in proœ.decret. Greg. ideò non valet inſtrumentum, ſi non interuenerint ſolemnitates de conſuetudine requiſitæ.gl.in auth. vt præp. nom.Imper.§.ſi qua verò.in verb.authore.coll.v.Bal.in prin. de pac. cõſtã. Et notarij debẽt in inſtrumẽtis clauſulas ſolitas apponere, alias non valet inſtrumentũ.gl.in l.generali.C.de tab.lib.x.Fel.plenè.in c.j.iij.no.de ſponſ.

Solẽnitatis ex conſuetudine introductæ omiſſio vitiat actum.

85 Vndecimò, vim habet decreti, & tenaciter obſeruata vim iuſtitiæ. tex. iuncta.glo.in §.fi.in authen.de vſur.nautic.colla. ix. Bald. in c.j.num.5. qui feud.dare poſſunt.

85 Duodecimò,poteſt conſuetudo conferre filiofamil. ius teſtandi. arg. c. Raynutius.& ibi docto.de teſta.ſed non monacho: quia repugnat regulæ. Bald.in auth.ingreſsi.no.ij.C.de ſacroſanct.eccle.

Teſtãdi ius præbet conſuetudo.

87 Decimotertiò etiam poteſt diſponere,quòd iudex ſcribat acta:& in his credatur ei,contra cap.quoniam contra.de prob.hoc.docet.Bar.in l.ſeruus communis.col.ij.ff.de ſtipu. ſer.Are.in cap. ex literis. de proba. per c. cùm dilectus.de fide inſtru.

Iudex acta ex conſuetudine ſcribere poteſt.

88 Decimoquartò,Princeps condendo legem, non videtur derogare conſuetudini:quia eſt facti,& in facto conſiſtit,& Princeps eam ignorare videtur.c.j.de conſtit.in vj.idem dicimus per reſcriptum Principis niſi de conſuetudine fiat mentio.Arch.in c.in his xj.diſt.Barb. in d. c. cùm conſuetudinis.dixi in c.ij.de præconiis.in ij.Tomo harum conſtit.

Conſuetudini an Princeps videatur derogare per legẽ.

89 Decimoquintò, excuſat in foro contentioſo, ſed non à pœna gehennali,& ſic in foro animæ,c.denique.iiij. diſt. gloſſ. in cap. cùm venerabilis.

Conſuetudo non excuſat à pœna gehennali.

Ludus puerilis excuſat homicidium.

de conſuetu.Panor.in c.vult.in fi.de conſt.Roma.ſing.xix. an conſuetudo.
& Fran.Cremen.ſing.cxlix.mos puerorum. vbi dicit ſe excuſaſſe puerum,
qui interfecerat alterum puerum ad lapides de conſuetudine ludentem,
quod vſu venit Carcaſſonæ:& in Montepeſſulano in feſto hilariorum vna
pars ciuitatis proiicit mala punica contra alteram : ibi ſi vnus ſine dolo
occidatur, non tenetur occidens lege Cornelia de ſicariis , quæ dolum re-
quirit,l.lege Cornelia.ff.de ſicar.

Idem eſt in conſuetudine Auenionenſi, quæ eſt inter ſe percutientes 90
ludendo in illis diebus priuilegiatis,vt vulgo dicam,*de kareſme prenant*:quo
tempore luxuria,& gula oſculatæ ſunt.

Decimoſextò,delegandi poteſtatem concedit,l. cùm prætor. §. itẽ ſi hi 91
quibus more conceſſum eſt.ff.de iudi.Barb.in c.ſanè.col.ij.de fo.compet.

Delegandi poteſtas à conſuetudine datur.

Electio & confirmatio regũtur conſuetudine.

Veſtibus pretioſis vti poſſunt clerici.

Decimoſeptimò,quamuis electio ad capitulum , confirmatio verò ſpe- 92
ctet ad Epiſcopum.cap.cùm eccleſia. de electi. tamen valet conſuetudo in
contrarium.glo.in cap.j.lx.diſtinct.c.cùm eccleſia.de elect.

Decimooctauò,clerici pretioſis veſtibus vti poſſunt ſecũdum regionis, 93
& prouinciæ conſuetudinem,vt conformẽt ſe moribus eorum, inter quos
viuunt:& ne vileſcat clericalis dignitas.argu.cap.Epiſcopi.lxxx. diſtin. glo.
expreſſa in ſumma.xxj.q.iiij.Vide quæ ſcripſi in tracta.de pannis aureis, ar-
gen.&c.in ſecundo Tomo.

Solennitatẽ libelli remittit conſuetudo.

Decimononò , conſuetudo poteſt remittere ſolennitatem offerendi li- 94
bellum,vel alias ſolennitates ordinis iudiciarij,teſte Inno.in cap. j.de libel.
obla.& Bal.in rub.de conſuet.col.ij.ac Barb.in c.cùm conſuetudinis. col. j.
de conſuetu.& iudex poteſt libellum contra conſuetudinem fori conce-
ptum retinere.gl.& doct.in l.de quibus.ff.de legi.& in l.j.de offi.aſſeſſ. vide
Bauer.in §.fin.de teſta.in Inſt.an conſuetudo poſſit remittere teſtium nu-
merum,quod ſic probatur in l.fi.C.de teſta.vbi Iaſ.

Priuilegiũ & conſuetudo æquiparãtur,ſed non quo ad diſpenſationem.

Vigeſimò , dat priuilegium , quia priuilegium & conſuetudo æquipa- 95
rantur.c.quia.lxiij.diſtin.& cap.conqueſtus.ix.q.iij.l.litibus. C. de agricol.
& cenſi.lib.xj.Inn.in c.nouit.col.ij.de iudi.per illum tex.non tamen inducit
diſpenſationem.Ideò non diſpenſat circa habentes plura beneficia , vt do-
cet Barb.in cle.gratiæ.col.xxiij. verſi. quis autem poſſit diſpenſare : de re-
ſcrip.quia in diſpenſatione requiritur cauſa,& animus. c. per venerabilem.
vbi Doct.qui filij ſint legit.glo.in c.non eſt de voto. ſcripſi abundè in Pra-
xi beneficiali in reſcripto diſpenſatio.†Imò plus poteſt conſuetudo, quàm 96
principis,aut Papæ gratia:vt docet Innoc.in c.ad Apoſtolicam.de ſimo. &
refert Bal.in c.j.de ſucceſſ..feud.

Declarat & extendit conſuetudo.

Conſuetudo tollit obligationem ſicut pactum.

Citare in alieno etiam territorio quis poteſt.

Vigeſimoprimò,declarat & extendit factum,l.ſi de interpretatione cum 97
l.ſeq.ſi de legib.licet.C.loca.Bal.in rub.de conſue.col.iij.

Vigeſimoſecundò,poteſt idem quod pactum,& plus.gloſſ.in rub. C.de 98
decre.decur.lib.x.Ideò ſicut pactum naturalem tollit obligationem , l. Sti-
chum.§.naturalis.ff.de ſoluti. ſic videtur in conſuetudine. Bald. in rub. de
conſuetu.col.ij.vide Bauer.in §.fi.col.vij.& ſeq.de teſta. in Inſti. poſt. Lu-
cam de penna.in l.ius emphyteutici.de fun.patrimo.lib.xj.

Vigeſimotertiò , poteſt quis in alieno citare territorio , ſi hoc habeat 99
conſue

conſuetudo,l.iij.§.fi.de teſtib.Bal.vbi ſupra.nu.13. Hippol. & alij in l. fina. ff.de iuriſdict.om.iudic.

100 Vigeſimoquartò, valet conſuetudo, quòd pro vno ſextario frumenti ſoluantur duo ſextaria ordei, vel alterius generis. arg. l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle.ff.de ſolutio.Bal.in rub.de conſuet. col. iij.quem ſequitur Barb.in d.c.cùm conſuetudinis.col.ij.ibidem.

Sextaria duo vt ſoluantur pro vno, an valeat conſuetudo.

101 Vigeſimoquintò,conſuetudo poteſt facere,vt res inter alios acta etiam aliis proſit.contra rubr.C.res inter alios acta.Inde poteſt facere,vt emptor etiam extraneus teneatur vendere conſanguineo,vel conſorti.text. in cap. conſtitutus.de in integr.reſtitu. Bald. in dict. rubric. C. res inter alios acta vbi eſt plena additio in meo Cod.

Res inter alios acta, alijs prodeſt.

102 Vigeſimoſextò,ſententia lata contra conſuetudinem non valet,quando conſuetudo eſt notoria.Bal.in l.ij.nu.6.C.quan.prouo. non eſt neceſ. Pan. & Felin.in c.j.de re iudi.facit c.primum de conſti.in vj.Imò iudex facit litem ſuam,ac ſi contra legem iudicaſſet. Bal.in authen.iubemus.in vlti.not. C.de iudi.Curt.in repe.c.fi.notab.iiij.de conſue.

Sententia non valet contra conſuetudinem.

103 Vigeſimoſeptimò,conſuetudo poteſt transferre poſſeſsionem ipſo facto,præſertim interueniente aliquo ſigno extrinſeco, vt inueſtitura etiam tali quali,id eſt impropria,c.ex literis de conſue. Bal.in rub. illius tit. num. 14.col.iij.ſicut eſt conſuetudo generalis regni Franciæ,qua cauetur, quòd mortuus ſaiſit viuum,id eſt, mortuus mittit in poſſeſsionem viuum, adeò quòd mortuo patre,vel fratre,proximior eſt ratione conſuetudinis in poſſeſsione bonorum relictorum à mortuo,de qua conſue.D.Tiraquel. edidit vnum tractatum, ad quem te reiicio, ibi alia quàm ampliſsimè ſuper hoc videre poteris,vbi poſt Bald.dicit conſuetudinem habere vim precarij, vt transferat poſſeſsionem ipſo iure.

Conſuetudine transfertur poſſeſſio abſque alia apprehenſione.

104 Vigeſimooctauò,poteſt conſuetudo dare facultatem vtendi rebus alienis dato pretio,vt accipiendi lapides in fundo alieno, l.venditor.§.ſi conſtat.ff.communia prædio.Bar.in proœ.ff. col. iij. Feli. in c. quæ in eccleſiarum.de conſti.col.xvj.Iacobi.in tracta. de feud. in verb. & cum argentifodinis.Dec.conſi.dxx.col. vlti.& Iaſ. conſi. lxxj. volu. iij. ac Alber. Brunus. conſi.lvij.in materia feu.alias ſi remoueret ſine pretio,diceretur conſuetudo diabolica:vt docet.Bal.in l.ſicut. C. de ſerui. & aqua. Matth. Afflict. in deci.Neapo.cccxxj.in Regia.

Conſuetudo dat facultatem vtendi rebus alienis.

105 Vigeſimononò,conſuetudo poteſt etiam ſuper matrimonio diſponere, l.exigere.ff.de iudic.c.j.vbi Præpoſi.& Feli.de ſponſa.

106 Vltimò,conſuetudo reſtringit arbitrium iudicis in impoſitione pœnæ. Nam licèt pœna ſit in illo caſu arbitraria,tamen iudex non debet excedere pœnam conſuetam,gloſ.& Doct.in c.inquiſitionis.de accu.alioqui ſententia eſſet iniuſta. Panor.& alij.in c.de cauſis.in fi.de offi.delega.Bal.in cap.j. col. ij. nume. 8. de conſti.& vt breuibus complectar,quod poteſt. lex, vel princeps,hoc omne ferè poteſt & conſuetudo.d.l. de quibus. & l.non impoſsibile.ff.de pac.Guid.Papæ in ſing.dccccij.à conſuetudine. & ſententia erat Theoctiſti, Δεινὴ πέφυκεν ἡ συνήθεια κόρον ἀπογεννῆσαι, καὶ φύσιν ἐν παραλλήλω μεταποιῆσαι, Id eſt,magna vis conſuetudinis eſt ad moliendum ſatietatem &

Arbitrium iudicis conſuetudine reſtringitur.

tem & naturam viciſſim immutandum & ſententia Hippodami Pithago. ſic habet, Conſuetudines & ſtudia animum formant, quaſi cereum ſingunt, naturali habitu ob aſſiduam actionem imbutum. Alia igitur hic non proſequar ad tex. Ordina. me recipiens.

Articulus primus.

LOYS XII. *des publiées* M.CCCCXCIX.

LOYS par la grace de Dieu Roy de France, Sçauoir faiſons à tous preſens & aduenir, Que nous conſiderans, comme ainſi que iuſtice eſt la premiere, & plus digne des vertus cardinales, auſſi eſt elle la principale, & plus neceſſaire partie de toutes monarchies, royaumes, & principautez bien conduites & ordonnées: par laquelle les Roys regnent, & les Seigneuries s'entretiennent, quand ils la font bien & deüement rendre, & adminiſtrer à leurs ſubiets, ſelon qu'il eſt ordonné de Dieu, & qu'ils y ſont tenuz. Et qu'ainſi ſoit que ce Royaume (par la grace de Dieu) eſt le premier, & mieux doüé de toutes choſes que nuls autres: auſſi a-il communement eſté de tous temps mieux regi, & gouuerné, que nulle autre monarchie, en iuſtice: laquelle y a eſté iuſtement & egalement adminiſtrée à tous, ſans acception de perſonne, meſmement entant qu'il a peu toucher les deſirs, vouloirs, & affections des Roys nos predeceſſeurs: leſquels en eux voulant acquiter enuers Dieu & leurs ſubiets, ont fait, & eſtabli pluſieurs bonnes ſainctes, iuſtes, & treſutiles conſtitutions & ordonnances, pour à l'honneur de Dieu faire rendre, & adminiſtrer deüe & vraye iuſtice au peuple, & ſubiets, qu'il leur a commis. Et outre ce, pour icelles faire mettre à deüe execution, ont ordonné & eſtabli en tous les quartiers & prouinces de ce Royaume, grand nombre d'officiers de iuſtice, tant ſouuerains que autres: leſquels ils ont bien grandement ſalariez, ſans y vouloir aucune choſe eſpargner pour le bien de leur peuple: en quoy ils ont bien voulu autant employer, & deſpendre, que pluſieurs autres Roys, & grands Princes ont de reuenu: dont auec les autres bonnes œuures ils ont acquis, & merité ſur tous les autres Roys & Princes le nom de Treſchreſtien, Toutesfoys pource que nous auons eſté aduertis, que tant à l'occaſion des guerres & diuiſions, qui ont par cy deuant regné en cedit Royaume, comme par la faute & negligence de pluſieurs nos officiers, leſquels ne gardent pas ſi ſoigneuſement, qu'ils deuroyent, icelles ordonnances: ains en contreuenant à leur ſerment, & au deuoir de leurs offices, font maintesfoys le contraire: & auſſi pource que ſelon la varieté & changement des temps, pluſieurs choſes pourroyent eſtre adiouſtées, ou diminuées auſdittes Ordonnances, pour le bien de iuſtice, & de noſdicts ſubiets: Parquoy nous qui deſirons ſur toutes les choſes mortelles, que de noſtre temps & regne, noſdits Royaume & ſuiets ſoyent bien regis & gouuernez par bonne &

deue

deue iuſtice & police, auons fait venir, aſſembler en ceſte noſtre ville de Bloys aucuns prelats, preſidens, & conſeilliers de nos cours des Parlements de Paris: de Tholoſe, Bourdeaux, & auſsi aucuns de nos Seneſchaux, & Baillifs: leſquels auec noſtre amé, & feal Chancellier, noſtre amé & feal couſin, & conſeillier, l'Eueſque d'Alby, aucuns de nos Chambellants, & les gens de noſtre grand conſeil, à ce par nous commis & ordonnez, Ont entendu, vaqué & beſogné aux choſes deſſuſdictes, en treſgrand ſoing, cure, & diligence, par pluſieurs iournées: & ont mis & redigé par eſcrit pluſieurs poincts, & articles pour le bien, & acceleration de la iuſtice, proufit, & vtilité de noſdicts Royaume & ſubiects, que depuis nous auons faict voir en noſtre preſence, & de pluſieurs Princes & Seigneurs de noſtre ſang: par le conſeil, aduis, & deliberation deſquels, & auſsi de nos deſſuſdits conſeilliers, auons de noſtre pluſample puiſſance, & authorité Royal fait, & authorité, faiſons & authoriſons par ceſtes à touſiours pour Ordonances fermes, & ſtables, leſquelles nous voulons à touſiours inuiolablement, & ſans enfraindre eſtre gardees, entretenues, & obſeruées de poinct en poinct par nos Officiers, & ſubiets, ſans aucunement y contreuenir, ſelon leur forme & teneur.

HIC articul. primus parum vtilitatis Pragmaticis exhibet, ob id aggrediar ſecundum, & quædam ad huius articuli principium ſcripſi arti. ij. tract. vt benefi. ante vacatio. non conced. in prin. in ij. tomo Commenta. ea inibi vide, ſi non graueris: & illa hic cenſeantur repetita.

CHARLES *VII. Article CXXV.*

Articulus ſecundus.

ITEM, *& que les parties en iugement tant en noſtre Cour de Parlement que par deuant les autres Iuges de noſtre Royaume, tant noſtres, que autres.*

GLOSSA PRIMA.

IDEM ſtatutum inuenio à Carolo quinto Imperatore excellentiſsimo inter ordinationes, quas publicauit Bruxellis anno 1540 die iiij. Octobris, quòd omnes conſuetudines in ſcriptum redigi debeant, & concordari, ac demum concludi, & confirmari. *Iudicis nomine.*

Tex. hic, *Iuges* comprehendit etiam Iudices ſeculares Baronum, Du-

ne qui veniant.

cum & aliorum ſecularium habentium iuriſdictionem ſecularem per hæc verba, *tant noſtres, que autres.* Adeò quòd allegabantur conſuetudines coram, Senatu, & coram iudicibus Regiis, & aliis: ſed quia erat difficile eas probare, ideò proceſſus immortales erant, ſicut etiam nunc ſunt in Gallia ex partium malitia, & infinitæ fiebant impenſæ, ob id eas tollere vult, vt patet in ſeq. & facit c. diſpendia. de reſcrip. in ſexto.

Iudex conſuetudinem interpretatur.

Aduertendum eſt, quoties de interpretatione legis vel conſuetudi- 3
nis eſt dubium, ad bonum virum recurrere debemus, vt docet Bald. conſi. cccxlviij. ad euidentiam. col. vlt. in ſecundo vol. per tex. in l. ideò & l. ſequē. ff. de eo quod certo loco. l. ſocietate. l. final. ff. pro ſoc. l. ſi libertus. de opera. libert. l. nam Imperator. ff. de legib. † & propter peccata noſtra neſcimus 4
iuris dubia diſſoluere, teſte Bal. in c. quia propter. col. iiij. de elect. vnde ſi immaculati eſſemus, nedum iuris, ſed & omnium rerum, & artium dubia Deus Opt. ſoluere concederet. Nam Chriſtus ſcientia eſt c. ſi iuxta xxxviij. diſt. & qui ignorat Chriſtum, ignorat & ſcientiam. ibi.

Iuris queſtiones cur ſoluere neſciamus.

Item conſuetudo quantum habet de actu, tantum habet de potentia, 5
& non plus, quia eſt præter legem. Bald. in c. j. in princ. col. v. qui feud. dare poſſeſ. Et conſuetudines reſtringuntur per actus, ex quibus inducuntur, ſicut reſtringuntur præſcriptiones, vt terminos non excedant. vtor verbis Bald. in l. ſi. col. iiij. nume. 10. C. communia vtriuſque iudic. refert Iaſ. conſi. clxxxv. in iſta col. iij. volu. ij.

Et vbi ſtatutum, conſuetudo, vel ordinatio loquitur ſeruanda eſt: 6
in re enim dubia melius eſt verbis edicti ſeruire, l. j. §. ſi is qui nauem. ff. de exercito. actio, Bald. in l. j. in fin. C. de arbit. Iaſ. plenè conſi. cccxxxviij. anno ſalutis. col. j. in ſecundo vol. & conſil. lvij. col. iij. verſic. octauo. in tertio vol. Iudex ergo debet iudicare ſecundum ſtatuta deſcripta, vel ſecundum conſuetudines conuentas, & confirmatas: & ab illis non diſcedere.

Conſuetudo quando extenditur.

†Et ſic regula eſt, quòd conſuetudines non ſunt extendendæ, niſi ad ſimi- 7
lia, & quando ſunt fauorabiles, vt ſcripſi ſuperiùs q. iij. in x. differentia.

Item ex vno ex correlatiuis conſuetudo loquens, habet in alio locum, 8
vt dicit Bald. in authent. hoc locum. in fin. C. ſi ſecundo nupſer. mulier. vbi dicit gloſſ. vxorem vſufructuariam relictam exiſtentibus filiis habere tantùm alimenta. Idem erit in marito ſic vſufructuario relicto. Iaſo. in l. fin. C. de indict. viduit tollen.

Idem in parificatis, & æquatis à lege; per tex. gl. & ibi Bartol. & alios 9
in. l. ſi quis ſeruo. C. de fur. iuncta l. non tantùm. ff. de ſeruo corrupt. cap. de multa. de prebendis. quia tunc conſuetudo non extenditur per hominem, ſed per legem, & talis extenſio dicitur paſſiua: de qua per Bartol. & Docto. in l. prima ff. ad legem Falcid. in princip. † Etiam in acceſſoriis, & 10
conſecutiuis ſicut diſpenſatio extenditur, cap. quia in tantum de prebend. vbi gloſſ. & Felin. in capitu. poſtulaſti. col. xij. de reſcript. regul. cùm principalis. ff. de regulis iuris.

Item conſuetudo vnius ciuitatis, vel loci extenditur ad loca ſubiecta il 11
li ciuitati, ſi ille locus nõ haberet conſuetudinem propriã. l. qui ex vico. ff. ad muni. gloſſ. in l. ex ea. ff. de poſtulan. Bart. in l. ij. q. xxvj. C. quæ ſit longa. conſue.

conſue.Iaſ.in l.omnes.col.ix.in ij.lectura.ff.de iuſtitia & iure.

12 Præterea quando eſt eadem ratio in caſu omiſſo à conſuetudine, tunc ille caſus includitur in ipſa propter eandem rationem,c.j.vbi gloſſ.de tempo. ordinan. in vj. glo. & Doct.in authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccle.Alex.conſ.lxxv.videtur.in v.volu.Iaſ. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſ. om.iud.abundè Curtius in d.c.fi.de conſuetud.

Propoſent & alleguent pluſieurs vſages, ſtyles, & couſtumes, qui ſont diuerſes, ſelon la diuerſité des pays de noſtre Royaume.

GLOSSA II.

Populus tribus modis regitur.

1 NOTANDVM eſt, quòd populus regitur tribus modis. Rege,lege,& conſuetudine.Rege,& tunc talis populus nihil poteſt ſtatuere,niſi Regis nutu concedentis, l. ij. ff. de origi. iur.vbi olim manu Regia omnia gubernabantur, ſed poſtea leges promulgatæ fuerunt. Bal. in c. j.in fin.de conſtitu.l.j.ff. de conſtitu.princi.

2 Secundò,lege regitur ſcripta,vel ſtatutis propriis,quæ valent,ſi licita & honeſta ſint, non tamen ius ſuperioris tangere poſſunt:& hoc modo regitur lingua Occitana,& delphinatus,ac Prouincia,nec non Italia,in quibus laborat Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.Alb.& Bal. in tract. ſtatutor.

3 Tertiò,regitur conſuetudine, vt Francia conſuetudinaria, & reſſortus ferè Pariſien.de qua in d.l.de quibus. ff. de legib. tradunt iuris interpretes in tit.de conſue.in decre.Barb.in c.nemini.nu.48.de offic.lega.

Princeps poteſt abrogare conſuetudines.

4 Nec tamen conſuetudo maior eſt Imperio: vnde Papa poteſt in terris ſuis, & temporali ſuæ iuriſdictioni ſubiectis annullare conſuetudines, & caſſare:cùm ſit maioris authoritatis quàm conſuetudo:& idem in alio Principe non recognoſcente aliquem in ſuperiorem.Bald.conſi. ccccxxx. circa col. fin. vol. iij.ideò Rex non abs re vult eas approbari à ſeipſo, vel à ſuis curiis ſupremis.

Francia regitur & iure & conſuetudine ac ſtatutis.

5 Hodie noſtra hæc Gallia regitur partim lege,partim conſuetudine, vel ſtatutis:vnde ceſſantibus conſuetudinibus,vel ſtatutis in Francia, ius commune ſeruabitur.& ſic oportet ſcire & ius,& conſuetudines, & ſtatuta patriæ,antequàm plenè quis poſſit conſulere partibus.

Et les leur conuient prouuer.

GLOSSA III.

Allegans conſuetudinem eam probet.

1 SI QVI dicit conſuetudinem talem eſſe, opus eſt quòd eam probet,l.qui accuſare.C.de eden.l.actor. C.de proba. l.ij.ff. eod. Nam conſuetudines antequàm redactæ ſint, & confirmatæ,facti ſunt,& in facto conſiſtunt, l.de quibus ff. de legib.c.j.de conſtit.in ſexto. Et facta non præſumuntur, niſi probentur,l.in bello.§.factæ.ff.de capti.ideò ſolent in ſcripturam redigi,vt ex illa facilior fiat probatio,l.contrahitur.ff.de pigno.

Facta non præſumi.

Quomodo

Probari quo modo debeat conſuetudo.

Quomodo probari debeat conſuetudo,& teſtes ſuper ea deponere, gl. 2
in c.fi.de conſue.dicit conſuetudinem eſſe difficilis probationis. & Panor.
in conſil.liij.In prædicta cauſa.in fin. vol.ij. dicit difficillimum eſſe probare
conſuetudinem.Et multi credunt probare illam,ſed aberrant. Hoſt. & alij.
in d. c. fi. de conſu. dicunt eſſe quaſi impoſsibile probare conſuetudinem:
quia modò alba,modò nigra:vt ait Lud.Rom.ſin. ccclxij. incip. Bal. in l. ſi
filius.& Bar.prolixè hoc tractat in d.l.de quibus.ſed paucis agam : quia inter pragmaticos agimus, qui breuitatem breuibus exquirunt verbis. Ego
ſequentes deſcribam caſus.

Primus caſus eſt,conſuetudo in ſcripturam redacta,conuenta,concluſa, 3
& à principe approbata per librum conſuetudinum,probatur ſicut ius ſcriptum,d.l. contrahitur. ff. de pig. ſcilicèt per libri & articuli exhibitionem.
Bart.& alij in d.l.de quibus.Et hoc quotidiè fit : vt in ſimili dicit tex. in l.
certi condictio.§.ſi nummos.ff.ſi certum peta.

Sentetia an probet conſuetudinem.

Secundus caſus eſt,ſi iudex inter duos cauſa cognita per ſententiam de 4
finitiuam pronuntiauerit talem eſſe conſuetudinem,tunc illa ſententia probat conſuetudinem etiam inter omnes,ſecus ſi per interlocutoriam, l.ij. &
l.iij.& fi.in prin.C.de leg.gl.& Doc.in l.cum de conſuetudine.ff.eo.tit.

Atteſtatio iudicis non probat conſuetudinem *Modus inquirendi de conſuetudine per iudicem.*

Non crederetur tamen atteſtationi iudicis dicentis talem eſſe in tali lo- 5
co conſuetudinem, tum quia ad ſuum officium non ſpectat atteſtari, ſed
iudicare:tum etiam quia vni non creditur,c.cum à nobis.& c.licet de teſti.
Sic conſuluit Panor.d.conſ.liij col.ij. vol. ij. † Si tamen iudex interrogaret 6
pragmaticos in iudicio ſuper hac conſuetudine,& ipſe ſecundum eos proferret talem eſſe conſuetudinem : illa ſcriptura per iudicem facta poſteà
probaret.Ita ſolet in Francia fieri.

Res inter alios acta an aliis præiudicet.

Nec refragatur,quod res inter alios acta aliis non pręiudicat:verũ eſt in 7
his,quæ ius reſpiciunt priuatum,vt pote ſi dicatur fundũ eſſe,vel dominiũ
Titij.ſed hæc ſententia ius reſpicit publicum, ob id omnibus præiudicat,
ſicut in popularibus,cũ quocũque lata fuerit, l. eum qui.§.in popularibus.
ff.de iureiu.Bal.in ru.C.res inter ali.act.col.ij.Alex.in l.ſæpè.ff.de re iud.

Quando ex vnica ſententia inducatur conſuetudo.

Intelligendum eſt per hanc ſententiam probari conſuetudinem iam in- 8
ductam,ſed non induceretur ex vna ſententia conſuetudo concernens iudicia.gloſſ.in dict.l.de quibus. & in §. ſine ſcripto. de iure natu. in Inſti. &
in rub. C. quæ ſit longa conſue. Ideò ſi quis in contradictorio iudicio obtinuit, non ex hoc probatur conſuetudo:ſed bene cum iudex pronũtiauit
talem eſſe conſuetudinem, quod raro fit. Et iſta eſt communis ſententia
teſte Anton.Butrio in dicto capit. fina. de conſuetud. ſiue ſit contradictor
legitimus, id eſt ſydincus, ſiue alius priuatus, quamuis Barto. in dicta l.ij.
q.xviij.teneat contra:videlicet requiri ſyndicum, ſed quò ad hæc quilibet
priuatus dicitur legitimus contradictor, opponendo non eſſe iſtam conſuetudinem.

Sententia duæ probãt conſuetudinem.

Tertius caſus, per duas ſententias probatur conſuetudo, etiam ſi in 9
illis non dicatur conſuetudinem talem eſſe. gloſſ.in rub. C. quæ ſit longa
conſue.& ſic quæ ſententiæ in iudicialibus requiruntur, non in extraiudicialibus.gloſſ.& Doct.in d.§.ſine ſcripto.de iur.nat.Bar.& alij in dict.l.de
quibus

quibus.& l.cum conſuetudine.ff.de legi.Vnde ſi producantur duæ ſententiæ intra decem annos latæ,in quibus dimidia pars hæreditatis fuit adiudicata primogenito nobili,vel tertia ignobili,probabitur conſuetudo,per l.j. C.quæ ſit lon.cõſue.l.an in totum.de ædifi.priua.Idem ſi reperiatur in actis ſcriptum,quòd hoc obſeruatum fuit ſine contradictione,& conflictu, d. l. cum de conſue.vbi negatiuè legitur,teſte Roc.in d.c.fi.ſed ille tex. nõ pro-

10 bat,ſed facit l.ſed ea ibi.†Item tot requiri dicunt actus in probanda cõſuetudine,vt veriſimiliter tranſiuerit in populi notitiam,& tacitum illius conſenſum,& hoc arbitrio iudicis relinquitur ex pluribus probatis actibus. Panor.& alij in d.c.fi.& iſta eſt communis opinio ſecundum Doct.ibid.

Multi actus in conſuetudine requiruntur.

11 Quartus caſus eſt, conſuetudo fori iudicialis non redacta in ſcripturam probari poteſt per aduocatos, procuratores,& notarios.De qua iudex etiã ex officio ſe informare poteſt,l.iij.in fi.ff.de teſti.auth.niſi breuiores. C. de ſen.ex breui.reci.& hoc inferiùs abundè tractabo ſcribendo de ſtylo.

Conſuetudo fori iudicialis quomodo probetur.

12 Item per acta extraiudicialia,id eſt per inſtrumenta probari conſuetudo poteſt,& tunc tot requiruntur actus,& inſtrumenta, ex quibus veriſimiliter colligatur tacitus populi conſenſus.Vnde conſuetudo inducens, quod renuntiationes,quæ à mulieribus fiunt, ſine ſubſcriptione teſtium fiant, probatur ex inſpectione inſtrumentorum omnium, ſuper dictis renuntiationibus factorum,nec alia eget probatione.Pan.in conſi.lxxij. in quæſtione.in prin.col.iij.cum ſeq.vo.ij.vbi per plura inuentaria dicit non eſſe probatam conſuetudinem conficiendi ſic inuentaria,ideò per octo inſtrumenta producta,in quibus non erat nomen Imperatoris, dicit non fuiſſe probatam conſuetudinem, quòd inſtrumenta fieri poſſit ſine nomine Imperatoris:quia illi actus non præſumuntur deueniſſe in notitiam populi.

Extraindicialia quomodo probent conſuetudinem.

13 †Nam acta extraiudicialia non ita innoteſcunt,ſicut iudicialia. Refert Rochus Curtius in d.c.fin.facit l.omnium.C.de teſta.& l.in donationibus. C. de dona.& tunc arbitrarium eſt quot actus requirantur pro natura,& qualitate negotiorum.Ideò ſi conſenſus populi eliciatur per vnum actum, iam non eſt opus frequentia,vt ſi quis faciat pontem,& pons legitimo tempore permaneat,& nemo contradicat per illum vnicum actum,inducitur conſuetudo,vt docent Iurium interpretes in d.l.de quibus. & tex. in l. ſed ea. ff.de legi.dicit comprobata per plurimos annos veluti tacita ciuium conuentione,& obſeruata.

14 Quintus caſus eſt, conſuetudo quæ reſpicit ordinem iudicij, cùm ſit modici præiudicij, ſufficit quod ſummariè probetur, & ſine ſcriptis per procuratores,& curiæ pragmaticos,d.l.iij.in fi.ff.de teſt. l. iij. §. ſciendum. ad exhi. vt etiam inferiùs dicetur de ſtilo: & ita poteſt intelligi opinio Petri recitata per Bartol.in dicta l. conſuetudinis. queſtio. xvij. C. quæ ſit lon. conſue. vbi dicebat ſemiplenè probandam conſuetudinem. quod verum in his caſibus eſſe poteſt: alioqui plenè, vt inferiùs dicetur. & in his caſibus tanta debet eſſe probatio, vt mouere debeat judicem ad credendum ſic eſſe,per ea quæ dicit Batol. in l. admonendi. col. iij. ff. de iureiuran.

Summariè quando probanda, ſit conſuetudo.

15 Sextus caſus eſt,conſuetudo,quæ litis deciſionẽ reſpicit, plenè probanda eſt

Teſtes ſuper conſuetudine tria debent deponere.

da eſt(vt ſuperiùs dictum extitit)per librum,inſtrumenta,vel teſtes, l.iudi-
ces.C.de iudi.l.in exercendis.C.de fid.inſtr.Teſtes autem iſti, tria maxime
debent deponere,vſum populi,frequentiam vſus, & temporis diuturnita-
tem:per text.in l.ſed ea.ff.de legib.Bart.in l. ij. quæſt. xviij. §. quæ ſit long.
conſuetudi.vbi hanc docet praxim,quam ſequitur Alexand.conſil. cxxxvj.
in cauſa col.penul.num. 16.in ij.Vol.& Panor.conſi.liiij. in prædicto. vol. j.

Praxis teſtes interrogandi ſuper conſuetudine.

†Vnde ſi velim probare conſuetudinem matrimonij(de qua per gloſſ. in l. 16
dos à patre.C.ſolut.matrimon.) quod per obitum vxoris maritus lucretur
dotem, etiam extantibus liberis, iudex teſtes productos interrogabit, an
vnquam viderint vti quòd maritus ſic fuerit lucratus dotem. Si dicant ita,
Iudex iterum quæret,quid de hoc vidiſtis? Ipſi dicent, vidimus fuiſſe ſic
inter duos tales iudicatum pro marito,præſentibus tot,&c.Item inter alios
ſic vidimus iudicatum: tot hominibus præſentibus, qui faciunt maiorem
partem populi.Et tũc Iudex adhuc ſciſcitabitur,quot anni ſunt ab eo tem-
pore?& ipſi dicent,decem anni,& vltra.Itaque vides conſuetudinem pro-
batam.Tamen Bar.in l.Labeo.col. ij. ff. de ſuppellect. leg. dicit addendum
eſſe hoc,fuiſſe obſeruatum à decem annis,& citra, & per id tempus:vt do-
cet Alexan.conſi.xlv.viſis.col.ij.nu.8.in ſecundo volu.

Decemnalis conſuetudo probat etiã contra ius ſcriptum.

Et inducitur conſuetudo etiam contra ius ſcriptum ſpatio decem anno- 17
rum,licèt quidam voluerint quadraginta requiri annos, ſed quod decem
ſufficiant extra bona eccleſiaſtica,eſt communis Doct. ſententia, vt docet
Guido Papæ conſi.clxiiij.circa.col.ij.& doct. in d. l. de quibus. Si verò te-
ſtes interrogati, quot & quibus præſentibus fuit iudicatum, vel geſtum,
dicant ſe neſcire,non probant,l.j.C.quæ ſit lon.conſue. Alex. d. conſi. xlv.
col.pen.vol.ij.non tamen requiritur,quòd dicant tot præſentes fuiſſe, qui
facerent maiorem populi partem, vt ibidem ſcribitur: vel vt dicit Bald. in
d. l. de quibus. col. pen. verſi. poſtremò. teſtes pro cauſa dicere debent ſe
vidiſſe ita obſeruari,& vti in forenſi iudicio,& in tali Curia publicè & no-
toriè longo tempore in multis litibus, & cauſis, & in omnibus maximè in
quibus interfuerunt.Et iſtud in Curiis Franciæ eſt vſitatum,vt inferiùs di-
cetur. Verumtamen quia in hoc ſenatu fuit alias ſuper hoc decretum fa-
ctum, quod obſeruandum eſt, quia ex eo perpulchre noſtra hæc materia
deciditur:ob id illam ordinationem hic duxi annectendam.

Ordinatio Curiæ ad probandam conſuetudinem.

Inquiritur de conſuetudine in hunc modum. Vocabuntur plures ſa- 18
pientes carentes ſuſpicione:& ipſis vocatis proponetur eis conſuetudo, &
tradetur eis in ſcriptis: & poſteà ipſi iurabunt dicere & fideliter referre,
quod credunt,& viderunt vſitatum ſuper d.conſuetudine:quo iuramento
præſtito trahent ſe ad partem,& deliberabunt, & demum referent delibe-
rationem eorum:& dicent inter quos viderint illam conſuetudinem, & in
quo caſu,& in quo loco,& ſi fuit iudicatum,& de circunſtantiis, & in com

Requiſita ad probandã conſuetudinem ex curiæ placito.

muni reddent cauſam dicti ſui,& omnia redigentur in ſcriptis.Et hæc mit-
tentur ad Curiam clauſa ſub ſigillo inquiſitorum.Ex regiſtris Curiæ extra-
ctum. Itaque videtis requiſita in conſuetudine probanda in hoc ſenatuſ-
conſulto, & ad inquirendum ſuper ea.

Primò, quod vocentur plures ſapientes, non ſtulti. nec valeret con- 19
ſuetudo

ſuetudo,quòd tam ſapientes,quam ſtulti deponerent: vt in c.ad audientiã. vbi etiam plenè Doc.de conſue.ob id cũ ſumma deliberatione eſt in hoc
20 ſenatuſconſulto dictũ,ſapientes vocabuntur † Sed quod teſtes requirantur?l.vbi numerus.ff.de teſti.& Hoſt.in ſumma huius titul.in §.quot & per quos teſtes.duos ſaltem requirere videtur. Tamen ſecundum ſtylum Curiæ Franciæ,conſuetudines inter alios non redactæ,nec approbatæ, ſolent per turbam probari,in qua requiritur ad minimum decem teſtes, l.prætor. §.turba.ff.vi bono.rap.Ioan.Fab.in d.§.fine ſcripto.col.iiij. & in l.ij. verſic. circa quintum.C.quæ ſit long.conſ.Boër.in §.ij.de conſuet.ma. & Boër. in conſu.Bitur.quod limitatur in curiis ſpiritualibus, vt ibidem per eum.

Quot teſtes ad probādū conſuetudinem requirantur.

21 Secundò, quòd illi careant ſuſpitione: quia ſuſpecti teſtes repellendi ſunt,l.iij.in princ.& per totum titul.ff.de teſtib. vnde ſi quis haberet ſimilem cauſam,vel habiturus eſſet,repellitur à teſtimonio,capitu.perſonas. de teſtib.Iacob.in d.l.de quibus.nume.40.

22 Tertiò,teſtibus debent tradi conſuetudinis articuli, ſuper quibus ſunt examinandi.Nec enim poſſunt deponere,niſi ſciant ſuper quo, & præmeditentur in hoc diuturnum vſum,& veterem obſeruantiam, ideò dicit tradendam conſuetudinem,ſicut habetur in capi. præſentium.de teſtib.in vj.

Conſuetudinis articuli teſtibus tradendi.

23 † Imò quando pars allegat conſuetudinem debet nominare teſtes, per quos intendit probare conſuetudinem,videlicet per pragmaticos talis tribunalis Aurelian.vel alterius.

24 Quartò,in ſcriptis articulus,ſuper quo teſtes deponere debent,eſt dandus,quò poſſint melius ſuper eo deliberare,& perpendere: quia ea quæ in ſcriptis ſunt,oculis meliùs proſpici, & prouideri poſſunt, & legi non ſemel tantum: ſed ſæpius,ideò faciliùs ſuper ſcripta conſuetudine deponere poterunt,l.j.ff.de his quæ in teſta.delen.

25 Quintò,iurare debent teſtes ſe dicturos fideliter, quod credunt, & viderunt vſitatum ſuper dicta conſuetudine. Teſti enim non iurato non adhibetur fides,l.iuriſiurãdi.C.de teſtib. Sed in hoc caſu recipitur teſtimonium de credulitate,vt ſcripſi in tract.de reprob.teſtium.

Teſti niſi iurato nõ creditur.

26 Sextò,docet Ordinatio Curiæ teſtes ſeparandos eſſe à tumultu auditorij,& inter ipſos deliberandũ ſuper dicta conſuetudine: ne poſteà dum interrogabuntur,ſint ſibiipſis contrarij, vel diuerſi:quibus non crederetur, & vnus pro omnibus interrogabitur,& reſpondebit poſt cõcluſionem inter eos factã,vt de electione dicit tex.in cap.ſicut.de elect.in vj.Vnde ſi aliqui depoſuerint de conſuetudine frumenti,videlicèt non eſſe vſitatũ ſolui niſi octauam partẽ pro decima frumenti: alij idem dicunt de conſuetudine vini,non probabitur conſuetudo. quia ſunt ſingulares,d.l.iuriſiurandi. C.de teſtib.Bal.& alij in d.l.de quibus.niſi concordarent in eodem genere l.j.C.quæ ſit long.conſu.quia tunc licèt facta eſſent diuerſa, vt in tali facto vidi ſeruari hoc,& in tali facto hoc,tamen probant, quia idem eſt genus,videlicèt ſuper frumento.argu.gloſſ.in verb.iudicari. §.cum verò.capi. accuſatus.de hæreti.in vj.Bart.& alij in d.l.de quibus.Ioan. Fabr. in §. fine ſcripto.de iure natu.in Inſti.Alexan.conſil.cxxxj. nume. 9. & conſi. clxxij. viſis.col.vlt.vol.ij.Fely.& alij in c.licèt ex quadam.de teſtib.

Teſtes interrogati ſeparandi,& vnus pro omnibus dicet, & quomodo

Depoſitiones ſuper tẽpore immemoriali.

Septimò, deponent teſtes, & referent hoc vſitatum fuiſſe à decem an- 27
nis,& citrà.Bar.in l.Celſus.col.pen.ff.de vſucap.Sed ſi probaretur conſuetudo tanti temporis, cuius memoria non eſt in contrarium, tunc debent deponere quod ſuis temporibus viderunt ſic obſeruatum, & à ſuis maioribus acceperunt etiam ſic fuiſſe vſitatum, & ſeruatum, nec vidiſſe, nec audiuiſſe quenquam qui aliter viderit obſeruari. Io. Fab. in d. §. ſine ſcripto.verſic.circa quintam.col.iiij.de iure nat.in Inſti. facit gl. in c. j.in verb. memoria.de reſc.in vj.Ale.conſi.lxxiij·viſo in vj.vol.ſcripſi in trac. de dec. q.xiij.nu.94.& ſeq.

Non eſt neceſſe nominare perſonas inter quas eſt iudicatũ nec caſus.

Octauò, interrogantur teſtes inter quos viderint illam conſuetudinem 28
ſeruari:qui ſi dicant ſe neſcire,non valet eorum depoſitio: vt docet Barto. in l.ij.C.quæ ſit lon.conſu.& habentur,ac ſi nullo modo depoſuiſſent,quia non intelligunt id,ad quòd ſunt adhibiti:vt firmat Alexand.conſil.xlv.col. ij.in ij.vol.non requiritur tamen quòd dicti teſtes nominent aliquos, nec in quibus caſibus,ſed ſufficit quod dicant,preſentibus multis ſimpliciter, & in multis caſibus ſic fuiſſe obſeruatum,l.fi.ff.ad legem Iuliam maieſt. & in l.Labeo.in fi.ff.de ſuperllect.legat.l.fin.C.de bonor.poſſ.ſecund.tab.Io. Fab.in d.§.ſine ſcripto.col.iij.quem ſequitur Guid.Papæ conſil. clxiiij.pro certo.colum.ij.

Teſtibus per eundem ſermonem deponentibus creditur.

Nonò, deponent teſtes in quo caſu,& facti ſpecie viderunt obſeruari 29
dictam conſuetudinem, & ſic omnes teſtes deponentes per eundem ſermonem probant.teſte Bal.in d.l.de quibus.& Curt.in d.cap.fi.col. cvij. vj. qni. fin.quia talis ſermo eſt ſermo iuris neceſſarius probationi conſuetudinis:licèt regulariter in aliis teſtes his verbis deponentes ſuſpecti reddantur,l.iij.§.ideóque.ff.de teſti.& ibi addidi.& bonum eſt quando teſtes ſunt memores illius caſus,vt illum referant: alioqui non aſtringantur caſum in indiuiduo exprimere,ſed ſufficit deponere generaliter in multis caſibus hoc vidiſſe obſeruatum,vt dictum fuit.

De loco teſtes deponere debent.

Decimò,habetur in Curiæ placito,vt teſtes deponant in quo loco vide- 30
runt, quia ſi vellemus probare conſuetudinem Pariſien.eſſe, quòd duo notarij actus,& contractus recipere debeant, & vnus teſtis deponeret ita vidiſſe Mediolani,alter Tholoſæ,iſti non probarent: ideò debent deponere ſe vidiſſe in illo loco,de quo interrogantur,& in quo eſt quæſtio.Bar. in d.l.Labeo. ff. de ſupellecti. legat. quia reſponſio interrogationi conformis eſſet debet.l.ſi defenſor.ff.de interroga.acti.capitu.cùm Ioannes.de fide inſtrumen.

Sententia probat conſuetudinem, & actus extraiudiciales.

Vndecimò, interrogantur teſtes, ſi ſuper ea conſuetudine fuerit iudi- 31
catum.Nam primum quidem illud explorandum eſſe arbitror, an etiam contradictorio aliquando iudicio conſuetudo firmata ſit, l. cùm de conſuetudine.ff.de legib.Alexan.conſil.73.col.2.volu.vj.†Vbi dicit non poſ- 32
ſe deferri iuramentum in ſupplementum probationis ad probandum conſuetndinem, nec teſtes probare, ſi dicant, quòd publica vox & fama eſt, quòd talis conſuetudo ſeruatur in tali loco, & ita audiuerunt dicere,nec plenè probat illa fama,l.iij.§.eius quoque.ff.de teſti.gloſſ.& Doc. in l.admonendi.ff.de iureiu.vbi alia dicit quæ videri poſſunt.

Iuramẽtum deferre, aut famam publicam referre non licet in probãda cõſuetudine.

Poteſt

33 Poteſt etiam conſuetudo probari tam per actus iudiciales, quam exrraiudiciales, nec eſt neceſſe probare ad inducendam conſuetudinem, quòd ita fuerit iudicatum, d. l. de quibus.& l.diuturna. ff. de legib. ſic conſuluit Guido Papæ conſi.cxxxj.circa proceſſum.q.iij.

34 Duodecimò,deponent etiã teſtes de circũſtantiis,vt clarior eorũ reddatur depoſitio,l.inſtrumenta.C.de prob. vt etiã dicitur in d. ſenatuſcõſulto.

35 Decimotertiò,cauſam in communi reddent dicti eorũ, videlicèt quòd viderunt ſic vſitatum, & ſeruatum in tali curia,publicè & notoriè, longo tempore,& in multis litibus,& cauſis, & in omnibus, in quibus interfuerunt.Et ſic ſolent dicere teſtes pro conſuetudine deponentes.

Communis teſtium pro conſuetudine depoſitio.

36 Decimoquartò,omnia quæ ipſi teſtes dicent, deſcribentur à grapherio, ſeu ſcriba cauſæ:ſicut quando in alia materia deponunt,cap.quoniam contra.vbi Lanfran.de proba.

Grapherius ſingula dicta teſtium deſcribet.

37 Decimoquintò commiſſarius qui audiuit teſtes, mittit has depoſitiones clauſas ad Curiam,in qua cauſa ventilatur, & hoc ſub ſigillo ſuo, non alterius Curiæ:probatur in l.iudices.C.de fide inſtr.cum auth.ibi poſita.

38 Decimoſextò,ſi vſus loquendi faciẽdi,vel vtẽdi probãdus ſit,requiritur quod vſus longi temporis probetur,& quod teſtes dicant à decẽ annis, & citra,& per ipſum tempus communis vſus talis fuit in tali ciuitate.Bar.in l. Labeo,col.ij.ff.de ſupellect.leg. plenè Roch.Curti.in c.fin.q.vij.de conſue. Alex.conſi.cj.nu.17.in vij.vol.Bar.conſi.lxxij.co.j.in iiij.vol.& Bened. in repeti.c.Ray.in verb.eidẽ nu.24.& ſeq. de teſta. Et hoc eſt notandum, quia ſæpius oportet probare vſum loquendi,vel vtendi:& ſenatus ſolet dicere, quod inquiſitio fiet ſuper modo vtendi,& ſic ferè ſemper fieri debet, vt ſuperius. ſcripſi.

Modus vtẽdi quomodo probetur.

39 † Vltimò nota quòd non debent teſtes deponere tale eſſe conſuetudinem,ſed de facto,videlicèt quòd viderunt tales actus fieri, ex quibus iudex poterit conſuetudinem colligere.Bar.& alij in d.l. de quibus Alex.in l.ſtipulatio.§.hoc quoque.ff.de verborum obligat.& d.conſil.xl.in ij.vol.niſi teſtis eſſet peritus,quia veriſimile eſt quod tunc intelligat,quod deponit:per ea quæ no.Doct.in auth.ſi quis in aliquo.C.de eden.

Teſtis an poſſit dicere eſſe conſuetudinem.

40 Et ſic ceſſat opinio Doct.in d.l.de quibus.& Ioan.Fabr.in d.§.ſine ſcripto.vbi dicunt valere depoſitionem teſtis, dicentis talem eſſe conſuetudinem,licèt rationem non dicant.Tamen in Francia propter legẽ Regiam, & hoc Senatuſconſultum,debet teſtis interrogari de ratione,ſaltẽ in communi,vt hìc dicitur:quam ſi non aſſignet,non valebit eius depoſitio, vt in l.ſolam.C. de teſtib. plenè ſcripſi in tracta. de repro. & ſalua. teſt. in verb. cauſam.

Teſtem rationem dicti debere reddere.

41 Item cùm per Ordinationem Regiam pars poſſit facere,vt aduerſa pars interrogetur,vidi ponere,quòd tale erat conſuetum fieri, & talis erat conſuetudo, ſi pars credat,non erit opus aliter probare conſuetudinem: & ſic erit facilis modus probandi conſuetudinem,ſeu releuandi ab onere probãdi,vt dicit Curt.in c.fin.de conſue.q.vj.& tenebitur interrogatus reſpondere poſitioni conſuetudinis, licèt non iuris: vt in l.ij.colũ.vlti.ff. de confeſſis.& in l.omnes populi. in fin. ff de iuſti.& iure Bald.in l.ij. §.quod obſeruari.col.iij.q.v.C.de iuramen.calum.& in l.j.C.quæ ſit longa conſuetu.

Facilis modus probandi conſuetudinem.

Parquoy les proces ſont ſouuentesfois moult allongez, & les parties conſtituées en grands frais & deſpenſes.

GLOSSA IIII.

Cauſa legis impulſiua quæ dicatur.

HIC duplex cauſa legis condendæ aſsignatur: tum quòd proceſſus prolongantur in probando conſuetudinem, tum etiam quòd partes grauantur laboribus, & expenſis. Ob id iſtæ cauſæ ſunt impulſiuæ. Nam in dubio cùm cauſa in lege exprimitur, præſumitur impulſiua: gloſſ. in l.ij. in fin. ff. de donati. licèt præfationes oſtẽdant cauſam finalem, vt in l.fin. ff. de hæredi. inſtitu. Et ſic ſublata cauſa legis, lex ſublata non cenſebitur, per l.j.§.ſexum.ff.de poſtulan. vnde Præpoſitus in ca.cùm ceſſante.col.iij.de appella.ait, quòd ſi cauſa ſit ſpecialis, & lex generalis, tunc dicetur cauſa impulſiua vt ſi in choreis noctu ductis occiſus quidam fuerit, & ob id princeps legem facit prohibentem, ne deinceps choreæ noctu ducantur, quia homicidium tale fuit perpetratum, etiã vbi cauſa non eſt neceſſaria, illa dicetur impulſiua. Bald. in l.non omnium. ff.de legi.& in l.generaliter.C.de epiſcop.& cleri.alia videri poterunt pleniùs per Docto.explicata.in dict.capitu.cùm ceſſante.& Iacob.in l.j. nota. j.C.de caduc.tol. Alibi ſcripſi an præſumenda ſit potius finalis, quàm impulſiua cauſa.

Et que ſi les couſtumes, vſages, & ſtyles des pays de noſtredit Royaume eſtoyent redigées par eſcript, les proces en ſeroyent de tant plus briefs, & les parties ſubleuées des, deſpens & miſes.

GLOSSA V.

Scripta conſuetudinis cõmoda.

DVO ceſſarent incommoda, ſi conſuetudines eſſent in ſcripturam redactæ, nempe breuiores eſſent proceſſus, & partes leuarentur oneribus, & expenſis: certè ſi conſuetudines concluſæ ſunt, & conuentæ, ac confirmatæ, atque in ſcripturam redactæ, iam ſunt probatione vallatæ, vt in ſimili de inſtrumento dicit Bald. in l.cùm precibus. C. de probationi. Ergo non eſſent amplius probandæ dictæ conſuetudines, in quarum probatione multæ ſolent fundi pecuniæ, cùm vix probari queant. Ideò hic dicit iſta ceſſare non tamen ob id quòd ſcriptæ ſunt, amittent nomen conſuetudinis: vt Bal.& alij firmant in procemi.feudor.& ſuperiùs ſcripſi.

Et auſſi les Iuges en iugeront mieux, & plus certainement.

GLOSSA VI.

MELIVS & certiùs Iudices iudicare poſſunt ex conſuetudinibus ſcriptis, & approbatis, quàm ſine illis: tùm quòd ſæpiùs partes contrarias allegant conſuetudines, vt ſequitur, & curare debet Iudex, vt certam proferat ſententiam. §. curare.de actio.in Inſtitu. & per totum titul.de ſentent. quæ ſine certa quanti.profer.

Car

Car ſouuentesfois aduient que les parties prennent couſtumes contraires en vn meſme pays.

GLOSSA VII.

INTERDVM partes contrarias adducunt conſuetudines, & tunc iudicandum eſt ſecundum eum, qui meliùs probabit: & in hoc Iudex debet reſpicere qualitatem perſonarum rationes redditas per teſtes, & alia quæ ſcripſi in tracta.de reproba & ſaluatio.teſtium in verb.contrarij,& in verb.præferuntur, & quæ etiam abundè ſcripſi in Concord.Franciæ, in titu. de Annatis. Et probari poteſt contra conſuetudinem antequam ſit concluſa, & conſtituta, ac à Principe approbata, poſteà non, vt inferiùs dicitur. Ob id bonum eſt illam primò concluſam eſſe & approbatam. Sic contra præſcriptionem probari poteſt, niſi in ſingulari caſu l.litibus.C.de agri.& cenſit.lib.xj. *Iudicãdum quomodo ſit ſi diuerſa & cõtrariæ allegentur cõſuetudines.*

Et aucunesfoys que les couſtumiers les muent, & varient à leur appetit, dont grands dommages, & inconueniens aduiennent à nos ſubiets: Nous voulans abbreger les proces, & litiges d'entre nos ſubiets.

GLOSSA VIII.

BONI Principis eſt lites abbreuiare, l. properandum. C. de iudic.c.finẽ.de dolo & contu.de quo ſcripſi plenè in procem. Ordinat. in j. Tomo. & Rex circa quatuor maximè ſtudere debet,vt ſcribit Floren.in iiij.parte ſummæ,tit.ij. c.vj.de prudentia Reg.primò vt Deo placeat,ſecundò vt populo pro virili ſatisfaciat,tertiò Reipu.prouidere debet,quartò, leges iuſtas, & poſſibiles condere:quæ proſequere vt per eum ibidem. *Princeps ad quæ intendere debeat.*

Et les releuer des miſes & deſpenſes.

GLOSSA IX.

PRINCEPS partes releuare diſpendiis litium debet, iuxta c. diſpendia.de reſcrip.in vj.docui in procem.Concordat.& Ordina.

Et mettre certaineté es iugemens.

GLOSSA X.

EX certo facto ius certum oritur,ſi probatio certa fuerit,l.ſi ſeruus. §. in cliuo.ff.ad leg.Aquil.

Tant que faire ſe pourra, & oſter toutes matieres de variation, & contrarieté.

GLOSSA XI.

VARIATIO prohibetur,& maximè clericis.cle.vna.de renun. & generaliter tollitur facultas variandi, & ſic allegandi varias, & contrarias conſuetudines, quando concluſæ, & conuentæ ſunt,ideò mandat Rex, & præcipit, vt concludantur, & conſtituantur.

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

Ordonnons & decernons, declarons, & ſtatuons, que les couſtumes, vſages.

GLOSSA XII.

Conſuetudo & vſus differunt.

QVID ſit conſuetudo, ſuperiùs in præfationibus ſcripſi: Vſus 1
autem & mores propriè reſpiciunt factum: videlicèt vti: quo vſu conſuetudo inducitur. conſuetudo verò ius eſt. Bart. in l.de quibus.ff.de legi.in repe.q.j.Cardinal.in repeti.ca. fin. q. vj. de conſue. quandoque vocatur communis vſus, de quo in l.Labeo.ff.de ſupelle.leg. Doct. in proœ. ff. noui. & Bald. in l. diuturna. ff. de legib.

Et ſic differunt vſus & conſuetudo, vt cauſa & cauſatum, & tanquam 2
materia & ſubiectum, ſecundum Doct. per illum text.in c.cùm conſuetudinis.de conſue.& c.conſuetudinis.xj.diſt.Corne. conſi. lxxxix. viſis actis. col. vlt. in j. volu. prauum vſum & lex, & ratio vincit.ca.j.xj.diſtin. Vſus & mores ſunt cauſa conſuetudinis, videlicèt remota. nam cauſa proxima eſt populi cõſenſus, qui colligitur ex vſu & moribus.§.ſine ſcripto.de iure natu.in inſti.Bart.& alij in d.l.de quibus abundè ſcripſi de moribus in l. pronuntiatio.§.fi.ff.de verb.ſigni.hîc non repetam.

Vſus pro iure ſeruitutis.

Notandum tamen eſt, quod aliquando vſus capitur pro iure, ſeu ſerui- 3
tute, vt in toto titul.ff.de vſu & habita.& C.eo. & in Inſti. illo titu. Cæpol. in tract.de ſerui.vrba.prædi.ca.v.titu.de ſerui. vſus. & de hoc nihil ad nos quò ad hanc materiam.

Vſus pro actu vtendi.

Interdum capitur pro actu vtendi, quem Græci χρῆσιν vocant, & Galli- 4
cè dicimus, *vſage* inde dicitur vſus cauſa paratum, in l. cùm in teſtamento.ff.de auro & arg.leg.l.in lege Cenſoria.ff.de verb.ſig. in extrauag. Ioan. xxij.vnde dicitur, *Deo ſemel dicatum, non eſt ad humanos vſus transferendum.* regu.ſemel.de reg.iur.in vj.c.conqueſtus.de foro compe.c. ratio. de præb. vide tex.ſing.in l.donationes.§. j. ff. de dona. vbi donans ad vſum videtur proprietatem relinquere. Sed ego in intellectibus ineis nouis, & interpretationibus ad illum text. cui dedi nouum intellectum, contrarium tenui.
†Aliis etiam modis accipitur à Theologis, quod deſcribit Floren.in j.par- 5
te ſummæ, titu.iiij. c.xj.& in iij.parte tit. ij. c. iij. vide etiam quæ ſcripſi in l. qui vti optimæ.ff.de verb.ſigni.ſed de obſeruatione, & an lex non ſeruata omnes teneat, docui plenè in j.Tomo.Ordi.in proœ.in glo.v.& quæ leges non ſeruentur in Curiis Franciæ ibidem ſcripſi.

Corrumpitur duobus modis conſuetudo.

Item inuenimus duobus modis conſuetudinum corruptionem acci- 6
dere.nam aut per nos, aut per exteros: per nos quidem, vel quia agimus moleſta, vel quoniam ſequimur iucunda. Cæterum ab externis conſuetudines malè pullulant, cùm peregrinus populus nobiſcum habitat mercatoria fœlicitate affluens, & luxu, aut vrbis vicini voluptarij, & molliculi ſunt quia morum contagio propinquos afficit, vt patet Geneſ.vj.c.quapropter opus eſt vt legiſlatores & Magiſtratus ſedulò animaduertant, num diligenter obſeruentur mores approbati, & æquales in omnibus pergant Hoc ex Hippodami Pythagorei ſententia patet.liberè quod ſentio dicant

quòd hodie quidam exteri bonos mores Gallorum quorundam peruerterunt,& corruperunt,necnon alios deteriores addiderunt. quod grauiter ferendum eſt,& dolendum.

Et ſtyles.

GLOSSA XIII.

1 SVPEREST declarare quid ſit ſtylus,de quo loquimur. *De ſtylo.*
Et ad illius elucidationem multa hic ſcibere intendo quotidiana·Primò quot modis ſtylus accipiatur,quid ſit,quomodo introducatur,quid à conſuetudine differat,quam vim,ſeu
2 effectum habeat. † Et ad primum veniens, quot modis ſtylus ſumatur.Reſpon.interdum ſtylus,vel ſtylum ſumitur pro colomna, vnde epiſtylum eſt,quod ſupra columna locatur. *Quot modis ſumatur ſtylus.*

3 Aliquãdo ſtylus,id eſt graphium,vel penna,ſeu pro ſcriptura accipitur, vt teſtatur Luca de Penna in l.iij.col.ij.C.de bonis vacan.libr.x.& Gallicè vocamus, *la touche de quoy on eſcrit ſur tabletes*.& Iob,Quis mihi det,vt exarentur in libro,ſtylo ferreo. Nonnunquã ſumitur pro Conſuetudine ſcri-
4 bendi,vt in c.pen.de confir.vti. c. quamuis. de crimine falſi.† *Et dicitur, ex ſtylo cognoſcitur author*.Bal.in l.comparationes.nu.18.C.de fid.inſtru. *Author ex Stylo cognoſcitur.*

5 Interdum ſumitur pro ſententia, l.ſi quis intra.ibi,Stylum proſcriptionis incurrerit.vbi glo.ſic exponit,& Bal.C.de bonis damna.

6 Alias etiam dicitur modus dicendi, ſeu orationis fructura. Terent. in Proœ. Andriæ. Diſsimili oratione ſunt factæ ac ſtylo. Et dicitur oratio in ſenſu,ſtylus in verbis oratio ad res,ſtylus ad verba.hæc ibi Donatus.

7 Sumitur interdum pro quacunq; diſpoſitione ſcripta,l.j.ibi, nihil enim eſt, quod magis hominibus debeatur, quam vt ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus,& licitum,quod iterum non redit,arbitrium.C.de ſacroſan.eccle. quia moribus olim receptum erat apud veteres,vt ipſi teſtamenta conſcriberent ſtylo,id eſt,inſtrumento æneo,quo in albo,id eſt in tabulis ceratis, vt & eſt hodie mos Gallorum ſecundum Alberic.ibi, vt notarij lineas faciant,vt rectè ſcribant.Accipitur etiam ſtylus pro communi vſu loquendi, procedendi,& ſcribendi,Bar.in l.de quibus.in repet. col.v.verſic.vltra hoc quæro.ff.de legib.& in l.ij.C.quæ ſit long.conſue,& Albe.in rub. ibidem. col.xvj.Ang.in d.§.ſine ſcripto.col.ij.Inſt.de iur.natu.vbi dicit, quòd ſtylus non ſolum concernit ordinem iudiciciorum,ſed & extraiudiciorum.

8 Item ſtylus ſumitur pro eo,quod eſt vſitatum,& vt ipſe dicit,practicatum in aliqua Curia,& diutiùs ſeruatũ. Cyn.in l.ij. col.iiij.C. quæ ſit longa conſue.vel dicitur conſuetudo alicuius fori. Georg. Natam in repeti. cle. ſæpè.§.& quia.col.col.ij.dè verb.ſigni.hæc de prima quæſtione.

9 Secundò quæro, quid ſit ſtylus? Bal.in d.l.j.dicit,quòd eſt conſuetudo alicuius fori iudicialis, vel eſt ius non ſcriptum,vſibus introductum, ab vnius iudicis voluntate ſæpè ſtylatum, ſecundum Pet. & Cy. ibidem. & Ange.in dicto §.ſine ſcripto.vel eſt practica Curiæ vſu confirmata. Bald. in l.fina.C.quæ ſit longa conſuetudo. Iacobi.in d. l. de quibus. colum. iij. *Stylus pro fori conſuetudine. Stylus quid.*

vel continuata.Corne.conſi.cclxxvij.poſt ſupraſcriptum.col.ij.vol.iij.& ſecundum Bal.in ru.de reſcri.col. iij. dicitur ſtylus quaſi calamus, quia olim ſtylo ſcribebatur. Bald. in rubr. de reſcr. col.iij. † Vel ſtylus quaſi ſtans ad 10
ſimilitudinem ſtyli ferrei,qui eſt ſtabilis,quaſi ferreus, hæc ſunt verba Bal. in dict.l.de quibus.co.vj.verſ.nota tamen.ff.de legib.Bar.in rub.de reſcrip. col.xij.verſ.quærit etiam Bal. quæ parum arrident. quinimò ex Græco potius petenda fuiſſet huius vocabuli etymologia,cum στύλος,nomen ſit Græcum,columnam ſignificans,cuius columnæ formam gerebat calamus, ſtylus dictus,quo ſcribebant veteres in tabulis cereis:inde contra ineptè ſcribentes,& temerarios,tritum fuit adagium,meliorem eſſe eam partem ſtyli, quæ deleret, quam quæ ſcriberet. Vnde etiam euaſit, vt hodie apud nos ipſa ſcriptura ſtylus vocetur: ſed quia hæc parui ſunt emolumenti, ob id aliter non diſcutio.

Etymologia huius nominis ſtylus à Græco petita.

Introducitur ſtylus per decem annos.

Tertiò videndum eſt quando ſtylus introducatur. Reſpon. per decem 11
annos in aliqua Curia,ſecundum Guido. Papæ in conſi. cxix. ex proceſſu. in iiij.dubio,in additio.allegat Raymund.de Sabanac.in repeti.l.more maiorum.ff.de iuriſd.omnium iudic.Sic dicit gl.de conſuetudine. in d. §. fine ſcripto.de iure natural.in Inſtitut.& ſuperiùs dictum fuit.

Stylus differt à conſuetudine.

Quartò quæritur,quomodo ſtylus differat à conſuetudine. Bart. quem 12
alij ſequuntur in d.l.de quibus.dicit conſuetudinem reſpicere deciſionem, ſtylum verò ordinem loquendi, procedendi, & ſcribendi. Idem tenet ibi Iacobi. col. iij. licèt quandoque pro eodem accipiantur, vt in capi. quàm graui.de crimi.falſi.& ſuperiùs dixi.

Secundò differt, quia conſuetudo introducitur tacita voluntate plu- 13
rium,& vſu populi,vel maioris partis,d.l.de quibus. ſtylus verò ex voluntate vnius iudicis.Ange.in d.§.fine ſcripto.Cardinal.in c. fi. q. vij. de conſuetud.Chaſſa.in procem.ad Conſuet.Burgund.in prin.col. ij. Io. de Anania conſi.xciij.viſo proceſſu.col.iiij.verſi.præterea eſt aduertendum.

Tertiò, conſuetudo eſt generalis populi, ſtylus particularis perſonæ, 14
vel officij.Cy.in l.ij.col.iiij.q.iiij.C. quæ ſit longa conſuet. Doc. in rub. de conſuet. col. ij.

Quartò,conſuetudo contra ius valet,l.de quibus.ff.de legi. l. ij. C. quæ 15
ſit longa conſ.ſtylus iudicis non,quia tantùm valet ad declarandum mentē iudicis,qui nō poteſt contra ius.Antho.& Cur.in c.fi.de cōſuet.Alex. cōſ. xxxvij.viſo themate.col.vl.in ij. vol. fallit ratione approbationis Principis, & bonū eſſet ne Curiæ regni vagarentur ſub incerto,vt vnus eſſet tantum ſtylus in omnibus curiis regni,ſicut eſt in omnibus Franciæ Parlamentis.

Quintò, in ſtylo non requiritur curſus temporis, in conſuetudine ſic. 16
Anth.& Curtius in d.c.fin.Areti.conſi.ciij.in cauſa.in fi. Alex. conſil. cvij. pro inueſtigatione,col.pe.nu. 21. in ij. volu. quod intellige quando ſtylus non eſſet contra ius,alioqui requiritur temporis curſus, ſicut in conſuetudine:vt probat glo.in c.vl.de conſuet.lib.vj.Aret. conſi. xj. procedendum. colum. xj. Soci.conſil. cclx. in cauſa. colum. xj. verſicul. non obſtat tertiò. in ſecundo volumi. & Alexand. conſilio xxxvj. viſo themate. in fin. volumi. ij. vel intellige in ſtylo eius, qui habet poteſtatem legis condendæ,

non requiritur curſus temporis, alioqui ſic.Dec.in rub.de conſuet. colũ.ij.

17 Sextò,in ſtylo interpretatiuo non requiritur pluralitas actuum, in conſuetudine ſecus.Curtius in rub.de conſuet.q.iiij.allegat Panor.in capitulo in cauſis.vl.notab.de re iudica.ca.fin.xx.diſtin.Alexand.conſil.xxxvj.in fin. vol.ij.hactenus de hac quæſtione.

Effectus ſtyli.

18 Vltimò,nunc videamus quã vim habeat ſtylus, ſiue effectum? Reſpon. effectum declarandi, vt ſi ſtylus velit, quòd in cauſa xx.ſolidorum non offeratur libellus:tunc declarabit.authent.niſi breuiores.C. de ſentent. ex breui.reci.Albe.in rubr.C. quæ ſit longa conſuetu.col.xvj.Alexand.d .con
19 ſil.xxxvj.viſo themate.in fin.in ij.volu.†Et quando ſtylus eſt dubius, recipit interpretationem à iure communi, ſicut ſtatutum: vt no.in l.j.in princ. in gloſſ.in verb.nunciationem legitimam.ff.de noui oper.nuncia.l.ſi ſerui. C.de noxal.actio.Guido Papæ conſil.cxix.ex proceſſu.in v. dubio. Calde. conſi.ix.quicquid.rub.de conſti.per c.cum dilectus.de conſuetud.

Stylus curiæ ſecularis à iure ciuili interpretationem recipit: curiæ verò eccleſiaſticæ à iure canonico.

20 Stylus curiæ ſecularis recipit interpretationem primò à iure Ciuili: curiæ verò eccleſiaſticæ ſtylus à iure Canonico.Panor.in ca. ex literis. col.ij. de conſt.ſic & reſcriptum, priuilegium,& iuramentum recipiunt interpretationem à iure,teſte Barba.conſi.lxj.ſcribitur.col.vj.in j.volu. & ſtatutum aut conſuetudo,ſeu lex Regia diſponens idem quod lex, debet interpretari ſecundum leges:& eſt ipſa lex ſecundũ Cy.in l.qui ſepulchra.C.de ſepulchro viola.gloſſ.Bar.& Hercula.in l.j.in prin.ff.ad legem Fal.Iac.in l.& ſi poſt tres.col.j.ſi quis cauti.& ita atteſtatur Rex.in titul. *des Aydes*. ord.iiij.

21 Secundus effectus eſt,quòd ſtylus habet vim conſuetudinis in illa curia,in qua eſt præſcriptus.Bald.in l.ſi quis intra.C. de bonis damnato.imò ſi ſtylus contradicat conſuetudini, ſtandum erit ſtylo tanquam ſpeciali, quia generi per ſpeciem derogatur,per regul.iuris: & hoc firmat Guid. in ſtatu.ſi quis.in verb.per duos.in fin.

Stylus curiæ pro lege cuſtodiẽdus.

22 Tertius,ſtylus curiæ pro lege ſeruandus eſt,l.obſeruandum.ff.de iud.& l.iij.in fi.de teſti.Barto.in l.iuriſperitos.ff.de excuſ.tutor.Bald.in l.fi.C.quæ ſit longa conſue.& in l.de quibus.col.iij.in ij.q.ff.de legib.l.Labeo.ibi,morem agentium ſequi debemus.ff.de ſtatulib.Hippoly.ſingu.cxvij.Stylus curiæ.Corne.conſi.cclxxvij.poſt ſupraſcriptum.col.ij.in iij.vol.& Iudex maximè debet ſeruare curiæ ſtylum.Barto.in d.l.iuriſperitos.Angel.& Iaſo.in l. ſi domus.§.in pecunia.in col.j.deleg.j.& ſi nolit illum ſeruare, Pragmatici illi reſiſtere poſſunt.arg.l.defenſionis.& l.prohibitum.C.de iure fiſci.libro decimo.

23 Quartus.ſtylus curiæ facit ius,c.ex literis.de conſtitu.c.de confirma.vtili.&c.quàm graui.de crimine falſi.Cardinal.conſil. xxx.in hoc dubio.colũ. iij.nu.24.cap.literas.de iuramen.calum.in additio.ad Panor.in Proœm.Decretal.Gregorius in verbo,de ſtylo.D.de Petrucia in ij. reme. ad fidem lit. ſui tract.de virib.iuramen.Federi.conſi.cclj.caſus talis eſt.Iacob.in fin.

Punitur ſtylum non ſeruans.

23 Quintus,ita punietur tranſgreſſor conſuetudinis notoriæ, & ſtyli,ſicut legis.Bal.in l.ſi quis non dicam.col.iij.nu.3.C.de epiſco.& cleri.& ſuperiùs dixi in effectu conſuetudinis.

Lege deficiẽ

25 Sextus, effectus ſtyli eſt, quòd ſi lex deficeret,ſtylus curiæ ſeruaretur

Iac. de

te Stylus ſeruatur.

Iac.de Bello viſu in ſua prac.rub.de fuga recor.nu.39.fol.51.maximé ſi aliquando iudicio contradictorio fuerit firmatus, l.cum de conſuetudine. ff.

Acceptari ſtylus pro parte nō poteſt.

de legi.†Septimus,Iudex vel partes non poſſunt pro parte acceptare ſty- 26
lum,& pro parte reſpuere:cum ſtylus ſit indiuiduus, ſicut & conſuetudo. no.Bar.in conſi.xxxiiij.illud in mediū.col.vlt.in iiij.vol.Fallit, quando hoc exprimitur à lege,l.vna.in fi.C.de latina liber.toll.ſing.ſecundum Bar.in repeti.c.Raynaldus.col.xlviij.& col.clviij.de teſt.& in rub.de reſcri.col.xviij.

Non ſeruās ſtylum facit litem ſuam.

Octauus,Iudex non ſeruans ſtylum ſuæ curiæ facit litem ſuam, ac ſi nō 27
ſeruaret conſuetudinem, aut legem.Bald.in §.iudices.col.ij. de pace iura. firmand.citat.Dec.in ca.inter cæteras.col.vlti.de reſcript. poſt Lanfranc.in repet.l.admonendi.col.j.ff.de iureiur.Calca.conſil.cxviij.ſanctiſsimus. col. ij.ideò poterit per ſuperiorem puniri.

Clauſulæ ſolitæ apponi habēt ur pro appoſitis.

Nonus effectus ſtyli eſt,quod clauſulæ ſolitæ apponi de ſtylo, haben- 28
tur pro appoſitis.tex.& ibi Panor.in ca.cum M.de conſti.l.quod ſi nolit.§. quia aſsidua.ff.de ædil.edic.ideò notarius ex ſeipſo poteſt tales clauſulas apponere,licèt partes de his nihil dixerint. gloſſ.notab. in l. ſi fundus.§. in commiſſoria.ff.de in diem adiec.c.quod tranſlationem.de officio. delegat.

Debitor cogitur conficere inſtrumētum creditori ſecundum ſtylum patriæ.

† Facit quòd dicit Barto.in l.ex ea parte.ff.de verbor.oblig.vbi debitorem 29
poſſe cogi inquit conficere inſtrumentum creditori, ſecundum ſtylum & conſuetudinem patriæ, etiam ſi eſſet conſuetum, vt ſigillum regium apponeretur, vt hic, vel obligatio ad rigores parui ſigilli Montiſpeſſulani. conſcriberetur, vel conuentionum Nemauſi: vt in patria Montiſpeſſulani. Sequitur Georg. Natan in clem.ſæpè.§.quia.colum.iij. de verborum ſignificatio.

Allegari poteſt ſtylus.

Decimus,ſtylus poteſt allegari etiam in deciſionibus cauſarum. Panor. 30
in c.ex literis.col.ij.in fin.per illum tex.de conſtit.Curtius conſi.lxvj. ſuper præmiſſa.nu.154.etiam ſi ſit contra ius.& hoc ſi eſt à Principe confirmatus,& eò tendat:alioqui non vt ſuperiùs ſcripſi.

Cōparatio ſtyli fit.

Vndecimus,debet fieri comparatio & inſtrumenti,& ſtyli. Bal.in l.vna. 31
in fin.C.de emenda.Iuſt.Cod.per gloſ.in c.licèt.in verb. ſcripturæ. de crimine falſi.Vnde narrat Plutarc.de Pyrrho Rege Epirotarum, quod propter ſtyli inæqualitatem perpendit literarum falſitatem, quas ei tranſmitti curauerat Lyſimachus tanquā à Ptolomeo Rege ſcriptas:non enim erat ſcriptum,vt conſueuerat,ſic,Pater filio ſalutē ſed ad Ptolomæus Rex Pyrrho Regi ſalutem refert Fely.in c.ij.col.vj.verſicul.Stylus.de reſcri.

Literæ contra ſtylum præſumuntur ſubreptitiæ, aut falſæ.

Duodecimò,literæ obtentæ præter,vel contra ſtylum curiæ præſumū- 32
tur ſubreptitiæ,aut falſę,& non valent,c.tua nobis.& ibi Panor.no.i.de offic.vicar.no.in c.ad noſtram.de confirm.vtil.glo.& Philip. Fran.in ca.quāuis.i.de præben.in vj.Cardinal.in c.quod ſuper.de fide inſtrumen.cap. cauſam.ij.de teſti.quia non eſt inſpiciendum quod ſcriptum eſt,ſed quod ſcribi,& fieri debuit,l.ſed licèt.de offi.præſid,c.cùm cauſam.de elect.

Decimustertius effectus, præſumuntur literæ cōtra ſtylum erroneæ, & 33
eis non eſt credendū,l.fi.& ibi patruus meus,& Platea.C.de can.lar.ti.li.x. Curtius conſil.lxvj.ſuper præmiſſa.num.5.& conſil.lxxiiij.ſuper memorata. col.pen.ideò commiſſarius debet ſuperſedere,ca.ex parte. de capel. mona.

Fely.&

Feli.& alij in cap.ij.col.vj.verſic.ſtylus.de reſcrip.per illum text.

34 Item ſi omittatur ſtylus, literæ redduntur ſuſpectæ. d.cap. quam graui. de crimi.falſi.Panor. in cap. ad hæc.de ſenten. excom. Bal. in rub. de reſc.
35 col.iij.& in prouincial.Cur. Roma. fol. 13. † Et hæc præſumptio falſitatis eſt ſufficiens ad condemnandum de falſo.cap.porrecta.de confirma.vtil.& Feli.in d.cap.ij.verſi.ſtylus.de reſcrip.& Curtius d.conſil. lxxiiij. ſuper memorata col.penul.& ſeq.per l.iubemus.C.de probatio.Alexan.conſi.lxxvij. in cauſa accuſationis.col.ij.in j.vol.quod eſt repetitum conſil. lxij.in iij.vol. ſcripſi in trac.de reſcrip.in xj.q.in xxj.effectu.ij.Tom.

Præſumptio ad condemnãdum ſufficiens.

36 Fallit tamen quando omitteretur illud,quod tacitè ineſt,c.cũ M.de conſtit.Feli.in c.ad hæc de ſen.excommu.

37 Secundò fallit, quando fieret expreſſa mentio ſtyli, & quòd non obſtante ſtylo valeant,quia tunc literæ valebunt. Archi. in cap. ſeruatis. xxv. q.ij.dicens,quòd quando conſtat de voluntate ſuperioris,illa eſt ſeruanda, & exequenda.Sequitur Georg.Natan in repe.cle.ſæpè.§.& quia.col. ij. de verb.ſigni. facit l. j. C.de ſuperindicto. lib. x. Quia non eſt ſuæ intentionis quòd ſtylo derogetur,quando non exprimit, alioqui ſecus. cap. ad aures. c.mandatum.de reſcrip.c.expoſita.de arbitr.c.cum cauſam.& c. fi.de præb. c.cùm in illis.illo tit.libr.vj.†vnde factum tale vidi emergi.

Stylo an derogetur.

38 Nuntius fuit ab armigeris durante bello ſpoliatus, qui ob id non potuit ferre procuratorium ad eum,qui erat conſtitutus procurator, nec alia inſtrumenta: quare pars amiſit cauſam: quæ tamen impetrauit literas Regias, quibus mandabatur Iudici, quod ſi ei conſtaret, etiam per ſolam nuncij declarationem de dicta ſpoliatione, & impedimento, eo caſu non obſtante rigore ſtyli annullaret contumaciam, & alia facta in contrarium, & partes audiret, & iuſticiam eis adminiſtraret. & hoc bonum & æquum viſum eſt,per ea quæ Doc.not.in l.ij.§.ſi quis in iudicio.ff.ſi quis cautio.

Reſtituitur qui ob procuratorium ereptum cõdemnatus fuit.

39 Ideò quotidiè impetrantur literæ contra ſtylum, qui cùm ſit de iure poſitiuo,tolli poteſt per Principem,& mutari,l.Princeps. ff. de legib.ca. propoſuit.de conceſſ. præb. vnde in curia parui ſigilli interdum impetrantur literæ Regiæ, vt non obſtante rigore ſtyli recipiantur aliæ iuſtæ exceptiones: videlicèt præſcriptionis, & metus, vel doli. Guido deciſ. ccxcij. ſi alicui.

Literæ contra ſtylum impetrãtur.

40 Decimuſquartus, libellum contra ſtylum vel conſuetudinem formatum poteſt Iudex ex officio reiicere,& dentibus lacerare, l. j. & ibi gloſ.ff. de offi.aſſeſſo.gloſſ.in l.de quibus.in verbo,inueterata. ff. de legib. Feli. & Dec.in d.c.ij.verſi.ſtylus.quod bene notent practicantes, & ab ſtylo non
41 deuient.† Et ratio eſt,quia ex officio Iudex debet prouidere, ne iudicium reddatur eluſorium,ca.cauſam.j.& ibi Panor.de iudi.ſed vbi ſtylus iudicij non obſeruaretur,corruet iudicium.argum.ca.quàm graui. de crimi.fal.ergo ex officio iudex illum libellum reiiciet.Cur.in c.fin.q.vij.de conſti. nec poterit pars ob hoc appellare, quia Iudex hoc facit iure permittente.

Libellum cõtra ſtylum conceptũ iudex reijcit.

42 Decimuſquintus,citatio contra ſtylum emanata non valet,nec tenetur citatus comparere.Ang.in l.fi.C.de cano.largi:titul.libr.x.l.fin.& ibi Bal.& Ange.C.de iureiur.Felyn.& alij in cap.quoniam contra.in gloſ.citationes. de

Citatio contra ſtylum non valet: nec eſt contumax non comparens.

de proba.Iaſ.in l.teſtamentum.in fin.C. de teſta. Curtius conſil.lxxiiij. col. penult.Hippoly.ſingul.cxviij.ſtylus curiæ.& in repetit.l.fi. nu.38. ff. de iuriſdicti.omni.iudi.& in l.de vno.nu.217.de re iudica.

Decimuſſextus,citatus contra ſtylum curiæ, etiam ſi non comparuerit, 43
non eſt contumax.Angel.in l.fi.C.de cano. largit.tit.libr. x. Deci. refert. in c.quoniam contra.vij.col.de prob.& in c.ex parte. col. v. de reſcript. Hippoly.ſing.cxviij.ſtylus.& in d.l.de vno.nu.217.

Sentẽtia cõtra ſtylum nulla.

Decimuſſeptimus effectus, ſententia lata contra ſtylum eſt nulla, ſicut 44
contra legem. Guido Papæ in deciſ. ſuis, quæſtio. ccxcij.ſi alicui:vbi dicit potius eſſe ſtandum ſtylo, quàm conſuetudini,quando ſibi contradicunt: quia ſe habent tanqam generale & ſpeciale.Et ſpecies derogat generi. c. j. & c.ſciſcitatus.de reſcri.idem docet q.xcviij.ſed an dominus.in fin.& Soci. conſi.xxxix.capio primum.colum.v.in iiij.volum.

Præſumitur pro ſtylo.

Decimuſoctauus, præſumendum eſt pro ſtylo tribunalis, in quo adeſt 45
copia prudentum.Panor.in c.ſicut nobis.not.penult.de ſent.& re iudic.

Decimuſnonus, valet ſtylus curiæ de non vocando præſentem, vel de 46
vocando certo modo.Feli.in c.cùm olim.nu. 10. verſicul. tertius caſus. de reſcrip.

Citatio quãdo omitti poſſit.

Vigeſimus effectus eſt, Citatio requiſita in examinatione teſtium de 47
ſtylo poteſt omitti.Alexan.conſi.lxv.habita. col. vlti.in j. lib. Dec. conſilio clxiij.in cauſa matrimoniali.col.vj.num.8. & in aliis caſibus omittitur citatio.quos ſcribit Iaſ.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offic. proconſul.& Hippol.in l.de vno.ff.de re iudi.& centum quindecim caſus, in quibus non requiritur citatio, congerit Anto. Nicell.in concordan. iuris canonic.& ciuilis hi.

Examinatio teſtiũ in criminalibus an poſſit committi.

Vigeſimuſprimus, valet ſtylus, vt examinatio teſtium in criminalibus 48
alicui committatur.Iacob.de Bello viſu in pract.rub. de fuga. reor. nu.41. licèt de iure ſecus.authen.apud eloquentiſsimum. C.de fide inſtr. non tamen valet ſtylus, vt pars cauſa cadat, niſi fuerit per principem approbatus & confirmatus.cap.cùm omnes.& ibi Doc.de conſti.quia id quod noſtrum eſt,ſine facto noſtro à nobis auelli non poteſt.reg.id quod noſtrum. ff.de reg.iur.

Vigeſimuſſecundus,quòd ſtylus non præſumitur ſeruatus, niſi probe- 49
tur.Barba.conſil.iij.clementiſsimi, & quidem. col. xj.in ij. volum. quia eſt facti,& facta non præſumuntur,l.in bello.§.factæ res. ff. de captiuis. l. quæcunque.in fi.ff.de publician.in rem actio.dixi in repeti. l.diuus. in ij. no. ff. de ſenatuſconſul.Silaniano.

Iudex ex cauſa immutare poteſt ſtylum ſuæ Curiæ.

Vigeſimuſtertius,licet ſtylus curiæ ſit volubilis, quia ex mutatione iu- 50
dicum quandoque mutatur,teſte Ioan.And.in cap. j.de elect.lib. vj. refert Iaſ.in repeti.l.j.numero 53. C. de ſumma trinita. tamen Iudex non poteſt illum mutare ſine magna cauſa.†Et per hæc dicit Rauen.in cap.ſuper ſpe- 51
cula. de priuil. tot eſſe conſuetudines diuerſas in quibuſdam locis, quia Iudices ibi iuris ignari protulerunt ſententias contra ius:& poſteà ſucceſſores idiotæ ſecuti ſunt dictas ſententias, cùm non poſſent diſcernere an eſſent iure latæ: quare in conſuetudinem venerunt, & ſic inductæ.

Quare ſunt diuerſæ conſuetudines.

fuerunt conſuetudines, & tot ſtylli contra ius,l. ij. §. mirabile.C.de veter. iure enuclean. Sed in patria iuris ſcripti doctiſsimi verebantur à iure diſcedere,ob id nullas conſuetudines iuri contrarias introduxerunt: vt ſcripſi in preœm.Ordin.& in comment.in primo Tomo.

Iudex de ſtylo quãdo inquirat à pragmaticis.

52 Vigeſimuſquartus, quando dubitatur de ſtylo alicuius Curiæ, poteſt Iudex ſe informare nemine citato ab antiquis illius Curiæ aduocatis, & procuratoribus.Bar.per illum tex.in l.iij.§.fin.ff.de teſtib.Bal.in l.vna.in fin. C. vt quæ de ſunt aduoc.part.iudex ſuppl. Hoc dicit ſe exercuiſſe Ang. in §.ſine ſcripto.col.ij.num.6.verſic.vnum addo. Inſtitut. de iure natural. Iacob.in l.de quibus,col.iij.ff.de legib. Chaſſa.in Conſuet. Burgun. in princ. & ita ſeruat curia laicalis ſecundum Ioan.Fab.in dict. §. ſine ſcripto. col.iij. Et hoc ſæpiùs, fit in Caſtelleto:quod poteſt fieri quando dubitatur de ſtylo, ſeu conſuetudine Curiæ.

Stylus ordinẽ iudiciarium reſpiciens, aut litis deciſionẽ quomodo differat.

53 † Secus ſi allegetur conſuetudo ad litis deciſionem,tunc plenè eam probare oportet. Bartol. in l.lege Iulia.ff. de teſtib. Curtius refert quæſt. viij. in dicto c.fin. Benedict. de Plumb. in l.Labeo.ff. de ſtatulibet. Imò non annulatur proceſſus, licèt operarius eccleſiæ non fecerit fidem de ſua poteſtate, ſi hoc petitum non fuerit, & hoc habebat ſtylus, ſicut communiter in Francia: vt ſcribit Aufrer. in deciſ. Tholoſ. q. cxv. & Alexan. conſil. xiiij. viſo. colum. j. in v.vol. & Deciſ. conſil.clxiij.in cauſa matrimoniali.col.vj.num.8.

Stylus contra ius debet plenè probari.

54 Intellige ſi ſtylus ſit ſecundum ius, ſecus ſi contra: quia tunc debet plenè probari.Curtius in repeti.d.c.fin.in viij.q. poſt Deciſ. in conſ. ccccij. in cauſa.num.12. alias limitationes vide per Bartol. & alios in d. l. de quibus. vbi dicit quòd circa ea quæ reſpiciunt deciſionem litis, non poterit ſic ſe informare partibus abſentibus,& ſequitur Soc.conſ.xxxvj. in cauſa Antonij. col. iij. in quarto vol.& idem quando eſt maximi præiudicij ſecundum eum,conſ.lxxxix.capio primum.colum.v. num. 28. in eod.volum. Sed nec habet ſe informare quando ſtylus eſt ſcriptus, & in apertum prolatus, & notorius, ac per Regem confirmatus: vt eſt ſtylus Curiæ Parlamenti. Sed illum legere,obſeruare,& menti commendare debet.

Stylus à crimine falſi excuſat.

55 Vigeſimuſquintus effectus,cõſuetudo & ſtylus excuſant à crimine falſi. Hoſt.& Ioan.And.in c.ij.de fid.inſtit.Bal.in c.vno.col.ij. de feud. cogn. refert Alex.conſ.lxx.viſo proceſſu.col.ij.in primo vol.

Styllus in ſua quaque curia ſeruari debet.

56 Poſtremò ſtylus non ligat generaliter,ſed tantùm in Curia, in qua viget Bald.in l.certum.colum.iiij.num.11.C. vnde legit.dicens, Iudicem ſecularem non teneri ſeruare ſtylum curiæ Epiſcopalis, nec contra. Aufrer. idem dicit, quæſt. cxv. ſi operarij. & Iacobi. in dicta l. de quibus.colum.iij.in ij. quæſt.& Nichol.Mil.in verb.ſtylus,& ibi, in additio. Curtius in rubric. de conſuet.q.iiij.

57 Imò nec ſtylus curiæ Romanæ imponit neceſsitatem obſeruandi in aliis curiis particularibus,ſecundum Baldum, in capit.ij. de feriis. quia aliæ Curiæ non habent pro iure communi id, quod ſingulariter in Romana obſeruatur Curia: vt patet in procem. regul. Cancellar. per Gomeſ. cùm quælibet Curia communiter ſuum habeat ſtylum: & licèt in verbis quili-

Practicus in vna curia nõ eſt in aliis ignarus.

bet ſtylus ſit diuerſus: † in effectu tamen virtute, & ſubſtantia idem ferè 58
ſunt. Et iuuenis qui praxim vnius curiæ ſciuerit, parum deficiet in practica alterius, teſte Ioan.epiſcop.Vaurenen.in ttacta. de ordin.iudic. rubric. penultima.

Fallit quando conueniret ſtylo aliarum curiarum, tunc debet ſeruari 59
tanquam ſtylus propriæ Curiæ, non tanquam ſtylus alterius Curiæ, vt dixi.

Stylus Principis eſt generaliſſimus.

Secundò fallit quando eſſet ſtylus Principis, qui omnes ligat, ſicut lex 60
l.leges.C.de legib.Panor.in dicto cap. ex literis.de conſtit. Chaſſ. in princ. conſuetu. Et ſi Princeps vellet quòd omnes curiæ Franciæ ſeculares obſeruarent vnum, & eundem ſtylum, bonum eſſet, vt ſuperiùs dixi. Et iſta nunc de ſtylo ſufficient:proſequar text.

De tous les pays de noſtre Royaume.

GLOSSA XIIII.

ET SIC vult, quòd ſtylus etiam in patria iuris ſcripti in ſcripturam redigatur, vt memoriæ commendari, & quilibet eum ſcire, & eo regi poſsit, l. contrahitur. ff. de pignor. & vtinam vnus eſſet omnium Franciæ Curiarum ſtylus. Nam tot conſuetudines diuerſæ,& ſtyli perturbant ingenia hominum.

Soyent redigees, & miſes en eſcrit.

GLOSSA XV.

Styli cur in ſcripturam rediguntur.

PRIMVM ergo ſtatuit, vt in ſcripturam redigantur conſuetudines,& ſtyli, ne memoria illorum pereat. Et vt quilibet ſecundum illos regatur, ac vt Curiæ practicantes ab illis non deuient:& vt Iudices procedant, & iudicent inſequendo illorum verba. † Et ſic ſcriptura fit quandoque propter neceſsitatem proba- 1
tionis eius, de quo agitur: quandoq; vt ipſa ꝓbatio magis habilitetur, vel ꝓpter ſubſtantiam eius,quod intenditur, teſte Bald. in authent. ſed nouo iure. colum. penult. C. ſi certum peta. vide l. contrahitur. ff. de pigno. & Doct.in l.j.C,de iure emphyteu.

Et accordees par les couſtumiers, Practiciens.

GLOSSA XVI.

SECVNDVM eſt, quòd communi concordia, & conſenſu Pragmaticorum fieri illa ſcripta debent.Nam ſi vnus dicat talem eſſe conſuetudinem, & alius aliam, non concludetur, nec conſtituetur conſuetudo: donec dicanici ſuper hoc conueniant:& quod ab illis concluſum,& conſtitutum fuerit, ſcribetur, & ſic ſolet fieri:quod poteſt probari,argumen.l.ſi voluntate. C. de reſcinden. venditio.

Et gens

Et gens de chacun pays de noſtre Royaume.

GLOSSA XVII.

1 TErtivm, vt practicantes illius patriæ, in qua rediguntur conſuetudines, in hoc conueniant: quia quantò viciniores eſtis tantò meliùs ſcire potuiſtis, ca. quantò. de præſumpt. nec valeret conſuetudo Pariſienſis, quæ concluderetur cum aduocatis Tholoſanis: quia illi neſciunt conſuetudinem Pariſienſem. Ob id ſcribitur hic, quòd in qualibet patria, & cum hominibus patriæ concludatur: quia quælibet patria ſuo ſenſu, & conſuetudinibus abundat, ca. cùm venerabilis de conſue.

Concludantur conſuetudines à practicantibus locorum in quibus hæ vigent.

Leſquelles couſtumes, vſages, & ſtyles ainſi accordez ſeront mis, & eſcrits en liures.

GLOSSA XVIII.

1 QVartvm, vt conſuetudines ſic conuentæ, ac conſtitutæ, in librum redigantur, qui vocabitur Liber conſuetudinum Pariſienſium, vel Luteriæ, ſeu alterius ciuitatis, vel oppidi. Et ſic Commiſſarius vt inquirat de his conſuetudinibus, non poteſt alias addere, nec populo præbere, quia ad hoc tantùm datus cenſetur, vt populi conſuetudines in ſcripturam redigat: qui ſi addat ex capite ſuo, tanquam priuatus cenſetur, nec erit lex, nec conſuetudo, l. iij. ff. de offi. præſid. & venire contra mandatum dicitur, c. cùm dilecta de reſcrip. l. diligenter. ff. mand.

Inquirens de conſuetudinibus nihil debet addere.

Leſquelles ſeront apportees par deuers nous, pour les faire voir, & viſiter par les gens de noſtre grand Conſeil, ou de noſtre Cour de Parlement.

GLOSSA XIX.

1 QVintvm vult quòd poſteà ſic redactæ conſuetudines, & deſcriptæ in libro, ad Principem deferantur, vt eas perſpicere faciat per Conſiliarios magni Conſilij, ſeu per Curiam Parlamenti, in cuius iuriſdictione ea ciuitas eſt: quæ vult Conſuetudines approbari. Et eò fit, vt conſuetudines rationabiles Rex approbet, irrationabiles verò ex libro deleat: per ea quæ Doct. docent in c. fi. de conſuet. facit c. nouerint. de ſenten. excommunicationis.

Approbatio conſuetudinis quomodo fiat ꝑ Principem.

Et par nous les decreter & confirmer.

GLOSSA XX.

SExtvm hic ſtatuit, quamuis Conſuetudo ſit tantæ authoritatis, vt non requirat confirmationem ſuperioris, quia confirmatur legitimo temporis curſu, l. an in totum. C. de ædific. priua. Bald. in rubr. de conſuet. col. ij. Barba. in c. cùm conſue-

Conſuetudo cõfirmationem non requirit.

tudinis.columna.j.de conſuetu.tamen hic vult eas confirmare,& decretum ſuper illis imponere,ne de cætero dubitetur de vſu, & authoritate illarum. Et licet princeps videatur confirmare conſuetudines eo ipſo, quòd ſunt tolerabiles, l.tam collatores.C.de re milita. libro duodecimo. & l.domini prædiorum.de agricol.& cenſit. libro xj. Guido Papæ in ſingul.dccccij. tamen Rex hic vult expreſsè eas approbare & confirmare, ne ſuper his dubitetur, text.in capit. in his.xj.diſtinctio.Feli.in capitu.ius generale.prima diſtinctio. *quia plus ſolet timeri quod ſpecialiter, quàm quod generaliter eſt conſtitutum,* & confirmatum, capitul. quia in cauſis, de procuratorib. capitu. quanquàm.xxiij.diſtinctio.capitul.j.de reſcript.

Et iceux vſages, couſtumes, & ſtyles, ainſi decretez & confirmez, ſeront obſeruez & gardez es pays, dont ils ſeront.

GLOSSA XXI.

Reſcriptũ contra conſuetudinem non valet.

ET ſic ſtatuit, quòd poſtquàm hæ conſuetudines fuerint à Rege confirmatæ, & conſtitutæ, ſeruentur ab omnibus. Intellige tamen quòd conſuetudo localis in illo loco ſeruari debet, vbi viget, & non in alio, l.final.C.de anno. & tribut.libro decimo.gloſſ.in capitul.conſuetudo.j. diſtinctio. & in capit.illud.& capitul.illa.xij.diſtinctio. nec valebit reſcriptum contra conſuetudinem, ea non expreſſa, nec derogabit conſuetudini, quia eam ignorare videtur reſcribens, capitu.j. de conſtitu.in vj. & ſuperius fuſiùs ſcripſi. 1

Et auſſi en noſtre Cour de Parlement es cauſes, & procez d'iceux pays.

GLOSSA XXII.

ET ſic Curia Parlamenti, ad quam appellatur, tenetur etiam iudicare ſecundum conſuetudinem loci primi Iudicis, & ſecundum legem primò datam.in authenti. vt cùm de appellatio.cognoſc. in princip. colla. viij. In aliis cauſis alterius loci non tenetur iudicare ſecundum conſuetudinem Pariſien.vt hic dicitur. 1

Conſuetudo cuius loci ſit ſpectanda.

Et ſic ſi primogenitus Baronis, vel nobilis in totum debeat ſuccedere in Vaſconia, ſi ille nobilis habeat bona etiam in Francia, vbi non eſt talis conſuetudo: tunc omnes filij ſuccedent per viriles in illa patria: nec computabitur primogenito ſua portio quam in Vaſconia habuit: vt Bald.& alij tradunt in l.j.C. de ſumma trinit. & Iacob. in l. de quibus. colum. penulti. ff.de legib. 2

Et iugeront les Iuges de noſtre Royaume tant en noſtredite Cour de Parlement, que nos baillifs, ſeneſchaux, & autres iuges, ſelon iceux vſages, ſtyles, & couſtumes es pays dont ils ſeront.

GLOSSA XXIII.

1 IVDICABVNT ſinguli iudices ſecundum conſuetudines ſuorum locorum, etiam Parlamenta ſecundum conſuetudines vigentes in ſuis iuriſdictionibus: eodem modo etiam iudicabit magnum Conſilium, & alij iudices deputati per Regem ex cauſa euocationis, vel aliàs, ſecundum conſuetudines cuiuſlibet loci, c. cùm veniſſent. de eo qui mittitur in poſſeſsionem. ſcripſi in interpretatione l. quod iuſsit. ff. de re iudic. in ſecundo notab. & pleniùs in tract. de ſupplica. in primo Tomo ordinatio.

2 Vnde ſi diuerſæ ſint conſuetudines, in concernentibus ordinem, ſeu proceſſum, illæ ſeruandæ ſunt, in quo loco litigatur, & proceditur. capitu. quod clericis. vbi gloſſ. & Docto. de foro comp. Itidem inſpicienda eſt conſuetudo loci executionis. Bald. in l. j. quæſt. iiij. C. ne filius pro patre. quia executio ordinem concernit. Bart. & alij in l. à Diuo Pio. ff. de re iudic. Bal. conſil. cclxxxv. caſus ſuper quo. colum. ij. in ij. volumi. *Quæ conſuetudines attendendæ.*

3 In deciſoriis vero debet iudex ſequi conſuetudinem litigantium, vel ſtatuta, l. ſi fundus. ff. de euictio. l. exigere. de iudic. Bal. in l. j. C. quæ ſit longa conſue. quod limitat Curtius in tracta. de conſue. q. penult.

Sans en faire autre preuue, que ce qui eſt eſcrit audit liure.

GLOSSA XXIIII.

1 NOTANDVM eſt, quòd hæ Conſuetudines ſic deſcriptę, approbatæ, & confirmatæ aliquando non aliter euulgantur, id eſt, non ſolent impreſsioni dari: & tunc quicunque allegat conſuetudinem, oportet quòd eam probet: quæ probatio fit hoc modo: citatur pars ad videndum extrahi talem conſuetudinem ex libro conſuetudinum, & tunc illud tranſcriptum probat: vt Doct. tradunt in capit. ad audientiam. de præſcript. nec aliter probari poteſt hæc con- *Probari cōſuetudines approbatæ quomodo poſſint.*
2 ſuetudo: † vt pronuntiauit Senatus anno 1516. die xx. Iunij poſt prandium pro Magiſtro Vberto *Tybouſt* Conſiliario, contra Magiſtrum Nicolaum *Puechon* ſecretarium. & idem ſtatuit anno 1518. die tertia Iulij, inter Ioan. & Franciſcum *Pomereaulx*, & do. Franciſcum *D'outre L'auoye*. *Areſta.*

3 Si autem liber conſuetudinum ſit notorius, vt conſuetudines Pariſienſes, & multæ aliæ, tunc non eſt neceſſe eas extrahere, ſed ſufficit eas allegare in rubric. tali, & capit. & tunc quilibet eas videre poterit, & ſolet produci talis liber conſuetudinum. Ita expreſſe deſcribit Benedict. in repetitio. capitu. Raynutius. in verb. & vxorem. numer. 40. de teſta. vide in re-
4 gu. Cancel. xxvj. alia quæ ibi tractat gloſſ. † Si vero aliquis neget Conſuetudinem generalem, vt mortuus ſaiſit viuum, ſolent aduocati partium requirere, vt aduocati & procuratores interrogentur de illa conſuetudine, & iudex practicantes interrogat, vel ſolet Iudex ad partis alterius petitionem eum, qui negat conſuetudinem generalem, interrogare cum iu-

ramento, an ignoret talem eſſe generalem Conſuetudinem, qui ſaltem verebitur deierare in conſpectu aliorum, ſi conſcientiæ & famæ prouidere ſuæ cupit: ſi verò dicat ſe neſcire, poſteà interrogabuntur illius tribunalis dicanici.

Et leſquelles couſtumes, vſages, & ſtyles ainſi eſcrits, confirmez, & accordez, comme dit eſt, voulons eſtre gardées, & obſeruées.

GLOSSA XXV.

STATVIT, vt conſuetudines ſic conſtitutæ & confirmatæ ab omnibus cuſtodiantur. Nam leges ab omnibus æqualiter obſeruari debent, l. leges. j. C. de legibus, capitu. placuit. xxxij. diſtinct. 1 †Intellige à ſubditis, capitu. 1. de conſtituti. Sed an Princeps teneatur ſeruare conſuetudines. 2 Bald. in §. final. qui feud. dare poſſunt. ait conſuetudines ligare Principes: quia potentius eſt ius naturale, quàm principatus. Et in ore Principum firmior debet eſſe veritas, quàm priuatorum. refert Iaſ. conſil. j. colum. j. & ſecunda. in primo volumi. & ſuperiùs dixi in iij. quæſtio. ac multa de his ſcripſi, quando ligetur conuentionibus Princeps, in præfa. ad rubric. de collatio. in Concorda hic non repetam.

A ſubditis ſeruandæ ſunt conſuetudines.

En iugement, & dehors.

GLOSSA XXVI.

QVANDO emerget quæſtio in extraiudicialibus, ſeruatur 1 conſuetudo diſponens de extraiudicialibus: ſi diſponat de iudicialibus, in iudiciis ſeruabitur. Et conſuetudo loquens de ſucceſsione, etiam in iudiciis ſeruabitur, & ſecundum eam iudex iudicabit, per iſtum text. copulatiuè loquentem. Et quando conſuetudo loquitur, ſerua conſuetudinem. Bald. in l. prima. in fine. C. de arbitr. vide Iaſo. conſil. ccxxxviij. anno ſalutis. colum. prima, in ſecundo volumine, & conſilio quinquageſimoſeptimo, columna tertia, verſiculo octauo, in tertio volumine. Nam conſuetudo tantum habet de actu, quantum de potentia. Bald. in capitul. primo, columna quinta, qui feudum dare poſſunt. & tantum de effectu, quantum habet de vſu. Et proprios facti & vſus terminos non excedit. Bald. in l. fin. C. communia vtriuſque iudic. refert Iaſ. conſil. clxxxv. in iſta. colum. iij. volumi. ij. ſuprà dixi.

Interpretatio conſuetudinis ad iudicem ſpectat.

Tamen ſi caſus occurrens non reperiatur deciſus à conſuetudine, nec 2 à lege, tunc quod proximum, & conſequens eſt conſuetudini, attenditur, l. de quibus. & ibi etiam Doct. ff. de legib. Sed in locis, vbi non eſt Conſuetudo, lex ſeruatur, qua deficiente quod legi proximum eſt, inſpicitur. Doct. in capitul. final.

Simile conſuetudinis an attendatur, an legis.

Toutesfois n'entendons deroguer au ſtyle de noſtre Cour de Parlement.

GLO

GLOSSA XXVII.

CVM ergo vnus ſit ſtylus omnium Curiarum & Parlamentorum regni Franciæ, huic non intendit derogare, & vtinam eodem modo vnicus eſſet ſtylus omniũ Curiarum inferiorum, ſicut eſt ſtylus omnium Parlamentorum: Sunt etiam in ſtylo Parlamentorum multa, quæ hodie non ſeruantur, quia variantibus temporibus neceſſe eſt, vt varientur ſtatuta humana, c.non oportet. de conſang. *Parlamentorum vnicus eſt ſtylus.*

Et defendons à tous les aduocats de noſtre Royaume, qu'ils n'alleguent, ne propoſent autres couſtumes, vſages, ou ſtyles, que ceux qui ainſi ſeront eſcrits, decretez, & accordez, comme dit eſt.

GLOSSA XXVIII.

PRIMO prohibet aduocatis, ne proponant, vel allegent alias conſuetudines, quàm ſic deſcriptas, vel confirmatas, & poſteà in ſequẽti omnibus prohibet. Sed qua pœna venirent puniendi contrarium facientes? videtur quòd pœna falſi, l.penul.ff.ad legem Cornel. de falſ. Sec contrarium dico. Et videtur quòd pœna ſit arbitraria, poſtquàm non eſt hic expreſsè ſtatuta, l.j.ff.de effractor. *Allegari aliæ conſuetudines non poſſunt.*

Et enioignons audits Iuges.

GLOSSA XXIX.

HIC vocat Senatores, & Conſiliarios Iudices ab effectu, quia etiam iudicant. Et iudex eſt nomen generale, quaſi ius dicens, c.forus.de verb.ſigni. Et ſic ipſi Iudices vocari poſſunt.

Qu'ils corrigent, & puniſſent ceux, qui feront le contraire, & qu'ils n'oyent, ne reçoiuent aucunes perſonnes à propoſer, n'alleguer le contraire.

GLOSSA VLTIMA.

1 NON auditur allegans aliam conſuetudinem, quàm approbatam. Nam Rex vel Imperator poteſt conſuetudines tollere, ſed non facere. dicit Barb. in addi. ad Bald. in cap.j. qui feudare poſſ. plus dicens, quòd licèt populus Romanus tranſtulerit omne imperium, & iuriſdictionem in Principem, l.j.ff.de conſtitu. princ. tamen non tranſtulit ius naturale, nec conſuetudines, niſi quo ad probationem, & reprobationem earum. *Rex cõſuetudines facere nõ poteſt, licèt eas tollere poſſit.*

2 Poſtremò incidit quæſtio frequens? Rex conceſsit officium Titio ſecundum ſalaria conſueta: varia tamen fuerunt ſalaria, & ſtipendia: quæ attendentur? Breui reſpondeo conſideranda ſtipendia vltima, per text. in l.Mela. §.ſed & ſi alimenta, quæ viuus præſtabat, reliquerit, ea demum præſtabuntur, quæ mortis tempore præſtare ſolitus erat: quare ſi fortè variè præſtiterit, eius tamen temporis præſtatio ſpectabitur, quod proximum eius mortis *Salaria cõſueta ſi diuerſa ſint, quæ ſoluenda.*

fuit.ff.de aliment. & cibar. lega. & illum text.ſingul. not. Lanfranc.in l.admonendi.colum.j.ff.de iureiurand.hoc docet Bald.in l.qui binos.C.de aduoca. diuer. iudicio. Vnde ſi Rex mandet Admirabilem maris recipiendum ſecundum antiquam conſuetudinem, debet intelligi prout eſt conſuetum in vltimis annis, vt plenè ſcribit Anton. Capycio.in deciſ. Neapolita.quæſtio.clxiij.plus addens, quòd ſi Dominus conſtituat procuratorem generalem ad faciendum omnia,quæ Dominus ſolitus erat facere,non poterit tamen facere niſi ea,quæ Dominus faciebat ordinariè, non extraordinariè:vt conſuluit Alexandr.conſil.v.colum.ij.numer.10.in quinto volumi. quod probat l.vel vniuerſorum.ff.de pignora.actio.vbi addidi alia huic materiæ accommoda.

Alia de conſuetudine multa ſcriberem, quæ tamen cùm ſint notoria, & plenè per conſuetudinarios deſcripta, etiam quia non ſunt quotidiana, vel per ſupradicta intelligi poterunt, ea nunc miſſa facio, de his omnibus quantuliſcunque Deo omnipotenti, & eius ſacræ Virgini gratias agens immenſas. 3

Amen.

TRACTATVS DE CITATIONIBVS NON MINVS FREQVENS, QVAM VTILIS.

Des adiournemens.

PRAEFATIO.

1 QVAMPLVRIMA ſuper his citationibus adducere poſſem (Lector Beneuole) ſed cùm Socy. in ſuo tract. de citationibus multa ſuo more cõgeſſerit, ea nolo hic tranſcribere: verùm illa maximè pertractare, quæ inter Pragmaticorum manus verſantur, & præcipuè quæ in Cu-
2 riis Franciæ agitantur. †Et quia omnium actionum inſtituendarum principium ab ea parte edicti proficiſcitur, qua Prętor edicit de in ius vocando: vtique enim imprimis aduerſarius in ius vocandus eſt, id eſt, ad eum qui ius dicturus eſt. text. in §. fin. Inſti. de pœnit. temer. litig. gloſ. & Doct. in rubri. ff. & C. de in ius voc. & proceſſus ſine citatione eſt nullus, l. ea quæ. C. quomodo & quando iud. cap. inter. de maior. & obed. & c. j. de cau. poſ. & proprie. Bar. in tract. de cit. Barb. in c. eccleſia. num. 69. de conſtit. & omnia quæ fiunt in præiudicium abſentium, non valent ſine citatione, capit. omnia. iij. quæſt. ix. Dec. in cap. quoniam contra col. x. in gloſſ. citatio-
3 nes. de prob. †Ideò hic ante omnia plures elucidabimus terminos, quos ſermo communis habet præcipuos. Secundò, quid ſit citatio dicemus. Tertiò, quo iure inuenta ſit, & quæ ſit illius vtilitas. Quartò, quotuplex ſit. Quintò quis citare poſſit. Sextò, quis citari valeat. Septimò, qualiter citatio fiat. Octauò, quot modis citatio impugnari poſſit. Nonò, quis citationis effectus. Decimò, & vltimo Ordinationes Regias hanc materiam tangentes ſine explicatione non omittemus.

Ante omnia quis eſt citandus.

Totius tractatus ſumma & ordo.

Primò igitur notandum eſt, nos habere plures terminos in hac mate-
4 ria, videlicèt in ius vocare, edictum, denuntiationem, conuentionem, requiſitionem, citationem, & adiornamentum: quæ omnia idem largè ſignificant. vt aſſerit Io. Fab. in §. fi. de pœn. tem. lit. in inſtit. quẽ ſequitur Chaſſ. in conſu. Bur. §. vj. rubr. *des iuſtices.* Ego tamen inferius dicam diuerſa eſſe, ſingulorum ſignificationes ſubiungendo. †In ius vocare eſt iuris experiun-
5 di cauſſa vocare, vel ad eum vocare, qui ius dicturus ſit, l. j. ff. de in ius vocando. & d. §. fi. & quot modis fieri poſſit, dicetur in iiij. q. inferiùs.

Plures termini citationis.

In ius vocare quid ſit.

Edictum quid. Edictum verò dicitur citatio, quia edicebat Prætor talem eſſe in ius vocandum. §.fi.ibi,quia prætor edicit. Inſt. de pœn. teme. litig.Et hoc vocabatur edictum, l. cùm verò.in fideicommiſſ.liberta. †Et primum edictum 7 erat decem dierum, quo propoſito ſi pars non veniebat, non ducebatur à parte, prout quidam voluerunt dicere, quorum opinio ex hoc ſolo conuincitur,quòd non fuiſſet opus alia proponere edicta, cuius contrarium liquidè conſtat. Nam poſt primum,ſecũdum etiam proponebatur edictum, deinde tertium: quibus propoſitis aliud quoque, peremptorium vocatum, quod inde nomen ſumpſit, quòd petimeret diſceptationem, hoc eſt vltrà non pateretur aduerſarium tergiuerſari,l.ad peremptorium. cum ſeq. ff. de iud.in quo peremptorio iudex comminabatur etiam abſente aduerſa parte ſe cogniturum,& pronuntiaturum,l. in peremptorio. ibidem. & l. j. §. hoc edicto.ff.quæ ſen.ſine appel.reſcin. aliiſque modis ſumitur edictum: vt dixi titu.de verbor.ſignific.in l.illa verba. 6

Edictaria de ius in vocando. & quartũ peremptoriũ.

Denũtiatio quid. Eſt & aliud verbum,videlicet denuntiatio,quo etiam Iuriſcon. vtuntur 8
in l.cùm verò.§.fi.ff. de fideicom.liberta.ibi, proinde denuntiationibus, & edictis,literiſque euocandi ſunt.l.iiij. §. prætor. ff. de dam. infect.ibi, verecunde autem Prætorem denuntiari iubere, non extrahi de domo ſua, &c. l.tres denuntiationes. C. quomodo & quando iud. & eſt verbum magis generale,& plus comprehendit quam in ius vocatio.Nam ſi viator denuntiet alicui vt in ius eat, dicitur eum in ius vocare. §. prætor quòd ſi aliàs nuntiet,non dicitur in ius vocare,ſed denuntiare,vt l.j. §. ij. & §.denuntiare.ff.de liber. agnoſcend. vel ſi nuntiet ſe bona debitoris cepiſſe, manúmque inieciſſe, & demum ea ſe venditurum: vt dico in tracta. de præcon. & ſubhaſta.in ſecundo Tomo.

Si verò actus fuerit à iudice in abſentia partis factus, debet illi abſenti 9
nuntiari.c.ſi tibia bſenti.de præben. lib. vj. Bar. in l. penul.ff. de iureiuran. ſcripſi in tract.nomina.q.xiiij.num.2. & ſeq.

Item hæc denũtiatio fieri poteſt in extraiudicialibus,tam à parte, quàm 10
ab apparitore,l.ſi fundum.C.de rei vend.& in l.his conſequenter.in princ. ff.fami.erciſ.ac in tit.de no.oper.nuntia.alia ſcripſi de hoc verbo in l. deteſtatio.ff.de verb.ſignific.

Conuentio quid ſit. Conuentio, ſeu conuenire magis reſpicit partem. Nam ſolet dici, actor 11
conuenit aduerſarium coram iudice,l.hæres abſens.in prin.ff.de iudic.l. xj. de iuriſdictione omnium iudic. l. vna. C. vbi conueniatur, qui certo loco dare promiſ.multáque alia ſignificata habet,quæ ſcripſi in l.iij.ff.de ver.ſig.

Requiſitio quid. Requiſitio ſæpiùs fit à parte coram iudice, vt cùm requirit conducto- 12
rem migrare finito locationis tempore, l. j. ff. de migrand. vel ſi non ſoluat penſionem. l. æde, C. loc. etiam à parte parti extra iudicium fieri poteſt, l. quidem Hiberus.ff.de ſerui.

Interdum Iudex requirit alterum iudicem per literas, quæ requiſitoriæ 13
vocantur,vt talem in ius vocet:de quibus ſcripſi in tract. de liter. requiſito. & hæc requiſitio fit à pari,ſi gloſſ. creditur in clemen.j. in ver. requiſierint. de hæret.cùm par in parem non habeat imperium,l.iiij.ff.de arbi.ideò ſolet par parem requirere,non præcipere.

Item

14 Item ab inferiore fieri poteſt, capit. vt ſuper. de appel.in ſexto. ad hæc requiſitio aliò tendit, quàm citatio, quia requiritur Iudex, vt tales citet, vel quid aliud faciat: & in hac requiſitione debet adiungi iudicis præceptum:alioqui non poſſet citari pars ad partis ſolam requiſitionem.Ideò dicit gloſſ. quòd citatio eſt ſententia interlocutoria, in l.cum clericis. C. de epiſcop. & cleric. vnde requiſitio ſola non eſt citatio, niſi cùm Iudex conceſſerit.

Monitio reſpicit iudices eccleſiaſticos, nõ Regios.

15 Monitio interdum fit parti à iudice,vt compareat tali die: illa plus operatur quàm ſimplex citatio,quia habet vim edicti peremptorij,l. ij. C. quomodo & quando iudex gloſſ.in capitul. conſuluit. de offic. deleg. in verb. terminum. Lanfranc. in repet. capitul. quoniam contra.in verb. citationes. colum. iij. de probationib. Socin. in regul. ccclij. in tract. fallentiar. poteſt etiam fieri in iudicis abſentia, & regulariter fit: vt pars monita quicquam faciat:& eſt hortari ſeu admonere.cap.ignorantia. xxxviij. diſtinct. vbi monentur ſacerdotes legere ſanctas ſcripturas. Et eo verbo maximè vtuntur iudices eccleſiaſtici:vt monemus ſemel,ſecũdò,tertiò,canonicè, & peremptoriè,vno edicto pro omnibus,vt reſtituatis,&c. Inde monitoriæ generales,de quibus abundè Probus in capitul.vltim.de conſtit.lib.vj.in additio. ad Ioan.monac.

Humilitas maximè viros decet eccleſiaſticos.

16 Et hoc verbum tanquam humilitatis plenum receperunt meritò Iudices eccleſiaſtici, quia humiles eſſe debent, & tanquam patres alios monere. Sapient.xj.capitul. hos quidem tanquam pater monens probaſti illos. & Act.xx. per triennium nocte & die non ceſſaui cum lacrymis, monens vnumquemque veſtrum. Et quia monitio poteſt fieri à pari, etiam ab illis, qui non habent iuriſdictionem.gloſſ.j.in capitul. cùm cauſa.de offic.deleg. diuerſum eſt in citatione, vt inferiùs dicetur. & hoc verbo monemus, ad hunc effectum vix vtuntur Iuriſconſult. ſed Imperator ſic. vt in l.cùm clerici.C.de epiſcop.& cleric.& in l.ſi quando.de teſtib. & l.ij. & l. conſentaneum.C.quomodo & quando iudex.l.iij. C. qui accuſare non poſſunt.§. ſi quis verò non implens. in authent. de hæred. & falcid. colla. j. ius autem Pontificium etiamſæpiſsimè:vt in capitul.fin.de cleric.non reſiden. capit. à crapula.& c.ſi.de vita & hon.cler.& illo tit.in ſexto.

Præceptum & monitio in vim ſimplicis citationis reſoluuntur.

17 Sic iudices Regij raròſolent vti hoc verbo monemus, ſed præcipimus: quod verbum eſt magis auſterum, & dominationem præ ſe ferens, quàm alterum: & præceptum ſine cauſæ cognitione factum alicui reſoluitur in vim ſimplicis citationis, ſi pars ſe opponat, l. j. C. de execu. rei iud.ſcripſi abundè.in tract.de lite.oblig.ar.vj. gloſſ. ij. idem in monitione docet Are. in §.curare.de act.in Inſtit.quem refert Petrus Paul.Pariſ.in conſ.cxiij.monitorium.in princ.volum.iiij.quod eſt verum,quando habet clauſulam,niſi cauſam allegare voluerit,ad quam allegandam,&c.

Citare quid

18 Citare eſt vocare, quo verbo ſæpiùs vtuntur Rhetores: vt citatur reus, agitatur cauſa. Cice. pro Cluentio. & in Verrem citat reum, non reſpondet, citat accuſatorem. & Mart. lib. iiij. *Nec pauidos triſti voce citare reos*. Sed raròIuriſconſult. pro in ius vocare vtuntur, hoc verbo citare, ſed pro vocare in foro per præconem die ipſa cognitionis,vt vulgò dicitur,*l'appeller*

a la bar

UNIV. DE GRANADA · BIBLIOTECA

a la barre. allegatur l. & poſt edictum. ff. de iud. l.penult.de in integ. reſtit. alibi dicam, ſed ſummi pontifices, & vulgus pro in ius vocare accipiunt ſæpiſsime:vt patet in c.gratum & ſeq.& per totum.de offi.deleg.& vbique: ferè, atque Imperatores in l.ſanacimus. C. de iudic. quod verbum etiam ſermo communis vulgi recepit, ideóque quia communius eſt,ob id eo frequentiùs vtemur in hoc tractatu.

Adiornamẽtum per citationem.

Adiornamentum verò eſt vocabulum Gallicum, & propriè pro in ius 19
vocatione:& in curia ſeculari vſurpatum:teſte Fab.in d.§.fin.inſtit. de pœna teme.litig.his vocabulis declaratis nunc ſe offert ſecunda quæſtio.

Citationis definitio.

SECVNDO QVAERO, quid ſit citatio?Reſpond. Iurium interpre- 20
tes multis modis definiunt, qui tamen mihi in hoc non ſatis faciunt, ob id ego breui ſic dico.Citatio eſt ad iudicium legitimè facta vocatio. c. præterea.ibi,reo ad iudicium legitimè conuocato.de dilatio.

Citatio nulla non dicitur citatio.

Nam ideò ponitur legitimè, quia citatio contra ius,quæ eſt nulla, non 21
meretur dici citatio.l.iiij. §. condemnatum.cum ſimi.ff.de re iudic. probatur in cap.cùm ſecundum.ibi, te citato legitimè,de præbenda, cap. propoſuiſti.de foro competen. & clemen. vna §.ſi vero. ibidem. cap. ſicut nobis. de ſenten.excommunic.cap. ij. de dolo & contu. & per citationem nullam non tenetur quis comparere. l. conſentaneum. vbi Boër. C. quomodo & quando iudex. & intelligo de iudiciaria, nam ſi aliam comprehendere velis,adde,vel ad alium actum,& de hoc verbo legitimè,vide gloſſ. in c.conſanguinei.de re iudic.Aret.in ca. cum veniſſent.colum.j. de teſtib. & plene Hippol.in conſ.ij. num. 47.cum ſequen.vel ſi velis definias ex Iuriſconſ. in l.j.ff.de in ius vocan.Citatio eſt iuris experiundi cauſa in ius vocatio.

Quo iure citatio inuenta ſit.

TERTIO QVAERO, quo iure citatio ſit inuenta? Reſpon. In hac 22
quæſtione variæ reperiuntur hominum voluntates, vt in ſimili dicit text. in l. quia poterat. ff. ad Trebellian. quas vt inuicem conciliem, facio con-

De iure diuino inuẽta citatio in ſua origine.

cluſiones ſequentes: quarum † Prima eſt, Citatio quò ad inuentionem 23
eſt iuris diuini, Deus enim noluit Adam condemnare niſi priùs eum vocaſſet, per hæc verba.Adam,Adam vbi es? Geneſ.iij.cap. & cap. ſerpens. de penitent. diſtinct. j. hanc concluſionem tradit gloſſ. de iure plenior ad hoc in extrauag. rem non nouam.de dolo & contu. in communibus quam probat Angel. in §.final. Inſtitut. de pœniten. teme. litigan. & in addit. ad Bald.in l.j.colum.ij.C.quomodo & quando iudex.Roma. ſing. cccccclxiiij. tu ſcis quòd nedum & in l.lege Cornelia.colum.penult. ff. de Senatuſconſ. Syllania.Panor.in capit.cùm olim.colum.vltim.de re iudicat.Fely. in capit. ex parte ij. colum. de officio deleg. Aret. conſ. clxv. ſicut Ioannes. colum. xiiij.verſic.ad rationes.& Soc.conſil.lxxxvij.viſis. nu. 16.col.ix.in tertio vol. Curtius ſenior. conſil. l. num. 413. & ſequent. Neuiſa. conſil. xij. patres. colum.xxvij. verſicnl.tertia ratio,poſito inter conſilia. Albet. Bruni in materia feudal.Iaſ.conſil.clxxvij.graue admodum.colum.iiij. verſicul. item facit.volum.ij.

Citatio ſapiens quoad defenſionem eſt iuris naturalis.

Secunda concluſio, Citatio quò ad defenſionem eſt iuris naturalis, 24
quia fit vt is, cuius intereſt, ſe defendat. l. nam ita. ff. de adopt.l. de vno. de re

de re iudica.Et Cicero primo officiorum dicit. Principio generi animan-
tium omni à natura eſt tributum, vt ſe, vitam,corpúſque tueatur,&c.& ſi-
cut defenſio eſt de iure naturali,ita & citatio quo ad hoc,cle. paſtoralis. §. *Ratio.*
cęterùm.de re iudic.l.vt vim.ff.de iuſti. & iure. l. ſcientium.§.qui cum ali-
25 ter.ad legem Aquil. † Nam defenſio ſine ſcientia eſſe non poteſt vera,vel *Ad defenſionem requiritur citatio.*
interpretatiua, quæ inducitur per citationem: nam ſtatim atque inchoatur
modus offendendi,id eſt,per quem pars poteſt offendi,datur quoque poſ-
ſibilitas defendendi per citationem. Albe.in l. ea quæ. colum. penult. C.
quomodo & quando iudex.ſequitur.Oldr.conſ.xliij.quæritur.Et hanc opi
nionem docet Bartol.in extrauag.ad reprimendum.in verb.& figura. gl.in
extrauag.rem non nouam. Bald.in l.final. C. de legib. & l.executorem. C.
de execut.rei iudicat.Bened.Plumbi.in l.apud.in fin.ff.de manumiſſ. Iaſ.in
l.certum.num.xvij.C.vnde legitimi.Dec.in cap.dilecti.col.iij.de iudic.Soc.
in tract.de citation.articul.ſeptimo verſic.xxxvj.procedit,& conſil.xiij.inſi-
gnis doctor.colum.iij.in iiij.volum. & in l. iuſtè. colum.ij. ff. de acquirend.
poſſeſ.Oldr.conſ.xliij.intellige de prima citatione,quæ fit ad defenſionem:
ſecus in aliis,quæ iuris ſunt ciuilis,vt ſtatim dicam:& hoc aſſerit Bald. in c.
cùm ſit Romana.in fin.de appel.& Dec.in d.c.ex parte.ij. col.vj. verſ.octa-
uo fallit.de offic.deleg.

26 Tertia concluſio, modi & formæ citationum ſunt inducti de iure ci- *Modi & formæ citationum de iure ſunt ciuili.*
uili,teſte Alber.in d.l.ea quæ.C.quomod. & quando iudex. & Oldr. con-
ſil.xliij.quæritur.quia omnis actus fori eſt de iure ciuili. Bald. in conſ. cxix.
quidam vxoratus.colum.ij.volum.v. ideò modus multiplicandi citationem
eſt iuris ciuili,l.fin.ff.de feriis.l.ad peremptorium.cum ſequen. ff. de iudic.
l.inter accuſatorem.de accuſ.l.conſentaneum. & auth.ſeq. & l.tres denun-
tiationes. C. quomod. & quando iudex. Iacob. de Bello viſu in repetit. §.
contrahentes.c.Romana.num.xxxij.de foro competen.

27 Item citatur quis interdum per nuntium, aliquando per epiſtolam: &
hoc eſt à iure ciuili introductum,l.ſed interpellatur.§.j.ff.de arbit.& inter-
dum in ius vocatur quis ad videndum iurare teſtes.gloſſ. & Doctor. in l. ſi
quando.C.de teſtib.& hoc etiam à iure ciuili inſtitutum eſſe reor: vt not.
Lanfranc.in rep.c.quoniam.in verb.teſtium depoſitiones.de probat.

28 Ex quibus infero Papam non poſſe tollere citationem, nec ſine ea poſ- *Papa aut princeps an citationem tollere poſſit.*
ſe procedere,c.j.de cauſa poſſeſ. ibi, nec nos contra inauditam partem ali-
quid poſſumus definire. Idem in Imperatore, Rege, & alio Principe
quantumuis ſupremo,clemen.paſtoralis.de re iudic.l.fin. C.de legib. & ibi
Bald.Bartol.in l.filiusfamil.colum.ij.ff. de donatio.& in extrauag. ad repri-
mendum.in verb.ſine figura.quomod.in læſæ maieſtat.crimi.proceda. glo.
in extrauag.rem non nouam. de dolo. Bald. in l. ne cauſas. & ibi Barba. in
additio. ad eum. C. de appell. & in l.fin. C. de fruct.& litium expenſ.& in
l. fin. C. quib. res iudica. non nocet. l. executorem. de execut.rei iudicat.
Roman. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verborum obligation. Felyn. in capit.
quæ in eccleſiarum.in vj.limita.numer. 69. de conſtitut.Iaſ. in leg.certum.
colum. penult. & vlt. C. vnde legit. & in leg.Gallus. in princip.colum.iiij.

in j.lectu.& §.& quid ſi tantùm.colum.vlt.ff. de lib.& poſthum.Zaſius.in l. ij.§.eodem tempore.in verb.ratum.ff.de origin. iur. Claud. Aquen.in l. vt vim.colum.j.de iuſti.& iure.Georg.Natan in repet.cle.ſæpe.§.& quia. col. xxiij.cum ſequen.de verborum ſigni.Hippoly.in repetit. l. de vnoquoque. amplia. ij. ff. de re iudic. & in Spec. Principum. rubr.xxxvij. §. humanum. fol.170.per Petrum Bulge.Idem firmat Bald.conſi.lviij. factum ſuper quo. 29
colum.ſecunda.in tertio volum.& Angel.conſil. cclx. punctus eſt per dominum. & conſilio liij. Geminia. conſil. lxij. proſequor. colum. ſecunda. Cornę.conſilio xvij.in hac conſultatione.colum.iij.in primo volum. Anch. conſilio ccccxxxix.ex prædicta.colum.iij.in ſecunda quæſtio.Barb. conſilio xviij.clementiſsimi.columna viij. in primo volum. & conſil. xxiiij.clementiſsimi.columna penultima, in ſecundo volum. Hieron. de Tortis conſilio vltimo colum. xij. quod ponitur poſt conſilia. Anto. de Butr. & Alexand. conſilio cxxiij. ſcripſi. colum. antepenult. in iiij. volum. & conſilio xj. aliàs conſului.colum.j.cum ſequent.in vij.volum.Roman.conſil. cccclxxxvij. in caſu præſenti.Socyn.conſilio xxvij.in præſenti. in iiij. volum.& conſil. liiij. viſa breui.colum.ij.in iiij.volu.Curt.ſenior conſilio 50. memoriæ. nu.413. cum ſequen.Hippol.conſilio viij.in cauſa.num. 32. Ideò allegaui hic multos,quia dubia eſt iſta ſententia.

Citatio eſt iuris diuini.

Ratio eſt, quia citatio eſt iuris diuini, vt ſuprà dictum extitit, continétque defenſionem, quæ iuris eſt naturalis: vt ſuprà probatum fuit, & quia 30
inquiſitio veritatis requiritur etiam coram Principe, quæ eſt de iuregentium,ad quam peruenitur per citationem partis,l. fin. C.ſi per vim vel alio modo. Ibi, merita cauſarum,& quia Deus citauit Adam: & omnis Chriſti actio eſt noſtra inſtructio. & inferior videlicet Princeps non poteſt tollere legem ſuperioris Dei. cle. ne Romani. de elect. Sic non poterit Princeps citationem tollere: alioqui defenſionem tolleret ,quod non poteſt.

Etiam ex plenitudine poteſtatis citatio tolli nõ poteſt.

Primò amplia etiam ex plenitudine poteſtatis, vt tenet Panormit. & 31
Fely. in capitul. cũm olim. de re iudica. per dict.clemen. paſtoralis.& ibi Imol. & Iaſ. in l. Gallus. in j.lectura, in princip.colum.quarta.ff.de liber.& poſthum. Albert Brunus conſilio vij. reuerendi patres. colum.iij. in matèr. feudal. vbi dicit hanc partem eſſe communiorem, ac magis rationabilem ne plenitudo poteſtatis ſit cauſa non leuis iniquitatis. Aret. conſilio clxv. ſicut Ioan. Curtius ſenior conſilio xxj. Deus æterne. verſicul. circa ſecundum membrum. & conſil. præceden.quia non poteſt tolli rectitudo iuſtitiæ naturalis, nec defenſio excluſiua criminis,Hieron. de Tortis in conſilio ſuo poſito in fine conſiliorum Anton. de Butrio,colum.xij.cum ſequen.& Deciſ.conſilio ccccx.in cauſa.colum.iiij. & ſequent.nec iſta plenitudo poteſtatis ſe extendit ad ea, quæ ſunt iuris diuini: vt nota. in dict. clement. ne Romani. de elect. & in l. Barbarius. ff. de offic. Prætor. plenè Soc.conſil.cclxvj. in cauſa.colum. xvj. & ſequen.in ij.volum. vbi ſex caſus conſcribit.

Statutũ vel conſuetudo non tollit citationem.

Secundò amplia idem in ſtatuto, vt nec poſsit citationem tollere, & ſic nec

ſic nec conſuetudo.Dominic.conſi.lxij. proſequar. columna.ij. Soci. conſil. liiij. viſa breui. colum. ſecunda. in iiij. volumi. vnde non valeret ſtatutum, aut conſuetudo, quòd quis non citetur: quia tolleretur defenſio, quæ iuris eſt naturalis, vt ſuprà dixi. & ita tenet Albert. Brunus in dicto conſilio ſeptimo. Reuerendi. columna. iij. & quia eſt de iure diuino, & contra iſtud præceptum negatiuum, quòd non poſſit procedi parte non citata in caſu, quo cauſæ cognitio verti poteſt, Papa, ſeu imperator, vel Rex non diſpenſat: quia nunquam ſuper tali præcepto in lege diuina reperitur diſpenſatum. Bartol. in extrauagan. ad reprimendum. in verb. figura. Roman. in l. lege Cornelia. ff. de ſenatuſconſul. Silan. Soci. conſil. xiij. inſignis Doctor. colum. iij. in iiij. volumi. Ancha. conſi. ccxj. de iure communi. colum. ij. Calderi. conſil. viij. an ſententia. rubri. de re iudicata.

33 Tertiò, etiam procedit in Curiis Parlamentorum: vt conſuluit Soci. conſilio xij. quoniam in præſentiarum. columna prima. & ſeq. in primo volumine. vbi etiam ampliat, ſiue procedant ad petitionem partis, ſiue ex officio. per not. in capitu. qualiter. j. de accuſatio. & deciſio. Neapolita. cccxcj. fuit dubitatum. & non ſolent maximè Curiæ ſupremæ ſine ci- *Curiæ Parlamẽtorum citationem non tollunt.*

34 tatione procedere. † Imò ſemper ſolent etiam in ſupplicationibus dicere, fiat, & ſignificetur parti: vt vidi obſeruari. & facit pro illa proxi. l. item veniunt. §. petitam. ibi, Senatus ipſi denuntiari exigit. ff. de petitio. hæredi. *Supplicatio parti denuntianda.*

35 Quartò, procedit etiam ſi Princeps vellet tollere citationem ex certa ſcientia: quia non poteſt, d. c. j. de cauſa poſſ. & docet Soci. conſi. clxiiij. viſa bulla. in ij. volu. & d. conſi. xij. rationibus prædictis. Ob id nullus debet ſine citatione in præiudicium alterius in iudiciis quicquam facere.

36 Primò fallit in his, quæ iuris ſunt poſitiui, videlicet quo ad modos citandi. poteſt enim Papa facere, ne quis ter citetur: quoniam iſta, cùm ſint iuris poſitiui, & Papa ſit ſupra ius. capitu. propoſuit. de conceſ. præbend. tollere poterit: ſed vt vna tantùm requiratur, & ſufficiat citatio. Sic & alius Princeps non recognoſcens ſuperiorem, l. Princeps. ff. de legib. l. digna vxor. C. eodem. l. ex imperfecto. C. de teſtamen. Oldrad. conſilio xliij. Iacob. de Bello viſu vbi ſuprà, conclu. iij. Panor. in capitu. inter quatuor. notab. ij. de maiorita. & obedien. quia Princeps poteſt tollere defenſiones à iure poſitiuo introductas. Bald. in l. j. colum. iij. ff. ne quis eum qui in ius vocat. eſt, vi eximat. Iaſ. & alij. in l. iij. §. ſi is pro quo. quod quiſque iuris. per l. eas. ff. de capitis diminu. intellige in ciuilibus, ſecus in criminanalibus. per dictam clementi. paſtoralis. & ita loquitur d. deciſ. Neapolita. cccxcj. Panormita. & alij in capitul. cùm inter. de exceptionib. tamen etiam in criminalibus, dum non auferat ſubſtantialia defenſionis, ſed multiplicationem citationum, etiam hoc facere poterit, vt ibidem ſcribitur. Itidem & cauſæ ciuiles, quando eſſent grauis præiudicij, criminalibus æquiparantur. §. item propter litem. Inſtit. de excuſ. tuto. Docto. in l. admonendi. ff. de iureiuran. ſic conſuluit Soci. conſ. clxiiij. viſa bulla. col. penult. in ij. volu. *Caſus in quibus citatio tollitur.*

Supremus Princeps tollere poteſt citationem in eo quod eſt iuris poſitiui.

Intellige in Principe ſupremo, qui habet ſupremam poteſtatem, vt Rex 37
noſter Franciæ, ſecus in inferioribus, vt Ducibus, vel Comitibus, aut Baronibus: & ita conſuluit Iaſ. conſil. clxxxvj. graue admodum. volumi. ſecundo.

Vnionem ſine citatione Papa reuocare poteſt.

Secundò limita in his in quibus habet Princeps plenitudinem pote- 38
ſtatis, vt Papa in beneficialibus, & feudis, quia in his ex iuſta cauſa poterit etiam ſine partis citatione procedere. capit. ſicut vnire. in fin. de exceſsib. prælator. vbi Papa reuocat vnionem à priore Granden. factam ſine aſſenſu Epiſcopi, licèt fortè ſpeciali priuilegio potuiſſet prior factum ſuum defendere, & tamen Papa illum non vocauit: ita Bald. in l. ſecunda. C. quomodo & quando iud. Panormita. & alij in capitulo primo, de cauſa poſſeſsionis, & proprietatis. Docto. in capitulo in noſtra. de procurator. in fin. & ibi gloſſ. Felin. in capitul. quæ in eccleſiarum. colum. xiij. numero 40. de conſtitu. & in capitu. cùm olim. colum. xij. verſicu. ſecundum exemplum. de re iudica. Ioan. de Selua, in tracta. de benefic. in prima parte, quæſtio. iiij. nume. 13. Areti. conſil. clxv. ſicut Ioannes. colum. xiij. cum ſequen. verſicu. circa ſecundum. Soci. conſil. clvj. pro fundamento. col. ij. in ij. volumi. vbi dicit Principem ius à ſe conceſſum, & beneficium, ſeu priuilegium tollere poſſe, etiam non citato eo, cui conceſsit: & ibi tradit ſex caſus, & in conſilio cxx. memini. colum. viij. in tertio volumine: quod non eſt ſimpliciter verum, vt alibi dicam.

Princeps ius in ſpe tollere poteſt.

Idem in iure quæſito in ſpe: cui etiam Princeps derogare poteſt cum 39
plenitudine poteſtatis, & ſine partis citatione, ideò poterit legitimare in præiudicium venientium ab inteſtato, (ſed non ſine animæ ſuæ præiudicio) l. ij. ff. de natal. reſtituend. Barto. & alij in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. de libe. & poſthu. vnde Bald. in l. nam ita diuus. columna j. de adoptio, & l. ij. quæſtio. xviij. C. de ſeruitu. & aqua. dicit non procedere in Comite Palatino. & Feli. in c. cùm olim columna x. verſi. primum exemplum. numero 19. ac Alexand. conſil. ij. in j. volumi. Soci. conſilio lxiij. viſis teſtamen. colum. vj. in fi. j. quæſtio. verſic. ſed hoc non obſtante. & con-

Legitimare & feudum auferre quando Princeps poſſit.

ſil. lxxxvij. viſis inueſtitura. colum. vj. in vj. dubio. in iij. volumi. † vbi plus 40
dicit, Regem poſſe priuare vaſſallum eo non vocato, licèt hoc non debeat facere. Et vide Franciſqui. conſil. j. colum. viij. cum ſeq. in ij. q. Deci. conſil. cccxc. quoniam ex facto. in fin. quod non faceret bonus Princeps tyrannide exutus, & nonquam hoc vidi fieri ſine iuſtitia, qua quidem præclarè fulget ſereniſsimus noſter Rex Franciſcus.

Princeps ſtatuta ſine citatione conditorum tollit.

Tertiò fallit, quando Princeps vellet tollere ſtatuta facta contra liber- 41
tatem eccleſiæ, & ea pronuntiare eſſe contra ius, & contra libertatem eccleſiæ facta, ac caſſa, & irrita, quæ etiam in abſentia conditorum pronuntiare poterit. Archidia. in capitu. quæ Lotharius. ij. quæſtio. prima. Roma. ſingul. cccccclxviij. ſeculares: tutius eſt tamen vocare conditores, ſi ſint, vt rationes quibus moti fuerint depromant: & hoc etiam fieri ſolet. capi. nouerint. de ſentent. excommuni. & conſtitutio. Federi. de ſtatutis & conſuetudini. contra liberta. eccleſ. & in Concorda. in titul. de firma. & irreuocab. concord. ſtabilit.

Quartò

42 Quartò limita, quando Papa vellet procedere contra detinentes notoriè res eccleſiæ, vel caſtra. Io. And. in ca. cùm olim. de re iud. Roman. ſingu. cccccclxiiij. Tu ſcis. Iaſ. in l. j. colum. ij. ff. de conſtit. princ. Solet tamen Papa literis admonere Tyrannos, & alios detinentes eccleſiæ bona, vt ea reſtituant, & in recuſatione eos excommunicare: & eos ſaltem per edictum citare. extrauag. Io. xxij. & extrau. Infidelis, de furtis. in communibus.

Detinentes res eccleſiæ poſſunt excommunicari.

43 Alios caſus, in quibus poteſt procedi ſine citatione tradit Iaſon. in l. nec quicquam. §. vbi. ff. de offi. proconſ. Soc. in tract. de citatio. artic. vij. & vide lx. caſus per Hippoly. in l. de vnoquoque. ff. de re iudica. ac centum & quindecim ſcribit Anthon. Nicellus in concordan. gloſſ. iuris Canonici & Ciuilis. num. 53. incipien. alta materia.

44 Curiæ tamen Franciæ vbi partis imminet præiudicium, ſine citatione, vel denuntiatione procedere non ſolent, etiam fermè in illis caſibus inibi notatis: adeò quòd ferè ſemper opus eſt vocatione. & hæc de iſta quæſtione.

Curiæ Franciæ ſine citatione nõ procedunt.

45 QVARTO QVAERO, quotuplex ſit citatio, ſeu adiornamentum? Reſpond. duplex, quædam realis à Doctor. ſic vocata, alia verbalis. Realis eſt, vbi quis re ipſa trahitur, & ad iudicium ducitur per manus iniectionem, prehenſionem, & captionem: & hæc fieri ſolet in criminalibus, l. plerique. ff. de in ius vocan. ca. propoſuiſti. & ibi Henric. Boïc. de foro competen. ca. ſi iudex laicus. & ca. ſi clericos. de ſentent. excom. in vj. Bonifac. in cle. j. colum. iij. not. iij. de hæret. Bald. in l. ſenatus. in fi. C. qui accuſare non poſſunt.

Duplex eſt citatio, realis & verbalis.

46 Solet etiam citari delinquens, vt perſonaliter compareat, capitul. primo de iudic. in vi. & hoc regulariter in leuibus criminibus fit, & contra officiales, & alios diuites domicilia, habentes, & multa bona, vt patet infrà, in rubr. *des adiornemens perſonnels*, in quarta parte Ordin. reg. vbi abundantiùs tractabitur.

Citatio perſonalis contra quos decernatur.

47 Verbalis verò citatio eſt, quæ verbis fit: & eſt duplex, vna iuris, altera hominis. Iuris citatio ſeu legis eſt illa, quæ à iure fit, vt intra certum tempus à iure ſtatutum quis compareat, vt in capitul. j. & capitul. cupientes. de elect. in vj. capitul. quamuis. de offic. ordin. eodem lib. l. final. C. de dolo. Differt autem à citatione hominis: quia hęc cum comminatione fit, in qua, ſi exprimatur, quòd ſi pars non comparuit, procedet iudex quantum de iure poterit, non habet tunc vim peremptoriæ citationis, ad hoc ſcilicet, vt non comparente parte poſſit aduerſarius mitti in poſſeſſionem ex primo decreto: ſecus ſi idem iudex comminetur, quòd niſi pars veniat, procedetur ad ſententiam. text. in capitul. cauſam quæ. de reſcript. Specul. hoc aſſerit in titul. de citatio. §. viſo. verſicul. ſed quæritur. Bartol. & alij in l. ſi finita. §. Iulianus. verſicul. non autem. ff. de damno infec. Felin. in capitul. ad petitionem. colum. viij. verſicul. item adde quòd ſi in citatione. num. 20. de accuſa. & hoc erat tempore Spec. ſed hodie alio iure vtimur, vt inferiùs dicetur: quia hoc exprimi non ſolet, ſed ſemper dici, procedetur prout iuris, & rationis erit: & ſolet vulgò dici, *que ſera procedé comme appartiendra par raiſon.*

Citatio legis & hominis differũt.

Citatio legis eſt peremptoria non hominis.

Citatio autem legis cum prima comminatione(de qua in dict. capitulo. 48
cauſam quæ.) licèt in lege non apponatur peremptoriè,vel aliud æquipol-
lens,habet tamen vim peremptorij:per text.in dict.capitu. j.de elect. in vj.
iuncto cap.j.de appella eodem lib.& vbique Innocen. & Matheſ. no. viij.
not.quòd eſt differentia.

In citatione debet fieri de ſententia mentio.

Item differt,quia citatio hominis non valet, nec arctat citatum ad ſen- 49
tentiam definitiuam, niſi ſpecialiter in citatione de ea fiat mentio. text.
ſingu.in capitu. eum qui.de dolo. libro ſexto.ſecundum Barba. in clemen.
vna.colum. xiij. de exceptio. glo. ſingu. in clemen. ſæpè.verſi.ſententiam.
in verb.ad id.de verbor.ſignificatio.& ibi Lanfran. & alij. Philip. Peruſ.in.
cap.primo.colum.ſecund.de confeſſ.& capit.cùm contumacia. vbi eſt glo.
de hæretic.libro.vj.Barba.in cap.primo.colum.x.de iudic.Præpoſi.in capit.
cùm ceſſante.colum.ix. de appel.Iaſ.in. repeti. l. admonendi. nume. 76. ff.
de iureiuran. Feli. in cap. ad petitionem. columna vij. verſi. ſecundò quæ-
rit. de accuſa. † Citatio verò iuris cùm habeat vim peremptorij cum com- 50
minatione, quòd procedetur in cauſa prout iuris erit & rationis, ſufficit
ad omnia acta,etiam ad definitiuam,capitu.veniens. & ibi Anto.de renun-
tia.cap.ſæpè.de appella.Ioan.Andr.in nouel.in c.i. de elect.libro. vj. Math.
not.viij.not.quòd eſt differentia.

Citationem iuris quis facere poſſit.

Et iſtam citationem iuris poteſt facere ille, qui iura & ſtatuta condere 51
poteſt, teſte Socino in dicto tractat. de citation. arg.iiij. quæſtio.iij. Quis
autem poſsit iura ſtatuere,tradit Hoſtien.in ſumma,de conſtit. §. quis poſ-
ſit.Bar.& alij in l.omnes populi.ff.de iuſtit.& iure.ſcripſi.in proœmi.Legum
Regiar.in primo.Tomo.

Multiplex eſt citatio hominis.

Citatio hominis eſt, quæ fit ab homine: & iſta eſt etiam quadruplex 51
quædam ante iudicialis à iuris interpretibus vocatur, quæ fit pro litis in-
greſſu: iudicialis, que fit pro litis ad vlteriora progreſſu: alia iudicialis,
id eſt, peremptoria: alia poſtiudicialis, quæ fit poſt ſententiam in articu-
lis opportunis, & in executione: vt ſcribit Bal.in capitu. quoniam.colum.
iij.in fi. de probatio. ſed aduertendum eſt, quòd hæc citatio hominis,vt-
cunque vocetur, multis ſolet fieri modis,ſiue ante iudicium, ſiue durante
iudicio,ſiue eo finito.

Per iudicē poteſt fieri citatio.

Primò fit per iudicem voce monentem partem, ſeu citātem,& hæc ha- 52
bet vim peremptorij.text.ſingu.in l.ij.C.quomod.& quand.iud. Corſet.in
ſingu.incipien.citation.in ij.& Mathe.not.cxxxj.not.ſingulare.Barba.in ca.
ex literis.nu.15.col.v.de.reſcript.& in clemen.j.col.xij.de exceptio.Boër.in
repet.l.conſentaneum.fol.14.in expeditio.xiij.& xiiij.concluſ.C. quomod.
& quando iud.Moder.in c.j.colum.viij.de iudic. Iacobi. in l.ad perempto-
rium.colum.j.ff.de iudi.Deci.in ca.ij.not.iij.de teſtib.Iaſ.in l. ſi procuratori
præſentis.not.j.ff.de verbor.obliga.Deci.in capit.quoniam abbas. not.j.de
offic.de leg.†Et fatuus eſt iudex,qui habens partem,vel teſtem in conſpe- 53
ctu ſuo,iubet nuntio vt illum citet. Bald. & Iacobi. in l.& poſt edictum. ff.
de iudic.& iſta eſt frequens.

Illuſtres & Pares Frãciæ citantur in ſcriptis.

Hoc autem perdit officium ſuum in Paribus Franciæ, & Illuſtribus, 44
qui debent citari non ſolo verbo, ſed per literas. text. ſingu.in l. quoties.

in fi.

in fi.C.de dignit.libro xij.ſecundum Corſet.in ſingul. incipiunt.citatio. iij. ſequitur Aufre.in ſtylo Parlamen.rubric.de adiornamen. Parium Franciæ, in prima parte. Barba. in tracta. de præſtan. Cardinal. in prima quæſtione primæ partis. columna xvj. numero 65. & in capitulo primo. columna ix. numero 23.de proba. Feli.in capitu. cùm quidam. de iureiurando. Roma. in l.ſi verò.§.de viro.columm.ſeptima.ff.ſolut. matrimo. & Boër. vbi ſuprà. fol.11.Purpur.in l.prima.numero 147.ff.de officio eius.&c.

56 Sed hoc fortè poſſet intelligi de prima citatione. Nam ſi proceſſu inchoato iudex diceret Illuſtri, vel Pari vt compareret tali die, putarem hoc ſufficere. Alioqui ius dicenti non obtemperaretur: cui tamen obtemperari ius præcipit:alias punit non obtemperantem, l. vna. ff.ſi quis ius dicen.non obtemperauer.

57 Regulariter autem hanc verbalem citationem in præſentem exercere poteſt quilibet iudex etiam delegatus.gloſ.& Doct.in l.ſancimus.per illum text.C.de iudi.Purpur.in l.ij.col.j.ff.de iuriſd.om.iudi.etiã pedaneus.Spec. tit.de cita.§.ſequitur.ver.& nota ſecundum Vbertum.

58 Idem in arbitro,l.ſed interpellatur.& ibi not. ff. de arbit. Imol. & alij in clemen.i.de iudic.

59 Notandum eſt, quòd ſi in alia lege, vel ordinatione reperiatur partem à iudice citari, vel moneri debere: poterit tamen illa monitio fieri per apparitorem, ſed de iudicis mandato, & cenſebitur à iudice facta: vt docet gloſſ. in §. illud. in verb. decreto. in authen. de hære. & falci. colla. prima. quam probat Anto. Butrius in capitulo cùm cauſam.colum. penultima.numero 21. de iuramen. caſum. & ibi Imol. Angel. & alij in authentic.hoc amplius. C. de fideicommiſſ. vbi dicit ſe habuiſſe de facto Hippoly.in repeti.l.de vnoquoque.numero 103.& ſequen. ff. de re iudica. quod facit ad intellectum capitul. ſecundi. de confeſſ. libro ſexto. & d. authent. hoc amplius, vt iuſſus à iudice reſponde poſitionibus habeatur pro confeſſo: quod etiam procedit, ſi à viatore iudicis mandato iubeatur, licèt hoc non receperit vſus forenſis. hoc etiam in aliis multis caſibus locum habet. *A iudice cenſetur facta citatio, quæ ab apparitore fit.*

60 Secundò, citatio fit ex iudicis requiſitione, ſeu vt vulgò dicitur ex literis requiſitoriis.c.paſtoralis.§.j.de offi. deleg. ſcripſi in titu. de literis requiſitor.Et hoc poteſt facere iudex requirens, ſiue requiſitur ſit ſubditus, aut ſubalternus iudex,ſiue non,dicendo, Citeris talem N. nos offerentes &c.teſte Specu. in titu. de citatio.§.iam de citatione.verſic.ſed pone is cui & de hac dixi latè in tract.de literis requiſit.in ſecundo.Tomo. *Citatio fit ex mandato iudicis requirentis.*

61 Tertiò,quandoque citatio fit per literas, ſeu epiſtolam, de qua in l. ſed interpellatur.§.arbiter ad eſſe litigatores, vel per nuntium, vel per epiſtolam iubere poteſt.ff.de arbitr.l.cùm verò. §. euocari. verſicul. proinde denuntiationibus, & edictis, literiſque euocandi ſunt. ff. de fidei commiſ.li- *Citatio fit per literas.*
62 berta. † Vbi ponit triplicem citandi modum, videlicet denuntiationibus, edictis, & literis. text. in l. conſentaneum.C.quomod.& quando iudex.cap.nec epiſcopi.Ibi, admoneantur epiſtolis.extrà de tempori.ordi.& ca.prudentiam.de offic. delega.Bart.in extrauag.ad reprimendum.in verb.

per literas.quomodo in læſæ maieſt.crimi.proceda.cap.j. iiij. q.v.& capitu. ſi ægrotans.v.q.iij.

Literis quis citare poſſit.

Quis poſsit per huiuſmodi literas citare? Reſpond. tam iudex delega- 63 tus, quàm ordinarius, pedaneus etiam iudex vindemiarum Montiſpeſſulani,ac arbiter.capitulo paſtoralis. §. primo. de officio delegat. l. prima. ff.de officio aſſeſſor. l. ſancimus. in fin. C. de iudic. dict. l. ſed interpellatur. §.primo. Iacob. de Bello viſu in ſua practi. in ſecunda parte, rubric. de cauſ.crimina. fol. 40.Specul.in titulo de citatio. §. iam de citatione. verſiculo j.tamen de ſubſtantia citationis non requiritur ſcriptura. argumen. l.pactum quod bona fide. C. de pact. Socin. docet in dicto ſuo tracta. de cita.argumen. xx. quæſtio.viij. in fi. niſi in Illuſtribus & Paribus Franciæ, l.quoties.C.de dignita.libr. xij. vt ſuperiùs ſcripſi, & in quibuſdam aliis à iure exceptis.

Cautela pro eo qui literarum citatoriarum amiſſionẽ timet.

Cautela eſt, quando actor timet ne à nuntio auferantur, aut præri- 64 piantur dictæ citationis literæ (vt quandoque fieri ſolet) citatoriæ, vel frangantur, & idem non poſſet poſteà facere relationem: vt priùs faciat in acta citationem redigi antequàm tradat eam ſeruienti, & ſi poſteà literæ auferantur, non ceſſabit apparitor à ſua relatione, vt not. Soci. in d. tracta. de citatio. articu. xiiij. q. vj. alioqui non poſſet apparere de citatione,& ſic relatio non valeret ſine citatione:ſed & hæc omnia euitantur per duos,quos ſaltem teſtes adhibemus in huiuſmodi citationibus,vt inferiùs articu.j.diceretur.

Citatio per nuntium an fieri poſſit.

Quartò fieri poteſt etiam citatio per nuntium priuatum dando ei ſi- 65 gnum, ſeu ſigillum, vel anulum à iudice, per gloſ. ſingu. in cap.ſignificauit.de appel.ſecund. Alexand. in addi. ad Barto. in l. ſi quis vxori. §. apud Labeonem.ff.de furt.Barba.in ca.coram.col.iij. de offic. delega. Hippoly. in l.de vno.nume.198.ff.de re iudica.Ioan.Lupus in repeti.capitul.per veſtras.in primo notab.de donatio.inter virum & vxorem. vide Deci. in cap. tertio loco. colum. j.de proba. † quod non ſeruaretur in hoc regno, cùm 66 habeamus publicos apparitores his rebus præfectos. Ob id iudex non poſſet in præiudicium ipſorum aliis committere: & ſi hoc faceret, non crederetur illis tanquam minus legitimis,cùm ſint tanquam priuati,itidem & his legitimis & publicis apparitoribus iuſtam appellandi cauſam iudex præſtaret, etiam tanquàm ab abuſu, quia notoriè iudex abuteretur, cùm ſit illi prohibitum conſtitutione Ludouici xij. rubric. *des ſeneſchaux.* articul.xij.

Citatio per apparitorẽ cõmunis eſt.

Quintò igitur fit & regulariter citatio per viatorem, ſeu per nun- 67 tium publicum: qui ſolo verbo in hoc Regno, ſaltem pleriſque in locis, citabit intra ciuitatem, & aliquando pro locorum conſuetudine per totam iuriſdictionem illius iudicis, in cuius territorio eſt commiſſus. dicta. l.ſed interpellatur. & l. is cui. §. miſſus. ff. vt in poſſeſſ. legat. l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudic. l. ſicut. de præſcriptio. triginta. annorum.

Et iſtam poteſt quilibet iudex per apparitorem, & executorem 68 facere: per iura ſupradicta, & hoc aſſerit Iacob. de Bello Viſu in ſua practica.

practica.rubr.de cau.crimi.fol.40.num.90.cum ſequen.

68 Nota tamen quòd apparitores Parlamentorum ſolent citandos modicum virga percutere, dicentes: Rex vos ſalutat, & pro hac citatione facit text. in l. hac lege. §. j. ibi, aut plures fortè feriendi ſint. C. de proximis ſacror. ſcrinior.libr. xij. licèt communiter text.ibi corruptus ſit, vbi eſt ferendi. vt docet Lucas ibi.

Apparitores curiarū ſupremarū citando feriunt.

69 Etiam arbiter iuris citare poteſt per nuntium, d. l. ſed interpellatur.§.j. ff. de arbit. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. per nuntium. quo mod.in læſæ maieſt.crimi.proceda.& l.ij.C.de ſportul.

Arbiter per nuntium poteſt citare.

70 Sextò, poteſt citatio fieri per notarium, vt dicit Spec. in titul. de citatio.§.ſequitur.in princip.alleg.text.in argu. in cap. j. ibi, ſed illorum notariis.&c. xxiij.q. v. quem ſequitur Hippoly. in repet. l. de vnoquoque. numero 194.ff.de re iudica.Præpoſi. in cap. cùm parati. colum. viij.de appel. & ita habetur in ſtylo Curiæ primitialis Bitur.eod.titu.articu.iiij. Ratio eſt: quia poſtquàm poteſt fieri per nuntium vilem, fortiùs per notarium, qui eſt publica perſona.l.generali. C. de tabular. libr.x.& iurata. in authen. de tabel. colla. iiij. & pro iſto præſumitur cùm ſit iuratus, & maioris authoritatis quàm ſeruiens, cap. ad audientiam. de præſcriptio. capit. ſancimus. j. q. vij.

Per notariū citatio fieri poteſt.

71 Et idem poterit relationem ſcribere, & eidem creditur, teſte Spe. in d.§.ſequitur.argu. l. ſi conſul. ff. de adoptio. ſequitur Socin. in trac. de citatio.arti.viij.q.ij.& iſta fit etiamnum in cauſis eccleſiaſticis, quia mandatum dirigitur clericis, notariis, & aliis: ob id notarij poſſunt exequi. Sed in Curiis ſecularibus literæ executoriæ,citationes,& aliæ diriguntur apparitoribus,& non notariis,ob id notarij exequi illas literas non poſſent, nec aliàs ſine iudicis expreſſo mandato.

Notarij in cauſis eccleſiaſticis exequuntur.

72 Septimò,per vocem præconis quandoque fit citatio,quem Gallicè dicunt, *Crieur public.* l. fina. C. de fer.auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex.

Voce præconis citatur quis

73 Hodie officium illius eſt proclamare Regis placita,leges,edicta, & magiſtratuum præcepta, necnon aliquem abſentem publicè citare, maximè, in criminalibus ad tres breues dies,iuxta l. dies feſtos. C. de fer. l. inter. ff. de publi.iudi.de hac vide in tracta.de præco.

Præconis officium.

74 Legimus Neronem imperatorem publicè de præconis peritia certaſſe & de vocis magnitudine, eóſque ſuperaſſe: vt tradit Sueto. Tranquillus eius in vita, & Euſebius addens, quòd ad conſeruandum vocem ſuam clyſtere,& vomitu ſtomachum ſuum purgabat,ſéque à pomis, & aliis fructibus, qui voci nocent, abſtinebat, ſupinúſque plumbi laminam pectori ſuo adiungebat,quia magnopere confert ad vocem conſeruandam: vt author eſt Plinius.lib.34.cap.18.

Nero ſuperabat voce præconem.

75 Notandum eſt tamen, quòd hæc citatio non poteſt fieri per delegatum inferioris à Principe, ſed tantùm per ordinarium. text. in §. omnem. in authent.de litigio.colla.viij.Bald. & alij. in l. ij. C. quomodo & quando iud. & authenti. qui ſemel. ibidem. Doct. in l. ſancimus. C. de iudi. & per hoc fuit annullatus proceſſus cuiuſdam delegati commiſſarij Curiæ

Delegatus voce tubæ non citat.

Seneſ

Seneſchalli Tholoſæ factus, teſte Antho. Tremo. in addi. ad Vbertum de Bonacurſ. rubr. quib. mod. cita. verſicul. vel quia ad clamorem. Nam hic non inuenta perſona domi citare poterit, vel requirere ordinarium loci, vt voce præconis citet, vti inferiùs dicetur, arti. j. glo. j.

Citatio per curatum fieri poterit. Octauò in eccleſia etiam poteſt fieri citatio per curatum, ſeu vicarium: 76
& interdum hæc denuntiatio, ſeu monitio fit in publica prædicatione, & hæc ſolet fieri in monitoriis de occultis, & in matrimoniis publicandis, & quibuſdam aliis per text. in clemen. vna. de foro competen. & capitul. cùm inhibitio. de clandeſtin. deſponſa. Iacob. de Bello viſu in repeti. cap. j. §. contrahentes. in verb. trahere. de foro compe. lib. vj. Soci. in dict. trac. citation. arti. xvij. q. vj. & ſequen.

Citatio per partē quando fieri poſſit. Nonò, fit citatio per partem in tribus caſibus: primò ex pacto, vt ſi pro- 77
miſiſti te repræſentare coram iudice ad meam requiſitionem, requiro te, vt cras te præſentes: illa requiſitio vim citationis habet, & ſufficit coram duobus teſtibus facta, licèt non interrumpat præſcriptionem: text. in l. fina. in princip. & ibi Bartol. & alij. ff. de eo per quem factum erit. Bald. in l. nam ita Diuus. ff. de adoptio. & Feli. in capitu. cum cauſa. colum. vltima. de offic. delega. ſed non eſt propriè citatio, ſed requiſitio: vt ſuperiùs ſcripſi.

Item poteſt fieri per partem ex commiſsione iudicis: vt docet gloſ. in 78
l. ſi vt proponis, ij. C. quomodo, & quand. iud. ſingul. ſecundum Baldum in Marg. in verb. citatio. quæſtio. xxxix, quem ſequitur Specul. in titul. de citatio. §. ſequitur. verſiculo quandoque citatio fit per partem. gloſſa Panormi. & alij in capitul. cùm ſit Romana. in fin. de appellatio. facit l. eum qui. §. ſi epiſtola. ff. de furt. gloſſ. & Bart. in l. iuſtè. ff. de acquirenda poſſeſſio. Iaſ. in l. iubere cauere. colum. iij. de iuriſdict. omni. iudic. & in. §. quadrupli. numero 32. Inſtitu. de actio. Præpoſit. in capitu. cùm parati. colum. viij. de appellatio. Hippoly. in repeti. l. de vnoquoque; numero. 196. ff. de re iudicat. not. in l. miles. §. qui iudicati. illo titulo.

Forma alia citationis per partem facienda. Et poteſt ſic fieri, dicat iudex, Præcipio quòd notifices aduerſario tuo, 79
vt tali die, & hora compareat coram nobis, & tu etiam compareas: vt docet Socin. in tracta. de citati. articulo viij. quæſtio. quarta. Angel. & Iaſo. in §. pœnales, & §. quadrupli. Inſtitu. de actio. Ioan. Lupus in repetit. capituli per veſtras notab. primo. de dona. inter virum & vxorem. Sed in hoc regno non ſolet ſic fieri, nec crederetur parti, ſi hoc non probaret literis, vel alias legitimè.

Cautela cū apparitor nō vult exequi. Præterea poteſt fieri citatio etiam ſine commiſsione, quando pars 80
non inuenerint nuntium, vel quia citandus eſt potens, & viator non vult eum citare, poſſet in eum caſum pars coram notario & duobus teſtibus proteſtari contra apparitorem, & poſteà coram illis teſtibus, vel aliis literas citationis parti oſtendere, & requirere vt compareat iuxta iudicis præceptum: & talis citatio valebit, teſte Barto. in extrauagan. ad reprimendum. in verb. per literas, in fin. quem ſequitur Alexand. in l. iuſtè. num. 31. ff. de acquirenda poſſeſsio. & Iaſ. in l. iubere. colum. iij. numero 7. de iuriſdict. om. iudic. ac Hippoly. in d. l. de vno. nume. 196. quia neceſsitas legem

legem non habet, l. prima.ff. de offic.conſul.& facit licitum,quod aliàs eſſet illicitum,capitul.ſi quis propter neceſsitatem.de furt.Petr. Gerard. ſingu. vlti.

81 Intellige ſuprà adducta in citatione verbali. Citationem autem realem, id eſt, prehenſionem non poteſt pars facere: niſi in debitore ſuſpecto de fuga,l.ait prætor. §. ſi debitorem.ff. de his quæ in fraudem creditor.gloſſ. & ibi Iaſon.in §.primo.Inſtitut.de actio.Modern.in capitul.primo. de iud. quia non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratum publicè fieri poſsit,ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi,l.non eſt ſingulis.ff. de reg. *Prehenſio partis à parte fieri non poteſt.*

82 iur.tamen quidam citationem fieri aiunt his verbis. † Cæterum vocatio hæc iure Romano veteri ſine vllo apparitore ac iudicis præcepto fieri ſolebat,vocatúſque ab aduerſario, niſi confeſtim iret,& vocantem ſequeretur:inuitus ab eo ducebatur. Et hic quidem mos vſque ad tempora Iuriſconſulto.(ex quorum monumentis libri Pandectarum confecti ſunt) durauit: donec eum conſtitutione ſua ſuſtulit, & antiquauit Theod.in l. neminem. C. de exhibendis reis. quam ſententiam confirmat per legem primam,& iiij.ff.ne quis eum qui in ius voca.eſt vi eximat.vbi actio aduerſus eos,qui in ius vocatos vi eripiunt,id eſt,è manibus vocantis,ſiue ducentis auferunt, à prætore proponitur. probat aliis pluribus, vt potè per Ciceronem, Plinium, & Terentium, & per l. qui neque ſequantur vocantem in ius, inuiti non ducantur. ff. de verborum ſignification. & l.ſi vero. in fin. qui ſatiſdat. cogant. vbi aduerſus eum, qui locupletem fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa non accipit, iniuriarum actionem eſſe ait quia non eſt quælibet iniuria,id eſt non leuis, ſeu non vulgaris, duci in ius eum, qui ſatis idoneum fideiuſſorem det. hæc ille.

83 Ego verò putarem ſeu iure.ff.aut C. neminem vocandum ſine apparitore,vel alio legitimo modo, vt ſuperius dictum fuit. hoc probat textus in d. l. ſed interpellatur. §.arbiter adeſſe litigatores, vel per nuntium, vel per epiſtolam iubere poteſt. ff. de arbitr. facit l. magis puto. §. ne tamen. ibi, oportebit prætorem curare, vt pecunia accepta creditoribus ſoluatur, & de hoc decernere,daréque viatorem,qui & renuntiet.ff.de reb.eorum non omittetur textus in l. is cui. §.miſſus. ibi, aut per viatorem,aut per officialem præfecti. ff. vt in poſſeſ. legat. & textus magis ad rem pertinens in l. properandum.§.& ſiquidem.C.de iudic. ibi,licentia erit iudici per executores negotij actorem requirere, &c. l.ſicut ibi, ſubſecuta per executorem conuentio.C.de præſcriptio.triginta annorum. *Authoris reſolutio.*

84 Alioqui nullus id temporis fuiſſet apparitorum, vel executorum vſus: & tamen Liuius, Feneſtella & alij percelebres Hiſtoriographi pro indubitato dicunt Conſules, Dictatores, Prætores, & alios magiſtratus habuiſſe lictores, & executores, qui illorum iuſſa executioni mandarent: imò manu militari iure etiam veteri executio fiebat,l. qui reſtituere. ff. de rei vendicatio.l. ſi quis.ibi, exequi oportere decretum ſuum nonnunquàm etiam per manum militarem.ff.ne vis fiat ei.& præfectus vrbis habere debebat diſpoſitos milites ſtationarios ad tuendam populariũ quietem,& ad referen *Apparitorum ſeu executorum antiquus vſus.*

referendum ſibi,quid vbique agatur.&c. l. j. in fi. ff. de offic. præfect. vrb. facit l.iiij.de officio præfecti vigil.l.obſeruare.de offic.procon.

Contumax mulcta ple-ctitur.

Ad hæc ſi quis in ius vocatus non ierit,condemnatur ad mulctam , l. ij. 75
ff.ſi quis in ius voca.non ierit.l. ſi quis ex aliena. de iudi. ergo non ducitur à parte,vel ſi duceretur,non eſſet locus mulctæ.

Abſurdum reſultans ſi colltigãs ci-taret colliti gantem.

Etiam non putarem credendum parti , quæ facilè mentiri poſſet, l. j. §. 86
cùm quis.ff.de quæſtio.Et eccle.c.xij. habetur: Non credas inimico tuo in æternum,quoniam ſeptem ſunt nequitiæ in corde illius.& Prouerb.c.xxvj. poſſet enim parare inimicos ad occidendum partem aduerſam in via , & poſteà ſimulatè venire ad partem,& eam in ius vocare : quare non eſt eidem credendum,vt docet Spe.in tit.de citatio.§.ſequitur.ver. quandoque citatio per partem. & Soci. in d. tract. q. iiij. Tutela etiam inimicis non eſt committenda,l.pater.in fi.de teſt. tutel. imò pars non teneretur venire ad illius partis denuntiationem,vt aſſerit glo.in cap.cùm ſit Romana.in verb. nec ſolent.de appella.quam probat Innocen.in cap. dilecti. de maiorita. & & obedien.vt refert Panormi.in capit.j.colum.xij.numero 33.de iudic.

Refellitu-opinio con-traria.

Nec refragantur in contrarium adducta : primò l. neminem. C.de exhi- 87
ben. reis. quia ante legem illam probaui vſum apparitorum , & viatorum habuiſſe locum : & illa lex loquitur in exhibitione , & non in vocatione in ius inter quæ vocabula eſt lata differentia,vt patet in l. plus eſt. vbi ſcripſi. ff.de verb.ſigni.& per totum titu. ff.de in ius vocan. & ad exhibendum. & de exhiben.reis. etiam illam lex in criminalibus loquitur , vtpote de exhibitione reorum , tamen etiam in ciuilibus ſine præcepto iudicis non vocabatur quis in ius,l.adoptiuum.ff.de in ius vocand.

Nec me mouet l.ſi verò.§.fin.ff. qui ſatiſd. cog. quia ſi quis offerat fide- 88
iuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa idoneum , non debet duci inuitus , in quibus videlicet caſibus aliàs inuitus duceretur,vt in criminalibus: & in rubr. in ius vocati vt eant,& ſatis vel cautum dent.Ideò ibi text.non dicit quòd à parte pars duceretur.Imò d.l. qui neque. probando potius noſtram opinionem facit contra eum , cum dicit , qui neque ſequantur , neque ducantur.

Et authoritates Cicer. & aliorum quæ referuntur ad partem,videlicet. 89
in ius voca.intelliguntur,videlicet per apparitorem, vel aliàs iure, non verò propria authoritate , quæ eſt in iure maximè reprobata, l. extat.ff. quod metus cauſa. Nempe dum apparitor vocat aliquem in ius , non hoc ſuo nomine facit , ſed partis , capit. j. de iudic. Ideo pars vocaſſe cenſetur, per leg.j.§.videor. ff. de vi & vi arma. Et ſic pars in ius vocat partem per apparitorem , & de iudicis præcepto , prout à iudice decretum erit : & ita mihi viſum eſt.

Varia fue-re tempora exercenda rum actio-num.

Non negarem tamen olim varia fuiſſe tempora exercendarum actio- 90
num Romæ , & varias formulas : vt traditur in leg. ij. ff. de origin.iuris. vt tunc fortè duceretur : ſed aucta ciuitate , & poſtquàm Iureconſultorum ingenia florere cœperunt , nuſquam puto id in noſtro iure ciuili receptum : ſed edictis vocabantur in ius rei , qui ſi tribus vocati non veniſ-

ſent

ſent, & vno peremptorio, l. ad peremptorium. cum l. ſequen. ff. de iudic.
91 contumaces dicebantur, l. contumacia. ff. de re iudica. † Et intereſt, ne ita intelligamus edictum Prætoris, de parentibus, & patronis in ius non vocandis, quòd ideò propoſitum ait, quia turpe, & indignum erat à liberis libertíſue duci eas perſonas: quæ ſi ſola edicti ratio eſſet, non inciderent in pœnam niſi duxiſſent, & venia fuiſſet poſtulanda, non ſolum quòd vocarentur, ſed vt & ducerentur inuiti. Alia ſanè edicti ratio eſt, ſcilicet propter famoſas actiones, quæ perſtringunt pudorem, non quòd ducerentur inuiti, l. ſed ſi. §. prætor ait. ff. de in ius vocand. Et vocabatur quidem inuitus, & adhuc vocatur, non tamen cogitur venire, l. quamuis. ff. eodem. hócque probat clariſsimè eodem titulo, l. ſed & ſi is, qui domi eſt, interdum vocari in ius poteſt: tamen de domo ſua nemo extrahi debet. probat etiam tit. ſi quis in ius voc. non ierit. hæc autem quæcunque vocatio fit per appa-
92 ritores, vt ſuprà dixi: † & tunc ſi quis vocatum & ductum de manibus rapuiſſet, eripere dicebatur: ſi verò non ductum, ſed venientem impediuiſſet, & detinuiſſet, exemiſſe. Et incidebat in pœnam tit. ne quis eum qui in ius voca. eſt vi eximat. l. iij. ff. ne quis eum qui in ius voca. vi exi. tametſi verbum eximere, generale ſit, vt in ea lege dicitur. Hæc non diſputo amplius, ſed libera cuique relinquo, afferens duntaxat noſtra iudicia: quod liberale eſt & pium: nec ſcolaſtica, ſed forenſia ſequimur.

Edictũ prætoris de parentibus & patronis in ius non vocandis.

Eripere in ius vocatũ, aut eximere quomodo differant.

93 Decimò, citatio fit per edictum, id eſt, per affixionem (vt dicunt) in valuis, inſtar edictorum, quæ per prætores in albo ponebantur, l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdi. om. iudi. & de hac loquitur cle. j. & ibi Doct. de iudic. & Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. per edictum. Fel. in c. quoniam. §. porrò. nu. 14. vt lite. non conteſt. Et pro habenda notitia huiuſce citationis, quia ſæpiùs Conſeruatores Apoſtolici abutuntur, ideò dicetur, quis ita poſsit citare, quis citari, quando, & qualiter. vbi debeant affigi hæc edicta, quanto tempore debeant ſtare affixa, & quis ſit effectus. Et breui iſta decidendo,

Citatio per edictum.

94 Primò, cum quæritur quis poſsit citare per edicta? Reſpond. iudex ordinarius, & delegatus à Principe, non pedaneus, vel alius, gloſſ. in l. ij. C. quomodo & quando iudex. Bar. in d. extrauag. ad reprimendum. d. verb. per edictum. & in l. ſancimus. C. de iudi. ſequitur Imo. in d. cle. j. col. ij. refert Boëri. in repeti. l. conſentaneum. in iij. oppoſi. fol. x. C. quomo. & quando iud. ſeruatur, teſte patruo meo Rebuffo in l. locorum. C. de omni agro deſerto. lib. xj. vbi dicit, quod magni Magiſtratus communiter faciunt talem citationem.

Quis per affixionẽ citare poſſit.

95 Ad ſecundam quæſtionem reſpondeo, quòd omnis poteſt citari per edictum, cuiuſcunque ſtatus, conditioníſue ſit, d. cle. j. & Soci. in tracta. de citatio. art. xxiiij. q. iij.

Quis per edictũ citari poſſit, & quando.

96 Tertiò, quando poſsit fieri: & dico quòd in duobus caſibus tantum. Primus eſt quando citandus impedit, vel procurat per ſe, vel alios quomodo, ne citatio poſsit ad eum peruenire, cle. j. de iudic. gl. in c. j. in §. facta. in verb. vocetur. de electio. in pragma.

Citatio per edictũ duobus tantum caſibus fit.

Secundus,quando domicilia,vel loca,vbi citandi inhabitant, non poſ- 97
ſunt tutè adiri,liberéve,d.clemen.j. de iudi. & pauci ſunt, qui eam rectè intelligant,teſte Pau.& Iaco.in l.ad peremptorium.col.iij.ff.de iudi.vel quando ignoratur,vbi citandus ſit, & nullus in domo illius inhabitat, tunc itidem ex iudicis mandato ſic fieri ſolet.

Qualiter citatio per edictum fiat.

Quartò, qualiter debeat fieri iſta citatio? Reſpon. iudex primum debet 98
examinare, an locus ſit citationi faciendæ per edictum, & an inſint qualitates,d.cle.j.videlicèt,an tutè poſsit adiri citandus,vel non. argu. l.de ætate.ff.ad Trebel.Bart. in d. verb. per edictum. Et in hac examinatione nulla eſt neceſſaria partis citatio.Soci.vbi ſuprà.q.v.

Hodie verò ex conſuetudine nulla fit huiuſmodi examinatio, ſed nun- 99
tij in quibuſdam Curiis apoſtolicis paſsim citant per affixionem in valuis, & referunt locum non fuiſſe tutum,ideò ſe in valuis citaſſe, & ſolet recipi: quia ordinarij habent has citationes exoſas propter partium proteruitatem,ideò ad vitandum ſcandalum,& tumultum ſic ſolitæ ſunt fieri.

Vbi citationes affigi debeant.

Quæro demùm,vbi citationes affigi debeant? Reſpon.olim in albo, ho- 100
die verò in valuis Eccleſiæ cathedralis,aut maioris illius ciuitatis, ſeu municipij,aut in valuis Scholarum,ſi Doctor, aut Scholaris citetur, vel in Palatio, aut in aliis locis patentibus, vbi veriſimile ſit poſſe peruenire ad notitiam citandi, teſte Bart. in verb. publicè, in extrauag. ad reprimendum. quomodo in læſæ maieſta.crimi. proceda. & Soci. vbi ſuprà. ſcripſi in tracta.nomina.in xiiij.quæſtio.

Aduertere tamen debent Conſeruatores eccleſiaſtici, quòd ad hoc vt 101
poſsit ſic citatus excommunicari,non ſufficit probare quòd in vicinis partibus citatio facta,ſeu affixa ſit,ſed ꝙ ad notitiam citati ex illo veriſimiliter potuerit peruenire:& bonum eſſet ꝙ nuntius hoc in relatione ſua poneret, vt not. in c. ſi aduerſus.de eo qui mit. in poſſ. Aegid.Bellamera.in deci.iij. de dol.incip.vt citatus.hoc tamen non eſt ſolitum inquiri,nec conſcribi.

Quanto tēpore affixæ literæ ſtare debent.

Quanto tempore debeant ſtare affixæ hæ literæ citatoriæ? Bar.in d.ex- 102
trauag.in ver.publicè.dicit relinqui arbitrio iudicis,& ſufficit, quòd probetur publicè fuiſſe affixum edictum in tali loco,nec eſt neceſſe quod apponatur in relatione, quod tanto tempore ſteterit. Soci. vbi ſuprà. q. x. facit tex.in l.ſed & ſi pupillus.§.proſcriptum.ff.de inſtito.acti.

Et præſumitur quod tantò tempore ſteterit affixum, quòd ad notitiam 103
citati peruenerit,nec præſumitur ſublatum:quia remotio eſt delictum, l. ſi quis id quod.ff.de iuriſd.om.iud. quod non præſumitur, l. meritò, ff. pro ſoc.l.penul.C. de his qui in teſta.ſibi adſcribunt.

Remouēs citationē affixam punitur.

Poſſet tamen citatus probare, quod ſtatim fuit ablatum, & tunc non 104
valeret citatio, cùm venire non potuerit ad ſuam notitiam: & peccant qui hoc faciunt quia plus faciunt, quàm Papa, qui non poteſt tollere citationem: & ipſi tollunt, & tenentur ad omnes expenſas, quas ille poſteà excommunicatus faciet, &ſuis expenſis tenentur abſolutionem impetrare, teſte Hippoly.in l.de vnoquoque. numero 55. ff. de re iudica. & in rubrica de fideiuſſorib.quæſtione.lviij.in fin. vide l.ſed & ſi pupillus. §. proinde.ff.

inde.ff. de inſtito. actio. & quando citatio affigitur oſtio, & ſtatim tollitur, non dicitur citatio competenter facta: vt docet Feli.in cap.ex parte decani. col.iiij.num.7.verſ.reuocatio procuratoris.de reſcrip.

105 Effectus eſt, vt citatus debeat comparere, alioqui contumax reputabitur.Hippol.in repet.l.de vnoquoque.num.192.ff.de re iud. Doct. in d.clemen.j.Feli.in c.quoniam.§.porrò.vt lite non conteſt.& inferiùs dicetur vltima quæſtio.præfa. *Effectus citationis.*

106 Vltimò poteſt quis citari per campanam, & hæc citatio fit ad congregandas vniuerſitates, capitula eccleſiarum,aut collegia.capitul.in cauſis,§. nuntij.& ibi Pan.& alij,col.iij.de elect. gloſſ.in capit.ſi capitulo. de conceſ. præbend.lib.vj.& in l.ſicut.ff.quod cuiuſque vniuerſit.nomi.Ioan.Andr.in ca.j.de offic.cuſtod.Bal.in authent.qui ſemel. colum.iiij. num. 15. C. quomodo & quando iudex.Iacob.de Bello viſu in repetitio.§. contrahentes.c. Romana.num.32.de for.compe.lib.vj. & in ſtylo Curiæ eccleſiaſticæ Bituri.artic.ij.& ſequen.rubr.de vicariis, officialib. & cæteris. & Hippol. in d.l. de vno.num.200.ff.de re iudic. *Citatio per campanã.*

107 Item vocantur religioſi ad prandium per ſonum campanæ, in quo non deficiunt,nec non collegiati & Burſarij in ſuis gymnaſiis: ſic vidi fieri dum à primis ferè annis eram collegiatus collegij *Du vergier*, Montiſpeſſulani, quo tempore fui etiam illic per biennium Prior, & gradus ſeu ſchalæ, ac multa illius cubicula me Prioris nomine pecunias miniſtrante fuerũt conſtructa, vt ibi notoriè patet. Vnde actus qui à capitulis fieri debent, tam electiones quàm alij per campanam notificabuntur, & vocabuntur ſic tam *Vocantur religioſi & burſarij ad prãdium per cãpanam.*

108 canonici,quàm collegiati. † Et qui non comparebit, contumax reputabitur, & in poſterum actus ſine illo factus valebit. capit. cùm in eccleſiis. de præbend.in vj.niſi ex conſuetudine ſit ſolitum aliter citari. Et cornibus interdum homines vocantur, vt periculo ignis ſubueniant, & ad ipſum extinguendam,l.j.ff.de offic.præfect. vigi. quod in vicis, & pagis quandoque fieri ſolet, vbi deſunt campanæ: ſed in ciuitatibus per campanas ad hoc vocari ſolent.

109 Et ſic per prædicta ſatis eſt reſponſum ad quintam quæſtionem, quis poſsit citare, vt videlicèt non ſolum iudex ordinarius, ſed & delegatus, pedaneus, & arbiter in quibuſdam citare poſsit, vt dictum extitit ſuperiùs: nempe cui commiſſa eſt iuriſdictio, omnia cenſentur commiſſa, ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt, l. ſecunda. ff. de iuriſdictio. omni.iudic. *Quis citare poſſit.*

110 SVPEREST nunc reſoluere ſextam quæſtionem principalem, quis poſsit citari? Et paucis reſpond. quòd omnis ille, cuius intereſſe poteſt, debet citari, d. l. de vnoquoque. de re iudica. l. ij. ff. de in ius vocand. vbi prohibentur aliquæ perſonæ in ius vocari: ergo omnes aliæ poſſunt. arg.l.ius ſingulare.ff.de legib.& l.j.ff.ad municipa. vide alias perſonas prohibitas in ius vocari,per Azon.in ſumma,de in ius vocan.& Soc.vbi ſuprà, artic. v. quæſt. xvij. vbi ponit decem, & octo perſonas, quæ in ius vocari non poſſunt. *Citari quis poſſit.*

111 Nam hoc edictum eſt prohibitorium certarum perſonarum, & per *Edictum de*

in ius vocãdo prohibitorium. miſſorium regulæ, ſicut dicitur de teſtamentis, quis poſsit illa facere. l. ſi quæramus. ff. de teſta. Hoſtien.in ſumma illius titu. Idem dicitur de teſtibus.in rub.ff.de teſtib.& ibi per Azon.in ſumma.& in l.iij.illo titulo.

Qualiter fiat citatio. SEPTIMÒ, qualiter citatio fiat? Reſpon.Interdum per iudicis, nun- 112
tium,per literas,per notarium,per campanam,per partem,& aliàs,vt abundè ſuperiùs fuit explicatum in iiij.quæſtio.

Exceptio citationis inualida an in Parlamento recipiatur. OCTAVÒ, quot modis impugnari poſsit citatio,non refero hic, quia 113
Spec.in tit.de cita.§.j.conſcribit,& Vbert.de Bonacurſo.in practic.ſua. rubri.quibus modis citatio impunè contemni poſsit:& quamuis in ſtylo Parlamen.rubri.de iudi.ordin.viij.dicatur exceptionem citationis inualidæ nõ recipi in Parlamento:verum eſſe crederem,ſi pars compareret:vt Doc.not. in rub.ff.de in ius vocand.ſed ſi pars non compareat, quæ nec ritè erat citata,poteſt impugnari:& vidi ſic impugnantem obtinuiſſe, & ita obſeruatur.gl.Bal.& alij in auth.ſi ob æs.C.ſi mi.ſe ab hære.abſti.

Citationis multi effectus NONA eſt quæſtio,quis ſit effectus citationis? Reſpond.vt citatus cõ- 114
pareat,vel comparere debeat per ſe, vel procuratorem legitimum, ad hoc vt poſsit defendere,l.nam ita diuus.ff.de adoption.clemen.paſtoralis.de re iudica.dixi latè ſuprà.† Et ex quacunque cauſa quis citetur, tenetur com- 115
parere,l.ex quacunque. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. & toties tenetur comparere, quoties citatur. Vndè licèt ſemel citatus, comparuerit, ſi iterum citatur,& non comparet,dicitur latitare.not.in l. Fulcinius. §. quid ſit autem latitare. ff.quibus ex cauſis in poſſeſ.eatur. Bal. in capitu. vno. de milite vaſſalo qui contumax eſt. poteſt etiam per vnam comparitionem euadere contumaciam multorum,ſi ad plures actus citatus erat: ſicut vno verbo poteſt cum pluribus litem conteſtari. Bartol. & Imol. in l. ſi finita. §. Iulianus.ff.de damno infec.Angel.& Imol.in l.duo. ff. de duobus reis.

Pendet lis per citationem. Secundus effectus, per citationem lis dicitur pendere. clement. vltim.
vt lite.penden.ad intellectum illius clemen. multa in tracta. de effectib. li- 116
tis conteſt.

Præuentio per citationem fit. Tertius eſt,per citationem præuenitur iuriſdictio,l. ſi quis poſteaquàm.
ff.de iudic.ca. propoſuiſti. de foro competent. gloſſ. in clemen. j. de iudic. 117
& qualis citatio requiratur,vide per Socyn.in capit. propoſuiſti. & in l. libertus.ij.ff.de in ius vocand.

Perpetuatur iuriſdictio per citationem. Quartus eſt effectus, quòd iuriſdictio per citationem perpetuatur. cap.
gratum.& capi.relatum.de offic.delega.not.gloſſ.& Doct.in dict.clem.j. de 118
iudi.Barto.& alij in l.& quia.ff.de iuriſdict.omni.iudi.

Fundamentum iudicij citatio. Quintus, quia citatio eſt iudiciariæ cognitionis principium, ac iudicij
fundamentum.§. final. Inſtitu. de pœna temerè litigant. capitul. quoniam 119
contra.in verb.citationes.de probatio. dixi ſuprà. Ideò omnia quæ fiunt in præiudicium abſentium ſine citatione ſunt irrita. cap. omnia. & capi. caueant.iij.quæſtio.ix.

Sextus effectus eſt: nam qui ſcit ſe citatum, præſumitur malitioſè ver-
ſari,ſi non compareat.capitu.ad hæc. iij. & ibi Baldus. de appellationib. & 120
in l.conſentaneum.colum.penult.C.quomodo & quando iudex.

Septimus,

121 Septimus,per citationem inducitur contumacia, ſi citatus non compareat. rubri. de dolo & contuma. ſcripſi.in tract. infrà de contumacia & defectu. † de conſuetudine tamen generali Franciæ ſi in termino citationis dies feſtus inciderit, continuatur ad diem ſequentem. & hoc probauit Senatus anno 1525.die penult.Ianuarij.

122 *Cõtinuatur terminus ad diẽ ſequentem in citationibus.*

123 Octauus, vt comparens ſaluis ſuis exceptionibus teneatur ſuſcipere iudicium,capitu. primo. de iudic. Et quando habeat ius reuocandi domum, vide in l.ij.ff. §.legatis.ff.de iudi.cap. fi. per Doc. de foro competen. ſcripſi in tracta.de exceptio.

Arectum.

124 Nonus,quia comparente reo ad ipſius petitionem tenetur actor vſque ad finem iudicium perducere, & in eo perſiſtere. authen. qui ſemel. & ibi dixi. C. quomodo & quando iudex. vbi dedi decem limitationes ad illam authen.

Reus poteſt cogere actorem ad proſequendum.

125 Decimus eſt, citatione etenim & dilatione pendente officium iudicis conquieſcit, vt non poſsit interim procedere, l. ſiue pars. C. de dilat. & ſi alterauit actum in qualitate, vel ſubſtantia, non valebit:quia videtur celebratus parte non citata, cùm agatur aliter quàm fuerit in citatione expreſſum.Barto.in l.aut qui aliter.in princ.ff. quod vi aut clam. Soci. conſi. x.inſignis Doctor.in quarto volumi.

Dilatione pendẽte quieſcit officiũ iudicis

126 Vndecimus eſt: nam citato acquiritur ius vt pendente termino præfixo ad comparendum per ipſum tempus expectari debeat. c.cùm inter vniuerſas.de electio.Imol.in c.fi.de his quæ fiunt à præla.in iij.notab.

Citato ius acquiritur.

127 Fallit quando citatus non haberet ius in eo, ad quod eſt citatus, & ſic non erat vocandus, quia illum iudex non tenetur expectare, nec admittere comparentem.Ancha.& alij in d. c.fina. quod in Francia fortè non procederet: ſi tamen vocatus venerit, intereſſe, & damna, quæ paſſus eſt ab eo,ad cuius petitionem eſt vocatus, petere poterit. Imol. in l. liber homo. §.decem.ff.de verb.obliga.& d.c.fi.de his quæ fiunt à præla.

128 Duodecimus effectus eſt, citatio præſcriptionem longiſsimi temporis interrumpit,l.cùm notiſsimi.in princi. C.de præſcrip. triginta. vel quadraginta annorum. cap. penul. decimaſexta quæſti.tertia.Roma.conſi.xxxviij. in caſu.

Citatio interrũpit longi temporis præſcriptionem.

129 Fallit in caſibus traditis per Ioan. Franciſc. Balbum in tracta. de præſc. in iij.parte.vj.partis in princi.col.xxxiiij.cum ſeq.vbi ponit nouem ampliationes,& totidem limitationes, quas non tranſcribo. ibi licet videre. adde Bald.in conſil.ccxcix.proponitur.in ij.volu.

130 Intellige quando citatio eſt valida, & legitimè facta: ſecus ſi nulla, vel temeraria, tunc non habet effectum.*nam quoties vitioſè cautum eſt, pro non cauto habendum eſt*, l. quoties. ff. qui ſatiſdare cogantur. & condemnatum eum accipere debemus, & citatum, qui ritè citatus eſt. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudica. Imò omnia quæ requirunt citationem, vt proceſſus & ſententia, ſunt nulla, ſi citatio præcedens ſit inualida. per gloſſ. in l. ſi accuſatoribus. C. de accuſa. quam ſequitur Bal. in Margar. in verb. citatio.& Feli.in capitulo quoniam.colum.vij.de probatio. Hippoly. in repet. l. de vno. nume. 50.de re iud.& in pract. crimi. §. quoniam.nume.44.

ac in rubr.de fideiuſ.nu.355.& conſ.xx.maturè.col.ij.atque Alber. Brunus
conſil.xx.requiſitus.col.j.in materia feud.

Habet tamen mirabilem effectum hæc citatio,quia habet vim interpel- 131
lationis extraiudicialis ad conſtituendum debitorem in mora, ex illa cita-
tione,quamuis inualida,teſte Bal.in cap.vno.col.ij. de milite vaſallo. quem
Finis citationis. ſequitur Iacob.in l.quod te.col.ij.ff.ſi cer.peta.Finis verò citationis eſt, vt
cauſa apud iudicem,à quo facta eſt citatio,definiatur, l. vbi acceptum. & l.
de qua re.ff.de iudic.Conrad.Lag.in method.iuris,titu. quomodo proced.
aduerſum eos,qui in iudicium voca.non veniunt.

Alios effectus citationis validæ vide per Spec.in tit. de competen. iudi. 132
adit.§.fina.Et per Socy.in tracta.de citatio. articu. xxxj. nunc breuiter, vt
quæ praxim tangunt perſtringamus, ad tex. me confero, elucidaturus,
vt ſequitur.

Loys xij. articu.lvj.

Item prohibons & defendons à tous ſergens.

GLOSSA I.

Apparitoris nomine qui veniāt. HOC nomine, *ſergens*, ſeruientis, comprehenditur omnis ap- 1
paritor,ſiue ſit apparitor iudicum inferiorum, ſiue ſuperiorum,
non tamen curiæ ſupremæ nuntij,& apparitores (quos vulgus,
huiſſiers,vocat)comprehenduntur,ſiue magni Conſilij, ſeu alte-
rius Curiæ ſupremæ: quia diſtincta ſunt nomina, & ſic deciſio. l. ſi idem.
C.de codic.& quia maioris ſunt authoritatis, quos illuſtrat Curiæ excel-
lentia,ſicut dicitur de naturalibus datis Curiæ. §. fin. Inſtit. de nupt. nam
his etiam ſolis credi ſolet. Apparitores multos tradit Imperator in variis
tit.lib.xij.C.de apparit.

Citare non poſſunt viatores extra locū, in quo ſunt præfecti. Dicet quis vbi poſsint hi citare? Reſpond. in illo loco, in quo præfecti 2
ſunt, & non alibi, quia extra territorium impunè non paretur ius dicenti,
multò minus viatori,l.fin.ff.de iuriſdictione om. iudic. c. fin. de conſtit. in
ſextò. Ideò apparitor Aureliane. ibi quidem citabit, non Lugduni, quia
ibi non eſt præfectus. Ita cenſuit Senatus die penult. Maij 1524. in cauſa
Areſtum. Franciſci de *Chaſteaubrean*: nec apparitor Curiæ eccleſiaſticæ citabit co-
ram iudice laico, vel écontrario eadem ratione, quia iuriſdictiones ſunt
diſtinctæ, cap. nouit. de iudic. & *Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet*, vt
Virgil.ait: & cùm contrarium fuiſſet factum, audiui abuſiuè & perperàm
proceſſum.

Si tamen apparitor ſit talis,qui ſit præfectus in toto regno, vbique pote 3
rit exequi;vt ſunt quos vulgò apparitores equites, *ſergens à cheual*, Caſtel-
leti Pariſien.vocamus,qui ſi abutantur, reſtis eos ſequitur, vt vidimus de
quodam,*fief à fief,* viatore in hac ciuitate ſuſpenſo.

Conſilij magni apparitores vbi poſſint exequi. Item apparitores magni Conſilij poterunt vbique conſilij iuſſa exe- 4
qui,ſed iuſſa inferiorum magiſtratuum exequi non poſſunt, ſi ad hæc præ-
fecti à conſilio non ſint. Vnde interdum vidi appellari ab executione fa-
cta

ctaab apparitore magni Conſilij, eo quòd ſententiam inferioris iudicis executioni demandarat: nam ſicut iudex extra territorium habetur tanquam priuatus, l.iij.ff.de offi.præſi.ſic & omnes viatores, vbi præfecti non
5 ſunt.†Ideò in auditorio, in quo præfecti ſunt, virgam deferre poſſunt regulariter, extra verò non. Imò apparitores Generalium Iuſtitiæ non poſſunt deferre virgam in aula Palatij Pariſien. & ſi deferant, Curiæ apparitores illas frangunt, ſed in auditorio tantùm Generalium ferent. Et ſoli Curiæ apparitores intra aulam, & extrà deferre poſſunt: quod eſt notandum.

Virgam deferre qui apparitores poſſint, & vbi.

Qu'ils ne facent aucuns adiournemens, ou autres exploits ſans records, & atteſtations de deux teſmoings.

GLOSSA II.

1 STATVIT, præcipítque apparitoribus, ne quemquam in ius vocent, niſi duos teſtes habeant, qui teſtificari de illo actu poſsint: nam cùm ipſi regulariter viles ſint, l. prohibitum. & l.defenſionis.C.de iure fiſci.libro x. & falſas relationes ſolent multi facere: vt Doct.not. in c. quoniam contra. de probat. & pro modico vini dolio deierare, teſte Hoſtien. in ſumma. rub. de contuma. §. qualiter. verſic.contra.Ideò duos debent adhibere teſtes. Nam in ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum: vt eſt in Euangel. & in cap. cùm eſſes. & relatum.de teſta.

Quales teſtes ſint adhibendi in expletis viatorum.

2 †Et iſti teſtes non debent eſſe apparitores: quia vnus pro altero etiam falſum deponere poſſet, quemadmodum (vt adagio fertur) muli mutuo ſe ſcabunt: ſed debent eſſe teſtes idonei, non domeſtici citantis, aut alias ſuſpecti, l.idonei.cum ſequent.ff.de teſtib. ſuſtinentur tamen ipſi apparitores.

Apparitor teſtis eſſe nō poteſt appa- paritori.

3 Creditur verò apparitori, etiam ſi non oſtendat literas ſui officij in loco, & iuriſdictione, intra quam eſt apparitor: extrà non. capi. cùm dilecti. de dolo.Bart.in trac.quomod.in læſæ maieſta. crimi. proceda. in verb. per nuntium. Et eo ipſo quòd quis defert literas iudicis, præſumitur quòd ſit illius nuntius.Inno.in ca.quoniam contra.de proba.Peruſ. in cap. cùm parati.colum.vj.nu. 10. de appell. Idem ſi committatur tali viatori executio cauſæ, tunc etiam ſufficit illas commiſsionis literas oſtendere. vt Doc. no. in dict. capi. quoniam. alias ſine literis commiſsionis illi non creditur regulariter.

Viatori creditur etiam ſi non oſtendat literas officij.

Ou vn pour le moins.

LOSSA III.

AN VNI ſoli credatur teſti? Reſpon. regulariter non. In ore enim duorum vel trium ſtat omne verbum.cap.relatum.& ca. cùm eſſes. de teſtamen. Caſus tamen in quibus vnico creditur teſti, vide in l. Theopompus. ff. de dote prælegat. Iaſ. multos cumulat in l.admonendi.colum. lxxj. & ſequen. nume. 220. & ſequen. de iureiur.& per iſtum text.adde alium caſum, quòd etiam ſufficit viatori vnicum habere teſtem: ſed vide articul.ſeq.

An & quādo vnico teſti credatur.

Sur peine d'amende arbitraire ès grandes matieres,ou autres,eſquelles par vn ſeul defaut la partie peut obtenir gaing de cauſe.

GLOSSA VLTIMA.

ISTA pars text. declaratur per articulum ſequentem, vbi pœnam,ſeu mulctam decem librarum declarat. Et quamuis per iſtum textum apparitor, cum vnico teſte poſſet citare in non arduis,& in quibus pars non obtineret ex ſola contumacia victoriam cauſæ:tamen huic derogatum eſt per articulum ſequentem,vt hodie duo teſtes debeant inſcribi,nec vnus ſufficiat,vt dicã ibidrm.

FRANÇOYS *Article IX. des publiées M. D. XXXIX.*

Que ſuyuant nos anciennes ordonnances tous adiournements ſeront faits à perſonne,ou à domicile en preſence de records, & de teſmoings,qui ſeront inſcripts au rapport,& exploict de l'huiſſier,ou ſergent:ſur peine de dix liures Pariſis d'amende contre ceux qui ſeront trouuez en faute.

GLOSSA PRIMA

A lege Regia ſtatuto & conſuetudine forma citationis introduci poteſt.

STATVIT Rex,quod omnes citationes fiant ab apparitoribus in perſona, vel in domicilio,& in præſentia teſtium quos inſcribere in relatione ſeruientes debent, ſub pœna decem librarum Pariſien.Nempe quia forma citationis poteſt à ſtatuto,vel ſtylo introduci, multò fortius à lege Regia.glo.& Doc.in l.ſi accuſatoribus.C.de accu. Alex.in l.inter accuſatorem.ff.de publi.iud.& modus citandi etiam præter ius, teſte Bald.in l.j.col.ij.verſi.modus.C.quomodo & quando iudex.argu.in l. iij. §. fi.ff. de teſtib.idem firmat Bal.in tra.ſtatuto.in verb.abſens.q.j.Ideò hic ſtatuit,vt teſtes interuenire debeant in citationibus:quamuis hoc à iure ſtatutum non eſſet,ſed in hoc ſeruienti crederetur,c.cùm parati.de appel. 1

Iuri conformis articulus.

In hoc autem articulus iſte eſt iuri,ac generali conſuetudini conformis, 2
ſtatuendo vt in facie citetur pars, vel ad domum: multáſque Doctorum opiniones confundit, nec eſt ampliùs lis ſub iudice: vt dicebat gloſſ.in l. ex conſenſu.§.primo.ff.de appellatio. ſed eſt deciſa per iſtum textum qui probatur in l. prima.§. j. ff. de liber. agnoſcend. & in l. ſcire oportet. §.qui autem. ibi, in facie, vel ad domum. de excuſatio. tutorum. & in l. aut qui aliter. §. & ſi forte. quòd vi aut clam. l. vt perfectiùs. §.ſinautem abſuerit.

abfuerit.C.de annal.exceptio.gloſſ.in l.quinquaginta. C. de excuſatio. tutor.& in l.prouincialium.de erogat.milit. anno. lib. duodecimo. Bartol. & Alex.in l.iiij.§.prætor ait. ff.de damn. infect. vbi dicunt iſtam eſſe communem,vt primò quis citetur in facie,ſi reperiatur, alioqui ad domum. idem tradit Bar.in tit.de citatio. quæſt. ij. & Bal.in Marga. in ver. citatio. quæſt. vij.& in l.ea quæ.col.ij.& l.conſentaneum.vbi etiam Boër. col. xxj. ver.pro ſolutione.C.quomodo & quando iudex.Berber.in viator.iuris, in iiij. parte rubric. de iudic. verſicul. quæro an valeat citatio. Aufrer.in ſtylo parlamen.rubri.de adiornam.§.item ſciendum.Domi.de Rota.deciſi.j.de dol.& contumac. incip. valet citatio. in not. Et Guido Papæ in deciſ. Delphin. quæſtio.ccccxlv.incip.an valeat.Ang.in §.vlti. in fi. de pœn. teme. litigan. in Inſtit.Alexan.conſi.ij.conſideratis. col. iij. in tertio vol. Corne. conſilio ccxlv.licet.col.ij.volu.primo.Panormi.conſil. xlij.in quæſtione. in ſecundo volumin.Roman.conſi.ccccliij. in re præſenti. col. ij. Et quòd ſit generali conſuetudini conformis, meminit Lucas de penna in dicta l. prouincialiũ. col.j.in fin.de erog.milit.anno.lib.duodecimo. C.

3 Et curia laicalis huius regni indiſtinctè hanc citationem à longo tempore admiſit:vtor verbis Ioan. Fabr. in dicto. §. fina. in Inſtituti. de pœna temerè litiganti. & Aufrer. in ſtylo Parlamen. in prima parte rubri. de appellatio. §. & ſupradictæ. Et hodie vbique in Francia ſeruatur hæc citatio per iſtum articulum, qui obligat tam in patria iuris ſcripti, quàm conſuetudinaria, imò etiam in Hiſpania, & in Italia ſeruatur, quòd prima citatio in perſonam citandi fieri debeat,ſi inueniatur, alioqui in domo habitationis:& hoc aſſerit Alfonſus de Montaliuo in foro rega. libro ij. tit. iij. rubr. *delos emplazamentos.*

4 Quæro,an in perſonam procuratoris fieri poſsit citatio. antequã in domum fiat:quod videtur per l.meminerint.ibi,conueniendos dominos, aut ſi fortè defuerint,eorum actores,procuratoréſque eſſe quærendos. C. vnde vi.& l.aut qui aliter.§.& ſi fortè.ff.quod vi aut clam.cap.cauſam.de dolo & contuma.clementi.cauſam. de electio.Reſpon. Si conſtet dominum abſentem reliquiſſe procuratorem ad illam cauſam,vel generaliter conſtitutum, tunc priùs citari debet procurator, quàm domi fiat citatio. per textum in dict. l. meminerint. vbi Bartol.ſic illum text. intelligit. & in l. cum clericis.C.de epiſcopis & clericis.Bald.in l.ſolent.ff.de alimen.& ciba. leg. Bal.& Iaſ.in l.eum qui res.C.de procurato.Inno. Panormit. & alij in capit. dilectus.de procura.Guido Papæ.ſingu.ccclxx.Barba.conſi. xviij. clementiſsimi.col.iij.in primo vo. *Procuratorem citare quãdo ſufficiat.*

5 Et procuratore non reperto fiet citatio in domicilio procuratoris de conſuetudine:licèt Doct. dicant in domicilio partis. in dict. §. prætor ait l. iij.de damno infec.Alexand. in l. non ſolùm. §. morte. numero 38. ff. de noui operis nuntiatio.quod intellige,quando procurator nunquam comparuiſſet, tunc in domicilio partis citatio facienda erit: alioqui ſi dominus litis procurator effectus fuiſſet,ipſe & non dominus eſſet citandus, & valeret citatio in domicilio procuratoris facta:vt firmat Bartol. & alij in lege,furio.ff. de re iudicata. per textum.in l. procuratoribus. C. de procuratoribus.

ratoribus.& in l. prima. C.de ſententiis & interlocutionib. omnium iudic. Barba.conſilio xviij.clementiſsimi,&c.mihi videtur. col. iij. in primo volu. & ita ſeruatur in curiis Franciæ.

Amici abſentis quando citandi ſint. Item amici interdum ſunt citandi:& hoc quando quis eſt Reipub.cauſa 6
abſens.l.hæc autem.ff.quibus ex cauſis in poſſeſ.ea.vel eſt pupillus, & non habet tutorem.l.ergo , ibidem. l.magis puto. §. requirat. de rebus eorum, qui ſub tutel.vel cura.ſunt:gloſ.in d.c.cauſam. de dolo & contu. Alber. & alij in l.cùm proponas. C.de bo.auto.iudi.poſsi.Cy.in repeti.l.ij. q. ix. ff. ſi ex noxal.cauſa aga.Si verò haberet tutorem, tunc tutor vocabitur , & non amici.d.l.hoc autem.§.j.Alexand.in l.ſi finita.§. Iulianus. ff. de dam. infec. Panor.conſil.xxix.in quæſtione.in fin. volum.ij.& in caſibus tantùm à iure expreſsis fit amicorum conuocatio. d. §. & ſi fortè.gloſſ.in l.fin. vbi pupil. educa.debeat.& in c.perlatum.qui filij ſint legiti.Bald.in rub.C. de ſucceſſorio edicto. Boërius in repetitione dictæ legis conſentaneum. fol. 20. C. quomodo & quando iudex.

Quomodo ſint amici, & quò vocandi. Notandum tamen eſt, quòd in quibus caſibus vocandi ſunt amici, non 7
ſunt vocandi ſingulariter , nec in facie , ſed generale edictum fieri debet, quòd ſi quis conſanguineorum, & amicorum velit talem defendere, compareat tali die in tali tribunali.argu.l.ſed & ſi pupillus,§.proſcribere. de inſtitut.actio.Bar.& alij in d.l.hæc autem.Bald.in auth.ſed cùm teſtato.col.ij. num.9.C.ad leg.Fal.Alber.in d.l.ergo.ff.ex quib.cau. maior. Panor. in d.c. cauſam.col.v.de dolo.quod rarò ſeruamus in Francia.

Et ſunt eò vacandi , vbi res agitur , & non extra prouinciam : alias eſſet 8
proceſſus in infinitum.gloſ.& Barto. in dicta l.hæc autem. & ſi non ſint de iuriſdictione citantis , ad hoc extra territorium citari non poſſunt. l. final. ff.de iuriſdictione omnium iudicum. l. magis. §. illud. ff. de rebus eorum.

Litera authorizationis. †Sed vt hæc citatio fieri poſsit , tutius eſt quando non inuenitur citandus 9
facta perquiſitione in domicilio, nec in Regno , quòd impetrentur literæ Regiæ concedentes , vt voce tubæ citare liceat talem ſic perquiſitum , & iſtæ literæ vocantur literæ authorizationis , quibus Rex præſtat authoritatem citandi voce tubæ,ſic ſolet exerceri: & fuerunt alias tales literæ an-
Areſtum. nullatæ non facta perquiſitione citandi,in Senatu anno 1534. die ij. Iunij. Scripſi in Concor.Franciæ in rubric.de conſt.in gloſ. edictum. de his literis authorizationis.

Interdum etiam hæc poteſtas citandi per præconem , conceditur à iu- 10
dice , vt ſi appareat citandum apparitores cædere ac contumeliis afficere ſolitum , dum obeunt munus executionis contra illum. clement. j. de iudic.teſte Roman. conſil. ccccxxiij. quo ad primum. Feli. in capitulo in nomine domini.columna quarta.numero 13.de teſti. In ciuilibus ſu-
Citatio in criminalibus quomodo fiat. pradicta procedunt , & ſic citatio fiet. † Sed in criminalibus regulariter 11
citatio voce tubæ ad tres breues dies fiet , etiam contra minorem , ſi non inueniatur : nec tunc citabuntur amici , aut conſanguinei. per legem,inter. ff.de public.iudic.Baldus in authentica , qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. & ſi inueniatur , citabitur compariturus in perſonam tali die : vel capietur , vt ſcripſi in rubrica , *des adiournemens perſonnels* , ita

proſequi

proſequitur Ioannes Milius in ſua praxi criminis perſequendi abundantiùs tu illum,ſi non graueris,videto.

Tous adiournemens ſeront faitz à perſonne.

GLOSSA II.

1 QVI TOTVM dicit, nihil excludit, l. à procuratore. C. mand.l.Iulianus.ff.de leg.iij. Eſt tamen differentia inter omne & totum:vt in procem.ff.patet.& ſcripſi.in art.j.tractatus de liter.oblig. in primo Tomo. Sed quo ad idioma Gallicum ſolet exponi omnes pro,*tous.*

Omnis, Gallicè quid importet.

2 Et ſic procedit hæc citatio,vt in facie,vel ad domum fieri debeat,& coram duobus teſtibus tam in iudicialibus, quàm extraiudicialibus, per l. in concedendo.ff.de aqua plu.arcen.& l.fi.C. de auctori.præſt. & in art. ſuprà proximo ſtatuit, ne aliquam faciant citationem. Bar. in l. ſi quis arbitratu. col.ij.& ſequent.ff.de verb.obli.Feli.& alij in c.cùm olim.de re iud.

Citatio in iudicialibus & extraiudicialibus et ab arbitris ſic fieri debet.

3 Vnde ſi donatarius velit inſinuare donationem, debet citare vt hîc, videlicèt primò in facie, ſecundò ſi non reperiatur citandus, poterit citari in domicilio,teſte Ang.conſ.clxxix.viſis prædictis inſtrumentis.in fi.& Hipp. in repe.l.de vno.num.33.cum ſequen.ampliati.vij. ff. de re iud.dixi an hæc citatio ſit in inſinuationibus neceſſaria,in tract.de don.inſinuand.ſuprà.

Donatarius in inſinuatione quomodo citet.

4 Et ſic debebit citare arbiter. Bart. in l.ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio.Bal.in c.ij.§.ſancimus.col.j. in fi.quo tempore miles inueſtitu. petere debeat.Hippol.ſing.clxxiij.fiunt quotidie.

5 Item procedit tam in cauſa principali, quàm in cauſa appellationis. clemen.cauſam.de elect.Soc.in tract.de citatio.articul.vij. princip. verſic. primò procedit,ſiue ante litem conteſtatam,ſiue poſt. Iacob. in l. & poſt edictum.num.10.ff.de iudic.Innocen.in capit.conſuluit.in gloſſ. iij. in fine. de offic.deleg.Etiam in definitiua hæc citatio fieri ſic poteſt,per clemen.ij. de re iudica.capitul.ij. de dolo. libro vj. Iacob. de Bello viſu in pract. rubr.de cauſ.crimin.numer.102.fol.xlj.pag.ij.& in poſſeſſorio,& in petitorio. Bald. & alij in l.ſi deſerta. C. ſi propter public. penſita. & Doct. in l. final. C. de edicto diui Adr.tollend.Guido papæ.in ſtatu.ſi quis.in verb. etiam abſque violentia.

In cauſa appellationis quomodo ſit citatio facienda,in poſſeſſorio & alijs.

6 Etiam ſi ageretur plenario,vel ſummario iudicio,iuxta clemen.ſæpè. de verborum ſignificatio.Bart.in extrauag.ad reprimendum.in verb.& figura, quomodo in læſæ maieſt.crim.proced.& Soc.in l.ſi quis arbitrat. colum. j. ff.de verb.oblig.

In plenario & ſummario iudicio & cõtra teſtes fieri ita citatio debet.

7 Et ſic etiam debent teſtes citari,capit.ij.de teſtib.l. ſi quando. C. illo titul.etiam clerici in caſibus,in quibus citari poſſunt à iudice laico, & breui omnes citationes ibi, (*tous adiournemens*) ſic poſſunt fieri,vt in text. ſcribitur. Vnde ſi impetrem reſciſsionis reſcriptum, fortè vt contractus ratione ætatis,vel alia, ſicut ſcripſi in tract.de reſciſ.contract. reſcindatur, poterit ſic fieri,& poſt primum reſcriptũ impetratũ non poterit pars aliũ iudicem

Teſtes citari quomodo debeant.

impetrare

impetrare,ſed quidem impetratum recuſare poterit,ſi cauſa, vel cauſæ ad-
ſint:vt dicam in tracta.de recuſa.& ſcripſi articu. vij. tracta. de reſcript. ſeu
liter.Reg.in ſecundo Tomo.

In beneficij domo litigioſi an citatio facta valeat.

Areſtum.

Etiam ſic citandum eum,qui de officio, aut beneficio litigat, non verò 8
in loco beneficij litigioſi,aut officij,docet Rom. conſi. cccxlij. quo ad pri-
mum.col. ij. Nam cum nondum ſit pacificus, non tenetur in beneficio li-
tigioſo reſidere: ergo nec debet ibi citari: & nullus fuit declaratus defe-
ctus in loco beneficij contentioſi:anno 1523.die ix.Februar. cùm ſecus ſit
de pacifico:quia cùm ibidem debeat reſidere,itidem ibi citari poteſt, c.ex
tuæ.de cleri.non reſi.vnde quòd valeat citatio in loco controuerſo facta in
Areſtum. caſu ſaiſinæ & nouitatis, cenſuit Senatus Pariſ. vt docet Aufrer. in ſtylo
Parlamen.areſto xciij.Item nota quòd valet. &c.

Ou à domicile.

GLOSSA III.

Citatio facienda in domicilio quomodo intelligatur.

INTELLIGE citandum quem in domicilio, ſi perſona in- 1
ueniri non poſsit, c.j.ibi, ſed literis tuis quæſitus nondum po-
tuit inueniri.qui matrimo.accu.poſſ. †Et intellige quòd dictio, 2
ou, ſignificat, *aut,* & denotabit ordinem, videlicèt quòd primo
quis citatur in perſonam,ſi reperiatur:deinde in domicilio,vt declarat Bar.
& alij in l.iiij.§.prætor.ff.de damno infect.per tex.in l.cùm pater.§.penul.ff.
de lega.ij.Cardi.in clemen. vna. col. j. de foro compe. ſcripſi de hac alter-
natiua in §.ſtatuimus.ij.in verb.aut ſaltem.de colla.in Concor.licèt alterna
tiua non ſit regulariter ordinis.gl.& Doct.in c.cùm plures.de offic. dele. in
vj.& regu.in alternatiuis.de reg.iu.in vj.l.ſi hæredi plures.ff.de condi.inſti.
Nam præſumitur quando fit in domicilio citati,quòd veniat ad eius noti-
tiam: quia iſti habitantes præſumuntur ei dediſſe citationis exemplum, &

Hodie indiſtinctè citatio in domicilio fit.

certionem eum feciſſe.†Et hodie ſufficit,vt apparitor citandum domi per- 3
quirat,licèt non alibi,vt iſte tex.de aliquo operetur,quamuis de iure maior
requiſitio fieri deberet,vt in d.§.prætor.ſcribunt iuris interpretes.

Nec audirentur volentes poſteà probare non veniſſe in notitiam illo- 4
rum, teſte Matth.de Afflictis in conſtitu.Neapolit. in rubri. de liter. cita-
tor.col. ij.num. j. Et hoc etiam ſeruatur in Francia, cùm ratione Ordina-
tionis huius,tum quia infiniti fierent proceſſus,& vt hæc Ordinatio de ali
quo operetur:quamuis ſecus de iure, teſte Ioan. Andr. in cap. quod ſicut.
de electio. Bal. in authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. per l.

De quo domicilio intelligatur ordinatio.

j.ibi.in notitiam peruenit. ff. quæ ſenten. ſine appella. reſcindan. † Intelli- 5
ge hic de domicilio ratione habitationis. non rei, vel originis: quia ſi ibi
non habitet,non poterit citari,gloſſ.ſingularis.in cap.ſtatutum. §. cùm ve-
rò.in verb.vnam dietam.de reſcrip.in vj.ſecundum Fely.in cap.j.col. fin.de
ſponſa.& c.nuper.col.iij.de ſenten.excommunica.ſequuntur Doct. in cap.
dilectus.ij.de reſcrip.& Soci. conſi. lxxix. ſi eſſemus. colum. iij. volumi.iiij.

Subditus quis dicatur.

†Et propriè dicitur quis ſubditus ratione domicilij. gloſſ. ſingular. in cle- 6.
menti. vna. in verb. ſubditos. de foro competen. ſecundum Philip. Peruſ.
in c.cum

in cap. cùm nullus. col. ij. de temporib.ordinan.in vj. & Barba.in prooem.
7 clemen. §. hæc ſanè. colum. xiiij. † Et ſic ſufficit citare maritum in domo, in qua vxor habitat: quia maritus præſumitur habitare cum ſua vxore. cap. j. qui matri. accuſa. poſſunt. Guid. Papæ in tract. de præſump. quem refert Alciat.in tracta.præſumptio.reg.j. præſumpt.xxxv.& vxor etiã in domo viri citari debet,quia ibi eſt ſuum domicilium, non apud canonicos.Bald.in l.ab eo.C.quomodo& quando iudex per text.in l.cum quædã. ff.de iuriſdictio.omnium iudic. *Maritus & vxor vbi ſint citãdi.*

8 Ratio huius text.eſt quare citatio in domicilio fieri debet, non inuenta citandi perſona,tum vt illi de domo nuntient citato.Bald.in l.meminerint. C.vnde vi.Fulgoſ.conſi.lxxvj.factum. Et vt facta citatio ad illos, quorum intereſt perueniſſe veniſſe veriſimiliùs præſumatur,clemen.vna verſi.ſi verò dicti de foro competen. Archid. in capit. caueant.iij.q.ix. ideò Conſtit. Neapoli.cauetur,vt ſeruiens adigat iuramento eos de familia,quòd dictam citationem nuntient domino. Sed in Francia familiares promittere ſolent ſeruienti,quòd domino denuntiabunt,non autem iurare:& apparitor ſolet eis iniungere citando vt notificent. *Ratio quare in domicilio citatio fieri poteſt.*

9 Et poſteà in relatione ſcribunt ſe iuiſſe ad domum Titij, & ibi inueniſſe vxorem, vel ancillam, ſeu famulum talem & ab eo quæſiuiſſe, vbi eſſet Titius, qui reſpondit ſe neſcire:ob id(dicit)ego dedi ei quandam papyrum ſic continentem,&c.cum expletis,& illorum copiam,& iniunxi ei,vt de tali citatione eum citatum certiorem quamprimùm faceret, ne cõtumax fiat: & ſic non valeret citatio ſi fieret in perſona vxoris, vel alterius in itinere inuenti:quia non fit in facie,nec domi,vt fieri debet. *Relationis formula.*

10 An ſeruiens poſsit domicilium citandi ingredi,& ibidem citare:videtur quod ſic,per hunc tex.ibi,*A domicile.* & per text.in clement.cauſam.ibi,in domo.de elec.alioqui non poſſet citare. Reſpon.contrarium, quia domus tutiſsimum eſt cuique refugium : & nemo in ciuilibus in domo ſua citari debet,l. plerique. ff. de in ius vocando.& ibi communiter approbant Docto.facit quod habetur Deutero.xxiiij.c. Cùm repetes à proximo tuo rem, quam debet tibi,non ingredieris domum eius,vt pignus auferas,ſed ſtabis foris.& Eccleſiaſti.xxj.c.Stultus a feneſtra reſpicit:vir autem eruditus foris ſtabit. *Apparitor nõ debet citandi cauſa domum ingredi.*

11 Imò ſeruiẽs ſi ingrederetur, faceret iniuriã domino domus, l. lex Corn. ff.de iniur.glo.in d.cle. cauſam.de elect. in verb.domo. facit glo.in l.diuus. ff.de ſeruit.ruſtic.prædi.Spe.in titul.de citati.in §.ſequitur.verſi.ſed an reo. Roma.ſing.cccccxj.regu.Io.de Plat.in l.quoſdam. C. de metallar. libr.xj. Alex.conſi.xxv.animaduerſis.col.vj.nu.3.in ij.vo. *Apparitor domũ ingrediens facit iniuriã domino: fallit vt hic.*

12 Fallit quando domus eſſet aperta, & nullus prohiberet ſeruientem ingredi.text.in l.ſatis.ibi,ſed ſi aditum ad ſe præſtet.ff.de in ius vocan. & Socy.in dict.l.plerique.in ij.notab.

13 Secundò non procedit,quando citandi eſſent aliqui vt vniuerſi: vt pote vniuerſitas,capitulum, collegium: tunc apparitor ingredi poteſt,quando erit vniuerſitas congregata,& ſic citare.Barb.in d.clem.cauſam. colum. ij. de electio. alias non poſſet citari vniuerſitas. quæ non ſolet extrà do-

mum congregari.

In officina an quis citari poſſit.

Tertiò,non poteſt quis citari in officina , ſeu in ſtatione , *à la boutique*,ſi non tibi inueniatur:& ſi fieret,non ſufficeret,quia hic loquitur de domicilio.per l.Fulcinius.§.denique.ff.quib.ex cauſ.in poſſ.eatur.l.j.§.j.ff.de liber. agnoſcend.Bart.in d.l.lex Cornelia.§.ſi tamen.in fi.Bal.in l.ab eod.C.quomod.& quan.iud.Florianus in l.j. §. habitare. ff. de his qui deiece.vel effu. Lanfran.in repe.c.quoniam contra.in verb.citationes.q.iiij.de probat.Aufre.in ſtylo parlament.eod.tit.§.item ſciendum.§.item ſi dominus.& Boër. in repe.l.conſentaneum.fo.22.C.quomod.& quand.iud. 14

Nec obeſt l.item apud.§.conuitium.ff. de de iniu.vbi in ſtatione fit iniuria,ſicut domi.Reſpon.citando in ſtatione non poſſet nuntius fortè tam facilè inuenire citandum,aut ſuam familiam,quæ referet citationem,ſicut domi:ideò citatio non valebit non inuenta ibi citanda perſona.Bar.in d.§.cõuitium.Socy.in rub.de dilat.art.xvij.q.v.verſi.circa ſeptimam. 15

Item hic vult fieri in domicilio:ſed domicilium aliud eſt ab officina ſtatione,per iura ſupradicta,ergo alia erit deciſio.Bart.in l.nec ea.ff.de adulte. 16

Fallit,quando citandus in officina,ſeu ſtatione habitaret, vt frequenter fit Pariſ.quia tunc domicilium eſſet,& in domicilio diceretur facta citatio, l.iiij.§.prætor.ff.de damno infect.Barb.in d.clem. cauſam.col. xlv. & Boër. in d.l.conſentaneum.fol.22. 17

Et frequentiùs hodie inuenitur dominus,& famuli in ſtatione,& officina,quàm domi.Ideò dicerẽ ibi in perſona famulorum, vel vxoris, ſeu alterius domeſtici citationẽ etiam fieri poſſe , maximè ſi domi nullũ inuenerit. 18

Citatio ad domicilium quomodo fiat.

Quæro quomodo ſeruiens citabit,ſi non ingrediatur domum? Reſpon. pulſabit oſtium,& poſteà ante domum alta voce clamare poteſt, an dominus ſit illic:nam eum vult paucis alioqui.l.diffamari.Ibi, vocitare.C.de inge. manumiſ. 19

Et ſi dominus reſpiciat per feneſtrã, eum citabit. Card.in clem.j.quæſt. ij.de iudic.ſi quis dicat eum abeſſe,citabit dominum in perſonam illius domeſtici,qui reſpondebit,& ita ſeruatur. Alias ampliationes,& limitationes tradunt Doct.& maximè Socy.in d.l.plerique.ibi videre licet. 20

Conſuetudo ſeruientium Pariſien.

Ex conſuetudine tamen Pariſien. apparitores ingrediuntur domos , & cubicula aperta citandorum, & citant perſonas ſi inueniant : alioqui relinquunt aliquod ſcriptum domeſticis,quod vulgo copiam expleti vocamus: & ita vidi ſeruari ſed quando inueniunt oſtium clauſum , non poſſunt per vim in ciuilibus ingredi:vt alibi ſcripſi:& probatur in d.l.plerique. cum l.ſequent.ff.de in ius vocand. 21

Domicilia plura habẽs in quo ſit citandus.

Item ſi citandus duas,vel plures domos habeat,ſeu domicilia, citari debent vbi degit tempore citatonis cum familia, l. iiij.§. prætor, ibi , ſed domum in qua degit.ff.de damno infect.l.in lege cenſoria.de verb.ſigni. facit l.j.C.de offic.diuerſor.iudic.& text.in §. ad hæc ſancimus. in authentic. vt ſponſa.largi.ibi,in quibus ipſi dègunt.collat. viij. Specu.in titu. de citati.§. ſequitur.verſi.quo facto.Barto.in l.j.ff. de libe. agnoſcend. Angel.in §.fin. Inſti.de pœna temer.litigant.Bertach.in tract.epiſcop.lib.j.partis iij.colum. iij. Petrus de Ferra. in ſua practica , in forma reſpon. rei. gloſ. j. verſic. ſed 22

pone

pone in caſibus.

23 Et ſic nota, quòd nuntius debet referre ſe citaſſe in domo propriæ habitationis, in qua de præſenti degit, nec ſufficeret, ſi diceret ſe citaſſe domi: quia non intelligeretur de qua domo, & ſic incerta eſſet relatio. arg. l. ſi ita. ff. de auro & arg. leg. & poſſet eſſe citatus, aut citatio facta, vbi non degit, & ſic nec valeret citatio. Bar. in l. quod ſi dubitet. ff. de acq. hæredi. Panor. in c. cauſam. col. iiij. de dolo. & contu. Alex. conſi. ij. in iij. vol. *Relatio nuntij qualis eſſe debeat.*

24 Nec valeret, ſi diceret ſe citaſſe in domo ſolitæ habitationis, quia fortè erat ſolita in hyeme, ſed non in æſtate, quo tempore citauit, vel fortè tempore citationis ibi non degebat, teſte Corne. conſil. lvij. in cauſa col. iiij. litera h. in iij. vol. & conſi. lij. in hac col. vlt. in iiij. vol. vide per Socy. in trac. de cita. arti. iiij.

25 Iſta tamen hodie nō ſolent perquirere iudices. Sed ſi poſteà pars iterum citata opponeret ſe non citatam in loco, in quo degebat, tūc iudex primam contumaciam ei non imputabit.

26 Etiam eſſet relatio obſcura, ſi ſeruiens referret ſe citaſſe, vt in mandatis continetur, vel vt ſibi mandatur, & ſic non valeret: vt docet Aegid. de Bellamera deci. 15. de re iudi. incip. ſi commiſſarius, & Alex. in d. l. iiij. §. prętor. ff. de dam. infect. & conſi. cxxxvij. in cauſa. col. iij. in ij. vol. & conſi. ij. in iij. vol. contrarium tenet Socy. conſi. lvj. viſo proceſſu. col. ij. in iiij. vol. *Relatio obſcura an valeat.*

27 Et credo quòd iſta vltima opinio ſeruaretur in practica, per l. ſi ita ſcripſero. ff. de cond. & demon. l. ſi prior. & ibi no. ſolut. matri. vide Lanfran. in repe. c. quoniam. in verb. citationes. in fi. de proba. & debet nuntius exprimere in quo loco inuenit citandum, & quo die: potuiſſet enim citare illum, & in loco inhabili, & die: ideò non valuiſſet citatio, teſte Bal. & Præpoſito in c. cum parati. col. ij. de appella.

28 Sed hodie inuenta perſona citandi iſta non curantur, ſed pars illa opponere debet, ſi velit: ſi verò non fuerit inuenta perſona, & quis citatus fuerit domi, & ſeruiens retulerit citaſſe, vt in mandatis continetur, valet de conſuetudine citatio, ſi non impugnetur à parte allegante ſe nō fuiſſe citatam, vbi degebat. vel ſi alleget aliam cauſam iuſtam, vt Doct. aſſerere videntur in d. l. conſentaneum. C. quomodo & quand. iudex.

29 De triplici domicilio ſcripſi in tract. de domicil. elect. inſtà.

En preſence de records, & de teſmoings, qui ſeront inſcripts au rapport, & exploict de l'huiſſier, ou ſergent ſur peine de dix liures pariſis d'amende contre ceux qui ſeront trouuez en faulte.

GLOSSA IIII.

1 ET SIC in citatione debent intereſſe teſtes, qui in nuntij relatione inſcribi debent ſub pœna decem librarum Pariſien. hic comminata, non tamen impoſita, quam tamen iudex imponere vocato & audito apparitore poteſt, vt gl. & Doct. decidunt in cap. vno deſagitta. alibi ſcripſi.

Teſtes vocãtur records & quare.

Hic autem, *records,* vocat teſtes, eo quod teſtes debeant recordari illorum, quæ geruntur coram eis: inde eſt quòd in ſponſalibus puellarum ſolent verberari adſiſtentes, vt recordentur: ſicut dicit gl. in l. fi. C. de emanc. libe. quam probat Boër. in §. j. de conſue. matrimo. 2

Particula et pro ideſt.

Dictio, &, in hoc articulo poſita exponitur pro id eſt: vt alibi in l. prima. ff. de dolo. & in §. ſed iſtæ. Inſtitut. de actio. & in rub. C. de vindict. libert. vbi plurimas gloſſ. cumulaui in Cod. meo antiquo. ratio eſt quare teſtes adhibentur, vt falſi materia præcludatur apparitoribus, quæ quidem bene multis eſt peculiaris: & vt calumnia partis volentis inficiari ſe citatam, tolllatur. Ad hæc vt ſi pars auferre literas à viatore vellet, vel eum percutere, præſentia teſtium compeſcatur, & refrænetur, & vt actus facilè probari poſsit. 3

Relatio nũtij ſine teſtibus an valeat.

Sed quæro, an valeat relatio nuntij ſine teſtibus? Breuiter exiſtimarem valere, quia hoc non annullatur, ſed puniri ſeruiens in decem libris Pariſien. debet, Docto. in l. non dubium. C. de legib. ſed in conſtitut. Neapolita. fol. 180. numer. 4. & Andræas de Iſernia in peregrin. commentar. ibidem, rubric. de liter. citato. fol. 54. tenent ibi eſſe de forma, & ſic aliter factum non valere. † quod verum eſt, ſi à parte impugnetur, & allegetur ſic factum non eſſe, vt in Ordinatione continetur, tunc non credetur illi relationi ob teſtium defectum: alioqui ipſo iure citatio tenebit in Francia, ſi non fuerit impugnata. 4 5

Imò ſi dicatur in præſentia teſtium, vel vicinorum factum eſſe, non ſufficiet, per iſtum tex. requirentem teſtes inſcriptos eſſe debere, & ſic nominatos oportet eos eſſe. Et ita cenſuit Senatus anno 1542. die vj. Martij: & ſufficit ſi apparitor ſcribat eos, licèt ipſi teſtes non ſe ſubſcribant, per iſtum text. qui non requirit niſi inſcriptionem, non ſubſcriptionem: & dicuntur inpſcripti, quando apparitor in relatione dicit citationem factam in præſentia Ioannis, & Gaij tali die &c. 6

Citatio de iure ſine iudicis mandato non valet.

Et licèt de iure non valeat citatio, ſi non appareat de iudicis mandato in actis, Doct. per illum text. in c. quoniam. de probatio. glo. in l. ſancimus. in fi. C. ad Trebel. Panor. & alij in c. j. de iudi. Bal. conſ. lxiij. ſolum in v. vol. cum aliis ſimilibus. 7

Apparitor in Francia quomodo ſine iudicis mandato citare poſſit.

Imò non valet citatio etiam data commiſsione iudicis, niſi exprimat per quem vult hoc fieri: vt aſſerit Bald. in l. eius qui. in iij. columna. verſicul. prætereà. ff. ſi certum petatur: & in l. fin. circa medium. C. de exhibend. reis. & in cap. cùm venerabilis. colum. ij. de dolo. & iſtud dictum eſſe paucis notum, per quod honorem & commodum quis aſſequi poterit. vt aſſerit Hippoly. in ſingu. ccxxxv. procuratores. 8

† Tamẽ non ſeruatur in Francia, in quaeo ipſo quòd quis eſt factus apparitor, ſeu ſeruiens, ſtatim ſine alia commiſsione ad ſolam partium requiſitionem citare poteſt, ſed non prehendere, ſeu perſonam capere, vel arreſtare ſine iudicis mandato. † Et ſic ardua ſine iudicis mandato non facit, leuia ſic quia in modicis non curatur de iudicis mandato. arg. l. ſcio. ff. de in integr. reſtitut. niſi in Parlamento, ad quod nullus citare poteſt ſine Regis, vel Curiæ mandato, per §. nullus. rubr. de adiornamentis. in ſtylo 9 10

11 Parla.Ioan. Fab.in §. quadrupli. column. j. de actio. in Inſtit. † Etiam in materia ſaiſinæ & nouitatis non poteſt citari quis ſine madato : vt cenſuit Senatus, prout refert Aufrer.in ſtylo Parlamen.areſto. xli. item quòd ſeruientes. *Areſtum.*

12 Et ſic requiruntur hic ſequentia, primò quòd aliquis ſit citandus, quia hic de citatione tractatur, probatur ibi, *Adiournemens.* *Requiſita in hoc articulo.*

13 Secundò quòd illa citatio fiat in facie citandi, vel in eius domicilio, in tex.ibi, *à perſonne ou à domicile*: vt ſuperiùs dictum fuit.

14 Tertiò, quòd fiat in præſentia teſtium, ibi, *en preſence des records*, & ſic requiritur, quòd teſtes intelligant, nec ſufficeret ſola illorum præſentia, per l. diem proferre. §. coram. ff. de arbitr. & l. coram. vbi ſcripſi, de verborum ſignification. quia non recordarentur de eo, quod neſcirent.

15 Quartò, requiritur in hoc text. quòd duo ſaltem teſtes adſint. Nam vbi numerus teſtium non adiicitur, etiam duo ſufficiunt : quia pluralis locutio duorum numero contenta eſt, l. vbi numerus teſtium. ff. de teſt. & in hoc fortè corrigitur art. primus ſuprà eod. vbi vnus ſufficiebat. & ſic non credetur viatori niſi teſtes inſcripti ſint, vt hic: licèt de iure crederetur in his, quæ ad ſuum ſpectant officium. tex. in cap. cùm parati.de appel. vbi plenè Panormi.& alij.

16 Quintò requiritur quòd illi teſtes præſentes inſcripti ſint in relatione, & in expletis, ſeu executione apparitoris, ibi, *qui ſeront inſcripts.* Non tamen requiritur ſubſcriptio teſtium, ſed ſufficit viatorem referre citaſſe talem in præſentia Ioan. & Petri, &c. Et quando apparitor exemplum citationis & executationis tradit parti, etiam teſtes inſcribere debet, & nominare. *Referre ſufficit apparitori taleſteſtes præſentes fuiſſe, abſque alia ſubſcriptione.*

17 Vltimò hic, *ſur peine de dix liures*, non eſt pœnæ impoſitio, ſed tantùm comminatio, per glo.in cap.vno de ſagittar.ob ib iudex hanc pœnam imponere non poterit, niſi audito apparitore, nec iſtam pœnam ſolent iudices in principio declarare, ſed ad leuem muctam decẽ ſolidorum, ſeu aliã condemnare, vt vidi ſeruari. *Comminatio pœna infligenda apparitori.* *Apparitores à quo puniri poſſint.*

18 Sed à quo poſſunt apparitores condemnari, quando in eorum officiis delinquunt? Reſpond.à iudicibus tantùm Regiis, quibus ſubditi ſunt, vt à iudicibus Bailliuorum, Seneſchallorum vel Gubernatoris Montiſpeſſulani vt aſſerit Ioan.Fab.in l.final.C.de officio præfecti.vrb.Petrus Iacob.in practica ſua, in rubrica de condictio.ex lege. §. quadrupli. vbi dicit iudices teneri ex delictis ſeruitium, quia tales elegerunt. Verùm hodie quia Rex eos elegit iudices non tenentur, niſi ex diſsimulatione, quia eos non puniunt, ne Clodius fortè accuſet mœchos.

19 Poterunt tamen alij iudices etiam non Regij ſiſtere apparitores, & areſtare donec mandati, executioniſque teſtationem præbuerint, vt docet Imber. in capitu. i. in fin. libr. i. foren. inſtitu. & quandoque puniuntur ſi in contemptum illius quicquam moliantur. l. vna.ff. ſi quis ius dicent.non obtempera. *Areſtari apparitores poſſunt.*

IDEM, *Article XVII. Ibidem.*

Articulus tertius.

Que tous adiournemens pour faire & intenter noueaux procés ſeront libellez ſommairement & contiendront la demande, & moyens d'iceluy en brief, pour en venir preſt à defendre par le defendeur au iour de la premiere aſsignation.

GLOSSA VNA.

In prima citatione petitio inſeri debet.

IVRI conueniens videtur iſte articulus, dicens, Qua quiſque 1
actione vult agere, prius eam edere debet. Nam æquiſsimum videtur eum, qui acturus eſt edere actionem, vt proinde ſciat reus, vtrum cedere, an contendere vltra debeat: & ſi cōtendendum putet, veniat inſtructus ad agendum cognita actione, qua conueniatur, in l.i.ff.de edend. Et per hanc Ordinationem multæ confundūtur Doctorum opiniones.

Nam hic planè ſtatuitur, quòd in prima citatione libellus actoris de- 2
beat inſeri: vt plenè reus inſtrui poſsit, de quo conuenitur: & alia dilatio de liberatoria poſteà dari non debet: vt hic, & probatur in c.prætereà.de dila. vbi iudex exemplum reſcripti in prima citatione inſerit. & c.fi. ibi, vt ad reſponſionem præparati veniant.v.q.ij. & Cyn.in l.j.col.ij.C.de dila.dicit bonum eſſe, ſi cum citatorio ſemper mittatur libellus, & iuridicum eſt, licèt non conſuetum ante iſtam Ordinationem: ideò poſteà libello in prima citatione non dato neceſſe erat dilationem viginti dierum concedere, vt reus deliberaret, authē. offeratur.C.de litis conteſta. ſed vides hic eſſe ſtatutū, vt libell⁹, ſeu petitio citationi inſeratur, † vt in primo termino reus reſpōdere 3
teneatur. facit tex.in l.iubemus. ibi, querelæ propriæ libellū cōſcriptum.C. de defen.ciui.§.ad excludendas.in authen.de litigioſ. collat. viij. Et huius fuit ſententiæ Petrus de Bella pertica.in d.authen.offeratur.Barto.& alij.in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de damno infect. Nam per hoc ceſſant dilationes, & ſubterfugia multa, quæ reus quærebat & exercebat: vnde hodie breuis quędam ſcriptura dari ſolet apparitori, quam ipſe reo præſtat, quæ ſic habet: 4

Forma citationis libellata.

Citetur talis Ioannes ad talem diem, coram tali iudice, vt veniat ad recognoſcendum ſuum chirographum, ſeu ſchedulum, vel viſurus ſe condemnari ad reſtituendum decem aureos, quos mutuo à tali habuit. Super hac ſcriptura, vel alia pro qualitate facti reus deliberat, quid in primo termino reſponſurus ſit.

Et ſi petitio non inſeratur, non erit nulla citatio, quia hic nō annullatur: 5
ſed non tenebitur in primo termino ſe defendere reus, ſed dilationem ad deliberandum habebit, vt ſequitur articulo proximo ibi, *pour en venir preſt à defendre par le defendeur au iour de la premiere aſsignation.*

In cauſis etiam breuibus citatio petitionem debet continere.

Fallit ſecundum quoſdam in cauſis breuibus, in quibus libellus offer- 6
ri non debet, authen. niſi breuiores. C. de ſenten. quia plus in libellis, & ſcripturis expenderetur, quam res valeret, & non eſt faciendum id in quo

quo plus exponitur, quam res ſit.tex. & ibi Bartol.in l.mediterraneæ.C.de anno. libro. x. Sed ego putarem iſtum articulum habere locum etiam in modicis rebus, quia in hac breui petitionis ſcriptura minimæ fiunt expenſæ:ergo in illo quamuis modico etiam petitio mitti debet, & multò fortiùs, vt citiùs hæc cauſa breui expediatur. Et ita ſeruatur, quamuis Doct.putent. intelligendam illam libelli ſolennitatem, de qua in titul.de libelli obla.& in authen.offeratur.C. de lit.conteſta.eſſe mittandam, de qua non intelligitur hic text. ſed tantùm de illa ſummaria petitione, quam ſuperiùs expreſsi:& hoc vult dicere tex. ibi, *ſommairement.*

7 Secundò, non adſtringitur officialis, vel alius iudex eccleſiaſticus, quando citat clericum, ad ſeruandum hanc legem: vt fuit in Senatu pronuntiatum anno 1537. die iiij. Iunij: quia non ligantur eccleſiaſtici iudices his Ordinationibus, niſi vt dixi in prooem. ſuprà in primo Tomo. Sed quia iuri conformis eſt conſtitutio, vt ſuperiùs dixi, & probat Ignæ. in l.contractus. columna lvij. ff. de regulis iuris. & Boër. in repeti. l. conſentaneum. C. quomod. & quand. iud. & docto. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto: ideò ius ſequi teneretur, tanquam vtile partibus: & ſic ita ſeruare debet, per quæ proceſſus breuiores fiunt, ad quod debent ipſi laborare, capit. finem. de dolo, & contu.& capitu. venerabilis.de iudic.

Iudex eccleſiaſticus petitionem citationis debet inſerere.

Areſtum.

8 Tertiò derogatur huic text.in aliis citationibus vltra primam, quia prima tantùm continere debet dictam petitionem, alię verò non:quod probat hic text.ibi, *pour faire & intenter noueaux proces.* Et Cyn. in l. prima. C. de dilatio.huius videtur eſſe ſententiæ, quia poſt primam citationem datur deliberatio, ergo in illis locum non habebit. Tamen iſte textus procedit in quacunque citatione prima, vt hic dicitur, *tous adiournemens pour faire, & intenter nouueaux proces.* quamuis hic text. non loquatur de aliis, tamen eadem ratione dictante ſic fieri debent, ſi poſsint, aliæ citationes:& hoc recepit vſus forenſis:ſolet enim citari pars ad vidẽdum produci teſtes inſtrumenta, vel ad alia faciendum.

Singulæ citationes vnius & eiuſ dẽ proceſſus an ſint libellandæ.

9 Et ſic in hoc textu ſequentia requiruntur:primò quòd intentetùr nouus proceſſus:ibi, *intenter noueaux proces.* de hoc verbo intendere dixi in tracta. de except.in quæſtione decima.

Requiſita in hoc tex.

10 Secundò, quòd citatio fiat ad intentandum illum nouum proceſſum:ſecus ergo ſi ad executionem fieret, vel ad alium actum, niſi vt dictum fuit. Et dicitur nouus proceſſus, qui de recẽti inchoatur:vt plenè de hoc ſcripſi in l.ſylua.§.noualis.ff.de verborum ſignificatione.

11 Tertiò, requiritur quòd illa citatio ſit libellata, id eſt, libellus, ſeu petitio inſerta ſit in citatione, vt citetur talis ad reſtituendum talem domum ſitam, &c. quæ petetur ab eo actione rei vendicationis. Conuenit
12 ordinatio Regia in rubr. *que les lais ne ſeront conuenus.* articu. v. † ſed non loquimur hic de illa libelli ſolennitate, de qua Doctores in l. prima. ff. de edendo. & in capitulo primo, de libelli oblatione. ſed de ſummaria petitione, qua non obſtante fiet in termino alia petitio, & poſteà dabitur

Libellata petitio ſecundum Ordinationem quomodo intelligatur.

libellus,niſi in modicis cauſis,vt vidi in iudicio forenſi ſeruari,& Doct.tradunt in d.authē.ff.offeratur.C.de litis conteſtatio.ſed iſte libellus erit conueniens primæ petitioni: alioqui non teneretur pars reſpondere, vt per Doct.in d.l.j.ff.de edendo.& l.edita.C.illo tit.imò haberet dilationem deliberatoriam,ſi primæ petitioni non conueniret libellus in iudicio datus, quia ſuper eo non potuit pars deliberare.

Summariè petitio inſeratur libello.

Quartò,requiritur quod ſummariè petitio inſeratur, non totus libellus 13 prout offertur per hoc verbum, *ſommairement*. Sed ſufficit exprimere, vt reus ſciat deliberare quid reſponſurus ſit.l.j.ff.de edendo.

Quintò debet continere illa citatio petitionem actoris: ibi, *la demande,* 14 vt citetur talis ad dandum & reſtituendum decem aureos, quos mutuo recepit à tali,&c.

Cauſata debet eſſe petitio in libello.

Sextò, requiritur non ſolum petitio, ſed etiam petitionis cauſa ibi, *& moyens d'iceluy en brief.* Et ſic non ſufficeret dicere, citetur talis ad dandum, 15 & reſtituendum decem aureos:ſed oportet inſerere, quos cauſa mutui debet,vel ex cauſa venditionis frumenti,aut alia.Et ſic cauſa remota in actione perſonali exprimetur,in reali cauſa proxima,l.& an eadem.§.fi. ff. de except.rei iudi.Doct.in §.j.de exceptio.in Inſti.& in l.j.ff.de eden.

Qui iudex eſt ſolùm in certa cauſa citãdo eam debet exprimere. Areſtum.

Imò quando iudex eſt in vna ſola cauſa iudex, debet in citatione, vel 16 commiſsione ſua inſerere illam cauſam,propter quã eſt iudex: vt Doct.no. in c.præthereà.de dila.Et ſic fuit iudicatum contra Præpoſit. pariſ. & ſcabinos anno 1543.die viij.Aprilis ante Paſcha in tornella, pro mercatoribus lignorum, qui ab ipſis, iuriſdictionem ſolùm ſuper flumine habentibus, appellauerant tanquàm ab incompetentibus, eò quòd non expreſſerant in illo caſu ſe habere iuriſdictionem:quod eſt notandum.

Finis libellata citationis eſt, vt paratus veniat reus ad iudiciũ.

Vltimò iſta fiunt vt paratus veniat reus prima die aſsignata ad compa- 17 rendum,& ſe defendat, nec obtinebit aliam dilationem ad deliberandum: ibi, *pour en venir preſt à defendre par le defendeur au iour de la premiere aſsignation.*& dixi probari in capitu.ij.& fin.de dilatio.Limitatur in articul. ſeq. vt ſequitur.

Citatio de iure quid cõtinere debeat.

Nota tamen quòd de iure citatio continebat rem quæ petebatur, cauſam petendi,nomen actoris,& rei, & coram quo ſit quæſtio agitanda Bar. in ſuo tract.ritus iudicio.verſi.item quòd ſuper quocunque.

Articu. quart⁹.

Ce qu'il ſera tenu de faire,ſinon que pour grande & euidente cauſe luy fut baillé vn delay pour tous pour venir defendre.

GLOSSA VNICA.

Limitatio præcedentis articuli.

ISTE articulus limitationem præcedentis articuli continet. 1 Nempe in arti.præcedenti dictum fuit reum citatum inſerta petitione teneri ad reſpondendum in prima aſsignatione: fallit, niſi ex magna,& euidenti cauſa danda eſſet dilatio ad defendēdum:& tunc vna pro omnibus dari debet.

Et ſic requirit hic articulus cauſam: non ſufficit tamen quælibet cau- 2 ſa,ſed

ſa, ſed magna & euidens : vnde ſi quis dicat non vidiſſe citationem, quia fuit impeditus ad ludos, non obtinebit dilationem : ſed oportet quòd allleget iuſtam cauſam: imò text. dicit magnam, *grande*. Vnde ſi aliquis citatus ad reſtituendum domum quam detinet iniuſtè, in termino compareat, dicens ſe non potuiſſe videre inſtrumenta, ob cohæredem ſuum abſentem, apud quem erant omnia hæreditatis inſtrumenta tanquam antiquiorem, iuxta l. procurator. C. de edendo, tunc iſta cauſa eſt magna, & euidens, ob quam danda ſit ei dilatio.

Dilationẽ deliberatoriam quando iudex poſſit concedere.

3 Ideò non relinquitur hic arbitrio iudicis, vt det dilationem, quando ſibi videbitur, & ſine cauſa : ſed tunc demum quando ex cauſa magna, & euidenti hoc faciendum eſſe videt. Et iſtius cauſæ approbatio arbitrio iudicis relinquitur, arg. l. j. ff. de iure deliber.

4 Et puto hic dici magnam & euidentem cauſam, id eſt, euidenter & notoriè iuſtam, quia cauſa allegata oportet quòd notoriè iuſta videatur iudici. nec iſta cauſa alias probatur, ſed ſufficit allegatio cauſæ iuſtæ hîc: alioqui oporteret nouum conſarcire proceſſum ſuper hac cauſa, & quæ dicatur euidens, vide in l. licet. ff. de lega. j. & quæ ſcripſi in l. natura cauillationis. ff. de verb. ſigni.

Cauſa magna & euidens quæ dicatur.

5 Item vna tantum dilatio dari debet, non duæ, vt probatur hic : *vn delay pour tous.* Et ideò ſi iudex poſt primam dilationem concederet ſine cauſa ſecundam, poſſet actor appellare, quia tantùm vna hic permittitur dilatio. Ideò pars in hoc grauatur, & ſic iuſta erit appellatio.

Vnica dilatio & quã prolixa cõcedi debeat.

6 Alia dicuntur per Doct. in c. j. de libel. oblat. & in c. ij. de dilatio.

Et iſtam dilationem iudex longam vel breuem concedere debet pro qualitate materiæ perſonarum & locorum, & arbitrari: vt per Doct. in l. j. & ij. C. de dilatio. l. ij. ff. de re iudica.

IDEM, *Article XXII. Ibidem.*

Que de toutes commiſſions, & adiournemens ſeront tenus les ſergens laiſſer la copie auec l'exploict.

Articu. quint⁹.

GLOSSA PRIMA.

1 EXEMPLVM citationis, ſeu copiam dandam dicit hic text. qui elicitur ex c. prætereà. de dila. & reſcripti copiam dandam dicit tex. in cap. cum contingat. de reſcrip. & gloſſ. in c. cauſam de electio. in verb. porrecto. ſcripſi in §. teneantur. in verb. dare, de col. in Concor. Franc. Vt igitur in ſuperioribus articulis dicta fiant ſtatuuntur hic ſequentia. Primùm, vt viatores, & ſeruientes teneantur dimittere exemplum, ſiue copiam parti, vt partes cauſari poſteà non poſsint, ſe non potuiſſe deliberare, vt declarat hic tex.

Apparitores exemplũ citationis & executionis partibus relinquere tenẽtur.

2 Sed quorum copiam teneatur apparitor dimittere? probatur in c. cum perſonæ. ibi, de articulis, de quibus controuerſia fuerit tranſcriptum tradere teneatur. de priuileg. in vj. & hic text. dicit. *de toutes commiſſions*

Copia quid debeat continere.

& ad

& adiournemens. Si fortè commiſſum ſit negotium tali,vel teſtium exami natio,ſeu alius articulus cauſæ.iuxta gloſſ.in clementi.j.de offic.delega. & iudex delegatus tranſmittit exemplum reſcripti,per capitul. ſecund. de dilatio. † non tenetur tamen oſtendere viator, quòd ſibi commiſſum ſit onus 3 citandi de conſuetudine,vt ſuperiùs dixi.De hoc verbo committere abunde ſcripſi in leg.inter ſtuprum. §.j.ff.de verbo.ſignificatio.

Notario ſcribẽti ſibi fuiſſe commiſſum negotium an credatur.

Et an credatur notario,ſeu grapherio ſcribenti examinationem teſtium, 4 vel alium cauſæ articulum fuiſſe ſibi commiſſum, ſcribit. Bartol. in l.ex ſententia.ff.de teſtamen.tutel. quòd ſic. & in deciſi. Neapolita. quæſtione cccxvij.dicit eſſe conſuetudinem,vt credatur, ſequitur Collect. in capitu. ſi qui teſtium.columna ſecunda. de teſtib. & hoc ſeruatur in Francia, licèt communis ſententia ſit in contrarium : vt conſuluit Alexand. conſil. ccxij. in ſexto volumine.& Dec. conſil. xlij. in ſecundo dubio. alibi pleniùs examinabo.

Debet etiam idem nuntius copiam citationis dare vna cum executione,quam ipſe fecit,quam vocat *l'exploict.* Et ſic tenetur exemplum dimittere,& literarum citationis,& executionis factæ, videlicet quòd in vim talium literarum talis fuit citatus ad talem diem, coram tali iudice, ad tales effectus,&c.præſentibus talibus teſtibus,qui reſpond.&c. 5

Et ſic non arctat hæc conſtitutio viatorem ad relinquendum commiſſionem aliorum actorum:quia de duobus tantùm loquitur:videlicèt de commiſſionibus, & citationibus:ergo in aliis non aſtringit.argu.l.cùm prætor. ff. de iudic. &cap.nonne.de præſumpt. 6

An ſeruientis nomẽ extẽdatur ad eos quos vocamus huiſſiers.

Sed nunquid hæc ordinatio loquens in ſeruientibus, *les ſergens*, procedat etiam in apparitoribus aliis,quos vocant,*huiſſiers?* Et exiſtimarem etiam in illis procedere:cùm hoc nomen,*ſergens*,ſit generale, & quia eadem ratio habet locum in his ſicut in aliis apparitoribus : & omnes communiter de iure apparitores vocantur:licèt communis vſus differentiam adhibeat, vt ſuperiùs dixi,tamen quia eadem eſt ratio in illis,idem quoque ius erit : per cap.de multa.de præben.l.illud.ff.ad legem Alquil. 7

Omniũ executionũ & præceptorũ copia relinquenda.

Et hodie ſeruatur quod tam ſeruientes,quàm alij executores non ſolùm 8 citationum exemplum, vel commiſſionum præbent, ſed etiam omnium actorum,& executionum, quas faciunt, & præceptorum in ciuilibus. Sed quibus,vide quod ſequitur.

Aux adiournez,ou à leurs gens & ſeruiteurs.

GLOSSA II.

Exemplum cui relinqui debeat.

SECVNDO PROVIDET hic, cui relinquere debeat apparitor exemplum. Et reſponde citatis, ſi illis citatio 1 intimetur: Si verò aliis, tunc illis copia dabitur, quibus citatio denuntiabitur. Primò vxori, ſi citatus habeat : nam quod vxor ſcit viro non celabit, vel econtrario. dicit gloſſa. in lege, aut qui aliter. §. ſed & Seruius. ff. quod vi aut clàm : quam ponde

ponderat Bald.in Marg.in verb.maritus.in vij.quæſtio.& Docto. Tiraq. in tractatu de legib.connubia. in x. lege in princip. & non inuenta vxore poteſt relinquere familiaribus,& domeſticis,& vni ſufficit: & qui contineantur horum nomine deſcribit glo.in cap.in literis.de teſtib.vbi dicit omnes comprehendi ſeruos, & habitantes cum domino Et hoc probat etiam tex. hic, *ou à leurs gens*, nam vulgò famulos & omnes nobiſcum habitantes vocamus, *nos gens.* De his ſcripſi in tract.de mercato.articul. j. gloſſ.iij. in ij. Tomo.

2 Item quando iſtis dimittitur exemplum citationis,& aliorum,quę ſuperiùs dixi,citatio pręſumitur perueniſſe in notitiam citati.per glo.in l.ſi legibus.C.de epiſc.audien.Bart.in l.ſi tut.de excuſa.l.tutor.ſcire.§.ſufficit.ff.de admi.tutor.Alexand.in l.inter omnes.§.rectè.ff.de fur.l.de pupillo. §. nuntiationem.de noui oper.nuncia.Et ſi nullus ex domeſticis inueniatur, audi quid ſtatuitur. *Citatio præſumitur in notitiam citati perueniſſe.*

Ou les attacher à la porte de leurs domiciles.

GLOSSA III.

1 IGITVR ſi non inueniatur citandus, nec vxor eius, vel aliquis ex illius domeſticis in domo,vel fortè nolunt reſpondere, eo caſu apparitor in preſentia duorum teſtium affiget citationis,commiſsionis, & executionis exemplum portæ illius citati clauo,vel cera,ſeu glutino:& hoc probatur in clem.j.in fi.de iudic. & ſuperiùs deſcripſi fuſiùs in præfa. *Exemplum ſi dari non poßit affigendum eſt.*

2 Intellige quòd hic non ſtatuit quantum temporis remanere debeat affixa citationis copia,ſed nullus debet illam auferre,niſi vellet illam ad citatum mittere: & ſufficiet quòd conſtet in relatione affixum fuiſſe citationis exemplum coram duobus teſtibus. quos apparitor in dict. relatione inſcribet, licèt non fiat mentio de tempore,quo remanſit affixum. Doct.in dict. clemen.j.de iudic. *Affixa copia citationis quanto tempore ſtet nō curatur.*

3 Et debet viator publicè legere iſtam citationem coram teſtibus, ſecundum Bart.in verb.publicè.in extrauag.ad reprimendum. quomodo in læſæ maieſt.crimi.proceda. alioqui teſtes quomodo ſcirent quòd citatio fuit affixa.Poſſet enim ſeruiens aliam ſcripturam affigere, ideò maxime illiteratis dixerem eſſe legendam: ſed ſi teſtes eſſent literati, qui ipſi poſſent cognoſcere,diuerſum dicit Matthæ.de Afflictis in conſti.Neapo. rubr.de lit.citato.not.v.nu. 10. *Legere debet viator citationē coram teſtib⁹.*

4 Tamen ego vtrobique dicerem ſaltem apparitorem debere dicere teſtibus,quòd volebat citare talem,& quia eum non inuenit, nec aliquem domeſticorum, ideò affixit iſtas literas oſtio domus citati, quæ ſunt exempla tam commiſsionis,citationis,quàm executionis factæ: & teſtes literati debent illas videre,ſi verum ſit quod dictum à ſeruiente eſt.Alij autem credere ei poſſunt:& literæ quæ affinguntur,debent habere teſtes inſcriptos, in quorum præſentia factum fuit,vt ſuperiùs articulo ſecundo ſcripſi,necnon ipſius apparitoris ſubſcriptio ineſſe debet:& ita ſeruatur.

Encores

Encores qu'ils ne fuſſent point demandées.

GLOSSA IIII.

Petere regulariter quis debet. fallit vt hic

LICET regulariter iudicium non detur, niſi poſtulatum fuerit, l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. quia in Euangelio dicitur, Petite, & accipietis: nec copia nominationis dari debet, ſi non petatur: vt ſcripſi in tract. nomi. q. xiiij. nu. 88. ſcripſi multa in gloſ. Concord. in §. teneantur. in verb. petierit. Plura cumulat. Hipp. in l. vnius. §. cognitorum. ff. de quæſtio. fallit quando contrarium eſſet expreſſum, vt hic, per text. in c. per tuas. ibi, etiam ſi abſolutionem non petat. de ſenten. excommu. no. Doct. in dict. §. hoc autem. maximè de Ripa, poſt Bart. & alios. † Et ſic apparitor ſine petitione relinquet copiam, quam ſi pars poſt oblationem nolit accipere, non tenetur nuntius, poſtquàm ſemel obtulerit, amplius offerre, ſed valebit citatio, ac ſi data fuiſſet copia: quia poſtquam per ipſum non ſtat, ſibi non eſt imputandum. regu. in iure ciuili. ff. de regu. iuris. plenè ſcribit Hippoly. in pract. ſua in §. nunc videndum. quando iudex parte non petente procedere debeat. Ibidem. ſed text. in l. fi. C. de princip. agentib. in reb. libr. xij. inquit, Quotieſcunq; exemplaria poſtulantur, his quorum intereſt, accepto ſolido, quod petitur præbere non differant. &c. hic verò ſtatuitur dari ſiue petatur ſiue non, & hoc ad ſubleuandum partes ſimplices, vel alias, vbi non inueniuntur ipſæ partes, ſed domeſtici tantùm domi: vt pars ex hoc exemplo ſibi prouidere poſsit: quia aliquando partes neſcirent petere exemplum ob timorem, vel eſſent ignaræ, ideò hic prouidet, vt exemplum detur ſiue petatur, ſiue non. Et de hoc conſtare debet, vt ſequitur, & etiam, quòd oblata fuit copia, ſed pars eam recuſauit.

1 (margin, line 1) · 2 (margin, at "de Ripa")

Obtuliſſe copiam citationis ſufficit apparitori.

Et en faire mention par l'exploict.

GLOSSA V.

Quæ ſunt in relatione ſeruientis exprimenda.

APPARITOR ergo debet facere mentionem in executione & relatione ſua: ſed de quibus? text. non plenè elucidat: ideò ego putarem teneri facere mentionem omnium prædictorum, videlicèt quòd citauit talem repertum, cui exemplum tradidit citationis, & expletorum, id eſt, executionis, & ſi illum non inuenerit, dicet domi inueniſſe vxorem, à qua petiit maritum ſuum, quæ dixit eum abeſſe, & poſteà citaſſe in eius perſona, data copia prædictorum illi: vel dicet ſe inueniſſe famulum talem, cui dedit exemplum citationis, commiſsionis, & executionis, qui promiſit ſe certiorem facturum dominum. 1

Si verò neminem domi inuenerit, itidem in relatione exprimet, ſe neminem domi inueniſſe, ideò affixiſſe valuis ſeu portæ domus citandi, literarũ copiã tã cõmiſsionis citationis, quàm relationis: & hoc in præſentia talis, & talis: & ſemper teſtes habere debet, vt artic. j. ſuprà dictũ fuit, & hoc ſcribit Lanfran. in repeti. cap. quoniam. in verb. citationes. de probatio. † Et debet in 2 3

bet in relatione nomen & cognomen citati exprimere, vel illum demon-
ſtrare certis & veris demonſtrationibus, vt filium talis mercatoris, &c. l. j.
cum l. ſequen. ff. de lib.& poſtu. & text.in l.ſi de rei vendi. Si nomen eius
ignoret, demonſtratione eius vtendum erit, veluti qui ex illa hæreditate,
vel qui ex illa ancilla natus eſt,facit l.certum.ff.ſi cer.pet.

4 Sed an credatur iſti nuntio? Doct. dicunt illi credendum ratione officij:
hoc verum ſi adhibuerit illos teſtes, quos ex lege debet adhibere, ca. cum
dilecti.de dol.& contu.& c.cũ parati. de appel. Bar. in extrau.ad reprimen-
dum.in verſ.per nuntium.quomod.in læſæ maie.crim.proce. poterit tamen
pars probare contrarium.per not.in c.quoniam contra. de probat.

Seruiẽti an credatur.

5 Quid ſi pars falſam relationem probauerit, quomodo apparitor punie-
tur?Reſpon. ſi pecunia corruptus hoc fecerit, lege Cornelia de falſis. l.j.§.
ſed & ſi quis ob renuntiandum.vbi gl. & Doct.ff. de fal.quæ hodie in iudi-
ciis eſt pœna mortis in Frãcia.in rub. *des faux tabellions,notaires,& teſmoings,*
6 inferiùs. † Si verò non pecunia,ſed quadam incuria,vel ſimplicitate falſum
commiſerit, ad intereſſe actione in factum tenebitur, & ad mulctam, per l.
qui nomine.ff.de fal.quam ſing.dicit Roman. ſing.cccxiij. hodie. & Guido
Papæ in ſuis dec. quæſt. xliiij. teſtis. in fi. & ſuo officio priuari debet, teſte
Bald.in c.fi.col.j.de dol.& contu.ar.§. fin. in auth. de armis.col. vj. quando
ex ſimplicitate vulpina (qua vti ſolent)hoc fecit: ſecus ſi ex ſimplicitate co-
lumbina,& ſine dolo.Chaſſa.in conſuet.Burg. §. vj. in gloſ. *de leurs rappors,*
ſed cuius expenſis,vide text.ſeq.

Seruiẽs quomodo puniatur ex falſa relatione.

Et ce aux deſpens des demandeurs,& pourſuyuans.

GLOSSA VI.

1 COMMISSIONIS, citationis, & executionis tenetur
viator exemplum citato tradere, ſed cuius expenſis? hic eluci-
dat expenſis petitoris hoc faciendum eſſe, ſiue plures fuerint
actores ſiue vnus.per tex.in c.fi.§.offeratur.iij.q.iij. gloſ.in cle.
cauſam.in verb.porrecto.de elect. vbi expenſis partis appellantis debet co-
pia dari appellatio. idem tenet Pan. in c. contingit. de fide inſtr. Aufrer. in
dec.Tholo.q.xcj.tex.& Doc.in authen.offeratur.C. de litis conteſt.

Expẽſis cuius partis copia dari debeat.

2 Et ſic tolluntur opiniones contrariæ,quas recitat Pan.& alij in ca.j. in fi.
de libel.obla.& in auth.offeratur,& per Aufrer. vbi ſuprà. etiam iudici, vel
alteri ſi copia dari debeat expenſis proſequentis concedetur. Idem in co-
pia nominationum ſcripſi in §.teneantur.in verb.dare.de coll. in Concord.

3 Et iſte text.loquitur in apparitore, qui ſi expenſis rei exemplum huiuſ-
modi traderet, excedere faciliùs poſſet metas rationis in exigendo : vt in
4 aliis facere ſolent, ob id ſtatuit, vt expenſis actoris fiat. † Cùm autem
exemplum petit reus ab actore, vel ècontrario, aliquorum inſtrumento-
5 rum,tunc non procedit iſte tex. † Sed ſufficit parti,ſi inſtrumentorum ſcri-
bendorum copiam faciat, & permittat deſcribere, & quòd fiat expenſis re-
cipientis : vt habetur in l. j. ff. de edend. Et hæc lex in ſuo caſu ſeruabitur,

Abſurdum reſultãs niſi actoris expẽſis daretur copia citationis.

non in aliis Aufrer. d. q.xcj. vbi dicit in aliis ſeruandam conſuetudinem cuiuſque Curiæ, & loci? Alia multa ſcripſi in repeti.l.diuus.ff. de ſenatuſconſul. Silan.

Actor recuſante dare copiam, citare non debet apparitor.

Et ſi actor nollet dare copiam, ſeruiens citare non debet: alioqui ipſe 6
apparitor iudicis arbitrio puniendus eſſet, quia non facit quod ſibi præcipitur, imò poſſet cogi ad tradendum, per iudicem illius territorij, etiam per atteſtationem perſonæ ſuæ, quia ibi dicitur delinquere, per c.fin. de foro competen.not.Docto.in l.ij.C.de edend. †vel pars non tenebitur com- 7
parere, ſi petierit, & eidem datum exemplum non fuerit, vt ſuperiùs dixi. Si tamen comparuerit, opponere non poterit: ſed iudex concedet ei tempus ad deliberandum, iuxta d.authen.offeratur.

Apparitor aſſignas diē coram iudice eccleſiaſtico non trahetur ad laicum, vt det copiam.

Areſtum.

Si tamen apparitor exemplum non reliquerit, cùm partem coram iudi- 8
ce eccleſiaſtico conueniret, non poterit poſteà pars trahere actorem coram laico, ad tradendum dictam copiam, ſed coram illo iudice, coram quo pars fuit conuenta: vt cenſuit Senatus anno 1543.die viij. Ianuarij contra Ambianen. Bailliuum, qui præsbyterum coram ſe proceſſurum, & exemplum traditurum iudicauerat: ideò malè iudicatum curia pronuntiauit, niſi vt ſuperiùs dixi, quando iudex eſſet abſens, vel in alio loco fieret citatio.

Sauf à les recouurer en fin de cauſe.

GLOSSA VLTIMA.

Actor prius facit expenſas, quas poſteà ſi vicerit, recuperat.

ISTAS tamen copiarum traditarum expenſas, ſi actor vicerit, recuperare poterit in taxatione expenſarum, per iſtum text. ibi, *ſauf à les recouurer.&c.* Et ſic oportet actorem priùs expenſas facere, & poſteà recuperare: quod prodeſt, alioqui citatio non arctaret citatum, vt dixi: ſed quòd ſoluamus, & poſteà ſummis laboribus, atque incertis repetamus, à tali prodeſſe liberet nos Deus: vt ſcribit glo.in l.ſi ſeruus §.boue.ff.de condict.furti.& in l.ſi quis cùm totum.§.planè.ff.de excep. rei iudi. Ideò multò tutius eſt retentione vti, vt traditur in c.debitores.de iureiur.& in rubr.de procurat. dicetur in his Ordinat. Reg. vbi quando & retentio, & ſolutio ſe offerunt, retentio vtilior eſt: ſed hic ex legis Regiæ præcepto oportuit alterum facere: quod bene in fine (ſi actor obtinuerit) vertet.

Multa alia, & propè infinita liberum eſſet hic de citatione congerere: ſed illa tantùm, quæ quotidie in iudiciis verſantur, deſcribere in animo fuit, cùm tanquàm ſuperflua Pragmatici, quæ vſu veniunt, reiiciant, eáque conſpicere recuſent: ideò his contentus, alia nunc miſſa faciam. De his gratias Deo, & virgini Mariæ agens perpetuas,

Amen.

TRA-

TRACTATVS VT LAICI NON CONVENIANTVR CORAM IVDICIBVS ECCLESIASTICIS.

Que les laiz ne ſeront conuenus par deuant les Iuges d'Egliſe.

FRANÇOYS. I. *Article I. des publiées M. D. XXXIX.*

C'eſt aſçauoir, que nous auons defendu, & defendons à tous nos ſubiets, de faire citer, ne conuenir les lais par deuant les Iuges d'Egliſe ès actions pures perſonelles, ſur peine de perdition de cauſe, & d'amende arbitraire.

IDEM Artic. II. Ibidem.

ET auons defendu à tous Iuges Eccleſiaſtiques, de bailler, ne deliurer aucunes citations verbalement, ou par eſcript, pour faire citer noſdits ſubiets, purs laiz, eſdites matieres d'actions pures perſonnelles, ſur peine auſsi d'amende arbitraire.

IDEM Artic. III. Ibidem.

ET ce par maniere de prouiſion quant à ceux dont le fait a eſté receu ſur la poſſeſsion d'en cognoiſtre, & iuſques à ce, que par nous autrement en ait eſté ordonné, & ſans en ce comprendre ceux, qui en auroyent obtenu arreſt donné auec noſtre procureur general, s'aucun en y a.

IDEM Artic. IIII. Ibidem.

SANS preiudice toutesfois de la iuriſdiction eccleſiaſtique, ès matieres des ſacremens, & autres pures ſpirituelles, & eccleſiaſtiques, dont il pourront congnoiſtre contre leſdits purs laiz ſelon la forme de droict. & auſſi ſans preiudice de la iuriſdiction temporelle & ſeculiere, contre les clercz mariez & non mariez, faiſans & exerçans eſtats, ou negotiations: pour raiſon, deſquelles ils ſeront tenus, & ont accouſtumé reſpondre en cour

ſeculiere, ou ils ſeront contraints de ce faire, tant ès matieres ciuiles que criminelles, ainſi qu'ils ont faict par cy deuant.

LOYS XII. Artic. XLV. *des publiées 1512.*

ITEM, *& à ce que les iuriſdictions eccleſiaſtiques, & temporelles ne s'empeſchent, ains s'aident, & confortent fraternellement l'vne l'autre, auons enioinct, & enioignons à tous iuges eccleſiaſtiques de noſtredit Royaume, qu'en toutes citations, qui ſeront doreſnauant par eux octroyées en leurs cours, ils expriment les cauſes d'icelles citations, à fin que leſdicts gens eccleſiaſtiques contre gens laiz citez, puiſſent eſtre aduertis ſi la cognoiſſance de laditte matiere appartient auſdits iuges eccleſiaſtiques: & pareillement auons interdict & defendu, interdiſons & defendons à tous nos iuges, & autres iuges temporelz de noſtre dict Royaume, de non decerner aucunes inhibitions, lettres de recours, clains, & autres ſemblables lettres, ſans premierement auoir veu ladite citation, & par icelle cognu que la cognoiſſance leur appartienne: eſquelles inhibitions, lettres de recours, & clains ils ſeront au cas deſſuſdits tenus exprimer les cauſes de leurs inhibitions, telles que ſi prouuées eſtoyent, la cognoiſſance leur appartiendroit, & non auſdits iuges eccleſiaſtiques: & ſi autrement ſont faites, n'y ſera point obey.*

GLOSSA VNA.

Chriſtianorum duo genera.

CERTVM EST, quòd duo ſunt genera Chriſtianorum: eſt autem vnum genus, quod mancipatum diuino officio, & deditum contemplationi & orationi, ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare conuenit: vt ſunt clerici, & Deo deuoti, videlicèt conuerſi. Aliud verò genus eſt Chriſtianorum vt ſunt laici: λαὸς enim Græcè, eſt populus latinè: his licet temporalia poſsidere, ſed non niſi ad vſum. can. duo ſunt. xij. quæſt. prima. Et inter iſtos iuriſdictiones diſtinctæ ſunt. Amarias autem ſacerdos & Pontifex veſter in his, quæ ad Deum pertinent, præſidebit: porrò Zabadias filius Hiſmaël, qui eſt dux in domo Iuda, ſuper ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent. ij. Paralip. xix. in fi. & plenè Doctor. per illum textum. in capitulo nouit. de iudiciis. & in capitulo ſi Imperator. xcvj. diſtin. & Virgil. *Diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar habet.* 1

Laici ſuper

Quãobrem in concilio generali ſic ſtatutum fuit, Cùm laicis, quamuis 2

uis religioſis, diſponendi de rebus eccleſiæ nulla ſit attributa poteſtas, quos obſequendi manet neceſsitas, non authoritas imperandi: dolemus in quibuſdam ex illis ſic refrigeſcere charitatem, quòd immunitatem eccleſiaſticæ libertatis, quam non tantùm ſancti patres, ſed etiam principes ſeculares priuilegiis multis munierunt, non formidant ſuis conſtitutionibus, vel potiùs deſtitutionibus impugnare: non ſolùm de alienatione feudorum, ac aliarum poſſeſsionum eccleſiarum, & vſurpatione iuriſdictionum: ſed etiam de mortuariis, nec non & aliis, quæ iuri ſpirituali annexa vidētur, illicitè præſumendo: vnde decernimus conſtitutiones non tenere, ſed præſumptores per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendos, ca.fi. de reb.eccleſ. *rebus eccleſiæ ſtatuere nō poſſunt.*

2 non alienan. † Ideò iurium profeſſores communiter non probant, quòd laici ſtatuant ſuper clericis, vel eccleſiaſticis perſonis, cùm à iure hoc prohibeatur. in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. & plenè in c.bene quidem. xcvj.diſt.& dict.c.fi.

3 Imò excommunicantur ciues Piſani, & bonis eccleſiaſticis priuantur, qui ſtatuta in derogationem Apoſtolicæ ſedis, & ſubuerſionem eccleſiaſticæ libertatis edere præſumpſerunt: vt ſi quis clericus, vel laicus contra quemcunque laicum Piſani diſtrictus ad iudicem eccleſiaſticum literas apoſtolicas impetrauerit, in mille ſolidis condemnetur. ca. grauem. de ſentent.excommunic. *Excommunicātur, qui literas apoſtolicas impetrare prohibent.*

4 Etiam anathemate feriuntur, qui ſeruari faciunt ſtatuta edita, & conſuetudines introductas contra eccleſiæ libertatem, niſi ea de libris (quos capitularia vocant) intra duos menſes poſt publicationem amoueri fecerint, & tam qui ſtatuta fecerint, quàm ſcriptores, poteſtates, conſules, ac illi, qui ſecundum ea ſtatuta iudicare, vel in publicam formam ſcribere iudicata præſumpſerint. c.nouerint. eod. tit. de ſenten.excom. Et ſi qui fuerint huius conſtitutionis contemptores, bona eorum impunè ab omnibus occupari *Statuta contra libertatem eccleſiæ nō valent.*

5 poſſe ſtatuit Imperator. authen. caſſa. C. de ſacroſanct. eccleſ. † vbi dicit Alber. quòd d.authen.caſſa.& dict.c.nouerint. eodem die facta fuerint: hoc ab Honorio, iij. illa à Federico ſecūdo in die ſuæ coronationis anno 1520. qui Federicus poſteà fuit à Papa depoſitus, quia contra eccleſiam venerat: vt patet in c.ad apoſtolicæ. de re iud.lib.vj. Ioan.Bapt. in repet.l. omnes populi.ff.de iuſt.& iure.& Curt. in repet.c.fi.col.lxxxv. verſ. quinta ſit concluſio.de conſuet. *Federicus à Papa depoſitus.*

6 Et is contra libertatem eccleſiæ facit, qui bona eccleſiaſtica ſurripit, vel rapit, ca. qui Chriſti. & capit. nulli liceat. & capit.quicunque.xij. quæſt.ij. & qui bona clericorum occupant.capitul. ſimiliter. & capit. quia iuxta. xvj. quæſt. j. vnde cùm per ſententiam quæratur dominium, l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure.& Doc. in l.Iulianus. ff. de condictione indebit.& per præſcriptionem.authent. niſi tricennale. C. de bon. mater. gloſſ. in l.j.ff.de acquirend. rerum domi. authent.quas actiones. C. de ſacroſanctis eccleſiis. Ioan.Franciſ.in tract.de præſcript. in ſecunda parte principio. quæſt.ij. ſi illud acquiſitum tollatur eccleſiæ, videtur contra libertatem eccleſiaſticam. Barbat.in rubr.de reb.eccleſ.non alienandis. *Cōtra libertatē eccleſiæ quando quis facere cenſeatur.*

7 Et Lucius Papa ſic ait: Omnes eccleſiæ raptores, atque ſuarum faculta- *Raptores fa*

cultatum eccleſiæ excõmunicati.

tum alienatores, à liminibus eiuſdem matris Eccleſiæ anathematiſamus, Apoſtolica authoritate pellimus, damnamus, atque ſacrilegos eſſe iudicamus, & non ſolùm eos, ſed omnes conſentientes eis:quia non ſolùm qui faciunt, rei iudicantur, ſed etiam qui facientibus conſentiunt. Par enim pœna & agentes, & conſentientes comprehendit, in capitul. omnes. xvij. quæſtio.iiij.

Iuriſdictionem impedientes eccleſiaſticam.

Item qui impediunt iuriſdictionem eccleſiaſticam, ſunt excommuni- 8
cati, capitulo conqueſtus.de foro compe. & capitulo quoniam.de immunita. eccleſiarum. libr. vj. Et multi ſunt magiſtratus excommunicati, qui non ſolùm diminuere, imò ſubtrahere iuriſdictionem eccleſiæ moliuntur:ſi Stephano Maleret credatur,in tracta.de electio. fol.xxxiij.verſicul.ſed aduerte.

Sed hic Rex ſuam tueri iuriſdictionem vult,vt poteſt,l.vna. ff. ſi quis ius 9
dicen. non obtempera. & non eſt mirum : quia hic ſtatuitur, vt laici non conueniant laicos, vel clerici laicos, niſi coram iudice laico : vt etiam eſt ſtatutum ab ipſis Pontificibus ſummis,in capitul.ſi clericus laicum. de foro compe. quia actor ſequitur forum rei. ca. cùm ſit generale. de foro compe. l.iuris ordinem.C.illo titul.alioqui pertubarentur iuriſdictiones: quod non debet fieri,ſed mutuo iuuari,c.dilecto.de ſenten.excommunic.in vj.ca. nouit.de iud.& artic.ſi.hic ſtatuitur.

Clerici in perſonalibus corã iudice eccleſiaſtico conueniri debent.

Vnde non video hic prohibitum, quòd laicus conueniat clericum in 10
actionibus perſonalibus coram iudice eccleſiaſtico,vt fieri debet, ca. quod clericis.c.cùm ſit generale.c.ex tranſmiſſa.& cap.ſeq.ca. ſi diligenti. de foro compe.licèt plerique magiſtratus abutantur, extendentes Conſtitutionem hanc præter, & contra Regis mentem, vt videre eſt: vnde non eſt dubium eos incidere in pœnas prædictas. Et quoſdam ſcimus depoſitos iuriſdictionem eccleſiaſticam peruertere volentes, ſequentes eorum patrem & Magiſtrum Petrum de Cuneriis, ſed defecerunt ſicut fumus, & aruit cor eorum.Videte multa quæ ſcribit Aufrer.in clem.j. de offic. ord. & in tract. de poteſta.ſecul.alibi fortè dicam fuſiùs.

Purus laicus quis dicatur.

Explicabo itaque vocabula, ne quis ampliùs ſuper his Conſtitutionibus 11
dubitet. Primò purus laicus dicitur, qui nunquàm fuit initiatus ſacris, nec inſignitus charactere clericali. Ideò qui tonſuram primam accepit, licèt poſteà duxerit vxorem, tamen non dicetur purus laicus, niſi viduam acceperit,vel alias bigamus ſit,c.vno.de bigam.lib.vj.

Puræ perſonales actiones quæ.

Item in text.dicitur,*pures perſonnelles*. Meræ ſeu puræ perſonales actiones 12
ſunt, quæ nihil realitatis ſapiunt, in quibus agit quis cum eis, qui obligati ſunt ad faciendum aliquid, vel dandum : & ſemper aduerſus eundem habent locum, l. actionum genera. ff. de action. & obligation. Et ſic excludit actionem realem, per quam rem noſtram, quæ ab alio poſſidetur petimus. & ſemper aduerſus eum qui rem poſſidet, datur, d. l. actionum.& §.j.de actio. in Inſtitutio. ſcripſi in §. xij. gloſſ. prima, tract. de ſentent.execu.

Etiam excluduntur actiones mixtæ, de quibus in §. quædam. de action. 13
in Inſti.vt actio familiæ erciſcundæ, cõmuni diuidũdo & finiũ regũdorum.

Perſonales

14 Perſonales etiam in rem ſcriptæ, per hoc verbum, *Pures perſonnelles*, excluduntur: quia meræ perſonales non ſunt: ſed dicuntur perſonales origine: quia ex contractu vel quaſi naſcuntur, ex maleficio vel quaſi, tamen ſemper comitantur poſſeſſorem rei, & contra eum dantur, ob id in rem ſcriptæ vocantur: vt actio ad exhibendum, l.iiij.§.eſt autem perſonalis hæc actio.ff.ad exiben. & ibi pulchra gloſſ. ponens alias.Iaſ.& alij.in §. omnium.de actio.in Inſtit.

Perſonales in rẽ ſcripta quæ.

15 Materiæ puræ ſpirituales vocantur ſacramenta, Baptiſmus, Euchariſtia, confirmatio,& alia: vt Panor. & alij docent in cap.quanto.de iudic.Archi. in cap. quod autem.j.q.j.& c.piæ mentis.xvj.q.vij.

Puræ ſpirituales materiæ quæ dicantur.

16 Spiritualia etiam dicuntur, quæ vitam concernunt æternam: vt Euchariſtiæ confectio, articuli Fidei, Baptiſmus,& ſimilia,capi.quoniam.x.diſtin. & ibi Domi.in fin. Et ſpirituales cauſæ dicuntur etiam, vbi de his ſpiritualibus,& aliis agitur,vt de electione.cap.Maſſana.& cap. ſacroſancta. de electio.de decimis.c. tua. De decimis ſcripſi in meo tracta. de decim. Idem ſi de vſuris,vel iure patronatus agatur.gloſſ.in ſumma xj.quæſt.j.glo. & Doct. in capit.literas.de iuramen.calumn.Quæ etiam eccleſiaſticæ dicuntur,quia ad eccleſiam ſpectant,vt ſymoniæ, hæreſis, & aliæ: de quibus in c.decernimus.de iud.& c.cùm ſit generale.de foro.compet.

Spiritualia quæ dicantur.

17 Temporalia ſunt diuitiæ, bona corporalia, fundi, domus, & aliæ res, quæ à Deo dantur hominibus ad tempus: hoc eſt quamdiu in hoc ſeculo ſunt,cap.ſicut.ij.xlvij.diſtinct.Floren.in prima ſuæ ſummæ partæ, titul.v.ca. ij.§.iiij.rubr.de tribus nouiſsimis. Et ſpiritualia non ſine iſtis corporalibus & temporalibus conſiſtunt.cap.ſi quis obiecerit.j.q.iij.

Temporalia quæ dicantur.

18 Iuriſdictio temporalis eſt, quæ de his rebus corporalibus competit, vt
19 in capit.ſolitæ.de maio.& obed.capi.nouit.de iudi.vbi Docto. †Vnde cùm
interdum temporalia clerici mandantur capi, non debent capi ſacramenta,id eſt, reditus ex ſacramentis eccleſiaſticis, vel ſpiritualibus prouenientes: ſed illi tantùm prouentus, qui ex bonis corporalibus & prophanis: quod eſt vtile in hoc regno: vt cùm interdum alicuius Prælati bona temporalia mandantur capi: vt ſcripſi in tract. de liter.oblig. artic.ij.vide pulchrum text.Gregorij in cap.omnes.xlviij.diſt.

Iuriſdictio temporalis quæ ſit.
Temporalia ſi capi debeant, quæ capientur.

20 Alia ad hanc materiam pertinentia, & maximè quòd non valeat conſuetudo,vt laici habeant iuriſdictionem in clericos, vide per Doct. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſti.& per Panorm.& alios in d.capit. ſolitæ.de maio.& obed.Inno.& iuris interpretes.in capit.poſtulaſti.de foro compet. Domi.de Rota deci.10.incip. vtrùm valeat conſuetudo. de conſuet. in antiq.& deci.ij.eod.titu.in nouis.Aufrer. in deciſ.cxxvj.& ſcripſi in titul. vlt. Concordat.& addidi multa ad dict.c.eccleſia.in decretal.meis antiq. Multa legere poteris apud Ioann.Lupum,in tracta.de liber.eccl. Ne plura:quia infœlicitas temporis veritatem odit: & vide Guido. Papæ in tract.quibus caſibus laici ſubditi Imperio domi. Ducis Sabaudiæ poſsint trahi ad iudicem eccleſiaſticum.

Conſuetudo vt laici in clericos habeant iuriſdictionem non valet.

Areſtum. Notandum eſt, quòd in curia ordinatum fuit anno 1287. & poſteà per 21
Regem approbatum in titulo *des eaues & foreſtz*, quod Duces, Comites, & Barones, ac alij temporalem iuriſdictionem habentes, non debent conſtituere ſuos Præpoſitos clericos, ſed tantùm laicos, nec ſeruientes, vel Balliuos, aut aliud officium dictis clericis tribuere, vt ſi in officio delinquant, ſuperiores illorum poſſint eos punire: & ſi inſtituti fuerint clerici amoueri debent: quod eſt conſonum iuri: vt capit. ij. & capit. ſed nec procuratores. ne cleric. vel monach. vt ibidem patet. Nunc ſuper his calamum continebo: ne plura &c. agens Deo omnipotenti immenſas gratias. Amen.

TRACTATVS DE CONTVMACIA ET DEFECTV, ET DE VTILITATE ILLORVM.

RVBRICA,

Des congez, defaux, & contumaces.

PRAEFATIO.

1 IN HOC titulo tria præcipuè tractabimus: Primùm quando actor non comparet eo die, quo in ius vocauit reum: ſecundò de contumacia rei: tertiò de vtriuſque contumaciæ vtilitate.

2 Sciendum itaque eſt quòd actor interdum vocat reum coram iudice ad certum diem, quo nec ipſe comparet, nec reus: & eo caſu habetur, ac ſi in ius reus vocatus non eſſet: ideò ex integro agendum erit, ſi actor velit actionem inſtaurare, & de nouo erit reus conueniendus. Docto. in l. conſentaneum. & authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. *Litigantiũ vtroque non comparente quid iuris.*

3 Interdum in ius vocatus reus die cognitionis adeſt, & actor abeſt: tunc circunducitur edictum, l. & poſt edictum. §. j. ff. de iudiciis. & ſi reus commeatum petat, ei dabitur abeundi facultas, quam Gallicè dicimus *congé*. Imperator appellat relaxare, l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iud. qua voce etiam vtuntur curiæ eccleſiaſticæ, & rei petentes relaxari. *Circunducitur edictum reo cõparente, & actore abſente.*

4 Aliquando in ius vocatus reus ſui copiam non facit, & tunc contumacis pœnam patitur, & Gallicè vocamus *default*, cùm reus tempore ſibi præſtituto contemnit ſui copiam facere, vt loquitur l. cõtumacia. ff. de re iud. Et iura quæ inferiùs adducentur, & de hac loquemur maximè in hoc titulo.

5 Quandoque actor non paret iudici præcipienti aliquid, vel reus, & tunc dicit eſſe quaſi contumaciam, & non propriè contumaciam, Dec. conſil. xxxiiij. & pro tenui, per l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrogato. actio. qui textus expreſsè contrarium habet, ibi, *qui omninò non reſpondit, contumax eſt.* Et ſic ſiue quis non compareat, ſiue non reſpondeat, vel non pareat iudici, contumax eſt, & pœnam contumacis patietur, ſiue 6 actor ſit, ſiue reus: † licèt vſus forenſis vtatur his tanquam diuerſis vocabulis *defaux, & congez*, vt primnm obtineat actor contra reum non comparentem, aut non parentem: ſecundum obtineat reus actore non comparente, ſcilicet, *congé*. datur enim non comparente actore commeatus, ſeu facultas reo abeundi. Et quatuor remedia quæ dãtur reo comparen *Contumax eſt generaliter, qui iudici nõ paret.* *Default & congé.*

paren

parenti contra actorem contumacem conſcribit Aufrer.in ſtylo Parlamen. in tit.de defectu in actione reali.§.item ſi actor.

Definitio contumaciæ ſecundũ Iuriſcõſultum.

Verùm vt veniamus ad definitionem rei, de qua agimus, Doctor. variè 7
definiunt contumaciam: ego tamen his omnibus prætermiſsis mallem ſequi Iuriſconſ.hanc belliſsimè definientem in l.contumacia. ff. de re iud.his verbis, Contumacia eſt eius, qui tribus edictis propoſitis, vel vno pro tribus,quod vulgò peremptorium appellatur,literis euocatus, præſentiam ſui facere contemnit.

Contumax quando pœnam nõ incurrat.

Pœnam autem contumacis non patitur, quem aduerſa valetudo, vel 8
maioris cauſæ occupatio defendit: nec contumaces videntur, niſi qui cùm obedire deberent, non obſequuntur, id eſt, qui ad iuriſdictionem eius(cui negant obſequi)pertinent, d.l.contumacia,ſed quandoque vocatus eis obtemperare non tenetur,l.vt vim.ff.de iuſt.& iure.

Caſus quibus excuſatur quis à cõtumacia.

Caſus autem in quibus excuſatur contumax ſunt ij, Primus,valetudo d. 9
l.contumacia.Secundus,tempeſtas,vel vis fluminis,l.ij.§. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cautio. Tertius, abſentia Reipublicæ cauſa, l. prætor. §. Paulus. ff. de iud.& per totum tit.ff.ex qui.cau.maior. Quartus,vis maior, vt ſi quis à latrunculis detineatur,l. j. & per totum. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi eximat.

Quintus, ſi non interſit aduerſarij reum non veniſſe, vt pote quia dies 10
cognitioni præſtitutus erat feriatus, vel iudex cauſſæ vacare non poterat, l. ij.ff.ſi quis in ius voca.non ierit.Sextus eſt, quando quis certus eſt omninò ſe non eſſe de iuriſdictione iudicis eum vocantis,d.l.contumacia. & l.fi. ff. de iuriſd. om. iud. Septimus, ſi excuſator ex recepta cauſſa miſſus ſit, l. quæſitum. ff. de re iudic. prout ſcripſi in tract. de excuſa. & exoniis. Septimus eſt,quando conuentus,ad maius tribunal vocatus erat. l. contra. ff. de
re iudic. Poſtremus caſus eſt maioris cauſſæ occupatio, qui omnes alios 11
comprehendere videtur,d.l.contumacia.plures explicat cauſſas,l.ij.ff. de in ius vocan.& ibi Doct.

Procurator Regius non incidit in cõtumaciam. Areſtum.

Adde quòd contumacia non datur contra procuratorem Regis, quan- 12
do agitur de patrimonio Regis, quod *domaine* Gallicè vocatur: quia ipſe patrimonium Regis ſua contumacia diminuere non poteſt,l.j.& ij.ff.de off. procura.Cæſar.

Et idem dicunt in Saluagardia: & ita fuiſſe in Parlamento deciſum con- 13
tra Comitem de *Dammartin:* vt docet Ioan. *Botelier*, in ſua ſumma, eodem titu. nec etiam dabitur contra partem, cui erit procurator Regius adiunctus illius ſcilicet beneficio,vt eſt in magno Conſuetud.

Quotuplex ſit cõtumacia.

Quæro,quotuplex ſit contumacia? Iurium interpretes duplicem eſſe aſ- 14
ſerunt, veram, & fictam: veram appellant cùm perſonæ facta erat citatio:fictam quæ non ipſi perſonæ, ſed in domicilio conuenti, ſeu voce tubæ, vel per affixionem literarum, ſeu alio modo: vt declaraui in tracta. de citatio. in præfa.

Species cõtumaciæ plures à Doctor. aſſi-

Item noſtri interpretes alias multas & varias ſpecies contumaciæ enu- 15
merant, quas omnes putarem ſub vno comprehendi, ſcilicet in non parendo,

rendo, nempe ſiue initio cùm quis vocatus eſt, non venit, ſiue ſe malitioſè occultando, ſeu impediendo ne citatio ad eum perueniat, non parere dicitur.c.fi.§.porrò.vt lite non conteſt.clem.j. de iud.ſiue ſiquidem venerit,tamen iuſsis iudicis non paret, vt quia diſcedit ſine iudicis venia, ſeu commeatu.c.j.de iud.& iſte ſemper dicitur verus contumax, teſte Bal.in conſil. cccxxxviij.ad audientiam. in primo volum. niſi receſsiſſet ob iuſtum impedimentum:quia ſicut impedimentum excuſat non venientem, ita & diſcedentem,l.quæſitum.ff.de re iud.Doct.in d.c.j. *gnatæ hic vno membro comprehenſæ.*

16 Idem ſi comparuerit quidem,ſed hora indebita,l.j. §.quid ergo.ff. quād. appel.ſit.Bal.in c.plerumque. col.ij. de reſcrip.niſi doloſè id ageret, vt cum eſſet in iudicio,fingeret ſe valetudinarium,quò recedere poſſet,ſicut euaſit Dauid à conſpectu Regis Achis:vt habetur j.Reg.c.xxj.in fi. *Hora indebita veniens eſt cōtumax.*

17 Item qui omninò non reſpondet, contumax eſt.Et reſpondiſſe omninò non videtur,qui ad interrogatum non reſpondet, quia Prætorem contemnere videtur,l.de ætate.§. qui tacuit. & §.ſeq.ff. de interrog.ac. Et nihil intereſt neget quis, an taceat interrogatus, an obſcurè reſpondeat, vt incertum dimittat interrogantem.§. nihil.ibidem. Dolus enim malus non tātum in eo eſt,qui fallendi cauſa obſcurè loquitur,ſed etiam qui inſidioſè obſcurè diſsimulat,l.ea quæ.in fi.ff.de contrah.emp. Bal. conſ. xcvj. decreto. in j. vol.non paret qui iuſſus inſtrumenta exibere,non exhibet.l.creditor.§. iuſſus.ff.de appel.& per totum tit.ad exhib. ff. & C. & l. in actionibus.ff. de in litem iuran. † Et qui reſtituere iuſſus iudici non paret, contendens non poſſe reſtituere, ſiquidem habeat rem, manu militari, officio iudicis ab eo poſſeſsio transferetur,& fructuum duntaxat,omníſque cauſæ nomine condemnatio fit.l.qui reſtituere.ff.de rei vend. non enim res pluris fit per contumaciam,ſed ex contumacia æſtimabitur vltra eius pretium. l.j. ff. de in litem iurand. Et generaliter quotieſcunque quis quauis in parte litis iudici non parere deprehenditur,contumax dici poteſt. *Reſpondere recuſans cōtumax eſt, & non exhibens nec reſtituens.*

18 (beside "litem iuran. † Et qui reſtituere")

19 Effectus autem & pœna eſt, vt iudex interdum ſuppleat: vt ſi pater authoritatem filio ſuo præſtare recuſet, l. fi. §. neceſsitate.C.de bo. quæ libe. vel maritus vxori, l. bonorum. C. qui admit. interdum mulctat, vt inferiùs latiùs dicetur artic.fin.infrà eo.vbi alios effectus tradam. *Effectus contumacia.*

20 Notandum eſt tamen, quòd procuratoris regulariter contumacia in committendo non nocet domino, vt cauſam perdere debeat dominus, ſicut nec contumacia tutoris nocet pupillo, l. vna. §. vltim. ff. ſi quis ius dicen. non obtemperan. † Sic nec contumacia Prælati eccleſiæ, capitul. dilecto.j.de verborum ſignification. Innocent.& alij in capitulo j. vt lite non conteſtat. nec contumacia ſyndici nocet vniuerſitati. Bartol. in l. vltim. in fin. ff. de in integrum reſtitution. l. j. C. de iure reipublic. libro xj. Doctor. in capitul.vno.de ſyndic. †Sic nec contumacia ſocij nocebit ſocio. Florian. per illum textum in l. ſi de communi. ff. ſi ſeruit. vendicet. facit l. ſecunda.de ſeruitutib. †Sic nec contumacia vſufructuarij proprietariò, l. hoc ampliùs.§.quæſitum. & §. ſequent. ff. de damno infect. Alexand. in l.eum qui. C. de procuratorib. Nec principalis contumacia nocebit fideiuſſori. *Procuratoris cōtumacia nō nocet domino.*

21 (beside "cen. non obtemperan. † Sic nec contumacia Prælati")

22 (beside "in capitul.vno.de ſyndic. †Sic nec contumacia ſocij")

23 (beside "da.de ſeruitutib. †Sic nec contumacia vſufructuarij")

Iaſ.

Iaſ.in l.j.ff.de in litem iurando.Cuma. conſil.xxxij. inculpatus. quia contumacia eſt delictum, l.contumacia.ff. de re iudica. quod ſuos authores tenere debet,l.ſancimus.C.de pœnis.Barto. in l.omne delictum.ff.de re mili. & quia facit contra formam mandati, ideò non valet quod facit. l.diligenter.ff.manda.cap.cùm dilecta.de reſcript.

Cōtumacia in omittēdo nocet domino.

Verùm contumacia procuratoris conſiſtens in omittendo nocet domi- 24
no,& vbi ſufficit ficta contumacia.Bald.in c.j. col.ij. vt lite non cōteſt. quia dominus eſt in culpa,qui talem procuratorem elegit.arg.§.fi.Inſti. pro ſocio.& cenſetur contumacia domini,l.ſi procuratorem.§.ſi tutores, ff. manda.l.cum filius.§.in hac.ff.de verbo. oblig. vbi dicunt Docto. quòd ſi procurator ſemel comparuit,& ſuſcepit cauſam, ſi poſteà deficiat, dicitur procuratoris contumacia, & poterit ipſe citari. Bartol. in l.eum qui. C.de procura.Cæpol. cautel. lvij. iſte articulus.

Procurator nocere poteſt domino in his, quæ ad ordinem iudiciariū ſpectant.

Et ſic in his, quæ in iudicio exercentur, procuratoris contumacia nocet 25
domino in his, quæ ad proceſſum & mandatum pertinent. Bar. & alij in d. l.eum qui.C.de procur. Et ſic nocebit domino maximè quo ad expenſas,l. eum qui.in fi.cum l.ſeq.ff.commoda.l.non cogendum.ff.de procur. tenebitur tamen in conſcientia procurator eas ſoluere, ſi ſua culpa contingant, Bart.& alij in l.vna.§.ſi procurator.ff.ſi quis ius dicen.non obtemperaue.

Procurator colludens cū aduerſario non nocet.

Limitatur quando procurator colluderet cum aduerſario, vel non eſ- 26
ſet ſoluendo, l.j.in fi.vbi Bartol.poſt gloſſ. ff.quando appelland.ſit. gloſſ.in c.biduum ij.quæſt.vj.Alexand.conſil.xcv.viſis.nume.7. in ſecundo volumi. Guido Papæ in ſtatu.ſi quis.in verb. appellatione. Soci.conſil. xviij. proſequendo.col.ix.in primo volumi.

Dominus reſtituitur à procuratoris cōtumacia.

Poterit tamen dominus releuari ab iſta procuratoris contumacia im- 27
petrando literas Regias, vt non obſtante procuratoris contumacia iuſtitia miniſtretur.Bal.conſil.cxxj. proponitur. volu.j. quod nos in Francia ſeruamus.Vide alia quæ traduntur per Doct. in d.§.ſi procurator. dicam fortè in titu. de procurat. ſuprà.

FRANÇOYS *Artic. ij. des publiées. 1528.*

Articulus primus.

ITEM, *& pour obuier à la multiplication des congez & defaux, qui s'appellent les lundy, & mardy, auons ordonné que chacun procureur des le ſamedy matin dedans vnze heures, baillera es mains du greffier des preſentations de ladicte Cour ou ſon clerc, en vne fueille de papier, toutes les cedulles, congez & defaux, qu'il voudra eſtre appellez, dont les aßignations ſeront eſcheües deux iours deuant, pour en faire vne liace, qu'ils ſigneront. Et ledict iour de releuée ledict greffier baillera à ſon clerc icelles fueilles, pour rediger toutes leſdictes cedulles par eſcript en vn cayer de papier, qui ſera cotté & intitulé du meſme iour, & datte, que leſdictes cedulles ſeront preſentées, ſans ce qu'apres on y puiſſe plus aucune choſe adiou-*

ſter.

ſter. Et à ceſte fin ſera ledict regiſtre paraphé dudict greffier. Lequel regiſtre ſera le lundy enſuyuant communiqué par ledict greffier, ou ſon clerc, à tous les procureurs, & leurs clers. Et ſera ledict greffier pendant que noſtre dicte Cour ſera en conſeil, tenu ſoy tenir à la barre, ou ſe tiennent les huiſſiers de noſtre ditte Cour, & les autres iours en ſondit greffe. Et ce le matin depuis ſept heures iuſques à vnze heures: & apres diſner depuis quatre heures iuſques à ſix heures, à fin d'eux pouuoir cotter ſur ledict regiſtre, durant laditte ſepmaine.

GLOSSA VNA.

1 HIC conditor inſtruit procuratores, quomodò partes vocandæ ſint, & cõtumaciam obtinere debeant in Parlamento: & quia hoc tritum eſt procuratoribus, & declaratum à ſenatu: vt patet inferiùs in Ordina. Curiæ, ideò luci faces non admouebo. *Peti debet cõtumacia.*

2 Ex hoc tamen articulo colligere poſſumus, quòd contumacia ipſo iure non datur, nec ex iudicis officio regulariter, niſi pars eam requirat, text.not.in l.properandum. §. & ſi quidem.ibi, parte fugiente ex vna parte actoris abſentiam incuſante.C.de iudic.& illum text.ad hoc not.Docto.ibi & Bal.in Margar.in verb.contumacia.xij.quæſtio.& Bar.in l.ſi finita.§.Iulianus. colum.iiij.nume.15.ff.de damno infect.& in l.arbiter Calendis.de arbitr.& in tract. Ritus iudicio. ver. Item quòd veniente. Boër. in l.conſentaneum. in fin. C.quomodo & quand.iudex.poſt Spec.in ij.parte rubric.de compara.ver.ſed & ipſe actor.

3 Et ſic in quibus caſibus ſola citatio interrumpit præſcriptionem, non ſufficeret actorem feciſſe citari reum, niſi etiam in termino ſe præſentauerit, & contumaciam accuſauerit. Bald.in l.j.ff. de in ius vocand.& in l. fin.circa fin. princip. de eo per quem factum erit.l. & poſt edictum. §.j.ff. de iudic.

4 Nec etiam dicetur lis pendere ex ſola citatione quoad hoc, clem.fin vt lite penden. Socyn. conſil. xlj.antequàm. colum. prima, & ſecunda, in primo volu.

5 Amplia iſtam regulam procedere tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & hoc quando proceditur per accuſationem: requiritur enim quòd accuſator expreſsè contumaciam accuſet, alias reus non cenſetur contumax, quia in criminalibus proceditur ad inſtar cauſarum ciuilium, l. abſentem.§.j. ff.de pœnis.Bart.in l.inter accuſatorem.vlt.col.ff.de publ.iud. & in extrauagan.ad reprimendum.in verb. neglexerit. quomod.in læſæ maieſt.crimi.proced.Sali.in l.abſentem.C.de accu. *Accuſanda eſt cõtumacia in criminalibus.*

6 Ratio eſt, quia pendente citationis dilatione ad comparendum, poteſt eſſe facta concordia, aut ſolutum debitum: & ſic reus non habebit neceſſe comparere in termino. nam intelligitur à iure permiſſum, vt non compareat.text.& ibi Iacob.in l.neque.§.fina.ff.de in ius vocand. Et

poſtquàm partes ſunt concordes, quid ad iudicem.l.j.§.inde quæritur.ff.
de noui oper.nuntia. † Ideò in his priuatis non debet iudex ſine petitio- 7
ne procedere,l. iiij.§.hoc autem iudicium.ff.de damn.infect. etiam quia
actor non comparens in termino ſuæ citationi renuntiare videtur : & illa
citatio non proſecuta,non habet ſuum perfectum eſſe,vt docet text.in l.
& poſt edictum.§.circunducto.ff.de iudi.Bald.in c.conſuluit.col.ij.de of.
deleg.refert Iaſ.in rubr.ff.de in ius vocand.

Item actor non comparens,non poteſt reo contumaciam imputare: 8
quia contumacia cum contumacia compenſatur.argumen. l.viro.ff.ſolu.
matri. Etiam ſi reus non veniſſet die præſtituta,& iudex fuiſſet impedi-
tus.l.ij.ff.ſi quis in ius vocat.non ierit.l.arbiter.de arbi.Inno.in capitu.ca-
lumniam.de pœnis. Ancha.conſ.xcvij.in quæſt.colum. ij.idem & quando
actor compareret, & nihil peteret, vel etiam ſi alius non habens mandatũ
pro eo compareret. Bertrand. conſi.cclxvij.ſi pactum.in fin.in iij.volu.ex
prima editione.

Procurator ante receptũ mãdatum fruſtrà comparet.

Vbi plus dicit, quod ſi nondum habuiſſet mandatum, tamen fuiſſet 9
procurator, non potuit efficaciter comparere, per ea quæ no. Archid.&
Ioan.Andr.in capit.is cui.de procura.in vj.Bart.in l.ſi pupilli.§.item ſi pro-
curator.ff.de negot.geſt. tamen in forenſi iudicio datur procuratori dila-
tio ad oſtendendum mandatum.facit text. in clement.j. de procurat. & Iaſ.
conſil.xlvij.volum.j.

Requirẽda cõtumacia etiã in Parlamentis.

Secundò amplia tam in Curia ſeculari,quàm eccleſiaſtica.cap.j.& ibi 10
Docto.de iudi.etiam habet locum in Curia Parlamenti per iſtũ text. licèt
multa habeat priuilegia,quæ docui in proœ.Concordan.in verb.ſummas.

Contumax eſt qui talis à iure eſt reputatus.

Tertiò extende,etiam ſi ſtatutum , vel conſuetudo diceret, quod non 11
comparentes in termino præſtituto ſint contumaces , adhuc requiritur
quod cotumacia accuſetur,quia ſtatuta recipiunt inter pretationem à iu-
re,l.ij.C.de noxal.actio. Et ideò ille dicetur contumax, qui à iure talis eſt
reputatus.d.l.contumacia.ff. de re iud.ſic conſuluit Alex.conſi.cx.diſcuſ-
ſis.col.ij.in v.vol.facit l.fi.§.in computatione.& ibi glo.C.de iure deliber.
vbi ſi ſtatuto caueatur, quod hæres nõ poſsit venire contra factum defun
cti,intelligitur vbi hæres facit inuentarium,& ſic ſecundum ius commu
ne:ita in caſu iſto. Hoc tenuit Alber.in ij.parte ſtatu.q.cxcij.& Barba.in
tract.de præſtan.Cardina.in ij.q.ij.partis.col. v.& conſil.lxj. ſcribitur.col.
vj.in j.volu.†Tum primò ne indebitè damnum patiatur,& ne lucrum in- 12
debitum recipiatur,l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patro.tum etiam in iu
diciis, quia iura abſentibus non ſubueniunt,vnde eſt quòd ſententia pro
abſente lata non tenet,l.furioſo.ff.de re iudica.iura enim in iudiciis,ſicut
in aliis actibus conſiderant intereſſe litigantium. l.ſtipulatio iſta.§.alteri.
ff.de verborum obliga.ſed ſi actor non comparet, ſua non intereſt reum
non comparuiſſe,ideò reus non dicitur contumax.l.ij.ff.ſi quis in ius vo-
cat.non ierit.

Contumax pro confeſſo nõ habetur parte nõ requirente,& iudice non pronuntiante.

Item actor non comparens, & contumaciam non accuſans, videtur 13
iudicis authoritatem ſpernere,& ſic debet ei denegari audientia.l.ſed &
ſi per prætorem.§.ſed & ſi decreto.ff.ex quib.cauſ.maio.hoc expreſsè te-
net

net Ancha.conſil.xcvij.in quæſtione.& ſic licèt ſtatutum, vel cõſuetudo velit contumacem haberi pro confeſſo, tamen opportet quod actor contumaciã accuſauerit.Moder.in c.j.de iud.quia ad hoc requiritur pronuntiatio iudicis Panor.in ca.fi.de iuramen.calum.gloſ.in cap.ij.de confeſsi.lib.vj.quam pronuntiationem non poteſt facere iudex,niſi pars petat.glo.in l.ſancimus.C.de iudic.c.fi.de reſcrip.

14 Quartò,amplia etiam in caſibus, in quibus proceditur ſummariè & de plano,clemen.ſæpè.de verbor.ſigni.Bart.in l.iiij.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infect. Ancha. conſil.xcvij. col.iij.nam in clement.ſæpe.ponuntur priuilegia,& alia quæ debent fieri in cauſis, quæ ſummariè & de plano tractari debent, ſed non ponitur quod contumacia in illis caſibus non ſit accuſanda, ergo ſecundum ius commune fiet:vt in ſimili dicitur in §.actionum. Inſtitu.de actio. *Cauſa ſummariæ requirunt cõtumaciam accuſari.*

15 Quintò,procedit etiam ſi iurauero parti reſarcire expenſas contumaciæ, intelligitur quando actor contumaciam accuſauit: & quando erit contumacia de iuredicta, quia iuramentum ſapit naturam actus,& contractus ſuper quo inter ponitur,vt iurans in plus nõ obligetur,quàm obli-
16 garetur virtute actus:text.ſingu.in l.fin.C.de non numera.pecu.†Sed virtute actus contumaciæ non obligaretur,niſi eſſet accuſata,ergo nec quãdo iuratum eſſet.Prætereà actum nullum iuramentum de iure ciuili non validat,l.non dubium.& ibi Iaſ.not.C.de legib.ſed contumacia eſt nulla non accuſata,ergo etiam cum iuramento:hoc videtur tenere de Petrucia in tract.de virib.iura.in iiij. effectu. *Iuramentũ nõ impedit cõtumaciã accuſari.*

17 Sextò,procedit iſte text.ſiue pars requirat,ſiue procurator nam poteſt quis in ciuilibus comparere per ſe,vel per procuratorem,& ſic contumaciam petere.l.fi.C.de procura.& qui per alium facit,per inde ac ſi ipſe faceret,per regul.qui per alium.de regul.iuris libr.vj.ergo ſufficit ſiue pars contumaciam accuſet,ſiue eius procurator. *Procurator cõtumaciã requirere poteſt.*

18 Primò limita non procedere in cauſa electionis,vbi non curatur partis præſentia,c.cupientes.§.quod ſi per viginti.de electio.in ſexto.tũ quia in ea poteſt,& debet iudex ſupplere etiam de facto,tum quia in ea parte abſente procedi poteſt:vt dicitur ibidem.gloſ.in capitu.cùm nobis olim.de elect.Ancha. conſil.xcvij.colum.iij.fauore eccleſiæ ,vt diu non ſit vacans.c.quàm ſit.de elect.in vj. *Caſus in quibus non eſt cõtumacia requirẽda a matce.*

19 Secundò limita,quando procederetur per viam inquiſitionis. Innoc. in capitu. cùm clamor. de teſtib.Barto.in diſputa.xiiij. incipien.Iudex maleficiorum quia nulla eſt ibi pars,quæ poſsit petere,niſi fama,& iudex.tamen ego dicerem(cùm hodie procurator Regis, vel fiſcalis ſuccedat loco partis(quòd ipſe deberet accuſare contumaciam,ſicut pars in ciuilibus & ita ſeruatur.

20 Tertiò fallit in cauſis fiſcalibus.Bartol.in l.ſecunda.§.ſenatus.per illum text.ff.de iure fiſci. & hoc eſt ſpeciale, & ita cenſuit Senatus in fauorem procuratoris Regij adiuncti,vt docet Ioan.Gallus in quæſtio.per areſta.quæſtio.xcvj.eodem anno.tamen procurator Regius hoc caſu petere ſolet,vt dixi. *In cauſis fiſcalibus cõtumacia an ſit requirenda.*

Alia ſpecialia fiſci,vide in ru.C.de priuileg.fiſci.& per Lucam de Parma,in tract.de priuileg.fiſci.

Cõtumaciã ſine partis petitione Princeps cõcedere poteſt.

Quartò,reſtringe in Principe,qui etiam ſuper non petitis poteſt pro- 22
nuntiare, licèt hoc facere non debeat. Antho. Panormita. & alij in capitulo ad petitionem.de accu.per illum textum. Bald.in capitul. primo.§. primo.de noua forma fidelitatis. Antho.in capitul.inter.columna prima. de exceſsib.prælato.& capitulo veſtra.de cohabi.clericorum. Imol.in capitul.ex tenore.in fin.de reſcript.& capitul.cùm omnes de conſtitu.ideò dicit Ioannes Andræas in capitulo cùm inter.de conſuetud. quòd cùm alias Compoſtellanus conquereretur coram Papa, quòd in ſua ſententia reprobaſſet conſuetudinem allegatam per Comitem Britanniæ, quia ſuper ea non fuerat actum , reſpondit Papa illa eſſe alleganda coram inferioribus, & non coram eod.refert Curtius conſilio lxvj. ſuper.numero 48.

Expreßè eſt cõtumacia accuſanda.

Quintò,limita etiam ſi tacitè quis eam peteret,fortè reconueniendo, 23
vel alias,quia cùm iſte text.expreſſam petitionem requirat, non ſufficiet tacita, quia quandoque lex, vel ſtatutum requirit aliquam expreſsionem fieri,non ſufficit vt tacitè fiat,in authentic.de hæredi.& Falcid.colla.prima.§.ſi verò expreſsim.authenti.ſed cùm teſtator.C.ad legem Falcidiam. Docto.in l.cùm quid. ff.ſi certum petatur. Et ſic fuerunt prolata multa Areſta, videlicèt quòd non tradens petitionem die præſtituta, & aſsignata, nihil amittebat, ſi illa die pars aduerſa non inſtiterat, licèt comparuiſſet, ſed expletum nullum acceperat: ſic fuit dictum pro domino Philippo Henri contra Girardum, & pro Duce Borbonij. contra Comitem Marchiæ.Et inter Archiepiſcopum Remenſem, & Scabinos eiuſdem diœceſ.vt citat Ioan.Gallus in q.per areſta.q.cxxx.areſto vj. pro domino Philippo.

Areſtum.

Comparere debent partes die ſequẽti quando dies cognitionis erat feriata.

Sextò,limita etiam ſi eam accuſaret, non tamen die termini, & tempo 24
re præſtituto,vel die ab eo dependenti. ita videtur text.dicere:quia non ſufficit actum fieri, niſi fiat tempore debito, §. teneantur.de colla.ſcripſi in tract.nomina. q.xiiij.Docto.in capi.j.de iudic.

Et dicitur dies,dependens,quando dies termini erat feriatus: nam ſe- 25
quenti die debebit vterque comparere:vt docet Barto.in l.prima.§.nuntiatio.ff.de noui operis nuntiatio.vel quando partes in die termini prorogarunt ad alium diem is dicitur dependens. Bar.in tract.de rit.iudic.ver. incidat.per l.dies feſtos.C.de fer.l.ij. de temp.appel.

Actus iudiciales ad partis inſtãtiã fieri debent.

Notandum eſt,quod omnes actus iudiciales debent fieri ad partis pe- 26
titionem,& inſtantiam.gl.& ibi Bal.& Ang.in l.ſi curatoris.C.de iure deliber.l.j.C.vt intra certum tempus.Paris de Puteo in tract.de ſyndica.ver. negligentia.fol.clxiij.in paruo volumi.†Et ſic iudex debet eſſe cautus,vt 27
curet redigi in acta,ad cuius inſtãtiam & petitionem actus fuerit geſtus. Deci.in l.ij.colum.ij. C.de edendo. facit l.item ait prætor.§.defendi.ff.ex quibus cauſ.maior. & licèt confeſsiones,vel alia acta ſint ad partis inſtantiam facta,poſſunt tamen reuocari.gloſſ.in capitu. quoniam.in verb. confeſsiones,de proba.

FRANCOYS, *Article III. des publiées M. D. XXXVIII.*

ITEM, *ordonnons que leſdits congez & defaux ſeront appellez en iugement en noſtreditte cour, le lundy enſuyuant apres diſner, depuis trois heures iuſques à cinq, ou le mercredy, ou lundy enſuyuant, s'il eſtoit feſte, ou vigile de feſte le lundy. Et ſeront tenus tous procureurs y aſsiſter en leurs perſonnes, ſur peine d'amende arbitraire.*

Articu. ſecundus.

GLOSSA VNA.

1 HIC ſtatuit, quo die contumaciæ vocari debeant. & qua hora, quo tempore procuratores adeſſe: & ex hoc colligere poſſumus, quod Iudex vel Parlamẽtum non debet concedere contumaciam, vel defectum, niſi conſtet de die aſsignata, ſcilicet per relationem nuntij. probatur in l. hæc autem. §. j. ibi, liquere enim debet prætori. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur.

Cõſtare debet de aſſignatione dici.

2 † Vnde infert Barto. in l. multum. in fin. ff. de condit. & demon. ſi iudex pronuntiauerit contra aliquem tanquam contra contumacem, cum ipſius contumacia non eſſet iudici nota, proceſſum eſſe nullum, atque contumaciam, alióſque actus factos ante relationem nuntij, licèt contumax verè eſſet, cùm primo debeat conſtare iudici de contumacia: quia illud principale, propter quod pronuntiat, & quòd ius ita pronuntiandi habeat, ignorat. l. quæro. ff. de eo qui pro tutore. Balba. conſilio vlt. colum. v. numero 8. in iiij. volumi. facit l. fin. ibi, præſidibus probauerit. ff. de liber. agnoſc. l. ſi pater. ibi, ſatis erit liquere prætori. & c. de fideicommiſ. liber. l. generaliter. §. penult. verſi. poſtquam fuerint ei intimata. C. de reb. cre. capit. prudentiam. de offic. delega. capit. ex parte. de conceſ. præbend. capit. ſi. ibi, dummodò de præmiſſa fraude appareat, de renuntia. libro vj. Idem voluit Barto. & alij in l. ſi finita. §. Iulianus. colum. iiij. ff. de damno infect. quem ſequitur Bald. in l. iij. vlti. not. C. de procura. & l. ij. C. de ſportul. & l. penulti. §. his de præſentibus. in fin. C. de reb. credi. & in Margar. in verb. contumacia. in xij. quæſtio. & in capitu. quoniam. colum. iij. de proba. Hippol. in l. patre. numero 46. & ſeq. ff. de quæſtio.

Proceſſus eſt nullus ſi non conſtet de relatione nuntij.

3 Et iſtud eſt notandum contra actuarios, & ſcribas, qui priùs ſcribunt contumaciam, & poſteà nuntij relationem, vt non valeat, quia priùs iudici debet conſtare de die aſsignata: ſecundum Philip. Francum in capit. cùm parati. columm. viij. de appellatio. & ſic cautela eſt in ſententiis, quæ proferuntur contra contumaces, vt inſeratur in ſententia, Viſis citationibus, relationibus, libello. & c. vt not. Bartol. in d. l. multum. Barto. & alij in authentic. ſi quis in aliquo. C. de eden. quia ſufficit citationem, relationem. & alia ex actis conſtare. & tunc præſumitur quòd iudex eam viderit. Panor. in capitu. quoniam contra. colum. vj. de probatio. & Socy. in d. l. multum. facit. c. j. & quod ibi not. Doct. de depoſi. quòd clericus non de-

Relationē nūtij prius ſcribēda, quàm cõtumacia.

Clericus ſine diffamatione nõ eſt torquendus.

bet torqueri, niſi ſit de crimine infamatus, & oportet iudici de illa diffa-
matione conſtare. Barba. conſilio xlvij.ſcribitur.colat.xvj.in j.volum. vi-
de eundem conſilio lvj.à Ioue. col. iij. in iij. vol. & conſil.vlti.col.ix.in iiij.
volu. quia paria ſunt non eſſe, vel non conſtare,l.duo ſunt.ff.de teſta.tu-
tel.& inferiùs dico.

Citatio non requiritur, vbi pars eſt præſens.

Primò limita, quando actus fuiſſet geſtus à iudice præſentibus parti- 4
bus:tunc de citatione aliter non curatur.Bart.in l.prolatam.C.de ſenten.
Fely.in ca.quoniam contra.col.vj.de probat.Hippoly.in l.patre.nu.48.ff.
de quæſti.Ratio eſt:quia is actus,qui poteſt fieri parte citata. poterit fieri
parte præſente: quia præſentia ſupplet vicem, & effectum citationis.au-
thent.ſi omnes.C.ſi minor ſe ab hæredi.abſtinuer.& ibi Bald.Bart.& alij
in rubr.de in ius vocan.dixi ſuprà in tract.de cita.

Periculum in mora ſupplet nuntij relationem non viſam.

Secundò limita, niſi periculum fuiſſet in mora. Bald.in l.falſus.collat. 5
vij.verſicu.item dubitatur.C.de furt.vt ſi ſtatutum arctabat iudicem, vel
ſtylus ad proferendum ſententiam:& nuntius erat corruptus, & differe-
bat relationem.vt l.iij.C.de ſportul.tunc ſi iudex credidit citationem eſſe
factam,valebit contumacia,& actus factus contra partem. Et idẽ ſi aliud
erat periculum.facit quod dicit Bart.in l.Seius.ff.ad leg.falcid.vbi quan-
do labitur inſtantia, ſeu terminus ad finiendum cauſam,poteſt iudex ex
ſuo officio procedere ad ſententiam, non expectata partis requiſitione.
facit l.item quæritur.§. exercitu.ff. loca. Hippol.in l.qui cædem.nume.4.
ff. ad leg.Cornel.de ſica.

Conſuetudo & ſtylus in nuntij relatione videnda ſeruandus.

Tertiò limita, quando eſſet conſuetudo,vel ſtylus, quòd nuntij rela- 6
tio incontinenti poſt actum à iudice ſcriberetur. Imol. & alij in capitulo
cùm parati.de appella.per text.in l.ij.C. quemadmodum teſtamen. aperi.
l.iij. in fin.ff.de teſtib. vbi in reſpicientibus ordinem procedendi debet.
ſeruari conſuetudo loci, in quo iudicium agitatur: & quæ incontinenti
fiunt, ineſſe videntur,l.lecta.ff.ſi certum petatur.Item minimè mutanda
ſunt,quæ ſemper certam interpretationem habuerunt,l.minime.ff.de le-
gibus

Princeps nõ viſa nuntij relatione procedit.

Quartò limita in Principe procedente contra contumacem. Imol.in 7
ca.ex tenore de foro compe.Socy.in l.multum intereſt.in fin.ff.de condi.
& demon.Barb.in addi.ad Bal.in l.falſus.col.vij. C.de furt.iſta tamẽ limi-
tatio eſſet periculoſa, ſi intelligeretur, quòd Princeps procederet parte
non citata,quia non poſſet: vt ſuprà, in tract.de citatio.in præfatio. dixi.
ſed facta citatione quamuis ipſi non conſtet de relatione nuntij,ſi proce-
dat,valet de poteſtatis plenitudine,vt ibidem.

Actus voluntariæ iuriſdictionis ſine relatione fieri poſſunt.

Quintò,fallit in actibus voluntariæ iuriſdictionis: quia magis in illis 8
inſpicitur veritas,quàm probatio,ſecundum Bal.in authen.vt liceat ma-
tri & auiæ.in fin.& C.quando mulier tutel. offic.fungi poteſt.Alex.in ad-
ditio.ad Bar.in d.l.multum.

Relatio ſufficit quod conſtet.

Sextò, reſtringe quando iudici aliquo modo conſtaret ſine relatione 9
citationem eſſe factam, tunc valeret contumacia lata.Pau.& Socy.in d.l.
multùm intereſt.ne malitia nuntij nolentis facere relationem noceat par
ti.Bald.in d.l.falſus.Roma.& Alexand.in l.ſed ſi de ſua.ff.de acquirenda
hære.

hæredit. per capitu. venerabilibus. §.ſecus.de ſenten.excommunica.in vj.
Fely.in capit.eccleſia ſanctæ Mariæ.colum.viij. verſicul. decimò ad hanc
partem.de conſtitu. & ſic ſiue conſtet relationem eſſe factam,ſiue dubite
10 tur, valebit ſententia ſine contumacia,ſi ex actis conſtet.†Si verò certum
eſt,quod iudex non viderit relationem,quia nulla erat,non valebit pro-
ceſſus.& ita intelligantur ſuprà deducta:licèt contrarium tenuerit Hip-
pol.de Marſil.in l.patre.nume.46.cum ſeq.ff.de quæſtio. Et in forenſi iu-
dicio non audiui iſta diſputari,dummodò relatio nuntij ad fuerit,quia hi
dicanici non amant iuris ſine fructu ſubtilitates,ſed planè cùm commu-
ni ſententia incedunt:ideò valebit ſententia,ſi conſtet de relatione nun-
tij in proceſſu, licèt iudex eam non viderit.

Cõmeatus reo ſub cõditione dari poteſt.

11 Item iudex reo præſenti commeatum dare abſente actore ſub condi-
tione poſſet,ſi dies ſit aſsignata:quia maior eſt contumacia actoris,quàm
rei.capit.j.de dolo & contuma.in vj.Docto.in l.properandum.§.& ſi qui-
dem.C.de iudic.& reus fauorabilior eſt, quàm actor,l.Arrianus.ff.de act.
& obligat.& quia non eſt facile interdum reo oſtendere ſe citatum ſi for
tè domeſtici amiſerint duplum ab apparitore illis traditum: & ſic habe-
tur in ſtylo Bitur. artic.iiij.eod. titul.

Sententia an ſub conditione fieri poſſit,regula cum limitat.

12 Hic patet ſecunda regula, quòd reus relaxatur, ſi illi detur (vt ver-
bis practicantium vtar) congedium ſub conditione, ſi ſit dies aſsignata.
Ideò quæro,an ſententia ferri poſsit ſub conditione.Regula eſt,quòd nõ
valet ſententia lata ſub conditione,l.j.§. biduum,ff. quando appel. ſit.l.
13 relegati.§.ad tempus.de interd.& releg.†Quia ſententia debet eſſe certa.
§.curare.Inſtitu.de actio.& rubric.C.de ſent.quæ ſine certa quanti.Sed ſi
proferretur ſub conditione, non eſſet certa, cùm conditio habeat ſe ad
eſſe,& non eſſe.l.cùm ad præſens.cum l.ſeq.ff.ſi cert.pet.etiam conditio-
ne deficiente non eſſet ſententia,& ſic nihil prodeſſet proceſſus.

14 Primò,fallit in ſententia interlocutoria.gloſſ.& Bald.in l.à diuo Pio.§.
in venditione.ff.de re iudic.vbi valet interlocutoria,ſi non reperiatur bo
na mobilia, capiantur immobilia. Dixi in interpretatione l. quod iuſsit
notab.ij.differentia. xxxix.ff.de re iudic.

Non ſoluẽs in termino prorogatio an ſit excõmunicatus.

15 Secundò,limita quando profertur ſub ea conditione, quæ pendet ex
his.quæ in iudicio fiunt, ſic Condemno te,vel abſoluo,ſi hoc feceris, vel
abſoluo te,ſi iuraueris,gl.ſing.in l.cùm iudex.C.de ſenten.facit.l.iuſiuran
dum & ad pecunias.in fin.ff.de iureiur.Dec.in c.prætereà ij.de appell.vbi
excommunicatio poteſt ferri ſub conditione, vt ſi non ſatisfeceris intra
decẽ dies,ſis excommunicatus.Si terminus fuerit per partes prorogatus,&
debitor nõ ſoluat in termino prorogato,nõ eſt excommunicatus,ſecundũ
Doct.ibi,licèt multi teneant contra.vide Iaſ.in l.lecta.ff.ſi certum petat.

26 Tertiò,non procedit in ſententia arbitrorum. Ancha. conſi. ccviij.iu-
dex.colum.iiij.Alexan.& Vicen.in d. §.in venditione.per tex.in ca.quin-
tauallis.de iureiuran.

Sentẽtia abſoluo ſi probaueris: an valeat.

Quartò,non habet locum ſi feratur ſub conditione intrinſeca, videli
cèt,ſi probaueris te non debere,abſoluo:& hoc faciunt iudices ignari,l.
cum eorum.C.de ſentent.& l.cùm iudex.Bartol.& alij in l.ait prætor.§.ſi

iudex.& §.in vēditione.ff.de re iudi.Anth.de Tremol. in addit.ad Vbert.
in rubric. de imped.executio.verſicu. ratione conditionis.Iacob.in l.non
quemadmodum.ff.de iudic. in hoc regno non probaretur illa ſententia à
Parlamentis.

An conditiones appoſitæ in matrimoniis vitient matrimonium, vel 19
ſponſalia,vide in c.j.& per totum,de condit.appoſit.& per Brunel.in tra-
ctat.de ſponſ.in viij.concluſ.folio xlviij.& ſequen.& in xxxiij.concluſ.

De conditionibus appoſitis in vltimis voluntatibus,& in inſtitutioni-
bus,vide rub.de condit.inſti.ff.& in legatis.in rub.ff.de condi.& demon.
& ſic illi duo tituli non ſunt ſuperflui.

Clauſula, ſi & inquantum effectus.

Notandum eſt,quòd ſi reus dicat, nego animo litem non conteſtandi, 20
niſi ſi & inquantum de iure teneor,poterit iudex pronuntiare litem ha-
beri pro conteſtata.Et iſta eſt bona practica ſecundū Io.de Graſsis in trac.
de ſubſtan.procura.in verb.litem conteſtandam.in fi.& alias vidi contra
quendam nolentem reſpondere, niſi ſi inquantum, &c.proferri excom-
municationem,ſi & inquantum,&c.& fuit maxima controuerſia an vtrun
que valeret,vel neutrum.

Cōſentio in iudicē ſi & quatenus eſt competens.

Item in iudiciis ſolet hæc clauſula poni ſtatim atque quis eſt in iudi- 21
cium vocatus,& comparet coram iudice, dicit ſe non conſentire in iudi-
cem,niſi ſi & quatenus eſt competens: quæ operatur,vt non dicatur con-
tumax.Ioan. Andr.in capitu.Cumana.col.ij.de elect.Ange.& alij in l.non
videtur ff.de iudi.† Et niſi apponeretur hæc clauſula, ſed ſimpliciter di- 22
ceret, non conſentio in iudicem, poſſet iudex pronuntiare comparen-
tem contumacem, c.certum.xj.q.iij.cap.j.de iudi. per text.in c.ex parte.in
verſicu.quia ſtare noluit iuri.de verborum ſignific.Iaſ.in l.eleganter.§.ſi
quis poſt.ff.de cond.indeb.dicit fatuum eſſe aduocatum,qui ſic proteſta
tur ſimpliciter.

Libellus quomodo admittendus.

Præterea ſi iudex dubitat,an libellus ſit admittendus, vel alij actus ac 23
ſcripturæ coram eo productæ,debet dicere,Admittimus ſi & inquantum
debent admitti,& debet exponi, ſi de iure, & non de facto.Bald.& alij in
l.j.in fi.C.quomod.& quan.iud.gloſſ.ſing.in c. cùm contingat.in verb.ni-
hilominus.de offic.delega. Præpoſi.capitu. ſæpè. colum.iiij.de appellatio.
Alexan.in l.iudex.in fi.ff.de re iudica.Roma.conſil.ccccccj.de Ripa in ca-
pi.cùm M.numero ccccccj.de conſti.Vita.de Camba.in tract.Clauſul.fo-
lio ij.& ſeq.

Et hæc clauſula nihil operatur,quando iudex admittit non admitten 24
da.Bart.in l.ſi quando.in fi.princ.ff.de lega.j.& in l.ambitioſa. col.vij.ver.
quæro, quid ſi in reformatione. ff.de decret. ab ord.faciend.& in l.ille à
quo.§.ſi de teſtamento.verſi.quæro quid operetur.ff.ad Trebel.

Clauſula ad vitandā falſi accuſationem.

Item ſi quis dubitet inſtrumentum eſſe falſum, & interrogetur an eo 25
velit vti, debet dicere quòd ſic, ſi & inquantum: ſcilicet continet veri-
tatem. Alioqui crimine falſi teneretur,l. penultima. C. de probationi.
Bartol.in l.diuus.ff.de falſis.Cynus in l.ſi falſos.C.illo titulo. Baldus in l.
ſi aduerſarius. de fide inſtrumentorum.Vide latè Felyn.in capitulo,cum
contingat. col.tertia & ſeq.de offic.delega. iudex tamen coget illum ad
decla

declarandum præciſè,an eo vti velit.

26 Item ſi iudex dubitat an poſitiones, vel articuli admitti debeant, adiicere debet hanc clauſulam, Admittimus ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum,& ſi non debeant admitti,illa admiſsio nihil operatur.Bart.in l.ſi duo patroni.§.idem iuris. & ibi Iaſ.& alij.ff.de iureiur.Vital.in tract.clauſul. clauſul. ſaluo iure.& idem quando recipiuntur teſtes, docet Bartol.in d.l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad Trebel.refert Guido Papæ in ſing.Dccccl vij. clauſula,ſaluo iure. *Saluo iure, quid operetur.*

27 Prætereà ſi in libello eſt appoſita hæc clauſula,ſaluo iure ſuperflui,nō punietur plus petens.Iaſ.in §.ſi quis agens. no.j.Inſti.de actio. *Saluo iure ſuperflui, effectus.*

28 Item poteſt iudex appellationem ab interlocutoria non admittere,niſi ſi & inquantum &c.vt conſuluit Corne.conſilio lxxx.in deciſiuis.col.j. volu.j. & hoc faciunt iudices in patria iuris ſcripti.vide Iaſ.in l.fin.quæſtio.xxiiij.& ſequen.C.de iure emphyteu.& quæ ibi addidi.

FRANÇOYS, *Article IIII. des publiées 1528.*

ITEM, *& pource que eſdits congez & defaux en pourra auoir, dont les parties ſeront tenues de comparoir en perſonne, ſur peine de banniſſement, ou de porteurs de lettres de remiſsion, ou de pardon, autre qualité, dont par les arreſts donnez par noſtreditte Cour entre les Greffiers des preſentations & criminel, l'expedition & deliurance eſt adiugée par prouiſion au Greffier criminel: Enioignons audit Greffier des preſentations de communiquer ledit regiſtre deſdits congez & defaux audit Greffier criminel, ou à ſes clercs, ou luy deliurer l'extraict deſdits congez & defaux, pour les groſſoyer, & deliurer auſdittes parties, ſans ce que ledit Greffier des preſentations en puiſſe expedier aucuns deſdittes qualitez, ſur peine de nullité,& d'amende, & du recours à la partie contre ledit Greffier pour ſes dommages & intereſts. Et à fin qu'il n'y ait faute eſdittes qualitez, enioignons auſdits procureurs d'exprimer au vray par leur cedulles, & defaux, les qualitez ſelon les exploicts, ſur peine de cent ſolz Pariſis d'amende: qui ſera leuée ſur le procureu, qui aura baillé ladicte cedulle, ſans deport.* Articulus tertius.

GLOSSA VNA.

1 NOTANDVM eſt,quòd partes de iure poſſunt per ſe comparere,aut per procuratorem:ideò vſus procuratorum inuentus eſt,vt qui ſuis rebus ſupereſſe per ſe non poſſunt,per procuratorem ſaltem in exequi valeant,l.j.ff.de procur. *Vſus procuratorũ quã ob rem inuẽtus.*

2 Itaque cùm per procuratorem vna partium comparet, poteſt altera pars eum cogere ad exhibendum ſuum procuratorium, & tradendum illius *Mãdatũ de*

bet oſtendere procurator.

lius exemplum,l.licet.C. de procurato.vt petat reus ſuper eo tempus ad deliberandum:vt docet Specu.titu.de comparit.verſicu. cæterum aduocatus quo tẽpore præſtituto pars ſolet illud impugnare, & pars impugnatum defendere.

Procuratoriũ quomodo iudicetur.

Et iudex his auditis pronunciat procuratorium legitimum, & bonum, 3
vel inualidum : quòd ſi inualidum eſſe iudex protulerit, ſolet dilatio dari illi, qui procuratorium detulerat, vt primo termino afferat aliud idoneum, & inſtructus veniat. Alioqui iudex poteſt procedere tanquam in contumacem contra illum , qui mittit procuratorem non inſtructum.Bartol.in l. prætor.§.defendi.ff.quibus ex cauſ.in poſſ. eat. l.j.§. & quidem. quod cuiuſque vniuerſita. nomi. Panormit. in capitul. conſtitutus. de procura. Nam perſona minus legitima pro nulla reputatur.gloſſ.in capitu.ſi duo.de procur.in vj.capit.penult. de electi.illo libr.facit l.de creationibus.C.de epiſco.audien.

Differentia inter eremodiciũ & cõmeatum.

Quis grapherius expediat defectus criminum.

Ex hoc text.differentia colligitur inter eremodicia,vt vocat Budæ.*defaux*, & commeatum,id eſt,*congé*, quia primum vt dixi datur cõtra reum: 4
ſecundum contra actorem deficientem:& aliquando partes tenẽtur præcisè comparere per ſe: quæ ſi non compareant, Actuarius criminum debet iſtos defectus expedire:ad eum namq; pertinet iſta crimina tractare. 5
ideò debet Grapherius præſentationum illi declarare hos præciſos defectus,nec ipſe debet illos expedire,ſub pœna nullitatis : nullæ enim erunt expeditiones, & proceſſus facti coram Actuario præſentationum , vel ciuili:& demum is Grapherius mulctabitur , ac pars poterit agere ad expenſas,damna, & intereſſe:ideò procuratores in cedulis debent qualitates exprimere ſub pœna centum ſolidorum Pariſi , quæ exigẽtur à procuratore, qui iſtas qualitates non expreſſerit,vt hic.

Perſonaliter comparere quãdo quis teneatur.

Item ex hoc text.habemus quando quis perſonaliter comparere teneatur,primò quando eſt dictum in citatione, vt hic, & quando altera pars tenetur ſic comparere,c.j.de iud.in vj. 6

Idem quando quis defert literas gratiæ,& remiſsionis:ipſe enim per ſe 7
eas præſentare tenetur, cuius forma præſentationis ponitur infrà titu. *des graces, pardons, & remiſsions.* articu.v. etiam quando materia hanc præciſam præſentiam requirit.

Areſtum. Gratia non interinatur per procuratorem.

Comprobatio gratiæ nõ lectæ non valet.

Ideò gratia delinquentis abſentis non poteſt comprobari , nec interi- 8
nari, etiam ſi in literis eſſet conceſſum , quòd per procuratorem interinari poſſet:vt docet Aufre.dicens Senatum ita cenſuiſſe areſto ccxxij. ſuo ſtylo:& literarum gratiæ niſi fuerint lectæ non valet comprobatio. Itidem nec poteſt fieri,niſi coram magiſtratibus Regiis , vt allego areſta in titul. *des graces.* infrà.

Gratiæ in honore feſtiuitatis non dantur pro ſecundo homicidio.

Prætereà ſi ex conſuetudine , vel priuilegio in honorem alicuius ſancti, 9
debeat quis liberari , non poterit liberari is,qui ſæpiùs delictum perpetrauit:ideò pro ſecundo homicidio hæc gratia non proderit : quia remiſſionem veniæ crimina niſi ſemel tantùm commiſſa non merentur, l.iij. C.de Epiſcopali audient. Huius eſt ſententiæ Barbati, in capitulo teſtimonium. columna nona , verſiculo ecce nunc.de teſtib. & atteſtatio. Et

qui

qui parcit malis,probis nocet, vt dicit Volaterran.lib.ix.in princi.& gratiæ quæ iuſtitiam tranſgrediuntur, ne gratiæ quidem dici debere videntur: ex Sopatri epiſto.vt refert Stobæ. in titu.de magiſtra. Alia dicentur in titu. *des graces*.

FRANCOYS, *Article V. des publiées M. D. XXVIII.*

ITEM,*ordonnons ,que des lendemain apres la huitaine, ledict Greffier des preſentations deliurera leſdits congez, & defaux, qui n'emportent gaing de cauſe, à qui les demandera. Et quand aux congez ſimples, differera de les deliurer iuſques apres le ſauf, que ſera baillé en laditte cour. Et le temps paſſé ſera ledit Greffier des preſentations tenu deliurer iceux congez & defaux, pour eſtre apres iugez par laditte cour en la maniere accouſtumée.* Articu l' quartus.

GLOSSA VNA.

1 HIC præſtituitur regula, quando actuarius concedere defectum debeat,& eſt facilis:& hic articulus eſt fuſiùs elucidatus per Ordin.Curiæ inferiùs, vbi videre quilibet poteſt,ne plura. *Iudex an abſentẽ expectare poſſit.*

2 Notandum eſt tamen, quod iudex poteſt de benignitate abſentem expectare,per text.in l.non quicquid. ff.de iudi.& l.j.C. quomodo & quand. iudex.text.expreſſus in cap.dilecti. ibi, diu vltra terminum duximus expectandum. de dolo.c.conſuluit.de offic.delg.

3 Quod eſt verum,niſi ſtylus,aut fori conſuetudo prouidiſſet,quòd non comparentem reum defectus concederetur,& ad decem abſens teneretur, tunc non poterit iudex illi ſtylo derogare, & ius acquiſitum parti auferre in eius præiudicium.gloſ.& Docto.in c.ſæpè.de appel.Alex.in l.ſi finita.§.Iulianus. col.xij. ff.de dam. infec.facit. l.huiuſmodi.§. Stichum.in fin. de leg.j.clem.paſtoralis.de re iudica. vnde putarem quod poſt defectus ab his legibus præſtitutos non poſſet iudex expectare contumacem: vt docet Panor.& alij. in d.c.ſæpè.de appel.

LOYS XII. *des premieres, Article CXXXIII.*

ITEM, *nous enioignons à tous nos baillifs, Seneſchaux & Iuges, ou leurs lieutenans, que auant que eux leuer de leur ſiege, ils facent lire & publier tous les defaux qui par eux ou l'vn d'eux auroyent eſté baillez cedit iour: & qu'ils facent que les preſens ſoyent rabatus ſans rien payer: en prenant appointement, & procedant à la cauſe: & ce faict noſdits Iuges, ou leurs lieutenants leuez ne ſeront plus rabatus leſdits defaux ſans cauſe legitime: ne ſans* Articulus quĩtus.

en appel

en appeller les parties qui les auroyent obtenus, & ſans ce que luy qui aura obtenu ledit defaut puiſſe eſtre mis en defaut dudit iour.

GLOSSA VNA.

Comparenti iudice adhuc ſedente pro tribunali non nocet contumacia.

STATVITVR hic iudices non debere diſcedere à 1
tribunali, donec omnes defectus legantur, & publicentur,
& partes præſentes reſtituantur ſine aliquibus expenſis:
ſed ſi partes ſedente iudice non venerint, non audientur
poſteà ſine cauſa, & ſolutis expenſis; vt in l. ſancimus. C. de
iud. & dixi in tract. de expen. inferius.

Regula cum amplia. & limitatio.

Et ſic ponitur hic regula iuri, conſuetudiniq́; , & ſtylo Curiarum con- 2
formis, videlicèt quod citatus, qui vocatus non reſpondit, ſed iudice ſe-
dente pro tribunali comparuit, reſtituitur ad procedendum in cauſa. Ra-
tio eſt, quia lex præſumit, quòd nō dolo, nec ſua culpa abſuit, ſed quia pa-
rum vocem præconis exaudiuit, l. diuus. ff. de in integrum reſtitu. quæ non
eſt alibi ſecundum Baldum in Margar. in verb. citatio. quæſt. l. ibi, itaque
ſi citatus non reſpondit, & ob hoc more ſolito pronunciatum eſt, confe-
ſtim autem pro tribunali te ſedentem adiit, exiſtimari poteſt non ſua cul
pa, ſed parum exaudita voce præconis defuiſſe, ideóque reſtitui poteſt:
obedientia enim & comparitio reſtituit quod contumacia abſtulerat. l.
vna. in prin. C. de caduc. tollend. facit ca. potuit. de locato. vbi emphyteu-
ta eccleſiæ non ſoluens canonem intra biennium, poteſt purgare moram
celeri ſatisfactione. ſic & veniens iudice ſedente pro tribunali. Idem ha-
betur in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. l. ſi ita quis. §. j. de verbo. oblig. latè
Docto. in l. ſi inſulam. ff. illo titul.

Amplia, quòd poteſt reſtitui veniens iudice ſedente pro tribunali ad 3
procedendum tam in Curia eccleſiaſtica, quā ſeculari, quia hoc ex æqui-
tate fit, quæ debet ſeruari, maximè in Curia eccleſiaſtica cùm eccleſia cul
trix & auctrix ſit iuſtitiæ, non patietur contra iuſtitiam aliquid fieri in ſe,
vel in alterum: priuatus verò ſæpè obuiat iuſtitiæ, ca. j. de aliena. feud. gl. &
Docto. in capitul. ij. de teſtib. & capitul. cùm Bertoldus, de re iudica.

Secundò amplia procedere tam in patria iuris ſcripti, quàm conſuetu 4
dinaria: cùm tam lex quàm Ordinatio Regia vtramque liget, quas ſupra
citaui, per ea quæ not. Docto. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure.

Contumax quando ad expenſas nō teneatur.

Tertiò procedit etiam non refuſis expēſis. Paul. in l. ſancimus. in prin. 5
C. de iudi. dicens illam legem ſic militari. facit iſte text. ibi, *qu'ils ſoyent ra-
batus ſans rien payer:* & hoc probat l. diuus. & not. in capit. venerabilibus.
§. idem. de ſenten. excommunica. lib. vj. †licèt Bald. in l. ſancimus. dicat te 6
neri ad expenſas. in ſtylo Bituricen. ſic diſtinguitur. Aut actor, ſeu eius
procurator veniente reo erat abſens, & tunc teneatur ad expēſas: aut erat
præſens, & non teneatur: & ſic intelligatur opinio Paul.

Ego verò quantum ad terminos huius text. putarem non eſſe facien- 7
dam hanc diſtinctionem. Nam ſi pars iudice ſedente pro tribunali com-
pareat, reſtitui debet ad procedendum, licèt cùm vocaretur, eſſet abſens,

& pro

& prolatus eſſet à iudice contumax,tamen ſimpliciter hic text.dicens *ſoyēt rabatus*,non diſtinguit de parte, vel de procuratore præſente,aut abſente, nec ego diſtinguam: vt docet l.de pretio.ff.de public.in rem act.alioqui fieret fraus legi,& huic Ordinationi:nam pars,aut procurator actoris prolata contumacia in reum,ſtatim à iudicio diſcederet, vt expenſas obtinere poſſet:& ſic in ſua poteſtate eſſet auferre iuris beneficium,quod iuri contrarium eſt:*nam indultum à iure beneficium,nemini eſt auferendum*,regul.indultum.de regu.iur.in vj.Ideò hic veniens iudice ſedente recipietur, licèt altera pars receſſerit, vel eius procurator: nec ſoluet expenſas, ſed tenebitur notificare parti per apparitorem, vt in primo cognitionis die compareat.

8 Quartò, extende etiam ſi veniens nullam probauerit cauſam: quia iſta cauſa reſtitutionis eſt eo ipſo, quòd iudice ſedente venit. Albe.in d.l.diuus.per illum text.Et ita dicit in iudiciis ſeruari quando quis petit reſtitui, debeat probare cauſam, l.j.ff.ex quib.cau.maio.non tamen in hac reſtitutione cùm æquitas hoc habeat: & præſumitur, ꝙ abſens non audierit vocem præconis, & ſic ſua culpa non abfuit: & per illum text.ſolent iudices antequàm contumacem proferant aliquem, facere eum vocare in prætorij hoſtio alta voce,& poſteà ille apparitor refert ſe talem vocaſſe, & tunc à iudice contumax pronuntiatur:& ſic ſolet fieri in Parlamentis Franciæ.

Cauſa in reſtitutione probanda.

9 Quintò,amplia etiam ſi iudex receſsiſſet ob naturæ neceſsitatem:& ille abſens interim veniſſet: vt reſtituendus ſit, ſi iudex redierit ſtatim, argumen.l.cùm antiquitas.C.de teſtamen.quia receſsiſſe non videtur, qui ſtatim rediit,l.iij.ff.de repud.& l.quicquid.de regul.iur.capitul.diuortium.de pœnitent.diſtinctio.j.

10 Sextò iudice ſedente, debet ex æquitate reſtitui, ſiue iudex velit, ſiue nolit.per iſtum textum.ibi,*qu'ils facent que les preſens ſoyent rabatus*,hoc præcipit,& quod præcipitur,imperatur,& quod imperatur,neceſſe eſt fieri, & ſi non fiat,pœnam meretur.capite finali.xiiij.quæſtio.j.alias poterit pars appellare ad ſuperiorem:& eſt iuſta cauſa appellandi, etiam ſi pars vellet aliquas ex hoc conſequi impenſas.Docto.in d.l.diuus.& iudex qui denegauit per ſuperiorem punietur.

Iudex tenetur abſentē eo ſedēte veniētem ſine expenſis recipere.

11 Septimò, habeat etiam locum, ſiue iudex ſedeat pro tribunali, ſiue in auditorio,intra tamen Curiam, ex humanitate, quia eadem æquitas videtur: poſtquàm iudex eſt intra auditorium iam ceſſat contumacia, ergo & pœna ceſſare debet, l.quod dictum.ff.de pact.Ideò præcipit hic quòd legantur, antequàm diſcedant iudices de auditoriis cauſarum, licèt non ſedeant quandoque pro tribunali,ſed infernè.

Iudex etiā extra tribunal dumtamē ſit in auditorio recipit abſentes.

12 Octauò,etiam ſi quis ſub pœna debeat intereſſe Curiæ,vel conſilio,ſufficit ad euitandum eam, quòd conſilio cœpto interſit, vt à pœna excuſetur.& ita obtinuiſſe refert Alber.in ſecunda parte ſtatuto.quæſt.ccxxvij. ſed pone:quia quæ incontinenti fiunt, ineſſe videntur, l.lecta.ff.de rebus credit.& ſic interdum excuſantur, qui in principio actus non interſunt.

Conſilio cœpto vel ſynodo an ſufficiat intereſſe.

13 † Vnde Vicarij, & Curati eccleſiarum,qui debent intereſſe ſynodo, ſufficit, quòd veniant ante finitam Synodum, vel conſilium, nec diſcedant

antequàm diſſoluatur.cap.ſi quis autem.xviij diſtinct. Docto.in capitu.j.de iudic.per d.l.diuus. Idem dicerem in Doctoribus, vt intereſſe etiam debeant antequàm congregatio vniuerſitatis, vel collegij ſeparetur. † Et 14
idem in Conſulibus, Scabinis, & iuratis ciuitatum : debent tamen venire quam primùm poterunt, nec debent *eſſe ſingulares*, vt ſe expectare faciant, ſicut quidam vana gloria duci ſolent, vt ad eos ſæpiùs mittatur, & ij puniendi ſunt.

Limitatiões ad regulã.

Primò limita, quando veniret iudice non ſedente : ita probatur in hoc 15
textu,ibi,*noſdits Iuges,ou leurs Lieutenans leuez ne ſeront plus rabatus* : vt pote ſi iudex iam à iudicio receſſiſſet:nam non dicitur veniſſe,qui hora non debita venit,l.j.§.quid ergo.ff.quando appellan.ſit. Bald.in c.plerumque.col.ij. de reſcript. † Reſtringe,quando iudex ex aliqua cauſa ante horam ſolitam 16
diſceſſiſſet. Bald.in l.ſi cùm ipſa.ff.de excuſatio.tuto.Albe.in l.liberorum. ff.de his qui not.infami.

Iudice diſcedẽte ante horã debitã quomodo abſentes reſtituantur.

Oportet tamen,quòd is qui allegat iudicem ante horam diſceſſiſſe,pro- 17
bet.Bart.in l.ex conſenſu.§.j.ff.de appella.Iac.de Bello viſu in repet.§.contrahentes.c. Romana.nu.42.de foro compet.lib.vj.tamen quia pars debet venire iudice ſedente,ob id ſi non venerit, quandocunque iudex receſſerit,non reſtituetur ſine expenſis:& ita ſeruat vſus foren.quia iudex non tenetur expectare partem,ſed econtrariò:ſic debet tamẽ iudex tempore præſtituto & conſueto adeſſe in cauſarum auditorio.

Iudice manẽte poſt horã in auditorio,an poſſint citati veniẽdo morã purgare.

Ideò ſi iudex erat adhuc poſt horam in auditorio,etiam eo caſu ſine ex- 18
penſis ex æquitate reſtituetur : quia vbi æquitas euidens expoſcit, ſubueniendum eſt,l.diuus.ff.de in integ.reſtit.Eadem eſt æquitatis ratio,ergo & iuris deciſio erit,l.illud.in fi.ad leg.Aquil.Alberi.in d.l.diuus.exponit text. confeſtim, id eſt, antequam recedat.per l.ij.ff.de appel.& iudices debent eſſe ad reſtituendum faciles.† imò ex ſtylo Pictauien.ſi intra vij.dies vene- 19
rit reus purgabit contumaciam:vt habetur in rubr.*de la maniere de proceder, quand l'vne des parties*.artic.j.Curia præſidialis Nemauſi,ac Montiſpeſſulani tempore pluuiarum,niuium,peſtis, aut alterius impedimenti conſueuit interdicere,ne literæ contumaciales expediãtur intra ſex,vel octo dies:quod eſt valde æquum,teſte Berber.in viator.iuris rubr.de iudi.in iiij.parte,verſ. quæro reſpectiuè:& iudices huius patriæ ſolent dicere.*defaut ſauf huictaine*, vel alio tempore præſtituto per ſtylum.

Præſentatiões in parlamẽtis quomodo fiant.

Secundò limita in parlamentis : quia de ſtylo Parlamentorum eſt quod 20
partes, quæ habent agere in eis ad dies Bailliarum, ſeu Seneſchalliarum ſuarum ſe præſentent coram Grapherio præſentationum die aſsignata,vel in craſtinum,antequàm Domini tenentes Parlamentum recedant.Hoc habetur in ſtylo Parlamenti in prima parte,rubr.de præſen.facie.in parlamen. Sic habetur in Ordinatione Regia Carol.vij.articul.xxxvij.vbi in Parlamentis debet præſentari primo vel ſecundo die ad ſummum, vide in titul. *des preſentations*:& hoc eſt immutatum,vt in Ordina.Curiæ conſcriptum eſt ibidem.

Citatio nul-

Tertiò fallit, quando citatio eſſet nulla, tunc debet reſtitui, etiam ſi 21
non

non venerit iudice ſedente pro tribunali,ſed alio die : quia citatio nulla nihil debet operari,argu.l.quoties.ff.qui ſatiſda.cog.& quæ contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.reg.quæ contra ius.de reg.iur.libr.vj.& in ſtylo vbi ſuprà §.item quod dixi.Et quod nullum eſt, non habet imaginem rei.l.vna.C.de latin.liberta.tollen.nec poteſt aliquid ſuper eo fundari. Bald.conſil.cccxxxvj.amplius in iij.volumi.

la an cogat comparere.

22 Quartò reſtringe, quando pars comparuiſſet iudice ſedente pro tribunali,& nihil dixiſſet, vel ſtatim receſsiſſet abſque commeatu iudicis : quia tunc non videtur comparere, qui non ſtetit,& ſic non reſtituetur,l.ſcire.§. ſcire.& ſeq.ff.de excu.tuto.c.j.de iudi.nec ſufficit comparere, niſi expectauerit quantum debuerit, l.ij.§.fi.ff.quib.ex cau.in poſ.eatur. Spe.in titu.de compar.verſi.hic quoque.gl.in l.ſi qua.C.de epiſc.& cleri.& in l.ſi quis decurio.j.de decurio.lib.x.& l.euectionum.de curſu public.lib.xij.Innoc.in c. calumniam.de pœn.& in ſtylo Parlamen.vbi ſuprà.verſic.idem ſi quis.

Veniens ſedente iudice,et ſtatim diſcedẽs abſque cõmeatu, non reſtituitur.

23 Quintò limita in canonicis, qui niſi interfuerint matutinis, ante finem Pſalmi Venite,& in aliis horis ante finem primi Pſalmi,vel in miſſa ante vltimum Kyrie eleyſon,tanquàm abſentes debent haberi,& nihil debent lucrari in illa hora:vt cauetur in pragma.Sanct.in rubr.quo tempore quiſque debet eſſe in choro. † Sextò fallit in ſcholaſticis, qui ſi tardè ad lectionem acceſſerint. & ea nondum finita, non reſtituuntur ad iam dicta : & ideò in principio lectionis debent eſſe, & ante finem non debent diſcedere.text. not.in arg.in clemen.vna.de celeb.miſſ.& ibi Cardi.& Rauen.ponderant. & quilibet diligens debet eſſe in principio actus, vt fructum totius actus reportet : aliàs tarditas ei nocet, & poteſt ei dici, ſera prece ſubueniri tibi deſideras,l.ij.C.de iuris & facti ignoran. 24

Canonici quando ad horas venire teneantur.

25 Vltimò,quando pars venit nõ ſedente iudice, ex cauſa reſtitui ſolet vt pote ſi in itinere captus fuit, & detentus,l.iiij.ne quis eum qui in ius voca. eſt vi eximat.ff.vel ſi per inundationem aquarum, vel niuium venire non potuit,l.ij.ff.ſi quis cautio.

Detẽtus in itinere reſtituitur,ſi ob id non compareat.

26 Idem in alio iuſto impedimento,per iſtum text.ibi,*ſans cauſe legitime*, de quibus ſcripſi abundè in tracta.de excuſa.ſeu exoniis inferiùs.

27 Et tunc dicit iſte text.iudicem nõ debere reſtituere ſine vocatione partis,quæ obtinuit contumaciam,ibi,*ſans appeller les parties, qui auroyent obtenu ledict defaut* : quia dum partis vertitur intereſſe, vocari debet pars, & dum lædi poteſt,l.nam ita diuus.ff.de adopt.

Reſtitutio non fit contra cõtumaciã,niſi vocata parte.

28 Etiam addit iſte text.quòd ſi hæc pars,quæ obtinuit contumaciam, diſcedat,& poſteà abſens veniat, poterit quidem pars, quæ venit iudice ſedente reſtitui : ſed non poterit obtinere contumaciam contra alteram partem,& ibi,*& ſans ce que celuy qui aura obtenu ledit defaut puiſſe eſtre mis en defaut dudit iour*:alia in ſeq.dicentur.

FRANCOYS *Article XXXI. des publiées. M. D. XXXIX.*

QVEN *vertu de deux defaux,bien & deüement obtenus contre le garant, ſera donée ſentence ou arreſt apres la*

Articulus ſextus.

verification deüement faicte par le demandeur en matiere de recours de garantie du contenu en ſa demande.

GLOSSA VNA.

Pro guarā-do ſummā-do vnica ſufficit cita-tio.

QVAMVIS olim tres defectus, vel quatuor requirerentur contra actorem laudatum,ſeu garendum,vt in ſtylo parlamen. patet in tit.de dila.quæ datur pro garendo.§.quicquid.Tamen vnica dilatio pro Garando ſummando datur,vt in tit.de dilat. artic.ij.dictum fuit,nunc verò ſtatuit, quòd ſi actor laudatus & Garendus vocatus, ſemel & iterum deficiat, tunc proferetur ſententia contra eum, poſtquàm actor probauerit id,quod petit,videlicèt venditionem à tali Garendo factam,& alia neceſſaria,de quibus ſcripſi in titu.de dila.etiam datur actio re euicta,quamuis venditor non promiſerit defendere, ſeu garentire emptorem:per l.non dubitatur.C.de euict.alia vide in tit.de euictio.

FRANCOYS, *Article XXIIII. des publiées M. D. XXXIX.*

Articu lus ſe-ptimus.

Qu'en toutes matieres ciuiles, & criminelles, ou l'on auoit accouſtumé vſer de quatre defaux, ſuffira d'y en auoir deux bien & deüement obtenuz par adiournement faict à perſonne,ou à domicile, ſauf que les iuges ex officio en pourront ordonner vn troiſieſme, ſi leſdits adiournemens n'ont eſté faicts à perſonne,& ils voyent que la matiere y fuſt diſpoſée.

GLOSSA VNA.

Olim quatuor defectus, hodie duo ſufficiunt.

ITEM quàmuis olim ex ſtylo generali huius patriæ quatuor re- 1
quirerentur defectus: nempe ſi citatus non comparebat in primo termino,exceptiones amittebat declinatorias, & iterum citabatur viſurus adiudicari vtilitatem primi defectus, & inſerebatur actoris petitio: & ſi iterùm citatus nō comparebat,amittebat & dilatorias:tertiò citabatur viſurus adiudicari commodum, & vtilitatem duorum defectuum contra ipſum obtentorum,vnà cum cōcluſionibus in primo defectu captis,& aliàs procedi,prout iuris fuerit,& rationis: & ſi non comparebat, excluſus erat ab omnibus exceptionibus declinatoriis, dilatoriis,& peremptoriis: quia creſcente contumacia,debet creſcere & pœna, l.relegati.in fi.ff.de pœnis. cap.quoniam.in fin.vt lite non conteſt. Et adhuc iterum citabatur viſurus adiudicari commodum,& vtilitatē tam dictorum trium defectuum, quàm ſummæ,vel rei principalis petitæ.Et ſi citatus nondum comparebat,debebat adiudicari res petita cum expenſis, affirmando iuramento petitionem ſuam eſſe veram,ſi erat ex facto ſuo:ſi verò de facto alieno dependebat,ſufficiebat iurare ſe credere eam veram.Et huius ſtyli meminit Ioan.Faber in l.j.col.viij.& ſeq.C.de ſum.trinit.& Do. Boër.in repet.l.conſentaneum.fol. 9.cum ſequen.C.quomodo & quando iud.vbi miratur ſtari debere iuramento partis,licèt conſuetudo habeat,quòd contumax debeat haberi pro

confeſſo,debet tamen de intentione actoris apparere, & ſi non liquet contumacem eſſe debitorem, debet abſolui.text. in l.ij.§. quod ſi actor. C.de iureiuran.propter calum.dand.& ibi gloſſ.Bartol.conſil.c.colum.iij.incip. à domino Cyno.lib.j.Hippol.ſing.lxxij.hodie eſt deciſum.artic.ix.infrà.

2 Tamen hodie per iſtum text.duo defectus ſufficiunt, & ſic ſunt per iſtũ textum correctæ omnes aliæ ordinationes,& ſtyli contrarij, vt patet in hoc text.ibi, *ou l'on auoit accouſtumé d'vſer de quatre defaux, ſuffira en y auoir deux,* dummodò tamen interuenerint requiſita in hoc text.

3 Primò,quòd reus fuerit bis citatus ſeparatim, & ſic vna citatio ꝑ omnibus non ſufficeret.per gloſ.ſing.in verb.tertio.in cle.j. de vita & hone. cleric.vbi dicit, quòd in caſibus in quibus requiruntur duæ, vel tres citationes,vna etiam peremptoria non ſufficit,nec eſt in poteſtate iudicis illas abbreuiare, quando priuilegium admittitur. quam ſingul.not. Ludouic. Roma.ſingu.dccxix.attende.alia addidi ibidem. *Vna citatio pro duabus an ſufficiat.*

4 Secundò,quòd iſtæ duæ citationes ritè factæ fuerint, & iure, ac ſecundum ſtylum,alioqui non valerẽt, c.cauſam.de dolo.& quoties vitioſa eſt citatio, pro non facta habenda eſt,l.quoties.ff.qui ſatiſda.cogan.l. conſentaneum,ibi,impleta iuris ſolennitate.C.quomodo & quando iud.l.iiij.§. condemnatum.ff.de re iudic.

5 Tertiò requiritur,quòd hæ citationes factæ ſint conſecutiuè.l.ad peremptorium,ibi,mox alterum.ff.de iudic.vnde ſi ſecunda citatio fuerit facta poſt annum à prima,non habebit locum iſte text.quia ordo ſeruandus eſt, l.j.in fi.ff.de vulg.docet Bar.in l.iiij.§.prætor.ff.de dam.infect.Bened. in repet.c.Raynutius.in verb.mortuo.j.nu.190.de teſta. *Conſecutiuæ debent eſſe citationes.*

6 Quartò,quòd ad idem,& contra eundem teneant:vt conſuluit Corne. conſil.lij.in hac conſultatione.col.j.in iiij.volu.Ideò ſi vna facta ſit contra vnum ,altera contra alterum,non habebit locum iſte text. *Citationes de eodem & in eodem eſſe debent,vt inducãt defectum.*

7 Quintò, quòd illæ citationes debita interualla contineant, iuxta ſtylum & conſuetudines curiarum, coram quibus cauſa tractanda eſt.c.j.de dilatio.vt pulchrè ſcribit Bened. in repe.c.Raynutius.in verb.mortuo.in
8 primo.nu.151.de teſta.†Et hoc durante illo Parlamento, ſed eo finito ſecus:vt docet Maſuer.in ſua practi.in j.titu.verſi.item in Parlamento. *Interualla citationum.*

9 Sextò requiritur, quòd in vtraq; citatione contumacia fuerit accuſata, alioqui vtroque non comparente circunduceretur edictum, l. & poſt edictum.§.j.ff.de iudi.& quòd contumacia accuſari debeat, facit tex.vbi Docto.not.in c.j.de iudic.& ſuperius ſcripſi,artic.j. *Accuſari debet contumacia in ſingulis citationibus.*

10 Septimò requiritur, quòd olim quatuor requirerentur defectus in illa cauſa,alioqui vbi duo tantùm ſufficiebant, nihil de illis eſt immutatum, vt in poſſeſſoriis cauſæ nouitatis,vt in Conſuetud.Picta.articu. cccxxxiiij.
11 & in ſtylo Burdeg.articu.j. & ij. eſt declaratum. † etiam vbi vnus defectus ſufficiebat, vt in venditione bonorum captorum ex cauſa rei iudicatæ, vel obligatorij inſtrumenti.doctor.in l.à diuo Pio.ff.de re iudi. idem ſi exiſtens in carceribus ob debitum, citare faciat partem ad videndũ eum elargiri: quæ ſi deficiat, ex hac contumacia extrahetur à carceribus, ſed ex- *Vnus defectus quando ſufficiat.*

penſas, damna, & intereſſe non obtinebit ante duos defectus vt hic, & ita ſcribitur in magno Conſuetu.eod.titul.verſi. *ſi vn priſonnier:* & ibi ſcribit, ſi quis eſſet citatus ad videndum bona vendi,&(vt dicunt) appretiari, ex vna ſola contumacia hoc fiet:vt dixi in tracta.de liter.oblig.

Tertia citatio quãdo à iudice cõcedi poßit.

Nonò, poterit iudex duobus concurrentibus defectibus tertiam decer- 13
nere citationem. Primò, ſi ambæ citationes non ſunt factæ in perſona rei, quia tunc non videtur eſſe permagnus contemptus,vt in l.vna.ff.ſi quis ius dicent.non obtemperaue.

14 Vt ſi vna in facie rei, altera domi facta fuerit, ex officio etiam iudex tertiam concedere poterit:ſi videat materiam eſſe ad hoc diſpoſitam : vt eſt in text.& diſpoſita videtur, ſi iudex dubitet non perueniſſe ad notitiam citati, vt potè quia ſcit eum cauſa reipublicæ abeſſe, & quia vna citatio domi facta eſt,altera in facie, & ſic ambæ, vt requirit iſte text. citationes non factæ in perſona,& relinquitur arbitrio iudicis,vt in l.j.ff.de iure delibe. an materia ſit diſpoſita vel non.

15 Nec poterit pars ob hoc appellare, cùm officio iudicis relinquatur, quod eſt latiſsimum,l.j.ff.de iuriſdi. omni. iudic.& nemini facit iniuriam, ſi ſuo iudex vtatur officio, l. j. §. permittitur.ff.de aqua quotidiana & æſtiua. vbi Bart.per regu.iuris.

Minores his ligãtur legibus.

16 Decimò, an hic comprehendantur minores dubitari vidi, ſed & comprehendi communiter receptum eſt, quia conſuetudo & ſtylus ligant etiam minores,l.ſi ſine.§.Lucius.ff.de adminiſtr. tut.l. minor etiam. de mino.plenè Boër.in deciſ.Burdegal.q.lxiij.minor.& Soci.conſ. cxxiiij. num. 5. in iij.volum. ſed reſtituuntur, quia non dicuntur in vero dolo, ſed præſumpto.Bart.in d.l.minor etiam.& in l.vbi.ff.de edend.Iaſ.in l.neque.col. vltim. de in ius vocand.

IDEM *Article xxvj.*

Articulus octauus.

En toutes actions ciuiles, ou y aura deux defaux, ſera par vertu du ſecond le defendeur debouté des defenſes.

GLOSSA I.

Priuilegiũ perdit cõtumax.

1 ANTE iſtam Ordinationem talis (vt dixi arti. præceden.) ſeruabatur in Curiis huius Franciæ praxis, vt contumax propter quatuor defectus perderet exceptiones declinarias,dilatorias, & peremptorias, quas vocat hic, *defenſes*, & hoc erat tam in actionibus perſonalibus, realibus, quàm miſtis, etiam ſi in ſecunda citatione compareret, amittebat declinatorias, quia contumacia facit perdere beneficium,l.de die.§.planè.ff.qui ſatiſda. cogan. & l.ſi finita. §. item videamus.verſ.illud. ff. de damno infecto. l. eum qui in poſſeſsionem. de priuileg.credit.& Innoc. in ca. præthereà. in fi.de dilatio. Ioan.Fab.ff. de iudic.in l.fi.C.de exceptio. Angel.in l.eum qui. ff. de iudic. Panorm.in ca.j. col.v.de iudic.& ibi in addi.Maſuer.eodem titul. §. item in petitorio. Imol. in ca.ſi duobus.colum.ij.de appellatio.Alexan.in l.ſi quis ex aliena.ff.de iudic.Hippol.in l.de vno.num.220.de re iudi.& l.ſi quis ne quæſtio.nu. 116. de quæſtionib.

Et hoc

2 Et hoc introductum erat tam in odium contumaciæ, quàm etiam quòd contumacia facit perdere priuilegium, vt ſcripſi, etiam quia habetur pro confeſſo,l.locorum.C.de omni agro deſerto.lib.xj.ca.fin.de confeſsis.in vj. & quia abſentia pro præſentia habetur contra abſentem: quia Dei præſentia repletur,l.properandum.§.& ſi quidem.C.de iudic.

Abſentiam contumacis ſupplet Dei præſentia.

3 Sed ſi fuiſſet præſens, & tacuiſſet, nõ potuiſſet eas opponere, poſtquàm in principio eas non oppoſuit,l.ita demum.C.de procur.l.peremptorias.C. ſent.reſcindi non poſſe.Ergo nec etiam poterit illas opponere, quando fuit abſens,ne contumax melioris conditionis reputetur,quã præſens,contra §. ſi autem ille quidem nũtiet,in auth.vt omnes obediant iud.prouinc. coll.v. Peruſ.in c.ſi duobus.nu.22.de appel.Barba.in cle.vna.col.iiij.de excep.

4 Item quod bene fecit iudex,non debet reuocari,ca.audita.de reſtit. ſpoliato. dixi latè in interpretatione l. quod iuſsit in ratione dubitandi. & in not.ff.de re iudica. Sed iudex bene fecit, quando ad vlteriora proceſsit, vt patet.ergo non debet reuocari,ſed ſi exceptiones admitterentur,reuocaretur quod iudex ritè,& bene fecit, igitur hoc non fiet:vt docet Innoc. in ca. prætereà.in fin.de appella.

Nõ reuocatur quod iudex benefecit.

5 Amplia etiam ſi aliqui haberent priuilegium, vt non poſſent conueniri in prima inſtantia, niſi in ciuitate, vt habent ciues Montiſpeſſulani, tunc etiam perderet priuilegium declinandi non comparendo, poſtquàm expreſsè poſſunt renuntiare, ergo & per contumaciam: ſic concluſum eſt per conſilium Neapol.vt patet deciſ. cxxxiij. fuerunt citati. Alex. in additionibus ad Bart.in l.ſi quis ex aliena.ff.de iudic.

Ciues per cõtumaciam perdũt priuilegiũ fori.

6 Limita primò,quando exceptio eſſet notoria.gloſſ.ſingu.& ibi Panor. in c.ſuper literis.in verb.niſi forſan.de reſcrip. vbi quando notoriè conſtat citantem non habere iuriſdictionem, citatus non tenetur comparere, & ſic nec perdit ſuam exceptionem.Sic conſuluit Alex. conſ. lxxvij. viſis. col.iiij. in iij.vol.& hoc intellige,quando notorium erat tam partibus, quàm iudici non habere ipſo iure iuriſdictionem,ſecus ſi ipſo iure habebat, ſed quæ elidi poterat:vt not.Pan.in c.ſi duobus.de appel.& ibi Feli.& alij.Iac.in l.non videtur fruſtrandæ.col.ij.ff.de iud.

Notoria exceptio nõ admittitur.

7 Secundò limita, quando contumax vellet allegare exceptionem incompetentiæ,per gloſſ. ſingu. in clem. vna. in fin. de ſequeſtratio.poſſeſsion.& fruct.quam ſingularem not.ibi Card.& Imol. Bald. in Margar. in verbo iudex.quæſt.clxij.& in verbo,lis.quæſt.xxix.ſcripſi in tract.de ſentent. execut. artic.iij.gloſſ.ij.

8 Et nota, *quòd nunquàm fit prorogatio ipſo iure per contumaciam in iudicem incompetentem,* ca. j. & gl.de offic.deleg.nec talis citatio arctat citatum: diuerſum eſt ſi iudex eſſet competens, ſed remoueri poſſet per exceptionem: quia tunc non excipiendo valet proceſſus. Bald.in l.ſi qui ex conſenſu. col. iij. C. de epiſcopali audien. per gloſſ. in cle.vlt.vt lite penden.Deci.in ca.ſi duobus iij.nota. de appel. quia ius excipiendi non durat amplius in abſentia,quàm in præſentia. Imol.in l.quidam conſulebant. ff. de re iudic. Feli.in c.ſi duobus.Iaſ.in l.ita demum.C.de procur.

Prorogatio in iudicẽ nõ fit incompetentem.

Etiam

Iudex incõpetẽs nõ priuat partes exceptionibus.
Areſtum.

Etiam ſi ſemel, & iterum fuerit contumax coram incompetente, adhuc 9
poterit exceptiones declinatorias allegare: quia poſtquàm non eſt iudex,
non poteſt priuare partem exceptionibus: & ſic iudicauit Senatus anno
1533. die x. Martij, annullando ſententiam conſeruatoris Pictauien. eò
quòd quidam non Scholaſticus conuenerat aliquem, qui noluit compare-
re, & is priuauit eum ſuis exceptionibus, ex quo ipſe appellauit.

Praxis pronuntiãdi ſuper exceptionibus contra contumacẽ.

Item oportet quòd ſuper iſtis exceptionibus pronuntietur, vt conſu- 10
luit Deci. conſ. cvij. in cauſa. col. j. Et ſolet iudex pronuntiare defectus de-
bitè fuiſſe obtentos, & continuatos, & declarare reum eſſe verum contu-
macem & deficientem, ac omnibus exceptionibus declinatoriis, dilatoriis,
& peremptoriis cecidiſſe, & excluſum fuiſſe, &c. hoc expreſsè docet Boër.
in deciſ. Burdeg. q. lxiij. minor. in fine.

Contumax impeditus reſtituitur.

Tertiò limita, niſi haberet iuſtum impedimentum infirmitatis, aut quæ- 11
dam alia, quæ numeraui in tract. de excu. infrà, & tunc reſtituetur non ob-
ſtante contumacia, & vt vulgò dici ſolet, *les defaux ſeront rabatus*. Bartol. in l.
non videtur fruſtrandæ. ff. de iud. & l. ij. verſ. ſed quæro quid ſi proceſſum.
ff. ſi quis in ius voca. non ierit. Innoc. in c. præthereà. Pan. & Deci. in c. ſi duo-
bus. de appel. † Quartò niſi hoc à Principe concedatur, vt non obſtante 12
ſtylo poſsit dictas exceptiones opponere, quod poteſt Princeps, ca. propo-
ſuit. de conceſsio. præbend. Ideò literæ tunc Regiæ impetrandæ eſſent, vel
niſi ipſa pars purgaret contumaciam, ſoluendo expenſas, tunc ad priſtinum
ſtatum reduceretur: ne duplici onere grauaretur, vt ſcribitur in capite, at ſi
clerici. in fine. de iudic.

Citatio nulla nihil facit cõtra contumacem.

Vtilitas defectus intra annum petenda.

Quintò, niſi citatio eſſet nulla: quia hæc non arctat citatum ad compa- 13
rendum, nec ad deliberandum, nec per eam aliquid amittitur. Anton. de
Butr. per illum text. in d. c. prætereà. Roma. conſ. xlij. viſis. Dec. conſ. ccclx.
perſcrutatis. col. j.

Sextò fallit, quando actor non accuſaret contumaciam, & defectum in 14
termino præſtituto, vt debet, iuxta d. l. properandum. §. & ſi quidem. C. de
iudic. dixi ſuprà eod. artic. j. hoc expreſsè tenet Boër. in d. l. conſentaneum.
fol. 8. Item ex ſtylo Franciæ eſt, vt quis vtilitatem defectus intra annum
petat, alioqui lapſo anno non auditur. capitul. plerunque. vbi Dec. de re-
ſcriptis. habetur in magno Conſuetu. eodem titul. libr. iij. verſicul. nota,
en aucun default.

Amiſsio exceptionũ ob cõtumaciam non nocet in alia cauſa.

Septimò limita quo ad tertium, à quo ſi de nouo conueniretur, etiam 15
coram illo iudice, & conuentus compareret, non perderet declinatorias
propter abſentiam, & contumaciam in alia cauſa commiſſam. caſus ſingu-
laris in l. ſi quis libertatem. ff. de petitione hæreditat. Corſet. ſingular. inci-
pien. clauſula, in primo: quia res inter alios acta, aliis non præiudicat, vt eſt
in rubric. C. ſic incipiente. alia ſuper hoc vide per Felinum. & alios in capit.
inter monaſterium. de re iudicata. & per Iaſonem & alios in l. ita demum.
C. de procuratorib.

Et par meſme moyen eſt permis au demandeur de verifier
la demande, & apres l'enqueſte faicte ſera la partie adiour-
née

née pour veoir produire lettres, & tiltres, & bailler contredits ſi bon luy ſemble, & prendre appoinctement en droict, ſans ce qu'il ſoit neceſſaire ordonner, que le defaillant ſoit adiourné pour bailler ſon ny.

GLOSSA II.

1 QVAMVIS olim in tertio defectu, vt dictum fuit, quis amitteret defenſiones, hodie per iſtum textum in ſecundo, & permittetur actori probare & inſtrumenta, & teſtes producere ad probandum ſibi deberi id, quod petit, & poſtquàm actor probauerit, adhuc citabitur reus contumax ad videndum produci inſtrumenta, titulos, & alia cauſæ munimenta, & ad contradicendum dictis inſtrumentis, & documentis per actorem productis: qui ſi compareat, cauſam proſequi debet in eo ſtatu, in quo eam reperit. Alex. in l. ſi perluſorio. §. j. ff. de appel. Philip. Peruſ. & alij in c. cum ceſſante. colum. xj. ver. ſed & in his. illo titul.

Contumax in vno in aliis eſt citandus.

2 Et hoc probatur regula, quòd contumax in vno articulo, in aliis eſt citandus. gl. not. in c. vlti. de dolo & contu. lib. vj. facit l. aut qui aliter. in princ. & l. fi. §. fi. ff. quod vi au clam. Specu. in tit. de cita. §. viſo. verſi. item licet. col. iiij. & ibi in addi. facit c. prætereà. de appell. gloſſ. & Doct. in c. conſuluit. de of. deleg. Lucas de Penna in l. omnium. C. de omni agro deſerto. libro xj. Bart. in l. ſtatuliberos. §. Stichus. ff. de ſtatulib. & in extrauag. ad reprimendum. in verbo, ſuper dicto crimine. & in verb. per edictum. circa fi. in l. conſentaneum. & ibi Docto. Boër. C. quomodo & quando iud. Bald. in rubr. de dol. col. ij. Deciſ. conſil. ccxxiij. Alex. conſil. cxxxvij. in cauſa. col. iij. volumi. ij. Socy. in tracta. de citatio. artic. v. q. xxix. Hippol. in repetitio. l. de vno. nume.
3 224. ff. de re iud. Nico. de Milis. in verbo, citatio. q. lxx. † Et ſic licèt citatus ad videndum iurare teſtes non compareat, tamen debebit citari ad producendum inſtrumenta, & ad publicationem, atque ad alios actus, teſte Luca in l. ſi apparitor. col. j. C. de cohortal. lib. xij. Inn. in c. eccleſia veſtra. col. j. de
4 elect. † Ratio eſt: quia contumacia proueniens ratione delicti, dicitur eſſe delictum, l. omne delictum. & ibi Bar. ff. de re milit. gl. in l. ſi filius qui. & ibi addidi, de interrog. act. Iaſ. in l. vna. in fi. ff. ſi quis ius dic. non obtem. Sed in delictis pœna non egreditur terminos delicti, l. reſcriptum. in prin. ff. de his quib. vt indict. l. ſancimus. C. de pœnis.

Cõtumacia eſt delictū.

Abſentia in vno actu, nõ præiudicat in aliis.

5 Secunda ratio eſt, quia abſentia in vno actu etiam iudiciali ſibi tantùm in illo actu præiudicat, & non in aliis, gl. no. in cle. ſæpè. in verb. partibus. de verb. ſigni. ſequitur Panor. in c. quoniam contra. in fin. de proba. Paul. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdi. omnium iudi. Barba. in c. j. colum. ij. de libelli oblat. Fely. in c. cùm dilecta. col. xj. de reſcri. & ca. ſi quis contra. colum. iij. de foro compet. nec maior debet eſſe pœna, quàm contumacia.

6 Item tacita renuntiatio in vna re, non nocet in alia. Innoc. in c. cùm veniſſent. circa finem. de teſtib. Iaſ. in l. ſi priuſquàm. col. ix. nu. 3. de operis noui nuntia.

Item

Item ex diuerſis non infertur,l. Papinianus exuli.ff.de mino.l.fin.de ca- 7
lum.& quia ſeparata nihil commune habent: vt in ſimili dicit text.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.poſſ.& qui in vno non patuit,hodie parere poteſt.l.j.§.ſi quis adita.& l.filij.ff.ad Tertul. Et inſtrumentum falſum in vno,remanet verum in aliis,l.ſi ex falſis.C.de tranſact.

Amplia etiam procedere in iudicio ſummario. Socy.conſil.cxcv.circa 8
primum.col.pen.verſi.confirmantur præmiſſa.in ij.volu.quia in his proceditur ſicut in plenariis, niſi in caſibus à iure expreſsis.clem.ſæpè.de verbo. ſigni.& ſcripſi in tracta.de ſent.executo.artic.ix.gl.ij.

Secundò,amplia tam in ciuilibus,quàm in criminalibus.Bartol.in extra- 9
uagan.ad reprimẽdum.in verb.ſuper dicto crimine. & in verb.per dictum. circa fi.quia in his de maiori agitur periculo,ergo cautiùs erit agendum,& ſic abſens non damnabitur ſaltem quo ad crimen: licèt quo ad intereſſe partis,iſte text.poſſet locum habere.l.abſentem.ff.de pœnis.

Tertiò,amplia tam in curia ſeculari,quàm eccleſiaſtica,cùm vbique ea- 10
dem ſit ratio æquitatis, ergo eadem iuris debet eſſe deciſio.l.illud.ff.ad legem Aquiliam.Fely.in c.j.col.iiij.de iudic.

Confitens vnũ non fatetur aliud.

Quartò, amplia quòd contumax in vno capitulo non habetur pro con- 11
feſſo in alio.Bal.in l.generaliter.§.j.de reb.credi.

Quintò,extende tam in contumacia non venientis, quàm in alia.Alb.in 12
l.ſtatuliberos.§.Stichus.ff.de ſtatulib.Bal.in d.l.generaliter.§.j.col.ij.

Sẽtẽtia deſiderat nouam citationem.

Sextò,procedit etiam in ſententia,vt citatus ad proceſſum,iterum ſit ad 13
ſententiam citandus.gl.ſingula.in l.quæſitum.ff.de re iudic.Bald.in Marg. in verb.citatio.quæſtio.lvj.citatus.c.vlti.de dolo & contum.libr.vj. Domi. Boër.in l.conſentaneum.fol.14.verſicu.octauò opponitur.& ibi in additio. ad eum.C.quomodo & quando iudex.

Septimò,amplia etiam ſi citatus comparuiſſet in omnibus actibus,præ- 14
terquàm in ſententia, vt ſi ſit in ea abſens, adhuc erit citandus. Ancha.in cle.j.de foro compet.Fely.in c.cùm olim.col.ij.de teſti.

Noua iuriſdictio inducit nouam citationem.

Octauò,procedit etiam ſi iuriſdictio veniret de nouo:vt ſi locum tenens 15
cognoſcit vt iudex Ducis, ſed per reſcriptum ei mandatur, vt cognoſcat tanquam iudex Regius,debebit de nouo citare partes:quia noua eſt poteſtas,& noua iuriſdictio, ac nouus ordo, l.edictum.ff.de iudic.ſic conſuluit Bal.conſil.iiij.quidam.in v.volu.

Cõtumacia reſpiciẽs totũ iudicium

Nonò,amplia etiam in mulcta. Bart.& alij in l.vna.in princ.ff.ſi quis ius 16
dicen.non obtemp.dixi latè in l.aliud eſt mulcta.ff.de verb.ſigni. † Primò 17
limita.quando contumacia reſpiceret totum iudicium.cle.j.de dolo.Ioann. Ang.in c.eccleſia veſtra.ij.col.iiij.de elect.Iaſ.in l.ſi priuſquam.col.ix.num. 31.ff.de noui oper.nuntiatio.quia hoc caſu in omnibus cenſetur contumax.

Secundò fallit, quando notorium eſſet defenſionem nullam competere. 18
Panor.Felin.& alij in c.cùm olim.col.v. de re iudic. Hippoly.ſing.xx. Boër. in repet.l.conſentaneum.in iiij.oppoſitio.in fin.C.quomodo & quando iudex.Hippo.plenè in repetit.l.de vno.ff.de re iudica.hoc tamen vſu forenſi vix ſeruaretur in Francia.

Tertiò

19 Tertiò limita, quando citatus eſſet ad totam cauſam. Innoc.in c.conſu-
luit.in fi.de of.deleg.& in c.auditis.col.j.de procu. Bal.in Marg.in verb.ci-
tatio.q.lvj.Philip.Franc.in c.j.de elect.lib.vj. Bal.conſil.iiij.quidam in v.vo-
20 lu.Oldr.conſi.xij.quæſtio. † Si tamen ſemel compareret, expiraret vigore
edicti.not.in l.& poſt edictum §.circunducto.ff.de iud.Berber.in viator.iu-
ris,in rubr.de iudi.in quarta parte.verſic.quæro quid operetur. Soci.conſil.
cxciiij.circa col.penulti.volu.ij.& poſſet poſteà citari per præconem miſ-
ſum per ciuitatem. Philip. Franciſc.in c.ij.de dolo & contu.lib.vj.ſed iſtæ
citationes ad totam cauſam raro fiunt in Francia.

Citatus ad totam cauſam.

21 Quartò reſtringe, quando prima citatio fit cum comminatione, quòd
procedetur ad alios actus non obſtante contumacia.gl.in l.ſi apparitor.C.
de cohorta.lib.xij.Corſet.in ſing.incip.citatio.in iiij.Philip. Peruſ.in c.j.§.j.
de elect.libr.vj.in curiis Franciæ adhuc ſolet fieri citatio ad ſingula capita:
22 vt vidi in multis curiis. † Quintò limita, quòd contumacia repellit in vno
eodémque negotio, ſecus in alio,& inter alias partes.gloſſ.in l.ſed & ſi per
prætorem.§.ſed ſi dum decreto.ff.ex quib.cau.ma.& Iaſ.in l.priuſquàm.ff.
23 de no.ope.nuntiat.†Sextò modera, quando iudex ob contumaciam vellet
eum declarare contumacem:quod poteſt ſine alia citatione,c.j.de iudic.ca.
certum.xj.q.iij.cap.querelam.de procu.etiam ſi ille contumax poſſet ſe de-
fendere allegando cauſam probabilem,cur non comparuit.Bart.& Alex.in
l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de dam.infect.Barba.conſil.xviij.in primo volumine.
in Francia citatur iterum,vt dixi ſuperiùs.

Iudex in prima citatione poteſt declarare abſentē contumacem.

24 Septimò reſtringe, quando eſſet citatus ad actum, qui haberet depen-
dentiam,vel connexitatem neceſſariam cum actu,de quo fuit citatus.cap.ſi
capitul.§.j.& ibi Docto.de conceſ.præbend.lib.vj. Fely.in c.cùm olim.col.
ij.de teſtib. Hippol.in rub.ff.de fideiuſ.q.xxv.nu.192.quia acceſſorium ſe-
quitur naturam ſui principalis,l.cum principalis.ff.de regu.iur.& regul.ac-
ceſſorium.illo tit.lib.vj.

Citatus in vno cōnexorum in alio cenſetur eſſe citatus.

25 Octauò modera,quando citatus aſcenderet equum, & ſtatim poſt cita-
tionem iret in partes longinquas,& hoc iudici conſtaret. Bald.in l.ij.in fin.
C.quomodo & quando iudex.Alex.in d.§. Stichus.l.ſtatuliberi.ff.de ſtatu-
liber.in addi.ad Bart.adhuc tamen eſſet citandus: quia fortè poteſt procu-
ratorem reliquiſſe,vel conſanguineo mandatum dediſſe.

Citatio iuris.

26 Nonò non procedit in citatione iuris, pro qua quis tenetur venire in-
ſtructus.c.j.& ibi Philip. Peruſ.de elect.libr.vj.quam elucidaui in tracta.de
citatio.ſuprà.

27 Decimò limita in pœna reſpiciente proceſſum, vel acceſſoria, vt in ex-
penſis, in quibus iudex condemnare poterit ſine noua citatione.Cyn.&
alij in l.ſancimus.C.de iud.Bar.& ibi Alex.in addi.ad eum.in l.deſertorem.
§.ſi ad diem.ff.de re mi.& hoc quando debentur ratione contumaciæ.Inn.
in c.calumniam.de pœnis. Felyn.in capit.j.colum.iiij.de iudic.Secus ſi de-
bentur ex eo quòd temerè litigauit.c.j.de reſtit.ſpol.lib.vj.Nico.de Milis in
verb.citatio.quæ.lxx.in Francia tamen iterum ſolet reus citari, vt ſuperiùs
dixi.

Ex prima contumacia non taxantur expenſæ.

28 Vndecimò,quando citatus ad vnum actum diceret ſe nunquam compa-
riturum

Citatus aſſe-

rens ſe nunquã compariturum.

riturum coram illo iudice, à quo citatur, vel nunquàm venturum: ſecus ſi ſimpliciter diceret ſe nolle venire: quia licèt nunc venire nolit, in alio fortè actu veniet. Gloſſ. Doctor. & alij in d.c.ij. de dolo. lib. vj. Bart. in l. ex conſenſu. §. fi. ff. de appel. gloſ. in clemen. vna. de dolo. & ibi Docto. c. vno. de milite vaſſal. qui contumax eſt. in vſib. feudor.

Recedens tãquam appellans non eſt amplius citandus.

Duodecimò fallit, quando quis recedit appellans, tunc dicitur contu- 29
max, & videtur proteſtari, quòd de cætero non vult ſub eodem iudice litigàre. c. fi. de dolo & contumac. libro vj. clemen. vna. illo titulo. Ideò amplius non eſt vocandus: ſecus in alio contumace. Innoc. pulchrè in c. ad petitionem. col. j. de accuſ. Oldra. d. conſil. xij. quæſtio. in fin. alia vide per Boër. in repet. l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex.

Idem Article XXVII.

Articulus nonus.

Qu'au parauant que donner aucunes ſentences contre les defaillans contumax, & non comparens, le demandeur ſera tenu faire apparoir du contenu en ſa demande.

GLOSSA VNA.

Actor etiã contra cõtumacẽ debet ſuam petitionem verã probare.

ANTEQVAM ſententia definitiua proferri poſſit contra 1
abſentem, petitor probare debebit contenta in petitione vera eſſe, aliàs non obtinebit: ſed contumacia rei punietur. l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudic. conſtare enim debet, liqueréque Prætori debitum eſſe, text. in l. hæc autem. §. j. ff. qui. ex cau. in poſſeſ. eat. & reprobatus fuit contrarius Caſtelleti ſtylus in iuridicis con-

Areſtum.

uentibus Molinis habitis anno 1540. die xvij. Septembris. † Et cùm olim 2
iuramento partis ſtaretur, dabatur materia peierandi: ideò per iſtum text. hoc probare oportet. hodie etiam pars tenetur petitionem ſuam iuramento firmare veram eſſe, ſi ex ſuo pendeat facto, ſecus ſi ex alieno: quia tunc ſufficit iurare ſe credere eam eſſe veram: ſcilicèt ratione ignorantiæ, quæ hic legitimè ſolet interuenire, l. qui in alterius. ff. de regul. iur. & inferiùs dicetur, & probatur etiam in l. ij. §. quòd ſi actor. & ſequent. C. de iureiur. propter calum. dand. & ita docet Maſuer. in ſua practic. tit. de contumacia, verſ. item ſi ad diem. Iacob. Rebuff. per illum text. l. ſi apparitor. C. de cohortali. lib. xij.

Qualiter procedatur contra abſentem.

Notandæ ſunt inſuper quædam concluſiones, qualiter procedatur de 3
iure contra abſentem in cauſis ciuilibus: quarum prima eſt, quando aliquis non poteſt reperiri, nec eius procurator, vt pote quia iuſta de cauſa eſt abſens, videlicèt ſtudiorum, vel alia, de quibus in l. final. ff. de in integrum reſtitutio. practica iuris eſt vt iudex committat ſeruienti, quòd perquirat dictum abſentem: & ſi non poſſit inueniri, detur curator bonis abſentis ad requiſitionem creditoris, & poſteà ille curator poterit conueniri, & condemnari: & executio fiet in bonis abſentis, l. ab hoſtibus. §. j. ff. ex quibus cauſis maiores. l. ignorare. vbi Bartol. & Paul. C. de reſtitut. milit. & in rubric. ff. de curato. bon. dando & adhuc ſeruari peteſt in Francia.

4 Secunda concluſio eſt, quando aduerſarius fuit citatus, & ante litem conteſtatam eſt contumax, tunc contra eum procedetur ad miſsionem ex primo & ſecundo decreto, iuxta.c.fin. §.in aliis. vt lite non conteſtata. glo. in c.conſultationibus.& ibi Doct.de offi.delega.l.ſi finita.§. Iulianus. ff. de dam.infe.Sed ex iure harum Ordinationum procedetur vt hic.

Primum decretũ quando decernebatur & ſecundum.

5 Tertia concluſio quando aduerſarius non eſt abſens, ſed occultat ſe, & latitat, ne citatio ad eum perueniat, tunc habetur pro citato, quantum ad miſsionem in poſſeſsionem,l.Fulcinius §.j.ff.quib.ex cauſ.in poſ.eat.Deci. in d. c. conſultationibus. in hoc caſu debet fieri citatio domi:vt dixi ſuprà in artic.j.de citatio. & tertia ex officio iudicis decernetur citatio:vt dictum fuit artic.ſuprà proximo.

Latitãs habetur pro citato.

6 Quarta concluſio, licèt de iure Codicis abſente actore poſt litem conteſtatam reus deberet abſolui ab obſeruatione iudicij,l.properandum.§. & ſi quidem.C.de iudi.iure tamen nouiſsimo poterit reus procedere abſente actore,& iuſtificare ſuas exceptiones,& abſoluetur non ſolum ab obſeruatione iudicij,ſed & definitiuè procedetur. Authen.qui ſemel. C. quomod. & quand.iud.quæ praxis in curiis Franciæ ſeruatur,quando reus.vult probare. alioqui abſoluetur ab obſeruatione iudicij, & inſtantiæ. Et reus non tenetur per iſtum text. probare ſuas defenſiones abſente actore: quia hic tex.de actore loquitur, & non de reo: ideò in eo locum non habet, per l. cum prætor.ff.de iud.ſed abſente actore reus etiam ſi nihil probauerit abſoluetur ab inſtantia,per l.qui accuſare.C.de edend.l.circa.ff.de prob.

Actore abſente reus duplici modo poteſt procedere.

7 Ibi in text. *le demandeur ſera tenu faire apparoir du contenu en ſa demande.* Colligitur quòd iudex non debet condemnare contumacem ad id, quod actor petit,niſi actor hoc probauerit:liquere enim prętori debet antequam condemnet.l.hæc autem.§.j.ff.quib.ex cauſ.in poſ.eat.Alioqui in poteſtate actoris eſſet extorquere ſummam non debitam ab abſente: ideò iura his malitiis obuiant,l.in fundo.ff.de rei vendica.

Actor abſente reo etiam debet probare.

8 Facit quod conſuluit Barba. conſil. xliiij. ſcribitur. colum. v. & ſeq.in j. volu. num. 9. quòd ſi iuriſdictio competebat vicario ratione impedimenti exiſtentis in ſuo collega, ſi non appareat de impedimento illius collegæ, non poterit vicarius cognoſcere.c. ſcitatus. de reſcriptis, & oportet quòd probetur illa qualitas,& pronuntietur ſuper ea, teſte Inno. in c. Romana. §.contrahentes.de foro compe.in vj.

Collega vt poſſit ſine collega procedere, tenetur probare impeditum eſſe collegã.

9 Etiam conſuluit Ange. Florentiæ, quòd ſi poteſtas debeat exequi ſententias latas in cauſa mercaturæ, priùs tamen debet ſibi conſtare eſſe latas in illa cauſa mercaturæ.c.j.de foro competen.in vj.vt refert, & ſequitur idem Barb.conſil.lvj.à Ioue.col.iij.in iij.volu.pro hoc facit text.in §. planè. de teſta. mili. in Inſtit. quòd etſi valet militis teſtamentum coram duobus teſtibus,oportet tamen conſtare quòd à milite factum ſit.

Probatũ debet eſſe priuilegium antequam vi illius exequatur ſententia.

10 Prætereà clericus poteſt torqueri ſi infamis ſit, vel diffamatus de crimine,c.j.de depoſit.Oportet tamen quòd priùs conſtet de infamia, ſeu diffamatione,vt conſuluit Barb.conſi.xlvij.ſcribitur.col. xvj. in j. volu. & Doct. in d. c. j.de depoſi. ſic & hic conſtare debet debitum eſſe actori,antequàm reus abſens condemnetur.quod eſt vtile.

Infamiã in clerico probatam eſſe oportet vt torqueri poſſit.

FRANÇOYS *Article XXVIII. des publiées. M. D. XXXIX.*

Articulus decimus.

Que les vrays contumax ne ſeront receus comme appellans: ainçoys quand par la deduction de leurs cauſes d'appel, & defenſes au contraire, il appert que par vraye deſobeiſſance, & contemnement de iuſtice, ils n'ayent voulu comparoir, ſeront declarez non receuables, comme appellans, & ordonné que la ſentence dont a eſté appellé, ſortira ſon plein & entier effect, & executée nonobſtant oppoſitions ou appellations quelſconques.

GLOSSA VNA.

Verius contumax non appellat.

STATVITVR in hoc text.quòd condemnatus per contu- 1
maciam veram non appellat: & hic articulus eſt iuri confor-
mis,ca.fi.§.ſunt etiam.quorum.ij.quæſt. vj. & l.ex conſenſu. in
fi.ff.de appel.Glo. & Doc.in clem.vna de dol.& contu.vnde ſi
Titius citatus, & inuentus non comparuerit, & ego oſtenderim me mu-
tuaſſe ei decem aureos,& citatus bis,& vt leges Regiæ diſponunt,non ve-
nerit,ſi demum à iudice condemnatus fuerit,appellare non poterit, l. j. C.
quorum appel.non recip.l.properandum.§.cùm autem.C.de iudic.

Requiſita in text. nouem.

Et ſic ex hoc tex. ſequentia requiruntur. Primò quòd iſte ſit citatus, & 2
in ius vocatus,alioqui non poſſet dici contumax : idem tamen dicerem, ſi
iuſſus fuerit verbo à iudice venire,& non venerit,per l. ij. C. quomodo &
quando iudex. vbi addidi,& in tracta.de citatio.ſuprà. † Secus ſi iuſſus ex-
hibere per contumaciam non exhibuerit.is enim appellat : vt in l.creditor.
§.j.ff. de appellat. ſuper cuius intellectu aliquando cogitaui diuerſitatis ra-
tionem : ſed inuenio contumacem in non veniendo non rectè prouocare,
quia in eius poteſtate fuit ante diem præſtitutum pro tribunali reſponden-
tem aut defenſum,edicti denuntiationem rumpere,l.ex conſenſu.§.fi.ff. de
appellatio.ſed iuſſus exhibere,fortè non poteſt exhibere, quod iuſſus eſt:
tamen iudex non iure condemnauit eundem, ideò appellare poterit : vt
pleniùs dico in intellectu nouo ad illam legem.

Intellectus ad l. creditor. in fi. de appel.

Secundò requiritur, quod is citatus fuerit in ſua perſona apprehenſus: 3
alioqui ſi citatus domi in perſona domeſticorum eſſet,diceretur fictus con
tumax:gloſſ.in d.cle.vna.de dol.cap.venerabilibus. §. porrò. de ſenten.ex-
com.in vj.& is appellare poſſet id eſt ad peremptorium.in fin. ff. de iudi. l.
ab eo.C.quomodo & quando iudex.

Tertiò requiritur,quòd vocatus & inuentus non comparuerit : alioqui 4
ſi iudice ſedente pro tribunali compareret, non noceret ei contumacia, l.
penul. ff.de in integr. reſti. & ſuperiùs ſcripſi ar. v. docet & Soci. in tract.
fallen.regu.lxxiij.contumax. verus.

Manifeſtus contumax quis.

Etiam ſi dum citaretur dixiſſet ſe non venturum : quia is manifeſtus 5
dicitur contumax, d. c. venerabilibus. §. porrò. & ſeq. de ſenten. excom-
muni

munica.in vj.& quamuis aliqui velint dicere verum contumacem,& manifeſtum eundem eſſe,ego tamen exiſtimarem eſſe differentiam:ſcilicèt manifeſtum eum dici,qui apprehenſus dixit ſe non venturum, vt in d. §. portio.& in §.ſecus.ſic dicitur fur manifeſtus, qui deprehenditur in furto, vel cum refurtiua,antequàm ad locum,quò deſtinauerit perferre, peruenerit, l.iij.cum l.ſeq.ff.de furt.ſic cùm dixiſſet ſe non venturum, manifeſtè apparet eum contumacem:quia loquela ſua manifeſtum eum facit.

7 Verum eum exiſtimarem contumacem. cuius perſonam apparitor apprehendit,& illicitationes intimauit,& ex contemptu & inobedientia vocatus non venit,nec vlla prępeditus cauſa,quia tunc verus debet dici contumax:vt dixi in l.natura.& in l.verum.ff.de verb.ſign.quia verè citatum & apprehenſum eum apparet. *Contumax verus quis*

8 Fictum autem eum exiſtimant, quem citationes non apprehenderunt, ſed in domicilio citatus eſt.Et eò dicitur fictus ad differētiam veri, & quia ius fingit citationem ad ſuam perueniſſe notitiam per domeſticos, & eum per contemptum non veniſſe,quod verè non apparet.Doct.in l. conſentaneum.cum authen.ibi poſita.C.quomodo & quando iudex. *Fictus cōtumax quis.*

9 Vnde ad hoc,vt verus dicatur contumax, non requiritur quòd dicat ſe non venturum,ſicut in manifeſto, ſed oportet quòd ipſe apprehenſus fuerit,& noluerit venire,per hunc text. ibi, *que par vraye deſobeiſſance, & contemnement de iuſtice ils n'ayent voulu comparoir:* non requirit iſte text. quòd dixerit ſe non venturum. *Vera inobedientia, & contemptus quando dicatur.*

10 Quartò,requirit iſte tex.quòd non comparuerit ex vera inobedientia & contemptu. Vera inobedientia præſumitur eò quòd apprehenſus non venit,l.vna. ff. ſi quis ius dicen. non obtemperauerit. & l. ſi quis ex aliena. de iudic.

11 Etiam eò ipſo quod vocatus, & apprehenſus non venit, dicitur verus inobediens,& contemnere iudicem,l.litigatores.in prin.ff.de arbit. *Apparens contumacia quando dicatur.*

12 Quintò,etiam hic tex.requirit,quòd hæc inobedientia appareat, & contemptus,ibi,*il appert.* quia de his quæ non ſunt, & non apparent, idem eſt iudicium,l.duo ſunt. ff. de teſta.tute. Apparere dicitur eò ipſo quòd is apprehenſus non venit,nec aliter docendum eſt per partem,quę præſumptionem habet pro ſe,& contumax contra ſe, ideò ipſi onus incumbit probationis.Bar.& alij in l.admonendi.ff.de iureiur.l.ei qui.ff.de proba.

13 Sextò, requirit iſte text. quòd hic in ius vocatus noluerit venire, ibi, *qu'ils n'ayent voulu comparoir.*Ergo ſi probet per valetudinem aduerſam, vel quòd in via fuerit detentus: vt habetur in c. venerabilibus. §. idem eſt.de ſenten.excom.in vj.tunc appellare poſſet, vt hic à contrario: & ſcripſi in tracta.de appel.artic.vij.gl.ij.tria igitur iſte tex.not.primò, inobedientiam, ſecundò contemptum,tertiò nolle comparere.

14 Et ſic non ſunt paria hic nolle,& non poſſe,ſicut in materia ſubſtitutionum,in l.cum proponas.C.de hæred.inſtit.Bart.& alij in l.j.ff.de vulgar. *Verus contumax non poteſt ſe opponere, nec reſtituitur.*

15 Septimò,ſicut hic verus contumax non auditur appellans, ita non auditur opponens, quia in hoc regno Franciæ de conſuetudine, & lege regni non auditur condemnatus, niſi per appellationem. & hic prohibetur

appellatio,ergo & præcedens,ſcilicet oppoſitio.l.ad legatum. ff.de procur. ſcripſi in Tracta.de liter.oblig.articu.j.in j. Tomo. niſi per literas concedatur,aut purgata fuerit contumacia.

Reſtitutionem petere an poſſit contumax.

Octauò, hic verus contumax non poteſt petere reſtitutionem in inte- 16
grum,per text.ſumendo à contrario,in l.Diuus. ff. de in inte. reſtit. alioqui non puniretur contumacia, imò commodo ei eſſet, & hoc ſentire videtur Inno.in c.cùm olim.col.ij.in verb.citatus.de dolo & contu. & Bal. in Margarit.in verb.contumacia.q.xxviij.niſi fuerit minor,l.minor etiam.ff.de mino.in Francia aliquando per literas Regias hæc reſtitutio conceditur.

Supplicare an poſſit verus contumax.

Nonò,ſupplicare etiam prohibetur,gl.& Doct.in l.fi. C. vt lite penden. 17
Imol.in l.ex conſenſu.§. fi. ff. de appel.refert Carolus Ruinus, conſi. clvij. de tribus.col.pen.in v.volu.ſcripſi in tracta.de ſuppli.in j.Tomo.

Erat tamen ius Regi Lacedæmoniorum,vt ſi ab Ephoris vocatus, pri- 18
mæ & alteri iuſsioni non pareret,contumacia fraudi non eſſet.Tertiæ tamē niſi paruiſſet imperio,cogi poterat,teſte Alexan. in libr. Genial. dier. vj. c. xxiiij.intelligenda ſunt prædicta,quòd verus contumax non poteſt ſupplicare proponendo erratum eſſe à Senatu,qui eum condemnauit:quia oportet errorem interueniſſe, vt dixi in d. Tracta. ſed ſupplicationem Regi vel Cancellariæ porrigere poterit,vt ſtatim dixi,& in tract.de ſuppli.in j.Tom.

Articulus vndecimus.

FRANÇOYS *Artic.xxix.des publiées M. D. XXXIX.*

Et s'il y auoit quelque doubte ſur la contumace, & que l'appellant allegaſt aucunes defenſes peremptoires,dont il feiſt promptement apparoir, à tout le moins ſommairement, luy ſera donné vn ſeul delay, pour informer plainement de ſeſdites defenſes, tant par lettres, que par teſmoings: & ſa partie au contraire,à ſes deſpens: pour le tout rapporté, leur eſtre fait droict ſur la cauſe d'appel, ſans autre delay,ne forcluſion.

Requiſita in textu.

GLOSSA VNA. 1

EX HOC articulo notanda ſunt ſequētia. Primò requiritur, quòd dubium ſit ſuper contumacia,quia fortè contumax dicit ſe non à viatore apprehenſum,vel à latrunculis captum in itinere,dum cōparere cupiebat,c.venerabilibus.§.porrò. de ſen. excom.in vj.& ſic dubitatur an contumacia vera ſit, vel procuratorem miſſum à latronibus interfectum.l.cum à matribus. C. qui petant tuto. & dubium etiam dicitur per partis negotiationem.l. fi. C. quib. ad liberta. proclama.non licet.niſi quod negatur,notorium eſſet.glo.in l. poſt rem. ff. de tranſactio. 2

Secundò, requirit hic text.quòd appellans alleget ſe habere peremptorias exceptiones,videlicèt quæ ſemper locum habent, nec euitari poſſunt, l.iij.ff.de except.§.appellantur. illo titu. in Inſtitu. de illis ſcripſi abundè in arbore exceptionum.& pleniùs in Tracta.de except. 3

Et ſic non haberet locum, ſi diceret ſe habere exceptiones dilatorias,

quas

quas amiſit ratione contumaciæ,vt ſuperiùs dixi, & ſic eas non recuperabit ratione dubij:nam quod extinctum eſt,non poteſt reſtitui, l. qui res. §. aream.ff. de ſolu.

4 Tertiò, vult hic text. quod ſtatim fiat probatio illarum defenſionum,id eſt,die præſtituta ad appellandum : nam ſi fuerim in ius vocatus, vt recognoſcerem ſcedulam,die præſtituto non adfui, ſcedula fuit habita pro recognita,& ego condemnatus ad ſummam in illa contentam,appello,dubitatur de contumacia,ſi illo appellationis diſcutiendæ die,allegem acceptilationem,& ſaltem ſummariè probem, non repellar à proſecutione appellationis,ſed dabitur mihi dilatio ad probandum dictam acceptilationem, quæ parit exceptionem peremptoriam, per §. item per acceptilationem. quib.mod.tollitur oblig.in Inſti.vide gl.de his defenſionibus in c. j.de litis conteſt.in vj.dixi in tract.meo, exceptio. *Defenſionũ probatio ſtatim fieri debet.*

5 Quartò,poteſt appellatus expenſis appellantis contumacis probare contra illam ſolutionem allegatam, vel aliud adducere remedium, quod ſibi competere dicit per iſtum tex.& hoc eſt introductum in odium contumacis,vt damno expenſarum coerceatur,l.ſancimus.C.de iudi. *Appellatus expẽſis contumacis probare poteſt.*

6 Quintò, probatione hincinde facta cauſa appellationis decidetur, in qua ſi iuſtè ſe appellaſſe oſtenderit,obtinebit:alioqui ſuccumbet, l. hi qui. C. de appel.

7 Vltimò, non requiritur aliqua excluſio ad iudicandum proceſſum, ibi *ſans autre delay,ne forcluſion,*hoc tamen non ſeruatur in Parlamento, in quo vix ſine excluſione proceditur,& iudicantur proceſſus.

FRANÇOYS *Article XXV. des publiées M. D. XXXIX.*

Articulus duodecimus.

Qu'es matieres criminelles par vertu du premier defaut donné ſur adiournement perſonnel, ſera decerné prinſe de corps:& s'il y a deux defaux, ſera dict qu'a faute de pouuoir apprehender le defaillant, il ſera adiourné à trois briefs iours, auec annotation & ſaiſie de ſes biens,iuſques à ce qu'il ayt obey.

GLOSSA PRIMA

1 HIC articulus conueniret etiam inferiùs materiæ criminali, ſed ſed quia loquitur de contumacia,etiam hic bellè conuenit,ſicut videmus ſæpiùs leges repetitas in duobus titulis,quia ambobus conueniunt:vt l.ſi quis in conſcribendo. C. de epiſ. & cler. cui titulo conuenit,quia ibi agitur de clerico, an poſsit fori priuilegio renuntiare:etiam eſt eadem l.ſi quis in conſcribendo. C.de pact. videlicèt an valeat pactum,vt quis fori priuilegio renuntiet:item duæ eædem leges habẽtur in l.mulieres.C.de incolis.lib.x.& l.mulieres.de digni. lib. xij.quas etiã ambobus titulis cernes conuenire,ſi eas conſpicias. *Leges repetitæ pro materiis in diuerſis titulis.*

2 Aduertendum eſt quòd rumore perlato ad iudicem, quod crimen ſit commiſſum, ipſe de eo inquirere debet, c. qualiter.de accuſa.& inquiſitio poſteà facta oſtenditur procuratori Regis, qui ſi videat teſtes deponere aliquem Titium hoc commiſiſſe crimẽ,aut quod eſt perſona fugæ ſuſpecta, tunc procurator requirit,quod is capiatur,& prehendatur vbicunq; inuẽ- *Praxis ſuper criminibus.*

tus fuerit,& ſic ſolet iudex decernere, itáque informationes debent præcedere prehenſionem,ſiue quam dicunt capturam,l.nullus.vbi Saly.C.de exhib.reis.Purpura.in l.magiſtratibus. col. j. nu. 12. ff. de iuriſd. omn. iudic. ſcripſi regulam cum limita.in interpre.l.diuus.ff. de ſenatuſconſul. Silan.

Citatio perſonalis quãdo decernatur.

Si verò talis ſit hic,de quo quæritur, quòd in eo nulla ſit veriſimilis fugæ ſuſpitio , vt quia diues eſt , vel habet in Regno optimum officium ſeu beneficium:tunc procurator requirit, quod citetur in perſonam compariturus,& iudex hoc decernit.Sed ſi is præſto adeſſe iuſſus, & citatus perſonaliter non compareat , tunc iudex decernit eum apprehendendum , & capiendum vbicunque inuenietur, extrà tamen loca ſacra:vt hic dicitur:& iſta eſt communis Regni curiarum praxis. 3

Citatio ad tres breues dies.

Si autem non inueniatur,vt capi poſsit,iterum domi citabitur,qui ſi adhuc non compareat,decernetur eum citandum ad tres breues dies (vt dicunt quod fundatur in l.inter. ff. de publ. iudi. & ſcribitur in tit. *des proces criminels*,inferiùs.& hoc docet plenè Io.Milius in ſua praxi criminal. 4

Auec annotation & ſaiſie de ſes biens iuſques à ce qu'il y ait obey.

GLOSSA II.

SI CITATVS ad tres breues dies non compareat,annotari illius bona & ſaiſiri debent, donec obedierit iudicis præcepto,id eſt perſonaliter comparuerit. 1

Annotatio quid ſit, & quare fiat.

Annotatio eſt bonorum rei abſentis conſcriptio ,& conſignatio : vnde cùm hic reus eſt contumax,iudex cum ſuo Actuario , ſeu Grapherio accedit ad domum accuſati, & inquiret de bonis illius & omnia conſcribi curabit per actuarium, iuxta l.ſi quis intra.C.de bo. dam. docet Spec.in tit.de accuſ.§.fi.verſic.vt auten.& verſi.ſed qualiter. 2

Pendente proceſſu annotantur bona: & deſcribuntur.

Quamuis de iure bona alicuius non ſint capienda pendente proceſſu, ſed poſſunt reſiſtere omnes quorum intereſt,l.prohibitũ, & l. defenſionis. C.de iure fiſc.li.x. neque enim inaudita cauſa quenquã damnari æquitatis ratio patitur,l.j.ff.de requi.reis.tamen bona accuſati contumacis annotari, ac deſcribi iure poſſunt:vt hic,& docet Rebuff.in d.l.defenſionis. per l.j.& fi.ff.de requi.reis.& Iac.de Bello viſu in ſua praxi,titu.de fuga reo. nu. 33. 3

Annotatio propter quid fiat.

Ideò fit iſta annotatio.vt annotandus ſui copiam faciat,l.j.ff. de requi. reis. quem ſi præſtiterit,bona ſe purgando intra annum recuperare poterit,l. fi. ff. illo tit. & ne vlla fraus in bonis illis interim fieri poſsit , ſiue bona confiſcari debeant,ſiue abſenti reſtitui,d.l.defenſionis.& l.prohibitum.& Spe. in d.tit.de accuſ.§. fi. verſic. fit autem annotatio. Ideò huius annotationis reus eſt certiorandus,ſi inueniatur.Bar.& alij in d.l.j. 4

Recuperat reus contumax quãdocunque rediẽs ſua bona ſaiſita. Iuris veteris obſeruatio in annotatione bonorum.

Hodie in hoc Regno Franciæ,bona rei contumacis annotantur , & deſcribuntur,ſaiſiuntur,& traduntur commiſſariis gubernanda , & regenda, & quandocunque venerit reus , poteſt ſolutis expenſis contumacialibus, bona(ſi ſe purgauerit)recuperare,vt abundantiùs dicam , cùm opere pretium fuerit in ij.parte inferius in materia criminali. † quamuis de iure ſi citatus ſecundum iuris ordinem annotationem patiebatur, poſt annum non audiebatur ſuper bonis,l.j.& ij.C. de requir. rei. & d.l.fin. ſed ſuper crimine ſem- 5 6

ne ſemper,d.l.ij.C.de requi.reis.ſi verò annotatio non erat facta ſecundam iuris formam,id eſt,omiſſa citatione, tunc audiebatur reus etiam poſt annum ſuper bonis,vt docet Iacob.de Bello viſu in ſua prax.tit.de fuga reor. nu.12.& ſeq.Hactenus de iſta annotatione.

Françoys *Article CXXI. des publiées M. D. XXXIX.*

Articulus decimus. tertius.

Que les Conſeilliers de nos Cours ſouueraines ne donneront point de defaux à la barre,ni ailleurs,ſinon aux procureurs des parties, & non aux clercs,ne ſoliciteurs.

GLOSSA VNA.

Contumacia à quo petenda.

1 ISTE articulus tollit fraudes, quæ olim fiebant: nam conueniebant quandoque procuratores de controuerſia inter ipſos decidenda,vt fieri eſt ſolitum, & interim & clerici, ſeu famuli illorum,ſeu partium ſollicitatores, petebãt contumaciam contra partem: ob id ſtatuit hic, ne Conſiliarij contumaciam concedant contra abſentem, ſi non fuerit petita à parte, vel eius procuratore, vt tradunt Doct.in c.j.de iudic. & ſic vides contumaciam à parte, vel à ſuo procuratore peti debere, l. conſentaneum. C. quomodo & quand.iudex. l. ad peremptorium.ff.de iudi.

Magiſtratus non inquirens de delicto an puniatur

2 Vnde ſi magiſtratus non inquiſierit de delicto, quia non fuerit requiſitus,non debet puniri,ſi non erat notoriũ,l.j.§.magiſtratibus.ff.de magiſt. conuenien. vbi Bal. dicit eſſe tex. ad excuſationem iudicum, etiam ſi primus iudex teneretur,tamen non tenebitur iudex appellationis, vel Parlamentum,quod de appellatione cognoſcit, vt alibi ſcripſi:& per hoc excuſaui quendam Præſidem Curiæ ſupremæ,negligentia notatum.

Excludi pars debet, alioqui actus etiam poſt tempus facere poterit.

3 Item notandum eſt,quòd iudex interloqui debet, & pronuntiare, alioqui vix pars excluditur:vnde iudex debet lapſo termino pronuntiare illum contumacem,& amplius non eſſe audiendum,alioqui poterit probare, vel facere,lapſu termini non obſtante,vt Ang.& Imo.dicũtur in l.quãdiu.ij. ff. de acq.hær.& Ang.in §.idem iuris.col.pe.& §.appellãtur. col. ij. de exce.p in Inſtitu.vbi dicit procuratores,& aduocatos debere eſſe cautos,vt in termino accuſent contumaciam,& procurent, vt iudex pronuntiet abſentem contumacem, & ampliùs ſuper illo audiendum non eſſe. hoc etiam docet Cæpol.cautel.clxvj.vt quis poſt.ſequitur Hippol.conſi. cxxix. ſuper criminibus.nu.30.& ſeq.Iacob.in l.deſtitiſſe.in fi.ff.de iud.& abundè Geor.Natan.in repet.cle.ſæpè.§.& quia.in glo.non obſtante.col.xij.de verbo. ſig. & hoc in curiis Franciæ ſeruari ſolet.

Pœna contra contumaces.

4 Effectus ſeu pœnæ contra contumaces hæ ſunt. Prima in criminalibus hæc eſt,vt ſi iuſſus præſto adeſſe, & vt dicitur, perſonaliter comparere. ſi inquam contumax ſit,capietur,l.j.§.adminiſtrationem.C.vt omnes iudi. tã ciuil.quàm militar.& ibi not.& ſuperiùs ſcripſi art.proximo.In ciuilibus verò ad mulctam,ſi non venerit ſolet condemnari,vel procedi: vt dixi ſuprà art.viij.& dicetur in materia criminali.

5 Secundò,contumax exilio dari, & vt vulgò dici ſolet, banniri. authen.

item quæcunque communitas.C.de epiſco.& cler.& in c.nullus. vbi gl. & Docto.de præſum.Bart.in l.abſentem.ff.de pœn.Berber.in viator. iuris. tit. de iud.in iiij.parte,verſic.quæro igitur de practica.& Bene.in repe. c. Raynutius.in verb.mortuo.j.nu.146.cum ſeq.de teſta.clericus tamen à ſeculari non ſolet banniri,c.ij.de cler.excom.ſed laici ſolent ei interdicere regno, vel ſuo territorio ita pronuntiauit do. Præſes à ſancto Andræa contra clericum, qui falſum in nominationibus commiſerat, anno domini. 1540. in vigilia Aſſumptionis beatæ Mariæ,pleniùs alibi dicam.

Clericus à laicis iudicibus an exilio dari poſſit.

Tertiò,fit bonorum annotatio contra contnmacem,l.j.& vlt.ff.de requi. reis.& ſuperiùs dictum fuit art.xij. 6

Areſtum.

Quartò, contumax poteſt modicè caſtigari: vt docet Flori.in l.ſi is cum quo.col.j.ff.comm.diui.per l.magiſtratibus. ff. de iuriſ. om.iud. quæ tamen nihil,vel parum ad hoc facit,nec ſeruatur hæc pœna in curiis Franciæ. 7

Contumax poteſt modicè caſtigari.

Quintò,prouidetur contra contumacem per perſonæ areſtationem, l.ij. C.de exactor.tributo. lib. x. quæ licèt in debitore publico loquatur, habet tamen etiam locum quoad hoc in priuato contumace,vt aſſerit idem Flor. in d.l.ſi is cum quo. 8

Atteſtatio perſonæ ob contumaciam.

Sextò, per pignorum captionem prouidetur: vt in d. §. ſi verò reus. in Inſtit.de ſatiſd.facit l.cum eo.ff.ad leg. Iuliam pecula. 9

Pignorum captio in contumacem.

Septimò,contumax priuatur officio, & beneficio.§. ſi clericus. & §.ſeq. de pace tenend.& eius viola.Doctor. 10

Priuatur officio & beneficio contumax.

Octauò,fit ſequeſtratio ob contumaciam, l. ſi fideiuſſor. §. fi.& ibi. latè Iaſ.ff.qui ſatiſdar.cogant.l.Imperatores,§.fi.de appell.ſcripſi in tract. de ſequeſtris infrà. 11

Litigãtium vtroque non comparente quid iuris.

Nonò, iudex ob contumaciam, alienationem rei interdicere poteſt, l. proſpexit,ff.qui & à quib.l.de pollicitationibus, ff. de pollicita. Iorda.Bricius in repet.§.contrahentes.in vlt.oppoſ.de foro competen.lib.vj.Ludou. Rom.conſil.ccxlj.& Alex.conſil.ciij.viſis.num.9. in ij. vol.Iaſ.in §.j.nu. 80. de actio.in Inſti.& in d.l.ſi fideiuſſor.§.fi. 12

Alienatio ab cõtumaciam prohibetur.

Decimò,poteſt prouideri contra contumacem,ne ei ſoluatur,l. fin. ff.de requi.reis.cui alias ſolui potuiſſet,etiam criminis poſtulatio reo, l.reo.ff. de ſolutio.Iacob.de Bello viſu in repe.§.contrahentes. num. 124. cum ſeq.de foro competen.lib.vj. 13

Solui non poteſt contumaci.

Vndecimò, poteſt contumax ad mulctam ſiue emendam condemnari,l. vna. ff. ſi quis ius dicen.non obtemper. l. j. & per totum.C.de modo mulctan.dixi in l.aliud eſt mulcta. §. fi. ff.de verb. ſignif. & ſi poſt condemnationem contumax impetret literas,vt contumacia annulletur, literæ tamen non comprobabuntur quò ad conductorem mulctarum:ſed eiſdem mulcta dabitur:vt cenſuit Senatus anno 1536.die vj. Martij. pro conductore mulctæ loci *de Pontoyſe*. 14

Mulctatur contumax.

Arectum.

Duodecimò,contumax perdit actionẽ,l.ij.§.quòd ſi actor.C. de iureiur. prop.calũ.dand.quòd eſt verũ ſi iudex hoc proferat, alioqui non ipſo iure. 15

Perdit actionem.

Decimotertiò contumaci denegatur audientia,l.ſed & ſi per prætorem. §.ſed & ſi dum decreto.ff.ex quib.cauſ.maior.Ludo. Rom.in repet. l.ſi verò.§.de viro.col.xliiij.fallen.xlvj.ff.ſol.matr. 16

Denegatur audiẽtia cõtumaci.

Decimo

17 Decimoquartò,poteſt deſtrui domus contumacis,l. ſi is cum quo. & ibi Alber.Bal.& Floria.ff.commun.diuidum.Bar.in l.Atteius.§. vlt. ff. de aqua pluuia.arcen.Alber.in l.quid ergo.§.pœna grauior.in fin. de his qui notan. infam.§.conuenticula.de pace iuram.firm.Bal.in l.& ſi Seuerior.in fin.C.ex quib.cauſ.infa.irrog.c.fœlicis. de pœn.in vj.Ioan.And. in addit. ad Specul. in rubr.de iureiur.& in rubr.de pœnis.

Contumacis domus deſtrui an poſſit.

18 Hodie non habet locum,quia domus non peccauit: ideò non debet deſtrui.§.oportet.in authen.de mand.Prin. col. iij. & ne vrbs deformetur ruinis,l.cætera.ff.de lega.j. niſi ſpeciali ſtatuto, aut conſuetudine eſſet permiſſum.Floria.in d.l.ſi is cum quo.vel propter hæreſim, læſam maieſtatem, aut propter rebellionem,ob quam etiam ciuitas ſubiicitur aratro,vt Carthago. dicit gloſſ.in l.ſi vſusfructus ciuitati.ff.quibus mod.vſusfruct.amitta. & illas tunc non licet reædificare ſine Principis indulgentia.Benedic.in c. Raynutius.in verbo,domum.num.25.de teſtamen.

Domus quãdo poſſit euerti ob crimen.

19 Domus tamen clericorum non debent deſtrui, etiam ex mandato Principis ſtatuentis domos delinquentium deſtruendas,vt firmat Benedict. vbi ſuprà.dicens ita Philippum Franciæ Regem conſtituiſſe.

Domus clericorum nõ eſt deſtruenda.

20 Decimoquintò, poteſt iudex prouidere cõtra contumacem, ne de domo ſua egrediatur,l.fi.ff.de inter.& releg.no.in §. ſi iudex. de pace tenenda & eius violat.Iac.de Bello viſu,in repet.§. contrahentes. nu. 125. cum ſeq. de foro compet.lib.vj.vbi ponit alia remedia contra contumaces.

Prohibetur cõtumax domo egredi.

21 Decimoſextò,contumax excõicatur,c.j.de ſen.excõ.in vj.gl.in ca.querelam.de proc.& in c.de illicita.xxiiij.q.iij.Bal.& Ia.in l.iij.no.v.C.de proc.

Excommunicatur contumax.

22 Decimoſeptimò,res à contumace manu militari aufertur,l. qui reſtituere. ff. de rei vendicatio.ac iuramentum in litem præſtatur comparenti contra contumacem:vt ibi patet.& l.in actionibus.ff.de in litem iurand.

Res à contumace aufertur.

23 Decimooctauò,aliquando permittitur deprędatio contra contumacem, c.vno.in fi.de milite vaſſallo qui contumax eſt.in vſibus feudorum.

Deprędatio cõtra cõtumacẽ an concedatur.

24 Decimononò, perdit priuilegium fori, ſi non alleget illud, l. ſi quis ex aliena.ff.de iud.vbi Alex.in additio.ad Bart.poſt Inn.in c.præterea. de dilatio.& ſuperiùs ſatis ſupérque dictum fuit.

Priuilegium fori contumax perdit.

25 Vigeſimò,cõtumax nõ appellat,ſaltẽ verus,vt dictum fuit ſuperiùs.art.x.

Contumax. nõ appellat.

26 Vigeſimoprimò, indicitur contumaci iuramentum purgationis.l. præſenti.§.ſicubi.C.de his qui ad eccleſ.confug. ibi vide.

Purgatio indicitur cõtumaci.

27 Vigeſimoſecundò, arctatur ad cautionem, l. in omnibus.ff. de iudic.l.is cui.vt in poſſeſ.legat.l.properandum.§.& ſi quidem.C.de iudic.

28 Vigeſimotertiò,illi interdicitur foro,l.moris.§.& nõnunquam.ff. de pœ.

29 Vigeſimoquartò, contumax amittit exceptiones declinatorias, dilatorias,& peremptorias: vt fuit dictum ſuperiùs,artic.viij.

Interdicitur foro contumaci.

38 Vigeſimoquintò,iudex mittit in poſſeſsionem bonorum contumacis ex primo decreto, & ſecundo, ca.quoniam. vt lite non conteſtat.l.ſi finita.§.ſi plures.& ſeq.ff.de damno infec.vbi abũdè Iurium interpretes. & interdum trãsfertur poſſeſsio ab eo in cõparentem.l.fi.ff.de rei ven.Fel.in c.cæterum. colum.pen.de iud.Iaſ.in §.omnium.de act.in Inſtit. & hoc procedit, quando reus conuenitur actione reali, ſed ſi actione perſonali, actor mittetur in

Miſſio fit in poſſeſſionem bonorum cõtumacis.

poſſeſsi

poſſeſſionem bonorum contumacis pro modo debiti in libello declarati. authen.& qui iurat.C.de bonis autho.iudi.poſsid.& d.c.quoniam.

Fructus perdit contumax.

Vigeſimoſextò,ob nimiam contumaciam poteſt iudex ſtatuere, vt miſ- 31
ſus in poſſeſsionem lucretur fructus, vt tædio affectus contumax citiùs reſpondeat,l.Fulcinius.§.fi.ff.quib.ex cau.in poſ.eatur.Pan.in c.fin. §.in aliis. col.ij.vt lite non conte.& ita nonnunquam diſceditur à regulis iur. Bar. in c.olim.de reſcri.vbi Deci.& probatur in l.conſentaneum. cum authen. ibi poſita.C.quomodò & quando iud.Hippol.in l.de vno.num.229. cum ſeq. ff.de re iudi.

Pro confeſſo reputatur contumax.

Vigeſimoſeptimò,ſæpiùs habetur pro confeſſo,l.de ætate. §. qui tacuit. 32
ff.de interroga.actio.c.fi.de confeſ.in vj.tex.egregius non citatur per Doct. in l.locorum,ibi,propria confitentur abſentia.C.de omni agr.deſer.li.xj.

Præſtituitur contumaci tempus ad conditionem implendam, item ad accuſationem & actionem proſequendam.

Vigeſimooctauò,præſtituitur contumaci certum tempus ad conditio- 33
nem implendam,l.ſi quis inſtituatur.§.item ſi conditioni.ff.de hæredib.inſti.& ibi glo.ſing.quam no.Alex.conſi.xlvj.in cauſa.in vij.vol.

Vigeſimononò, etiam aſsignatur contumaci tempus ad accuſationem, 34
& actionem proſequendam,l.præſes.C.de appel. ſecundum vnum intellectum.& l.diffamari.C.de ingen.manumiſ.

Trigeſimò,etiam ad optionem,l.mancipiorum.ff. de optio. lega. facit c. 35
fi.de conſuetu.in vj.& c.ſi tibi. de præben. eod. lib. item ad aditionem l. ſi ſeruus.ff.de bonis autho.iudic.poſsid.

Expenſas non recuperat contumax.

Trigeſimoprimò,in expenſis punitur contumax, l. ſancimus.C.de iudi. 36
etiã ſi non eſſet iudex cõpetẽs,is,coram quo eſt conuentus, cle.j.de reſcri.

Trigeſimoſecundò,ſi idem contumax poſteà vincat in principali, non 37
recuperabit dictas expenſas ratione contumaciæ ſolutas. Bar. in l.ſi pignore.ff.de pigno.actio.per l damni.iij.§.cùm parietem.in fi.ff. de damno infecto.quia damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, non aliis imputare.reg.damnum.de reg.iur.in vj.Bal.in l.non ignorat.q.pen.C.de fructi. & lit.expen.Sali.& alij in l.properandum.§.ſinautem alterutra.C. de iudic.

Bānitus an occidi poſſit contumax.

Trigeſimotertiò,contumacia eſt delictum, ideò bannitus propter con- 38
tumaciam ſuper maleficio commiſſam poteſt occidi, ſicut ſi verè damnatus eſſet:vt docet Bar.in l.omne delictum.ff.de re milita.ſequitur Angel.in tracta.de malefi.in glo.qui iudex videns.verſi.quæro an contumacia. quod non ſeruatur in Francia.

Brachium ſeculare contra cõtumacem imploratur.

Trigeſimoquartò, imploratur brachium ſeculare contra contumacem, 39
l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſco.& cleric.c.dilecto. de ſenten. excom. in vj.etiam ſi ſit iudex delegatus,cui non ſit data expreſſa poteſtas implorandi,& inuocandi:quia hoc à iure habet, cap. cùm non ab homine. de iudi. Federic.conſi.clxiij.ſuper inuocatione.

Intellige tamen quòd tunc poterit requirere brachium ſeculare, quan- 40
do iudex inuocans non habet vltrà quid faciat, aliàs non. d. cap. cùm non ab homine.c.ij.ibi,ſi neceſsè fuerit.de maledi. Oldra .conſi. lxxxix. Epiſcopus.& Archidia.in c.adminiſtratores.xxiij.q. v. glo. ſingu. ſecundum Lanfranc.ibi in clemen.diſpendioſam.in verb.actori.de iudic.

Contumax nõ remittitur ſatiſdationis gratia.

Trigeſimoquintò.qui non põt ſatiſdare de iudicio ſiſti in loco, in quo 41
petitur,põt remitti ad alium locũ, in quo cautionem præſtare poterit, niſi

fuiſſet

fuiſſet contumax,quia tunc ſua culpa hoc perdit,l.de die.§.planè. & §. fin. ff.qui ſatiſda.cogan.

Suffragio priuatur cõtumax.

42 Trigeſimoſextò, poteſt quis ob contumaciam priuari ſuffragio in electionibus,vel ſuſpendi.Bal.in l.vna.col.vlti.verſi.xij.& vlti. C. quando non peten.partes.per c.ex literis.de conſtit. vbi plenè Doct.

Contumax amitti rem ſuam, ſi non ſatiſfecerit.

43 Trigeſimoſeptimò,quando alter ſocius reis communis refecit rem communem, & alius ſocius eſt contumax ad reſtituendum dimidiam partem expenſarum : poſt quatuor menſes ſocius ille reficiens efficitur dominus partis ſocij,l.ſi vt proponis.C.de ædific.priuat. l.ſi fratres.§.idem reſpond. ff.pro ſocio.no.Bene.in dict. capit. Raynutius. in verbo domum. num. 19. cum ſeq.de teſt.Cæpol.in tracta. de ſerui.vrbanor. prædior. cap. xl. col.ix. rubr.de pariete,ſeu muro.& rub.de refectio.cap.lix. col.iij. & cautel. lxxxv. & Franciſ.Cremen.ſingu.xcvij.decidit Petrus de Vbald.in tracta.de duob. fratrib.in vj.parte,quæſtio.iiij. Boër. in conſi. ij. poſt Conſuetudinem Bituricenſem. & Sanſon in Conſuetu. Turonenſ. rub.j. art. iiij. & Chaſſa. in Conſuetudi.Burgund.in rub. *des foreſtz*. §.xx.Iaſ.in l.quominus.xvij.quæſtio.ff.de fluminib.

44 Intellige etiam ſi domus fuerit diuiſa de nouo, quæ requirat parietem de nouo conſtrui : vt concludit Lucas de Penna in l. ij. columm. ij. C. de meta. & epid. libr. xij. quod ſeruatur in Francia, ſi hoc iudex non declarauerit.

Acta non ſunt edenda cõtumacia.

45 Trigeſimooctauò, acta facta contra contumacem non ſunt poſteà ei edenda,nec copia danda : nec ſunt communia, niſi refuſis expenſis. Franciſ.in c.j.in glo.abſentia de electio.lib.vj. no. Docto. in l.j. §. edenda. ff. de edendo.intellige niſi contumaciam purgauerit.

46 Trigeſimononò pœna contumacis eſt, vt altera pars poſsit probare expenſis contumacis,vt habetur artic.xj.ſuprà eod.

Contumax malã cenſetur fouere cauſam.

47 Quadrageſimò, contumax non præſumitur iuſtam fouere cauſam, ſed opus eſt quòd probet,alioqui non fugeret.l.properandum.§.& ſi quidem. & l.ſancimus.ibi,mala conſcientia. vbi Bald. C. de iudic.& in l.nam ita diuus.ff.de adop.Alexander in l.Papinianus.§.meminiſſe. ff. de inoffic.teſta. & videtur de ſua cauſa diffidere,ſimulatque non comparet. glo.in c.honoratus.lxxiij.diſtin.l.ea quidem.C.de accuſ.Panor.in c.j.col.iij.de iudi. Hippo.in repe.l.de vno.nu.228.ff.de re iudica.

Dolus & fraus in contumace præſumuntur.

48 Quadrageſimoprimò,dicitur eſſe in dolo,l.non poteſt dolo. ff. de regu. iur.l.ex conſenſu.in fin.ff.de appel.Bar.in l.minor.etiam de minori. & fraus & malitia in eo præſumitur,teſte Soci.in tractat. de dilat. articu. xxxj. in v. effect.in fi.per d.l.ſancimus.nec bona fide videtur litigare. Bald. in l. ingenuum.ff.de ſtatu. homi.

Contra contumacem interpretatur cõtumacia.

49 Quadrageſimoſecundò, contumacia ſemper interpretari debet in id quod eſt contumaci deterius, & obedienti vtilius.Bart. in l. quandiu. ij.col.j.ff.de acqui.hæred. per l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. acti. Vnde ſi contumax refuſis expenſis audiatur, id quod anteà erat ſtatutum,valebit,etiam ſine alia declaratione:vt cenſuit Senatus anno. 1537. in menſe Februario, quo menſe Curia per formam legis hoc decreuit, *Arreſtum.*

niſi

niſi illa acta annullentur à Curia.

Actus quãdo ſine abſentis præſentia fieri poſſit.

Vltimò quando actus non poteſt fieri ſine contumacis præſentia, fiet 50
ille actus, & valebit ac ſi contumax præſens eſſet, nec tunc punietur in expenſis. Bal. & Soci. in l. vna. in fi. ff. ſi quis ius dicen. non obtem. Panor. & alij in c. auditis. de procur. quia non intereſt aduerſarij illum comparere, ideò non videtur quo ad expenſas contumax, ſed iuri ſuo quo ad illum actum ſufficit, quòd cenſeatur renuntiare. arg. l. pen. C. de pac. c. ſi diligenti. de foro compe. Domi. in c. j. in fin. de elect. in vj.

Citato ad videndũ iurare teſtes non comparente, teſtes recipiuntur.

Ideò citatus ad videndum iurare teſtes, ſi non veniat, teſtes recipien- 51
tur ad iuramentum, l. ſi quando. C. de teſtib. dixi inferius arti. xiij. tract. de inquiſi. Et citatus ad videndum taxare expenſas, ſi non compareat, taxabuntur eo abſente, l. ſancimus. C. de iud. quia eius abſentia Dei præſentia replebitur, l. properandum. §. j. C. de iudi. quem Deum altiſsimum vti velit in omnibus actibus meis auctor & adiutor adeſſe, rogo.

Amen.

TRACTATVS DE DOMICILII ELECTIONE, ET

A QVIBVS, QVANDO, ET vbi eligi debeat.

D'election de domicile.

PRAEFATIO.

IVDICIORVM materiam abſque domicilij ele-
1 ctione nullam ferè tractari videmus, ob id frequen
tiſsimam eſſe quiſque pragmaticus planè nouit,&
quia in ea dubitationes quotidianę oriri ſolẽt,ideò
has quas frequentiùs in Curiis agitari vidi,hic cõ-
2 gerere ac decidere ꝓ viribus conabor,vt omnibus
materia iſta notiſsima fiat. Et imprimis dicam quo *Totius tra-*
tuplex ſit domicilium. Secundò,quot modis quæ- *ctatus diui-*
ratur. Tertiò,quis effectus ſequatur ex hoc domi- *ſio.*
cilio. Quartò, quot modis amittatur. Quintò,an quis de iure teneatur ad
domicilium eligendum,& qua ratione. Sextò, quis teneatur eligere domi-
cilium. Septimò, quando quis illud domicilium eligere teneatur. Octauò,
vbi domicilium eligere debeat. Nonò, inquibus cauſis eligendum ſit do-
micilium. Decimò, quæ ſit pœna non eligentis domicilium. Vndecimò,
an quis plura poſsit eligere domicilia.Duodecimò, & poſtremò,an electio-
ne factavariari poſsit.quib⁹ diſcuſsis in domicilio noſtro pacificè degemus.
3 Primò igitur quotuplex ſit domicilium videamus: & triplex eſſe dico,
videlicèt naturale, accidentale, & commune: vt ſcribunt Doct. in rubr.de *Domiciliũ*
4 foro.cõpe.†Naturale inquam domiciliũ eſt locus propriæ originis,vel pa *triplex.*
ternæ l.j.& l.aſſumptio.§.filius.ff.ad munic. & dicitur naturale, quia ex *Naturale*
natura venit,nempe eò ꝙ quis naſcitur in aliquo loco,ibi naturale domi *domicilium*
cilium habere dicitur gl.in c.cũ nullus.de tẽpo.or.li.vj.&in c.accedens.ij.
vt lite nõ conteſ.l.pen.ff.de ſenat. & in multis aliis locis, quos de induſtria
omitto,ne congeries allegationum volumen augeat ſine effectu.
5 Poteſt etiam quis ex propria, aut paterna origine dici municeps, & *Incola, ci-*
ciuis, & habere domicilium d.l.j.ff.ad municip. vnde incolam eum eſſe *uis, & mu*
Iureconſultus ait, qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit, *niceps qui*
quem Græci πάροικον appellant, l.pupillus. §.incola.ff.de verbor. ſignific. *ſint.*
& incolas domicilium facit, ciues quidem origo,allectio,vel adoptio.l. ci-
ties.C.de incol.libr.x.quis ſit municeps, docet Iuriſconſ.in l.j.ff. ad muni-

cipal. & in l. municipes.de verb.ſignif.vbi abundè ſcripſi.

Accidentale domicilium. Domicilium accidentale,eſt locus, quem quis ſibi habitandi gratia conſtituit, vt ibi perperpetuò habitet, d.l.aſſumptio. in princ. iunct.§.iuriſprudentibus. ad municip.ff. vel vbi quis ſedes, & tabulas habet,ſuáſque ſedes conſtituit.l.in lege.ff.de verbor. ſignific. vbi fuſiùs ſcripſi: & in eodem loco,vnicuique noſtrum ibi eſſe domicilium nō ambigitur, vbi larem rerumque ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit: vnde rurſus non ſit diſceſſurus, ſi nihil auocet: vt diuus Adria. ſuo edicto manifeſtiſsimè declarauit in d.l.ciues.C.de incol.lib.x. 6

Communis patria Roma & Pariſ. Commune eſt,quod patria communis nobis parit, vt Roma eſt communis patria,& ſic commune domicilium,l.Roma.ff.ad municip.Idem in Curia Imperatoris, & Regis Franciæ dicit Socin. in cap. de foro compet. hoc tamen parum conuenire videtur: quia domicilium non dicitur quis habere in Curia:quia ſicut rota voluitur,ita & Curia Principum: ideò dicerem ibi domicilium accidentale dari non poſſe, ſed ciuitatem Pariſienſem eſſe cōmune domicilium,aſſerit Io.Gallus in q.per areſta.quæſt.cxlv.per areſtum. 7

Curia Principum ſicut rota voluitur. Hodie hoc domicilium commune parum emolumenti affert: ideò Iaſon. in l.qui Romæ.colum.iiij.ff.de verbor. obligat. dicit hodie Romam nō eſſe commune domicilium, vnde delicto commiſſo alibi, non poteſt cognoſci Romæ, nec Pariſ. ſed ſolent remitti delinquentes ad locum domicilij, vt vidi ſæpiùs in iudicio fieri. Et ideò hoc commune domicilium parum tractabitur hic.Etiam Iuriſcon. his terminis naturale,accidentale, & commune, non vtuntur: ſed ſunt vocabula à iuris interpretibus conficta, quibus praxis vtitur,& ego cum practicis ago. 8

Quot modis domicilium quæratur. Secvndo quot modis domicilium quæratur? Reſp.multis. Lege priùs quæritur domicilium,ſi lex ſtatuat domicilium,vt Bal. ſcribit in l.priuilegio.C.de inco.lib.x. & ſtatutum confert domicilium,l. fi.C. de ven.rer. ciui.lib. xj. l.iiij. §. planè.ff.quod vi aut clam.Bal.in l.j.C. de munic.& origi. libr.x. vbi dicit ſtatutum non poſſe facere, vt ad filios tranſeat domicilium. Item per priuilegium Principis poteſt quis ſequi domicilium matris, licèt regulariter ſit contra,l.j.ff.ad muni. Etiam per conſuetudinem, quæ differt à ſtatuto,tanquam expreſſum & tacitum,l.de quibus.ff.de legi. 9

Relegatus habet locum relegationis pro domicilio. Item quæritur domicilium per relegationem. relegatus enim in illo loco,in quem relegatus eſt, interim neceſſarium habet ibidem domicilium.l. filij.§.relegatus.ff.ad munic. & ibi Bartol.dicit facere pro confinatis, vt ſuis verbis vtar, vbi ſortiuntur domicilium, l. ij. §. fi. ff. ad municip. quod facit pro condemnatis ad curandum portum Maſsiliæ, vt ibi domicilium id temporis,quo degunt,videantur habere. 10

Prælatus & monachus vbi habeant domicilium. Præterea conſtituitur domicilium per prælaturæ adeptionem: nempe ibi domicilium quis habet, vbi prælatus eſt. Bartol. in l.j. ff.ad muni. Ideò effectus Epiſcopus,vel abbas in aliquo loco,ibi ſortitur domicilium. Inno. in c.ex ore.de priu.Ioan.And.in ca.ſtatutum.§.cùm verò.de reſcript. lib.vj. Bartol.in d.l.j.& in l.ciues.C.de incol.lib.x. Panor.& alij in ca.poſtulaſti.de for. compet. licèt quidam prælati cum ſuis potiùs habitent ganeis, quàm in prælaturis,& lepra Naaman adhæret illis,& ſuis ſimilibus in æternum. 11

Item

12 Item ſortietur domicilium monachus illius ciuitatis in qua effectus eſt monachus, quãdiu erit in illo loco monachus. Nam ſi alio transferatur, ibi habebit domicilium.Bar.in d.l.j. Doct.in c.fi.de paroch. Feli.in ca.dilectus. col.iiij.in viij.concl.de reſcrip.Idẽ etiam dices in prælatis regul. hodie mala pars monachorũ, non dicã bona pars,niſi pro maiori intelligam, apoſtatat.

13 Et per adeptionem dignitatis,aut officij domicilium conſtituitur. Bar.in d.l.j.& Doct.in ca.fi.de for.cõpe.Bar. & patruus meus Rebuff. in d.l.ciues. C.de incol.lib.x.l.municeps.ff. ad munici. Ideò Tholoſanus factus Senator Pariſienſis dicitur ibi domiciliũ habere. Senatores tamen licèt in vrbe domicilium habere dicantur, nihilominus & ibi vnde oriundi ſunt, habere domicilium intelliguntur: quia dignitas domicilij adiectionem potiùs dediſſe,quàm permutaſſe intelligitur,l.penul.ff.de ſenator.

Conſiliarius ibi habet domicilium, vbi dignitatem.

14 Item ſi quis adipiſcatur beneficium, requirens reſidentiam in vno loco, ibi domicilium conſtituere cenſetur,ca.cum nullus.de temp.ord. in vj.c. ex ore.de priuil.l.ſenatores.ff.de ſenato. Fel. in ca. dilectus.ij. col.ij. de reſcrip. Sed cùm omne beneficium aſſiduitatem requirat perſonarum,ca.intereà de præben.& ca.ad hæc ibidem.an habeat locum in alio beneficio ſimplici. Ibi deciditur non habere ex conſuetudine generali eccleſiæ, vt dixi in praxi benefi.in reſcripto de non reſidendo.

Beneficiarius locum beneficij habet pro ſuo domicilio.

15 Item per lecturam. Nam doctor ibi cenſetur habere domicilium,vbi eſt conductus, & habet ſtipendia,& vbi iura profitetur,ſiue ſit Doctor Regens ordinarius,aut non.

16 Ideò do. Alcia. & ego dum Biturigibus eſſemus conducti, & ibi iura profiteremur, habebamus ibi domicilium id temporis, vt docet Bar. in l. municeps.ff.ad muni.Soc.in d.c.fi.de fo.compe. & Fel. in rub.de magiſtris. col.vlt. etiam habui domiciliũ Caturci, dum ibi Doctor eram Regens, iura profitens, & ciuilia & canonica, ſic & hic Pariſ. vbi longo tẽpore profeſſus ſum.& idem in ciuitate Tholoſana,& Pictauien.dum ibi profitebar.

Domiciliũ Doctor habet in vniuerſitate, in qua profitetur.

17 Inſuper acquiritur domicilium in loco, in quo aliquis nupſit, ſi vir illo ſe conferat habitandi gratia: & mulier ibi domicilium habet, vbi vir habitat,l.pen.ff.de iuriſ.om.iud.l. ab eo.col.iiij. C. quomod. & quando iud. vbi Bal.ſcribit. l. fi. §. item reſcripſerunt.ff. ad munic.Prætereà adoptiuus filius domicilium habet in loco,in quo pater adoptans, donec emancipatus fuerit.l.ordinem.in fi.& l.ſeq.ff.ad munic.Iac.Rebuf.in d.l.ciues.in glo.magna. lib.xj.C.& Soc.in c.fi.de for.compe.in tertio membro.

Domiciliũ per nuptias quæritur.

18 Item maioris partis fortunarum ſuarum tranſlatione acquiri domicilium non ignoramus, per d. l. ciues. & l.ſed & ſi ſuſceperit.§.j. & ſeq. ff.de iud.& l.ij.C.vbi Senat.vel clariſ.gloſſ.tamen in d.ca.dilectus.de reſcript. dicit duo requiri, videlicèt, quod quis poſſideat ibi maiorem partem fortunarum ſuarum, & quòd aſſiduè in illo loco conuerſetur. quod probat Fel. ibidem.

Tranſlatione fortunarum ſuarum mutatur domicilium.

19 Vltimò,acquiritur domicilium per electionem,quando quis eligit illud, vt hic,de quo inferiùs dicetur abundantiùs. Et de hoc poteſt dici, Hic habitabo,quoniam elegi eam.Tamen hìc non ſolet eligi, niſi litis proſequendæ gratia,vt dicetur inferiùs.

Electione quæritur domicilium.

Domicilij effectus & vtilitates.

TERTIO, quis effectus reſultet,& quæ vtilitas cognoſcẽdi domiciliũ? 20
Reſpond.multi. Primus effectus eſt reſpectu poteſtatis conueniendi:quia in loco domicilij poteſt quis apud magiſtratus illius loci conueniri, cap. dilecti.& c.poſtulaſti.de for.compet.l.hæres abſens.§.proinde.ff.de iudic. l. incola. la. prima, ad municip. vide l. pupillus. §. incola. ff. de verb. ſig.& quæ ibi ſcripſi. Et hoc habet locum, ſiue loquamur de domicilio naturali,ſiue accidentali,de quibus ſuprà dixi, & de vtroque loquitur d.l.incola. 21

Secundus effectus eſt, quia poterit iudex omnimodam iuriſdictionem exercere in habentem domicilium, ſiue de delictis alibi commiſsis ſiue de contractibus,c.poſtulaſti.& ibi Doct.de fo.compe.c.cùm contingat.illo tit. cle.ij. de re iud. Nam iſtud forum domicilij eſt generale,& ordinarium ad omnia quecũq; alibi contracta,geſta,& perpetrata:teſte Calde. in c.j.de rapto.& Socin.in d.c.fi.de for. compet. col.xij. & principali quæſtio. aſsignat rationem:quippe ſi non poſſet reconueniri in loco domicilij,forum domicilij eſſet ſuperfluum.quod non eſt dicendum. Nam poteſt cõueniri quis vbi deliquit, & contraxit, etiam extra domicilium, c.j.de priui.in vj. d.l.hæres abſens.ff.de iudic.†Ideò fuit condemnatus Ieroſolimitanus quidam appel- 22

Areſtum. Epiſcopus contra exẽptum cognoſcit.

lans tanquã ab abuſu ad ſenatũ de Epiſcopo Lingonen. volente cognoſcere contra eum ratione delicti cõmiſsi in eodem epicopatu Lingonen. circa ſacramentum Euchariſtiæ, & fuit permiſſum Epiſcopo, & officiali eius vt cognoſceret contra eum,licèt eſſet exemptus:quod eſt notandum.

Citatio in loco domicilij fieri debet.

Tertia vtilitas eſt reſpectu citationis,vt hic : quia in loco domicilij, quò 23
ad omnes effectus poterit citari,licèt ſit abſens,videlicèt quò ad miſsionem in poſſeſsionem,vel quò ad condemnationem,ſi ſtatus cauſæ patiatur,quia vbicũque ſit,remanet ſubiectus iudici domicilij: ideò citatio decernitur in proprio territorio iudicis, licèt executio quandoque fiat extra territorium. Alexand. & alij in l. fin.ff.de iuriſdi. omn. iud. Oldra. conſi.lxxxviij.Socin. conſil.clxvij.non inutilis,volu.ij.colum.vj.in iij.quæſtio. Bal. in l.ab eo.col. vlt.C.quomod.& quand.iud.& conſi.cxxvj.citatio.in iiij.volum.

Iudex domicilij habet preuẽtionẽ.

Quarta vtilitas, ſeu effectus eſt,reſpectu præuentionis, quia iudex do- 24
micilij poteſt præuenire alios iudices, qui poſſent cognoſcere de illa cauſa,vel ratione contractus,delicti,vel originis,c.propoſuiſti. de fo. comp.l.ſi quis poſteà.ff.de iudic.ca.cùm plures.de offic.deleg.lib.vj.Et ſubditus non poterit in præiudicium iuriſdictionis iudicis præuenientis, aut partis mutare domicilium,d.c.propoſuiſti.vbi not.Doct.& Aufrer.in deciſ.ſuis. quæ. clxiij.item eadem die.

Sententia à iudice domicilij ferri poteſt.

Quinta vtilitas,reſpectu ſententiæ ferendæ:quia ſicut poterat citari talis 25
N. ſiue ſit præſens,ſiue abſens,vt ſuprà dictum extitit:ita in caſibus,in quibus poteſt præueniri contra eum licèt abſentem ad ſententiam definitiuam, poteſt etiam hoc caſu condemnari & contra eum ſententia ferri, ſi ſtatus,vel qualitas cauſæ hoc patiatur.†ſi verò qualitas cauſæ non patiatur, 26
vt contra abſentem perueniatur ad ſententiam,tunc procedetur contra talem abſentem ad miſsionem in poſſeſsionem ex primo & ſecundo decreto in cauſis ciuilibus,vt not.in l.ſi finita.§.ſi plures.ff.de damn.infect.ca. quoniam. vt lite non conteſt. & alia remedia contra contumacem exerceri poterunt

terunt,de quibus per gloſſ.in l.iij.§.tutores.ff.de ſuſpect.tuto.l.ſi quis inter. §.fin.de excu.tuto.gl.in c.ij.de confeſ. lib.vj.Bal. in l.conſentaneum.C.quo mod.& quand.iud.ſcripſi in tract.de contumacia,& defectu ſuprà.

27 In criminalibus grauioribus, in quibus venit imponenda pœna ſuprà relegationem, poterit procedi ad annotationem bonorum, & ſi non compareat intra annum,quo bona ſunt deſcripta, publicantur omnia bona, l.j. & ij.C. de requir.reis.Bar.in l.abſentem.ff.de pœn. Cano.in c.veritatis. de dolo & contu. vel ſecundum praxim Regni Franciæ poterit in loco domicilij citari ad tres breues dies,iuxta l. inter.ff.de pub. iudi.vide quæ ſcripſi ſuprà art.xij.gloſſ.ij.tract. de contu.& defect.

Annotatio bonorum in criminalibus.

28 Sexta vtilitas eſt reſpectu munerum munera enim quis ſubire tenetur & honores in loco domicilij, vt patet in l.j. & per totum. ff. de muner. & hono.& in rub.C.de munerib.& in quo loco munera.lib.x.& vide Albe.in rub.de mune.& Petrum Antibolum in tract.de mune.Soc.conſ. cxxix.in j.
29 vol.†& an filius ſequatur domicilium patris accidentale, aut originale quò ad onera ſubeunda,vide vnam diſtinctionem per Bal.in conſ. ccccxv. quia quæritur.in v.vol.non tamen poterit in hoc domicilio electo munera ſubire,ſed intelligitur de domicilio habitationis.

Munera in domicilio quis ſubire debet.

30 Etiam alij quidam effectus intelliguntur de hoc domicilio. nam electum prodeſt in illa lite, in qua electum eſt, & in ea cauſa non in alia : nam ſeparatorum ſeparata eſt ratio,l.fi.ff.de calum. Et ſi vna res delegatur, non extenditur ad aliam,l.ij.ff.de iud.c.j.& ix.de offic.deleg.

31 Septima vtilitas, quia in domicilio poteſt quis ordines ſumere, & ab Epiſcopo domicilij etiam ſine aliis literis dimiſſoriis : quia is etiam eſt verus Epiſcopus,c.cum nullus.de temp.ord.in vj.vt dixi in tract.nomi.q.xiiij. num.42.alias vtilitates ſcripſi.in l.pupillus.§.incola.ff.de verb.ſignif.

Ordines cõferuntur habita ratione domicilij.

32 Quomodò accipiatur domicilium?Reſpon. pro domicilio habitationis, non rei,vel originis: prout dicit gloſ.in dubio debere domicilium intelligi in c.ſtatutum.§.cùm verò.in verb.vnam dietã.de reſcript. libr.vj.ſingu. ſecundum Fel.in c.j.col.fi.de ſpon. ſequuntur Doct.in ca. fi. de foro compe. Alex.in l.pen. ff.de iuriſd.om.iud.& in l.aſſumptio.§.filius.ff.ad muni. Pan. & Fel.in c.dilectus.ij. de reſcri. & idem Pan. in c.ex parte. de foro compe. Soc. in conſ. lxxix. ſi eſſemus.in iiij. vol.col.iij. Sed hic intelligimus de domicilio electo ratione litis perſequendæ.

Domicilium in ordinatione quomodo accipiatur.

33 Item dicitur quis propriè ſubditus ratione domicilij. gloſſ. ſing. in cle. vna.in verb.ſubditos.de fo.compe. ſecundum Card. & Imo.ibi. & Philip. Franc.in c.cùm nullus.col.ij.de temp.ord.lib.vj.Barb.in proœ.clem. §.hæc ſanè.col.xiiij.Pan.in c.propoſuiſti.de foro compe.& ibi addidi.

Subditus ratione domicilij.

34 QVARTO quæro,quot modis domicilium amittatur?Reſpon. primò ſi quis de propriis laribus expellatur cum ſua familia,l. cum quis. ff.de dol. facit.l.item quæritur.§.exercitu.ff.loc.l.ſi de eo.§.j.de ac.poſſ.

Amittitur domicilium pluribus modis.

35 Secundò, iure, vt ſi deportetur, vel relegetur vltra decem annos, aut perpetuo,l.amiſſione.§.qui deficiunt.ff.de cap.dimi. vel ſi deſtruatur bello ciuitas,aut alia ex cauſa,vt ibi.

36 Tertiò, conſenſu, vt quando quis dimiſsis propriis laribus nouos con-

ſtituit, l.domicilinm.ff.ad munic.l.ij. C.vbi Senato. & hoc intellige quan-
do quis recedit cum familia, & rebus. Bar. in d.l.aſſumptio.ff.ad munic.
& in d.l. domicilium. & Bal.in rubr.C.ſi à non compet.iudice iudica. fuer.
Cuma.conſil.cxlvj.in fin. †Et quis poteſt transferre domicilium pro libito, 37
l.libertus.§.j.ff.ad munic. Bar. in l.idem Vlpianus.§.ſunt & alij.ff.de excu.
tuto.in ij. lectura. Bart. & Alex.in d.l.aſſumptio.in prin. Corne.conſil.viij.
viſis literis.in iij.parte.†Si tamen quis ſit frequens in domiciliis ſine cauſa 38
mutandis,inconſtans,& læuis præſumitur.gl.in c.quæ dignior.xxiiij.q.j.

Frequens domiciliorũ mutatio arguit incõſtantiam.

An quis domicilium eligere teneatur.

QVINTA QVAESTIO eſt, an quis teneatur ad eligendum domi- 39
cilium, de quo loquimur? Reſpond. hic ſtatuitur quòd ſic.vide text.ſeq.&
lege quid dicat.

FRANÇOYS *Artic. xxiij. des publiées M. D. XXXIX.*

Articulus vnicus.

Nous ordonnons, que tous les plaidans, & litigans ſeront tenus au iour de la premiere comparition en perſonne, ou par procureur ſuffiſamment fondé, declairer ou eſlire leur domicile, au lieu ou les proces ſeront pendans, autrement, & à faute de ce auoir deuëment fait, ne ſeront recepuables, & ſeront deboutez de leurs demandes, defenſes, ou oppoſitions reſpectiuement.

GLOSSA VNA.

De iure domicilium eligi debet.

HAEC EST optima Ordinatio iuri conformis, & generaliter 1
per iudices ſeruari debet,tam in patria iuris ſcripti, quàm conſue-
tudinaria,quæ elicitur ex l.nihil.& l.domicilium.&l.non vtique.ff.
ad munic.& c.ſi.pe paroch.& hanc practicam,vt carens habitatione tenea-
tur eligere domicilium,valdè commẽdat Bart.in extrauag.ad repri.in verb.
per edictum. circa finem. quomod. in læſæ maie.crimi. proced.& ante eum
docuerat Spec.in tit.de reſcrip. præſenta.§.ratione autem cauſæ. verſ. quid
ſi non diſcernatur. & Hoſt. in ſumma de foro compet.§. quibus ex cauſis.
†vbi vagabundum debere eligere domicilium, inquit, intellige vt hic,vi- 2
delicèt, vt eligat domicilium in quo poſteà citabitur. hoc etiam approbat
Socin.in tract.de cita.art.xvij.in fin.& art.xxv.q.iij.& hoc ſuadet æquitas, &
fauor diminuendarum litium,teſte Boër.in repet.l.conſentaneum.fol.xvj.in
j.q.C.quomodo. & quando iud. †Et huius ſententiæ multiplex eſt ratio. 3
Prima, vt expenſæ vitentur, & litis anfractus, ac labores partium minuan-
tur,capit.fin.de dolo & contuma.vbi Imo.notat per illum text.iura tendere
ad lites abbreuiandas,ne partes laboribus & expenſis grauentur.

Vagabundus domicilium eligere cogitur.

Rationes domilij eligendi.

Secunda,vt lis celeri marte percurrat, cap. diſpendia.de reſcri.in vj.& 4
in l.quidam exiſtimauerunt. ff.ſi cer.pet.l.properandum.C.de iud.†Ter- 5
tia ratio eſt difficultatis:quia difficile eſſet in quolibet actu citate quen-
dam

dam ciuem noſtrum, hic Pariſ. litigantem: cum de facili non poſsint citationes de longinquo geminari,c.fi.viij.q.v.c.certum.xj.q.ij.& propter multam locorum diſtantiam non poteſt ſine magnis laboribus, & expenſis ſæpiùs ad abſentem haberi recurſus,c.tum ex literis.in fi.de in integr.teſt.

6 Quarta ratio eſt,vt abſentis incommoda vitentur,argum.l.ſi longius. ff. de iud.& ſic æquitas & fauor minuendarum litium ſunt proxima cauſa huius Ordinationis.Boër.in repet.d.l.conſentaneum.fol.xvj.in j.q.C.quomodò. & quando iudex. & ſic cùm hic articulus ſit & iuri & æquitati conueniens, erit ampliandus tanquam fauorabilis, l. cum quidam. ff. de libe. & poſthu.reg.odia.de regu.iur.in ſexto.

7 Sexto, quis teneatur ad eligendum domicilium? Hic articulus in principio reſpondet,quòd omnis litigans tenebitur.Et qui totum dicit,nihil excludit,l.Iulianus.ff.de leg.iij.ibi,*tous plaidans & litigans ſeront tenus*,&c. Litigans autem à litibus dicitur.Litis nomẽ tam ad actionem perſonalem, quàm realem refertur,l.litis.ff.de verb.ſig.vbi ſcripſi abũdè: quare hic non repetam.Ideò quicunque litigat,tenetur domicilium eligere, ſiue ſit actor, ſiue reus:vt inferiùs ſcripſi.Et vide quæ ſcripſi de iſto verbo *tous*.& omnis, in art.j.tract.de lite.oblig.gloſ.j.etiam quis eligere domicilium tenetur,ſiue habeat domum in loco, in quo litigat, ſiue non, vt ſequitur. Sed eſt differentia in aliquo,vt dicetur. *Sexta quæſtio quis teneatur domicilium eligere.*

8 Septimo, quæro quãdo iſta domicilij electio fieri debeat?Reſpondet iſte text. *Au iour de la premiere comparition:* & ſic ante litem conteſtatam, quod eſt intelligendum, etiam ſi citatus actor, vel reus habeat habitationem in loco, in quo cauſa agitatur, etiam ſi domum conductam, vel aliam *Quomodo domicilij electio fieri debeat.*
9 habitationem duntaxat precario datam:† ſed eſt differentia:quia is, qui iam domicilium habet,non tenetur aliud eligere, quàm ſuum, ſed eliget ſuum, vel declarabit hoc velle ſibi eſſe domicilium,& is,qui nullum habet, eliget vnũ in illo loco,in quo litigat,nec poſſet cogi habens ad aliud eligendum, ſed ad declarandum, quod domicilium ſibi velit, ibi, *declairer,ou eſlire*.alio-
10 qui appellare poſſet, vt Doctor.no.in c.fi.de dila. † Si autem haberet quis hortum cum vna parua domo,in qua non habitaret, nec in ciuitate, ibi tamen poſſet ſuum eligere domicilium, quamuis domus propriè non dicatur.vt in l.Senatus.§.Marcellus.ff.de leg.j.ſing.ſecũdum Rom.ſing.cccxxx. hodie. & Iaſo.in l.cætera.illo titul. nec domicilium quis habere dicitur ibi, vbi talem domum habet,vt in prædictis iuribus patet.

11 Poſſet tamen iudex cogere habentem qualemcunque domum, vt declaret,an velit illam ſibi eſſe domicilium, & hoc tenetur pars dicere. vt in text.ibi,*declairer ou eſlire*. Eligere ſpectat ad non habentem, *declairer*, ad habentem. vel ſi pars plures habeat domos, declarare debet in qua domicilium velit eligere,vt poſteà omnes citationes ibi fiant,& imputet ſibi is qui eligit,vel deſertam,vel minus vtilem,in qua non habitat: quia nihilominus omnia poſteà ibi intimata valebunt,licèt non peruenerint ad notitiam partis:quia poſtquàm ipſe elegit,ſibi imputet. *Habens domũ ad eam ſibi velit eſſe domicilium declarare cogitur.*

12 Quæro quid ſi quis non elegerit in prima comparitione, & ſit in primo termino, nec quidem ante litem conteſtatam, an poſteà eligere *Domicilij electio peti poteſt in quacunque parte litis.*

poterit? Reſpon. ſic,& cogitur pars eligere, nec litis conteſtatione tollitur hæc domicilij electio, quia cùm ſemper grauetur pars mittens nuncium ad citandum partem aduerſam in longinquis partibus degentem,ſemper hoc remedio vti poterit vſque ad concluſionem in cauſa,inſtar illius qui continuò grauatur.nam poterit appellare etiam poſt decem dies,text. & ibi eum not.Doct.in c.ex parte.j.de appel.Bal.in l.ij.quæſt.ij.C. de epiſcop. audien. Iaſ.in l.ita demum. col.ij.num.5.C.de procu. & ita ſeruatur in iudiciis. nec obſtat iſte text. dicens in prima comparitione: quia hoc eſt verum, ſi tunc petatur,ſed ſi tunc non petatur,ſemper poteſt peti:vt dixi.

Eligere domicilium quis tenetur, ſi pars petat.

Nec refragatur quòd iſte tex.videatur præbere formam, etiam quia an- 13
nullat actum in contrarium.Reſpon.hic non dari aliquam formam,nec annullatur actus, ſi bene conſpiciatur tex. Sed vult quemlibet litigantem teneri eligere domicilium:hoc intelligitur ſi petatur,l.vniuerſa.C. de precib. Imper.offeren.l.iiij.§.hoc autem.ff.de damno.infect.hoc ſtatutum eſt in fauorem partium,ergo illi fauori partes renuntiare poterunt, non petendo.l. penult.C.de pact. Et ſi pars petat, & aduerſarius nolit domicilium eligere, non debet recipi petitio illius recuſantis, nec defenſio, aut oppoſitio : non quòd annullentur in contrarium facta. Et ideò non eſt dubium per prædicta, quod proceſſus valebit in contrarium non apponente parte, vt plenè probaui in §.ſi quis verò.de colla.in Concord.

Et eſt longa differentia inter libellum obſcurum, incertum, & hunc ca- 14
ſum : *qui ſententia ferri poteſt licèt quis non elegerit domicilium* : ſed ſuper libello incerto non, ideo partes huic non renuntiant. Et quia hoc eſt notum doctis pragmaticis, ob id pluribus non inſiſtam, & hoc etiam ſeruat communis vſus curiarum. ideò minimè mutanda ſunt, quæ ſemper certam interpretationem habuerunt,l.minimè.ff.de legib.

Procuratoris conſtitutio non tollit domicilij electionem.

Ad hæc quamuis pars ab initio cõſtituerit procuratorem, tamen adhuc 15
eligere domicilium tenebitur. Nam licèt procurator habeat domicilium, tamen citationes quandoque etiam poſt conſtitutionem procuratoris ſunt faciendæ in perſonam domini, vt in iuramento de calumnia, per verbum credit,vel non credit,& ad reſpondendum libello,& articulis,& in aliis caſibus multis, in quibus oporteret facere citationes in perſonam domini longè diſtantis : & rationes ſuprà poſitæ haberent locum, quatenus videlicèt ſumptus ingruerent. Ideò dicerem adhuc debere eligere : item quia hic text.loquitur in termino communi,*plaidans & litigans*,ergo quilibet: *& ſolent exteri eligere domicilium in domo procuratoris.*

Præterea diuerſitas nominum inducit diuerſitatem rerum, l. *ſi idem codi-* 16
cilli. C. de codicil.Chaſſa. in conſue. Burg.in rub.*des iuſtices*.in gloſſ. j. §.vj. num. 102.& quia ſunt diuerſa nomina inter procuratorem, & domicilium, ob id qui eligit procuratorem habentem domicilium, vel aduocatum, poterit & debebit adhuc parte petente eligere ſibi domicilium : † ſed poterit tunc eligere domicilium, in quo degit procurator, vel aduocatus, cum ad hoc non ſit prohibitus,vt inferiùs dicetur.

Procuratoris domiciliũ eligi poteſt à parte.

Itẽ tex.dicit, *tous plaidãs & litigãs ſerõt tenus au iour de la premiere cõparition* 17
en perſonne, ou par procureur ſuffiſamment fondé declarer, ou eſlire leur domicile.

Eccc

Ecce ſiue conſtituerit procuratorem,tenetur eligere domicilium, ſiue non
18 conſtituerit, quia hic nihil excipit. †Verum eſt tamen quod poterit pro- *Generale procuratorium an ſufficiat ad domicilij electionem.*
curator eligere domicilium pro parte, quando ſufficiens habet ad hoc mandatum, & in hoc fortè ſufficeret generale mandatum ad proſequendum cauſam & omnia faciendum quæ pars facere poſſet, ſi præſens eſſet: nec inuenio ſpeciale mandatum requiri,vt deſcripſi in §. fin. rub. de elect. deroga.& hic text.dicit, *ſuffiſamment fondé*, tamen hoc ſolet in procuratorio exprimi hodie,vt vidi,& eſt tutiùs.

19 In ſuper domicilium eligere tenetur pars tam in prima inſtantia, quàm *Electio domicilij in quacunque inſtantia fieri debet.*
in ſecunda, cùm eadem ſit ratio in vtraque, ergo & eadem iuris deciſio. l. illud.ff. ad leg. Aquili. & quia ſupradictæ rationes in eis habent locum, & hic articulus non diſtinguit,nec ego.l.de pretio. ff. de public. in rem actio.

20 Et ſi ſemel elegerit coram Præpoſito, & appelletur ad Bailliuum, vel ad alium iudicem,poterit iudex appellationis citare in domicilio electo in prima inſtantia,tum quia eadem ratio,quæ mouit primum iudicem, mouit & ſecundum.arg.c.ſuper literis.in fi.de reſcrip.tum quia eſt eadem cauſa.

21 †ad hæc etiam quia aduocatus datus in vna cauſa tenetur illam proſequi etiam in cauſa appellationis,quando in eadem ciuitate tractatur. l. inuitus, & l.ita demum.C.de procur.gl.in l.vna. C. de ſuffrag. quod vix mihi per-
22 ſuadeo†Nam aduocatus in vna curia, non erit in alia aduocatus, niſi eſſet *Aduocatus in vna curia, an patrocinari poſſit in alia.*
in parlamento, tunc in omnibus aliis curiis intra reſſortum illum poterit patrocinari,& in magno quoque conſilio. Et hoc propter Curiæ ſupremæ excellentiam. Cuius curiæ ſupremæ alia priuilegia ſcripſi in proœ. Con-
23 cordat.in verbo ſummas.†Tamen quòd electio facta in prima inſtãtia proſit in ſecunda,eſt declaratum in ſtylo Borbonij.eo.titu.art.vl.facit l.qui habet.§.fi.cum l.ſeq.ff.de tutel.& quod no.Bald.in l.fi.§.neceſsitate. col. penul.C.de bonis quæ libe.vbi conſenſus præſtitus filio in poteſtate in cauſa principali,cenſetur præſtitus & in cauſa appellationis,ideò nouus conſenſus non requiritur ſecundum eum.

24 Item ſatiſdatio de iudicio ſiſti præſtita in prima inſtantia, durat in cauſa appellationis.Iac.in l. Iulianus. col. vlt. qui ſatiſ. cog. vide gl.in Prac. ſanctio.in §.& ne ſub vmbra.de cau.in verb. eadẽ. Et cauſa cõmiſſa alicui, vt ſummariè procedat,in hac procedi ſummariè tam in prima inſtantia,quam in ſecunda debebit.teſte Caſſado.in dec.viij.fuit etiam.in rubr. de reſcri.

25 Limitarem quando is qui eligit in prima inſtantia, vellet eligere de no- *In cauſa appellationis quis domiciliũ eligit.*
uo domicilium in cauſa appellationis vt poſsit: quia licitum eſt illi facere, quod ſibi prodeſt,& nemini nocet.l.fluminum.§. fin.cum l.ſeq. ff. de dam. infect.Item quia per appellationem extinguitur pronuntiatum, & reponitur in eo ſtatu,vt poſsit appellans omnia facere, quæ poterat in cauſa principali.l.j.in fi.ff.ad Turpil.Bar.& Iaſ.in d.l.ita demum.ſed in prima inſtantia poterat eligere,igitur & in ſecunda poterit.

26 Etiam facit c.iij.de iura.cal.lib.vj.& l.cùm apud.ff.iudic. ſolui. Dy. conſi. xxv. quæſtio talis. & renuntiatio productionis teſtium in prima inſtantia facta non porrigitur ad inſtantiam appellationis.glo.Panor.& Imo. in c. cùm veniſſent.in gloſſ.vlti.de teſtib. vide Felyn. & alios in cap. fraternitatis. j.

tis.i.no.ibid.& gloſ.in ver.& perſonā.in auth.de his qui ing.ad appel. col.v.

Eligens in vna inſtantia: in alia eligere cogitur.

Secundò,limitarem,quando elegiſſet domicilium pro iſta inſtantia tan- 27
tùm:& in electione dixiſſet,eligo in hac inſtantia tantùm:tunc iudex appellationis deberet eum cogere ad eligendum in cauſa appellationis. Quia quando procurator conſtitutus eſt in prima inſtantia, tantùm non poteſt proſequi cauſam appellationis,licèt poſsit appellare. l. inuitus.C. de procu. ca.non iuſtè.illo titul.de procu. in decre. hoc tenet expreſsè Iac.in l.ita demum.col.pen.C.de procu.

Bonum ergo eſſet quod pars videret primam electionem domicilij, ſit 28
ne generalis,quandiu hæc cauſa in ciuitate agitabitur: & tunc nullam aliam electionē quæret:ſi verò non viderit,cautela eſt, quòd iudex appellationis ante initium cauſæ interroget partes,quod domicilium eligere velint,& an illud idem velint habere in ſecunda inſtantia:& ſi reſpōdeant quòd ſic,non erit dubium. † Atque ſi velint eligere aliud,valebit etiam electio ſecunda. 29
Si tamen iudex appellationis hæc omiſerit, & in domicilio in prima inſtātia electo citationes,& expleta fecerint,valebūt: vt ſup. dixi, ſi partes nihil petierint. † Tertiò,limita rem,quando duæ iuriſdictiones ſunt in ciuitate di- 30
uerſorum dominorum,& pars eligit domicilium in illa iuriſdictione, in qua cauſa tractabitur: quia alibi non poſſet:tunc ſi cauſa conuolaret ad alium iudicem diuerſæ iuriſdictionis, prima electio non proderit, ſed debet hic iudex compellere ad eligendum de nouo,& in ſua iuriſdictioœ.

Electio domicilij in vna iuriſdictione an porrigatur ad aliam.

Imò procurator qui litem eſt conteſtatus in prima inſtantia, non poteſt 31
ſubſtituere procuratorem in cauſa appellationis, ratione illius conteſtationis:quia tantùm eſt dominus illius inſtantiæ effectus, l. ſi procurator. ff. de doli excep.Sic concludit Guido Papæ ſing.cccccx.an procurator.

Et actus à partibus facti in prima inſtantia non extenduntur ad cauſam 32
appellationis:ſicut eſt renuntiare teſtibus,& ſimilibus,ca. cùm veniſſent. & c.fraternitatis.de teſtib.Imol.in c.cùm dilectus.in fi.de fide inſtru.& proteſtatio opponendi contra perſonas teſtium facta in prima inſtantia, non extenditur ad cauſam appellationis,teſte Areti. in c.ex parte A.col.vj.nu. 19. de teſtib.Alex.conſil.xcvj.viſo.volum.ij.

Electio domicilij corā iudice ſeculari nō prodeſt coram eccleſiaſtico Areſta.

Electio etiam facta coram iudice ſeculari, non cenſetur facta coram iu- 33
dice eccleſiaſtico: quia alius eſt iudex, & iudicium diuerſum. Ita fuit iudicatum in hoc Senatu anno 1515. die xxiij. Iulij. & expleta facta in cauſa appellationis annullata fuerunt.Imò anno 1533. die Maij, fuit dictum electionem domicilij in principali cauſa factam, non extendi ad cauſam appellationis, ideò de nouo facienda erit. Intelligendo tamen vt ſuperiùs dixi, quod partes tenentur declarare in cauſa appellationis, an primum habere velint domicilium,vel nouum eligere:& ad hoc poſſunt inſtare partes.

Domiciliū vbi debeat eligi.

Octavo, vbi quis domicilium eligere teneatur? Reſpon. text. in 34
l. nihil eſt impedimento, quominus quis vbi velit domicilium habeat. ff. ad munici. poſteà ſubiicit text. quod ei interdictum non ſit. Igitur non poterit eligere domicilium inhoneſtum, videlicèt lupanar. argu. l. ſi cùm dies, §. ſi arbiter. ff. de arbitr. tum quia honeſtatis ratio non patitur, l. ij. C. ne fiſcus rem quam vend. euincat. libro x. tum quia illud

poſſumus,

poſſumus,quod honeſtè,& cum honore poſſumus, l. filius.ff. de cond.inſt. Ang.in tract. de malefi.in gl.& dictus Titius facit l.hæ demum.ff. de op.lib.

Idem cenſeo, ſi vellet eligere domicilium prohibitum à iure ingredi, vt monaſterium monialium, quod ingredi ius prohibet, ca. monaſteria. de vita & honeſt. cle. & hoc probatur per d.l.nihil.ibi, quod ei interdictum non ſit: ſed monaſterium fœminarum eſt interdictum viris: ergo vir non poterit eligere,vt ibidem citetur,niſi fuerit mulier,quæ ibi degit,& cui non eſt interdictum,vel niſi in circuitu monaſterij eſſet vna domus pro viris, vt communiter eſſe ſolet,extra tamen locum monalium.

Monaſterium monialium aut aliũ locũ prohibitũ pro domicilio quis eligere non poteſt.

36 Item debet eligere ſecundum hanc Ordinationem vbi proceſſus pendet:vt eſt tex.ibi,*au lieu ou les proces ſeront pendans,* illa dictio *au,* pro in, iũcta ablatiuo,ſignificat intra,niſi reſultet cõtrarietas,l.j.ff.de flum.& in l.Gallus. §.ille caſus.de lib.& poſthu.

37 †Et ſic non vult comprehendere eos, qui iam pendent,ſed futuros tantùm:ſicut conſtitutio ad futura tantùm extenditur, c.fi.de conſt.vnde qui litigat Pariſ.non poteſt eligere domicilium. Aureliẹ, quia vbi litigat eligere tenetur,per verbum,*ou,*quod hic ſignificat vbi.

Conſtitutio futura reſpicit.

38 Quid ſi velit eligere domicilium extra ciuitatem,in qua litigat,an poſsit? videtur quòd non,vt in tex.patet ibi,*au lieu,ou les proces ſeront pendans.* Contrarium crederem,quando vellet eligere in ſuburbiis: quia appellatione ciuitatis & ſuburbia continentur,l.ij.ff.de verb.ſig. vbi abundè ſcripſi. Fel.in c.Rodulphus.de reſcrt. Illa enim quæ proxima ſunt,ineſſe videntur,l.lecta. ff.ſi cer.pe.facit gl.no.in §.in eccleſiis.in ti.de colla.in pragm. Sanc.in verb. exiſtũt.ſcripſi in tract.nomina.q.xvj. ergo poterit eligere vbicunque litigat, & in omnibus locis non prohibitis à iure, nempe quod non prohibetur, permitti cenſentur,c.nam concupiſcentiam.de conſtit.

Extra ciuitatẽ an quis domicilium eligere poſſit.

39 N o n o, :in quibus cauſis eligendum ſit domicilium? Reſp.in omnibus cauſis tam plenariis, quàm ſummariis: & tam in ciuilibus quàm criminalibus: vt in ſtylo Picta.rub. *des conteſtations, ou le procureur du Roy eſt partie.*art. xij. & text. in l. nihil. ff. ad muni.Et hic articulus generaliter loquitur: ergo generaliter debet intelligi,l.j.§.& generaliter. ff. de leg.præſtan. imò ſuadet hic text.dum dicit,*au iour de la premiere comparicion en perſonne,* &c. Ecce ergo quòd comparens perſonaliter,vt ſolet fieri in criminalibus, ca. veniens. de acc.tenetut domicilium eligere.

In quibus cauſis domicilium eligi debeat.

40 Quod eſt verum,quando non cuſtodiretur in carceribus, quia tunc fruſtrà eligeret domicilium, cum domicilium ibi habeat neceſſarium, vbi in carceribus cuſtoditur. Et deriſorium eſſet petere à captiuo,vt eligeret domicilium:quia aliud eligeret,quàm carceres,ſi ei eſſet liberum.Verùm quia cauſa pendente poteſt aliquo caſu euadere, ideò non erit abſurdum,vt eligat domicilium vbi degit:quod ſi fugerit, in vim illius domicilij electi poterit iudex ad vlteriora procedere, & ibi citari,vel vocæ tubæ. Sed non ſolet hæc domicilij electio peti à detento in carceribus.

Incarceratus nõ eligit domiciliũ.

41 Amplia in omni eo procedere, qui conuenitur in loco, in quo nihil habet: nec in illo reſſortu ſeu iuriſdictione iudicis, coram quo agit, vel conuenitur: vt teneatur eligere domicilium, vt hic dicitur *tous plaidans.* Sic firmat Panor. in ca.fi.colum.iiij.de dil.vbi dicit procedere in quibus procedit

Nulla habẽs bona eligit domicilium.

citatio

citatio generalis ad totam cauſam. Ang.& Iaſ.in l.qui ante Calēdas. in fi.ff.
de ver.obl. Boër.vbi ſuprà in d. l. cōſentaneum. etiā ſuperiùs dixi in habēte
bona & domiciliū, q̄ tenetur declarare locū, quem pro ſuo domicilio velit
habere,& iſte tex.procedit etiā in actione,per iſtū text.ibi, *de leurs demandes.*

Domiciliū etiam in curia eccleſiaſtica eſt eligendum.

Secundò etiam hæc practica poteſt ſeruari in curia Eccleſiaſtica , ſicut 42
in curia ſeculari. Panor. & alij in d.c.fi. cùm rationes ſupradictæ procedant
tam in curia eccleſiaſtica, quàm ſeculari, ergo in vtroque foro procedet: &
ita videtur tenere Soc.in tract.de citatio.art.xx. q. xvj. verſ. circa ſecundam
quæſtionem. non vt Curia eccleſiaſtica aſtringatur ratione huius Ordinationis,ſed in vim iuris ſuprà adducti.

Iudex delegatus eliget certum ſibi locū ad cognoſcēdum.

Tertiò, amplia etiam in iudice delegato , qui non habet certum locum. 43
Nam bona practica eſt, vt in principio cauſæ aſſumat, & eligat ſibi certum
locum ad cognoſcendum de cauſa , & poſteà omnes citationes cenſentur
factæ ad illum locum , nec poſteà erit in citationibus neceſſe exprimere locum,alioqui contrà:teſte Bar.per illum tex.in l.ſi vt proponis.ij.C. quomodò & quan.iud.Lapus allega.xlviij. in fi.l. ſi locus. ff. de iud. l. penult. ff. de
iuſti.& iure.Bal.in l.vt perfectiùs.C.de annal.except.dixi ſuprà.

Quartò amplio,ſit diues litigans,vel pauper:quia iſte tex. generaliter lo- 44
quitur, nec rationem potiùs habet vnius, quàm alterius. & iſta docent iurium interpretes in d.c. fi. de dila.etiam ſi habeat habitationem in illius iuriſdictione iudicis ſub quo conuenitur. & de hoc videtur text. in l. ſciendum.§.j.ff.qui ſatiſd.cogan.& ibi Iaſ.vt etiam ſuperiùs dixi.

Declinans iudicem domicilium eligit.

Quintò etiam habet locum in eo qui declinat iudiciū: quia verba Ordi- 45
nationis iſtū cōprehendūt,videlicèt *plaidās.* Nā ex cōmuni vſu ſimul atque
quis eſt citatus,dicitur *plaidant*,qui cōmunis vſus attendi debet.l.Labeo.ff.
de ſupel.leg.Fel.in proœ.decre.& idē in ver. litigās, pōderantur etiā in hoc
articulo verba, *au iour de la premiere cōparition* , quādo quis declinat iudicem
primò comparet: ergo in illo die primæ comparitionis debet eligere domiciliū probat etiā verbū *oppoſitions*,quia dū declinat iudicē, opponit.ſ. contra
ipſum iudicem , ergo ab illa oppoſitione vult hic text. quòd priuetur , niſi
eligat domicilium.Etiam quia rationes, vel ſaltem aliquæ habent locum in
hoc caſu.Et quia hoc eſt fauorabile,& parū præiudicij parti infertur ex hac
electione domicilij,ideò tenetur etiam declinans iudicium eligere domicilium : quod eſt notandum. Et hoc fuit in magno Regis conſilio deciſum,
quandò in prima comparitione non decideretur ille articulus , ſed longum
habere poſſet tractum,alioqui contra,& ita intelligi debet:vt alibi ſcripſi.

Quàm pœnam ſubeat nolens domiciliū eligere.

D e c i m o, quàm pœnam patiatur nolens domicilium eligere ? Reſp. 46
de iure iudex poterit eum citare ad totam cauſam,& ei intimare ,vt in omnibus actibus interſit:vt docet Bar.in extraua.ad reprimendum.in verb. per
edictum. Alexand.& Iaſ.ln d.l.qui ante Calendas.ff.de ver.obl. Alexan.in l.
ſtatuliberos. §. Stichus. ff. de ſtatuli. Soc. plenè in tract. de cita. in ar.xx.in
xvj.q.& Boër.in repe.l. conſentaneum.in j.q. C. quomo.& quan.iud. Alioquin ſi ad totam cauſam citaretur , poſſet appellare. Imo. & alij. in ca.conſuluit. de offic .deleg. Domi. & reliqui in ca.fi.de elect.lib.vj.quia ex tanta
generalitate citationis,videlicèt vt interſit ſingulis diebus,& horis, videtur
grauari

grauari,ergo appellare poterit.Soc.vbi ſuprà.tract.de citat.artic. xx.

47 Secundò, poterit iudex nolentem domicilium eligere compellere per denegationem audientiæ,& aliis remediis iuris, quibus ſibi iuſtum videbitur,vt dicitur in ſimili in l.fi.§.neceſsitate.C.de bo.quæ lib.vel etiam iudex eliget,aut cōſtituet ei domicilium,in quo omnes fient citationes. facit tex. in l.iij.§.ſed & ſi proponas.ff.de iur.dot.c.nullus.de iure patro.Ioan.Lup.in repe.c.per veſtras.§.xxij.fol.13.col.iij.& ſeq.de dona.inter vj.& vxo. *Non auditur quis antequā eligat domiciliū.*

48 Sed ad vitandas omnes ambiguitates hic ſtatuitur, quòd actor ſi domicilium eligere recuſet, debet repelli à ſua petitione, reus à ſua defenſione vel oppoſitione.ibi,*ne ſeront recepuables,& ſeront deboutez de leurs demandes,defenſes, ou oppoſitions reſpectiuement.* & iſti ſententiæ adhærendum eſt, propter

49 hanc legem:& repelluntur,ac excluduntur à iudice. †Nā quando verba ad iudicem referuntur,oritur officium iudicis.gl.in l.ſi ſoror.C.de coll.& ideò ſi iudex nō repellat,nō repellūtur ipſo iure.c.cum ſecūdum.de hæret. in vj. *Officium iudicis quādo oriatur.*

50 Vndecimò quæro,an plura domicilia pars eligere poſsit. Reſpon. non,ne ſub incertum vagetur: incertum enim eſſet in quo domicilio citationes, & denuntiationes fieri deberent, quæ incertitudo parit obſcuritatem. l. ita fidei.ff. de iure fiſci. & hic text.in ſingulari loquitur:ibi, *eſtre leur domicile.*Item lites ex litibus oriri poſſent:nam qui plura haberet domicilia, diceret ſe citatum in loco, in quo degebat, & ſic magna eſſet confuſio, quam prætor tollere vult.in l.iiij.§.ait.ff.de re iudic. imò qui haberet plura domicilia, teneretur declarare vnum, in quo vellet citari, & alios actus iudiciales ſibi ſignificari,vt hic dicit tex.& ſuperius expreſſum fuſiùs fuit. *Plura domicilia an poſſint eligi.*

51 Dvodecimò quæſitum eſt,an electione facta variare quis poſsit:& ſi ſemel vnum elegerit domicilium pars,an poſsit aliud eligere? Breuiter reſpondeo,quòd non per text. in l.ſerui electione legata ſemel optare poſſumus.ff. de leg.j. ratio eſt,vbicunque à lege, ſtatuto vel conſuetudine alicui defertur electio,ſi ſemel elegerit,electio non poteſt iterum fieri.l. ſi mihi & tibi.in princ.ff.de leg.j.l.eum qui certarum. §.j.ff.de verb.obl. ca.ij. de reſcri.nam eligendo videtur quaſi cōtraxiſſe cū parte, quia in iudiciis quaſi cōtrahitur.l.iij.§.idem ſcribit.ff.de pecu.ergo ſine cōſenſu illius non poteſt reſilire.arg.l.j.& ij.C.quand.liceat ab emp,diſced.& l.ſicut.de acti.& obl. *Variatio domicilij, an permittatur.*

52 Fallit ſi ex cauſa, puta peſtis, aut alia iuſta cauſa non audet accedere ad ſuum domicilium electum,poterit aliud intra dictam ciuitatem eligere, aut alibi, ſi extra ciuitatē tedderetur ius. Et iſtud eſt priuilegium peſtis, quod

53 adde ad illa quæ poſuit de Ripa,in ſuo tract.de peſte.in ij.parte: †debet tamen pars cum iudicis authoritate ſecūdum eligere domiciliū: ſupplicando illi,& narrando cauſam,vt liceat alterum domicilium videlicèt tale ſibi eligere.& iudex hoc decernet,ſtatuens parti electū domiciliū nuntiandum: & *Ex iuſta cauſa mutatur domicilium.*

54 iſta praxis eſt tutior.†Etiā debebit pars iterum eligere, ſi cauſam contingat habere cū alio,licèt ſemel elegerit cum primo: quia res inter alios acta non prodeſt aliis: vt in rubr. C. res inter alios acta. ſcribit Imber.in inſtitution. Foren. pag. xciiij. poſſet tamen in ſecunda cauſa eligere illud primum domicilium iam electum:quia nihil eſt impedimento quominùs eligat,&c.

Nota ex iſto text. Ordinationis ſequentia. Primò, quòd omnis litigans *Notabilia*

DE GRANADA Hospit Real

ex hoc text. ordinatio-nis Regiæ.

tenetur eligere domicilium, vt in princ.probatur, ſiue actor ſit, ſiue reus,
cùm litigatoris appellatione vterque veniat. c.quoniam.de probatio. ergo
requiritur litem eſſe intentatam. nam extrà iudicium non fit iſta domicilij
electio,per hoc verbum litigans. †Secundò,quòd in prima comparitione, 56
& ſic in primo termino:ibi,*au iour de la premiere comparition*: tamen ſi in pri-
mo termino non elegerit,poteſt pars petere,vt domicilium eligatur vſque
ad ſententiam excluſiuè : vt ſuprà dixi. ſed hic vult quòd in prima compa-
ritione peti poſsit, & ſi ſapiat aduerſarius, hoc petere debet in principio.

Citatio præcedit domicilij electionem.

Tertiò requiritur citatio antequàm teneatur pars domicilium eligere, 57
quia ſine citatione regulariter quis non comparet:alioqui fruſtrà inuenta
eſſet citatio.l.conſentaneum.& l.tres denuntiationes.C.quomo.& quand.
iudi. ad peremptorium. ff. de iud. ſi tamen vtraque pars inueniretur in iu-
dicio, cum præſens non debeat citari. Bar. in rub.ff. de in ius vocand. &
ſubiret iudicium, tunc etiam abſque alia citatione compelleretur ad do-
micilij electionem:quia prima illa diceretur comparitio.arg.l.ij.C.quomo.
& quando iud.

Quartò ſiue pars per ſe compareat,ſiue per procuratorem,ibi,*en perſon-* 58
ne, ou par procureur. Requiritur ergo, quòd pars compareat, alioqui altera
peteret defectum contra non comparentem per totum titu. de dolo &
contumac. vel circunduceretur edictum, ſi neutra pars compareret. l. &
poſt edictum.§.circunducto. ff.de iudi.& ſic requiritur,quod vtraque pars
compareat,per prædicta,vel per procuratorem.

Mãdatum requirtur ſufficiẽs ad domicilij electionem Eligitur domicilium in loco proceſſus.

Quintò requiritur,quod procurator, vel qui petit electionem domici- 59
lij,& qui eligit domicilium habeat mandatum ſufficiens : quod declaraui
ſuperiùs,& probatur in tex.ibi,*ſuffiſamment fondé*,

Sextò, tenetur quis eligere domicilium in loco, in quo proceſſus pen- 60
det ibi,*au lieu ou les proces ſeront pendans*, ergo illi qui in Bailliua, vel Seneſ-
chalia morantur, extra tamen ciuitatem, tenentur eligere domicilium in
ciuitate, vt hic art.aliquid iuri communi addat, & ſi domicilium habeat,
oportet ꝙ declaret ſuũ domiciliũ, vt hic dicitur, & ſuperiùs fuſiùs ſcripſi.

Interpellatio requiritur in domicilij electione.

Septimò,quòd pars aduerſa petat,aliàs non tenetur,ibi,*à faute de ce auoir* 61
deüement faict,Ergo debitè fieri debet petitio, & quòd interpellatio requi-
ratur,probat.l. vniuerſa.vbi.Iaſ.C.de preci.Imper. offe. vt ſcripſi ſuperius.

Vltimò, requiritur, quod pendente proceſſu petatur electio domicilij. 62
Nam ſi finito proceſſu peteretur, non fieret domicilij electio. probat iſte
text.ibi,*au lieu ou les proces ſeront pendans*. † Quid nomine proceſſus veniat, 63
abundè ſcripſi in tract.nominatio. q. vltim. & non petit quis poſt ſenten-
tiam, quòd ſi faceret, repelleretur. per hunc tex. ibi, *ſeront deboutez de leurs*

Quando ſit eligendum domiciliũ.

demandes.Intelligas tamen niſi in executione eſſet proceſſus, vbi requiri-
tur cauſæ cognitio, quia tunc etiam teneretur quo ad eam eligere domi-
cilium. Interdum enim executio eſt difficilior, quàm proceſſus principa-
lis,& venenum iacet in cauda:vt dicit Io.Fab.in rub.de pub. iud. in Inſti-
tu.Multa alia quæ fortè longiùs rem ipſam reſpicerent,adducerem,ſed his
ſi lubet prouide lector contentus eris : de his Deo optimo maximo & ſa-
cræ virgini gratias agens perpetuas,finem facio. Amen.

TRACTATVS DE RECVSATIONIBVS.

Des recuſations.

PRAEFATIO.

1 QVAMVIS QVI iudicem aliquem adit,vt ab eo ius ſibi reddi poſtulet, imprimis ipſum ſibi conciliare ſalutando debeat, l. fi. C. de offic. diuer. iudi. & aliis modis, quos docet Spec. in tit. de aduo. §. hic dicendum. quod etiam fieri poterit, ſi eius laudes ad noſtræ cauſæ vtilitatem coniunxerimus :allegantes pro honeſtis dignitatem illis ſuam,pro humilibus iuſtitiam,pro miſerabilibus miſericordiam: *Iudicis beneuolentia primũ captanda.*

2 †tamen ſi conciliari non valeat iudex, ſed ad recuſationem te venire cogit cauſa, cauſam qua id fieri poſsit diligenter ſcrutare, tecúmque tacitus conſidera, ſi eam probare poſsis, & ſi probata ad recuſationem ſufficiat, ad quam facilè deflectere non debemus. ſi Spec. credatur. in titu. de recu. §. qualiter. ne fortè victus poſteà magis acerbum iudicem habeas.argum.l.fi.§.ſin verò quidam.C.de teſta.manu.Nam præſtat non ſuggillare iudicem eum recuſando, & ſic iniuria afficere. l. litigatores. ff. de arbit. quàm poſteà coram offenſo iudice contendere. Bal. in c.ſuper. de offi.deleg.quia periculoſum eſt coram iudice ſuſpecto litigare, c. cùm inter.de excep. *Ex cauſa recuſatur iudex.*

3 Quamobrem præfari ad intellectum huius materiæ licebit.Primò,quid ſit recuſatio. Secundò, quo iure introducta. Tertiò, an poſsit per Principem tolli,& recuſatione remota cauſa delegari.Quartò, quando recuſatio proponenda ſit:& artic.j.decidetur. Quintò, an recuſatione propoſita iudex poſsit de principali cauſa cognoſcere, & ſi cognoſcat, an ſit nullus proceſſus : quod in articu. vj. tractabitur : & an ipſe iudex recuſatus poſsit de cauſis recuſationis cognoſcere:dicetur artic.v.Septimò,quibus ex cauſis recuſari poſsit iudex. artic. viij. & ix. & aliæ quæſtiones vſu venientes interſerentur,& breui explicabitur hæc materia, ac Regiæ conſtitutiones huic rei conuenientes,Deo opt.maxi.authore. *Summa & ordo huius tractatus.*

4 AD PRIMVM recuſatio eſt iuriſdictionis, vel audientiæ cauſa ſuſpicionis propoſita declinatio. ſic definit Spe. in tit. de recuſatio. §.j. in j.parte.ſequuntur Docto. in l. apertiſsimi. C. de iudic. Ego dicerem recuſationem quantum ad hanc attinet materiam, eſſe, iudicis ratione odij, *Definitio recuſationis.*

amicitiæ, alteriúſve iuſtæ cauſæ reiectionem : quæ definitio ſatis elucidabitur inferiùs.

Quo iure introducta recuſatio.

SECVNDÒ, quæritur quo iure introducta ſit recuſatio ? Et reſpond. Panor. & communiter Docto. in c.cùm inter. de except. de iure naturali inuentam.per c.quod ſuſpecti.in fin.ibi, etiam quodam modo naturale eſt. iij.q.v.& c.ſecundò requiris.in fi.de appella.& quia continet deſenſionem, quę eſt de iure naturali.cle.paſtoralis,de re iud.ne videlicèt innocens condemnetur per ſuſpectum iudicem,& opprimatur. 5

Ego dicerem recuſationem iure ciuili eſſe introductam, quadam ratione naturali dictante:vt in d.c.ſecundò requiris.in fi.ibi, ipſa namque ratio dictat,quia ſuſpecti & inimici iudices eſſe non debent. d. c. quod ſuſpecti, ibi,nam quodammodo eſt naturale ſuſpectorum iudicum inſidias declinare, & inimicorum iudicium velle refugere : & ſic non dicit eſſe naturale, ſed quodammodo naturale. 6

Legitima quo iure ſit introducta.

Sic dicitur de legitima : vt ſit introducta de iure ciuili ratione naturali dictante, §. primum itaque. ibi, ſecundum naturam ipſis debeatur. in authent.de hæredi.& Falcid. colla.j. 7

Ita tamen vt quarta pars, quæ eiſdem liberis debetur ex legibus, nullo modo minuatur.C.de ſecund.nupt.l.penul.C.de legit.hære. vbi dicit hæreditatem legitimo iure deferri. hoc probat Dy. in c. indultum. de regul. iuris.lib.vj.Vincen.Hercul.in l. quòd de bonis. §. fina.ff. ad legem Falcid. & in diſputat. incipien. Peruſinus. in ij. quæſtio. verſicu. circa ſecundam quæſtio.& Doctor.in regul.iura ſanguinis.ff.de regul.iur. Panormi.conſil. lxiij.ſtante quadam.col.ij.volumi.j.& Alexander conſil. lxxv. viſis columm. iij.volumi.j.& Rota in deciſ. j. de conſuetud. incip. fuit dubitatum. in not. & ibi in additio. pluribus iſta probaui in tracta. meo de decim. quæſtione prima. 8

Suſpecto iudici an poſſit cauſa cõmitti.

TERTIAE quæſtionis deciſio infertur ex præmiſſis, videlicèt quod Papa & Princeps non poſſunt committere cauſam iudici ſuſpecto remota recuſatione,per gl.ſing. in cap. ad hæc de reſcrip. quam ſing.dicit gloſſ. in regu. Cancella. xl. & Barba.in tracta. de præſtan. Cardi. in iiij. quæſtio. ij.partis.col.ij.Contrarium tamen tenent glo.& Docto. in d. l. apertiſsimi. C. de iudi.& in cap.poſtremò.& cap.cum ſpeciali.de appel.& iſta eſt communis:vt dicunt Panor.Deci. & alij in capi. cùm inter. de except. & Deci. conſi.clxxv.in cauſa. col.ij.quia is poterit appellare,ſi condemnetur ab illo iudice ſuſpecto,& ſic non eſt ei ſublata defenſio, l. vna. in fin.ff.apud eum à quo appellatur. 9

Commiſſio cauſæ recuſatione remota intelligitur de friuola.

Caſus quibus princeps nõ committit remota recuſatione.

Imò,ſi Princeps expreſsè committat cauſam recuſatione remota, intelligitur de recuſatione friuola. argum. capitu. ex parte. ij. de offic. delega. & adhuc ex iuſta cauſa iudex recuſabitur : quia lites ſine ſuſpicione procedere Imperator iubet, in dict. l. apertiſsimi. Et ideò illæ literæ ſunt contra Principis voluntatem prima facie, & ſic ob importunitatem præſumuntur emanatæ. l. j. C. de petitio. bon. ſubla. libro x. Sanxon in ordi. Turon. 10

† Super hoc facerem caſus ſequentes. Primus eſt, quòd in 11
criminalibus non poteſt Princeps committere cauſam recuſatione remota,

mota, quia ex hoc tolleretur defenſio, quæ de iure naturali eſt. cle. paſtoralis. de re iud. & Cicer. in j. offic. Primò generi animantium omni à natura tributum eſt, vt ſe, vitam, corpúſque tueatur: caueat quæ nocitura ſunt. ideò ſolet ipſe dicere delatis, aut accuſatis, ſi ſciant aliquam recuſationem contra talem, & talem iudices, & an ipſi velint eos in iudices habere: & tunc hi accuſati ſciſcitabuntur ab illis, qui cognoſcunt iudices, an ſint iuſti: & poſteà acceptabuntur, vel recuſabuntur. Ita vidi fieri, & docet Bald. in l. iij. ff. quod quiſque iuris. & hoc eſt tutius.

12 Nec refragatur quòd condemnatus poſsit appellare, quia ſac eſſe, tamen quia iudex ſuſpectos, & falſos audire poſſet teſtes, & ſic falſum facere proceſſum: ob id licèt appellatio permittatur, non ob hoc reparari poterit falſum in proceſſu commiſſum: ideò non debet Princeps ſuſpecto iudici cauſam criminis committere, alias tolleret defenſionem: & abſoluendus multoties condemnaretur. capitul. cùm inter. de except. & meliùs eſt occurrere in tempore, quàm poſt cauſam vulneratam remedium quærere, l. vltima. C. in quibus cauſis in integrum reſtit. & l. vnica. C. quand. lice. vnicuique ſine iudi. ſe vindi.

Appellationis remediũ nõ impedit recuſationem.

13 Secundus caſus, in ciuilibus poterit iudex ſuſpectus ex certa ſcientia & plenitudine poteſtatis committi. Et iſta eſt communis concluſio: vt Deci.
14 probat. in capitul. cùm inter. de exceptio. † quod dicerem verum eſſe, quando alium haberet coniudicem, vel adiunctum: quia is poterit falſum impedire, alioqui Princeps non eſſet rationabilis, ſi alio committeret modo: vt probatur in authent. ſi verò. C. de iudic. ideò ſi ſolus datus fuerit, non poterit iudicare ſine adiuncto: & ſeruari debebit tunc iuris ciuilis diſpoſitio, alioqui paria eſſent rem auferre ſine cauſa, & committere ſuſpecto: ſed primum non poteſt Princeps facere ſine tyrannide, l. quoties. vbi gloſſ. & Doctor. C. de precibus Imper. offerend. ſic non ſecundum poterit vni ſoli committendo.

Suſpectus iudex quando dari poſſit in ciuilibus.

15 Tertius caſus, vbicunque cauſa committitur iudici ſuſpecto etiam ex certa ſcientia, quod non ſolet fieri, is poterit recuſari, niſi expreſsè hoc prohibeatur. c. cùm inter. vbi Docto. de except. quia Princeps videtur ei committere vt de iure. arg. l. ſi duo. ff. de acquirend. hære. Barb. in c. Raynaldus, col. iiij. de teſta. Iaſ. conſ. lxxxiiij. vol. j. Doct. in dicta l. apertiſsimi.

16 Licèt quidam diſtinguant inter ſuſpectum ex inimicitiis, & ex aliis cauſis: quod non admitterem, quia ſuſpitio ex amore ita arctat, ſicut ex odio. c. quatuor modis. xj. q. iij.

17 Quartus caſus eſt, quòd non poteſt Princeps in ciuilibus, vel criminalibus recuſationem & appellationem ſimul tollere, *quia difficiliùs duplex funiculus tollitur, quàm vnus.* capitul. primo. de treuga. & pac. potentiora enim ſunt duo iura, quàm vnum. l. cohæredi. §. diſcretas. ff. de vulgari. l. re coniuncti. & ibi Iaſon. vltim. not. ff. de legatis tertio. tum quòd non poſsit (vt dictum fuit) adimere defenſionem, tum nec rem alicuius auferre, quod faceret, ſi ſic reſcriberet, vel quando negotium committeret ſupremæ Curiæ, vel aliis iudicibus, vt iudicarent, (ſicut dicitur) *en dernier reſſort*, tanquam vltimi iudices, quia tunc vtrunque adimeretur: quod eſſet iniquum. clem·

Recuſatio an reſcripto tolli poſſit cũ appellatione.

paſtoralis, de re iudi.& per ſupradicta, & per hos caſus conciliantur contrariæ,& variæ Doct.ſententiæ. Laus Deo.

CHARLES viij. Article Lxiiij.

Articulus primus.

Item & pource que l'on à trouué que les parties ont baillé pluſieurs recuſations malitieuſement au deshonneur des Preſidens & Conſeillers de noſtredicte Cour.

GLOSSA PRIMA

Iudex non debet malitioſè recuſari.

Iudex ab ipſa parte recuſari debet, non à procuratore.

EX MALITIA non debent iudices recuſari, ſed ex 1 cauſa & quidem iuſta:alioqui recuſantes puniuntur, vt dicetur inferiùs artic. ix.& ſequen. † & ideò dicit, *les parties.* 2 quia iudex non poteſt recuſari, niſi à parte, & non à procuratore,niſi ſuper hoc ſpeciale habeat mandatum, l. non ſolùm.§.fin.ff.de procurator.& Barto.in l. ſi procurator. ff. de condict. indebi. quia famæ cauſa eſt. dict. §. final.& iudici per recuſationem videtur inferri iniuria.l.litigatores. ff. de arbitr. & ad hoc non videtur procurator

Areſtum.

conſtitutus. †Et ita cenſuit Senatus anno 1534. die penult. Iulij. etiam 3 quia recuſans incidit in pœnam, vt patet inferiùs articul. ix. ob id procurator non poteſt facere,vt dominus incidat in pœnam, ſi ad hoc ſpecialiter non ſit conſtitutus,dict.l.ſi procurator.l.ſi pater. quæ in fraudem creditor.Et caſus requirentes ſpeciale mandatum docui,in §. fina. in glo. penul.de elect.derog.in Concor. col. 109. in fin.

Abſentis nomine procurator recuſat.

Si tamen procurator generalis allegauerit dominum abſentem, & hanc 4 recuſationem ab ipſo propoſitam approbaturum, & petat dilationem ad obtinendum ſpeciale mandatum, interim iudex recuſatus in cauſa procedere non debet:alioqui perperàm factum iudicauit Senatus Pariſien.anno

Areſtum.

1543.die iiij.Decembris.

Statuons, & ordonnons, que pour quelque recuſation que ſoit baillée contre noſdits Preſidens & Conſeillers, ils ne s'abſtiennent d'eſtre au iugement des procés, ſinon que la recuſation ſoit baillée par auant que le procés ſoit mis ſus, & qu'elle ſoit trouuée bonne & raiſonnable par noſtredicte Cour.

GLOSSA II.

Quando ſit opponenda recuſatio.

HIC DECIDITVR quarta quæſtio, videlicèt quando 1 recuſatio opponi debeat,& fac caſus ſequen.Primus eſt, quòd recuſatio contra iudicem de cauſa cognoſcere volentem ante litem conteſtatam opponi debet.capitul. quod ſuſpecti §. & re vera.iij.quæſtio.v.l.appertiſsimi.ibi,antequàm lis inchoëtur. C.de iudic.c. paſtoralis. vbi gloſ. & Doct. de exceptio.tum quod exceptio dilatoria

ante litem conteſtatam opponenda ſit.l.ita demum. C.de procurator. cap. inter monaſterium.vbi gloſſ. & Doĉto. de re iudica. tum quòd non opponendo videtur in iudicem conſentire. ideò poſteà eum reiicere non poterit.dic.l.appertiſsimi.vbi Iaſ.in ſecundo notab. C. de iudic. Iaco. in l. ſed & ſi ſuſceperit. ff. illo titu. Bartol. in l. quidam conſulebant. ff. de re iudi. Lanfranc.in repeti. capitul. quoniam. in verb. recuſationes. col. ij. de probatio.

2 Secundus caſus,quando recuſationis cauſa de nouo venit ad cognitionem partis,poteſt opponi vſque ad cauſæ concluſionem. c. inſinuante. de offi.deleg.Doĉt.in d.c.paſtoralis.de exceptio.

Noua ex cauſa recuſatio ſit vſq; ad concluſionem in cauſa.

3 Tertius caſus eſt, ſi adhibeantur iudices ad iudicandum , vel conſulendum ſuper re iudicanda , tunc recuſatio offerri poteſt antequàm proceſſus fuerit incœptus iudicari,vel referri,& ſic antequam eos videatur , approbare.diĉt.l.ſed & ſi ſuſceperit.in princip.Bartol.in diĉt. l. quidam conſulebant.ij.de re iudica.

A laquelle nous enioignons , qu'elle ne remette point la deciſion de laditte recuſation à la conſcience de celuy qui eſt recusé.

GLOSSA III.

1 HIC TEXT. prohibet ne conſcientiæ recuſati relinquatur recuſationis cauſa,& hoc duplici ratione.Prima eſt , quia hic cauſam habens affeĉtatam deierare poſſet, & conſcientiam ſuam damnare , ideò hoc non eſt permittendum.argum.l. quæ ſub conditione. ff. de conditio.inſtitu.

Arbitrio recuſati nō relinquitur cauſa recuſationis duplici ex cauſa.

2 Secunda,quia multi iudices , dum non auderent iudicare contra Conneſtabilem , aut alium magnum Dominum , procurarent vt recuſarentur,& dicere poſſent cauſam recuſationis veram eſſe : & ſic via aperiretur periuriis:contra l.ij.in fine.C.de indic.vidui.tollend.

3 Etiam quia cauſa ſuſpitionis eſt alleganda,& probanda,cap. ſuſpitionis. de offic.delegat.cap.ſecundo, de appellat. in ſexto. Ideò non relinquenda conſcientiæ recuſati.

Alleganda & probāda eſt cauſa recuſationis.

4 Nec etiam ſufficeret,ſi pars iuraret habere ſe iudicem ſuſpeĉtum,vt ibi: quamuis in notoriis,& modicis dicant Doĉto.ſufficere.per gloſſ. in diĉt. l. apertiſsimi.vbi Iaſ.& alij. C. de iudic. tamen regulariter requiritur cauſæ probatio.

5 Interrogari tamen Conſiliarius recuſatus poteſt de veritate recuſationis.gloſſ.in cap.j. in verb.ſiue confeſsi.de exception.Peruſ.in cap.cùm ſpeciali.in fine.de appellatio.niſi recuſaretur ob crimen , quia tunc nemo tenetur prodere ſeipſum. Panormitan. & alij in diĉto capitulo primo. & hoc ſeruari in Parlamento vidit Aufrer.vt in diĉto tracta.de recuſa.in fine.aſſerit,& ego ipſe multoties.

Interrogari poteſt Conſiliarius recuſatus de veritate recuſationis.

Et auſsi s'elle trouue, que ladicte recuſation ſoit iniurieuſe en chargeant l'honneur dudit recuſé, qu'elle puniſſe celuy qui l'aura baillée.

GLOSSA IIII.

Iniurioſam opponens recuſationem, punitur.

PRIMO iubet puniri eum, qui iniurioſam recuſationem opponit contra Præſidem, vel Conſiliarium. Sed qua pœna hic puniatur. Reſpon. arbitraria pro qualitate perſonæ, tam iniuriam paſſæ, quàm inferentis. argu. l. j. ff. de effracto. & iniuria dicitur atrox ratione perſonæ, ſcilicet Præſidis & Conſiliarij. §. atrox. de iniur. in Inſt. ob id grauius puniēda, niſi illam cauſam probauerit, vt ſequitur.

Si elle n'eſtoit (comme dit eſt) trouuée bonne, raiſonnable & verifiée.

GLOSSA V.

Requiſita ad recuſationem.

TEXT. hic ſequentia requirit. Primò quòd cauſa recuſationis ſit bona, & rationabilis: nam ſi vellem recuſare iudicem eo quod parti aduerſæ dedit eleemoſynam, cauſa non eſt bona, nec rationabilis, ob id reiicienda: vnde dicit hic text. *ſi elle eſtoit trouuée bonne.* 1

Secundò requiritur quòd hæc cauſa ſit oppoſita. nam hæc recuſatio non iudicatur, niſi oppoſita fuerit. l. apertiſsimi. C. de iudic. l. iiij. §. hoc autem. ff. de damno infecto. 2

Tertiò, quòd propoſita fuerit tempore debito: vt ſuperiùs dixi in gloſſ. ij. alioqui dici poteſt, ſera prece ſubueniri tibi deſideras. l. ij. C. de iuris & facti ignorantia. 3

Quartò, quòd illa cauſa probata ſit, quia non ſufficit dicere, & opponere, niſi probetur, l. qui ſe dicit. ff. de iudic. & tex. ibi, *verifiée.* 4

Quintò, quòd approbata ſit à curia, ibi, *& qu'elle ſoit trouuée bonne & raiſonnable par noſtredicte cour.* alia per te elicias. 5

Et n'entendons pas, que ſi apres que ledit procés ſera mis ſus, aucunes cauſes de recuſations ſont venues à ſa cognoiſſance, qu'il ne les puiſſe propoſer, en affermant par ſerment laditte cauſe eſtre de nouuel venue à ſadicte cognoiſſance.

GLOSSA VI.

Noua ex cauſa admittitur qs ad recuſandum etiam extra tempus præſtitutum.

EX HOC textu habemus, quòd Conſiliarius recuſari non poteſt, poſtquàm proceſſus eſt inchoatus iudicari, niſi cauſa de nouo ad notitiam peruenerit. per capitul. inſinuante de officio delega. idem in alio iudice dicendum eſt, per dictum cap. inſinuante. 1

Dicet

2 Dicet quis, quomodò hoc ſciri poterit? Reſpond. ſtandum eſſe iuramen- *Iuramento partis ſtatur.*
to partis. per cap. paſtoralis. de exceptio. & ita ſcribitur in hoc text. ibi, *en affermant par ferment.* Et hoc caſu recuſari poterit, etiam ſi inchoatus fuerit proceſſus, dum tamen ipſe recuſandus non dixerit ſententiam ſuam: vt Doct. dicunt in d.c. inſinuante. & d.c. paſtoralis.

3 Idem dicendum eſt, ſi de nouo cauſa recuſationis ſuperuenerit, vt ſi tempore, quo proceſſus decidebatur, Conſiliarius duxit in vxorem conſanguineam partis, etiam recuſari tunc poterit ex illa noua cauſa. per. dict. cap. inſinuante. de offic. delegat. nam quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrogat. actio. Domini de Rota. deciſi. vlt. de reſcrip. in no. & Hippol. in l. j. §. ſi quis vltro. num. 18. cum ſeq. ff. de quæſt. alia videri poterunt in d.c. paſtoralis. & c. inſinuante.

LOYS *XII. Arti. XXVIII. des publiées M. CCCCXCIX.*

ITEM, que noſdits Preſidens, Conſeillers, Baillifs, Seneſchaux, & autres nos Iuges, ou leurs Lieutenans, ne pourront eſtre, ne aſſiſter au iugement du procés d'vng Prelat, ou Collateur, ou d'aucun ſeigneur, duquel ils, leurs enfans, freres, ou couſins germains, directement, ou indirectement, obtiendront d'oreſnauant aucun benefice, ou office formé, & intitulé quand les parties les recuſeront. Articulus ſecundus.

GLOSSA PRIMA

1 IVSTE ſtatuit hic Rex, vt Præſides, Conſiliarij, vel alij Magiſtratus non iudicent, néue eorum Locum tenentes in cauſa collatoris, à quo ipſi habent beneficium, vel officium propter affectionem, quam habere poſſunt in eos, ratione obligationis antidoralis, per l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. de petit. hæredi. humanum eſt enim, vt quis exhibeat ei reuerentiam, à quo percepit beneficium. cap. illud. vbi gl. viij. q. ij. humani autem moris eſt illum vereri, cuius iudicio & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. cap. viſis. xvj. q. ij. *Iudices non iudicent in cauſa prælati, à quo beneficium receperint.*

2 Idem ſi contulerit filiis Conſiliarij, vel fratribus, aut conſobrinis germanis, vt dicit iſte tex. facit l. iſti quidem. ff. quod met. cau. ſecus ſi erant ſecundarij conſobrini. §. quarto gradu. de grad. affini. in Inſtit. cùm hic text. tantùm exprimat iſtos, non extenditur ad alios: vt etiam dixi in tract. de ceſſ. & tranſpor. in ij. tomo. quia in illis non eſt tanta affectio, ſicut in enumeratis in text.

3 Iſte text. dicit, *obtiendront.* ergo non ſufficeret, ſi ordinarius collator eis contulerit beneficium, quod poſteà ab eis euictum eſt, quia tunc non obtinent, & obtinere intelligitur cum effectu, ſicut habere. l. nomen. §. final. ff. de verborum ſignific. l. j. quod quiſque iur. ff. & ceſſat ratio huius text.

tex.vt ſcripſi in §.volumus.de colla.in concorda.

Reſignato etiam beneficio non ceſſat cauſa recuſandi.

Etiam intellige iſtum tex.licèt Conſiliarius non habeat tunc benefi- 4
cium,quod verè obtinuit,ſed illud permutauit, vel in fauorem alicuius reſignauit,quia tunc cepiſſe intelligitur, qui alij acquiſiuit, l. cepiſſe. ff. de verb.ſigni. vt affectio.cadere poſsit,& recuſari.

Beneficium ex neceſſitate collatũ non inducit cauſam recuſandi iudicis.

Intellige tamen ſi ex voluntate,ſecus ſi ex neceſsitate contulerit:vtpote 5
ſi Epiſcopus contulit Conſiliario per viam mandati, nominationem: vel indulti:quia hæc collatio neceſſaria non obligat accipientem, ſicut voluntaria,l. j.ff.de fundo dotali. quia nemo in neceſsitatibus liberalis exiſtit, l. rem legatam.ff.de adimend.lega.Iaſ.in l. fin. §. ſed quia. col. ij. in j. limita. communia de legat.C.ideò tunc non habebit locum iſte text.ſic fuit iudicatum anno 1543.die xxvij. Auguſti.

Areſtum.

Item ſi perpetuò, & in titulum collatum eſſet, procedit hic text. ſecus 6
ſi ad ſex menſes, vt per commendam, iuxta cap. nemo. de electio. in vj. & hic tex,ibi,*intitulé*. Beneficia enim perpetua eſſe debent. cap. præcepta. lv. diſtinct.

Officium ſicut beneficium collatum Conſiliario inducit cauſam recuſandi eundem.

Idem in officiis, ſicut in beneficiis: dicit hic text. ibi, *ou office.* Ergo ſi 7
Admirabilis vel Conneſtabilis petierit pro aliquo officium Conſiliarij à Rege,non poterit d.conſiliarius adſiſtere in cauſis illius, nec iudicare, ſicut nec in cauſis collatoris: †ſiue directè obtinuerit ab eo officium, vt 8
pote quia ipſe dedit,cùm dependeret à Ducatu ſuo,quem poſsidebat,ſiue indirectè obtinuerit? quia à Rege petiit eius nomine quidam illuſtris nobilis,& obtinuit: vel Harpya quædam rapax petiit ab Epiſcopo beneficium, quod Epiſcopus ſua cauſa iudici, aut eius filio contulit, recuſatus eſt in omnibus cauſis illius,cum ab ipſo obtinuerit directè. † Sed iſta pro- 9
cedunt, ſi pars recuſet eos, alias ipſi non debent abſtinere. Ideò ſi fortè pars confidit de prohibitate,& ſanctitate Conſiliarij, vel iudicis, & ob id nollet eum recuſare, tunc iudicare poterit. Nam quid ad Regem,ſi partes ſint concordes,& eum non recuſent,l.j.§.inde.ff.de noui oper.nuntiat.

Abſtinere nõ debet iudex niſi recuſatus fuerit.

Idem article xxxviij. Ibidem.

Articulus tertius.

ITEM, que les requeſtes de recuſation, qui ſeront baillées à noſdictes Cours de Parlement, ſeront couchées dedans l'inuentaire de la partie baillant ladicte requeſte: pour preallablement y faire droict.

GLOSSA VNA.

Recuſatio eſt præiudicialis ad totum negotium.

SI PARS ſupplicationẽ dederit recuſatoriam alicuius præſi- 1
dis,vel Conſiliarij,debet in inuentario dantis cõſcribi, vt ante omnia ius fiat ſuper illa recuſatione, ſicut ante omnia recuſationis exceptio opponi debet,l.apertiſsimi.C. de iud. & ſuperius ſcripſi art.j.alioqui ſi in inuentorio nõ cõſcriberetur,omitti poſſet, vel in finẽ cauſæ differri, & poſt concluſum & iudicatũ recuſationẽ proponi: & ſic

& ſic duplex labor in expediendo proceſſum ad eſſet, & fruſtra data eſſet recuſatio: vnde hic iuſtè ſtatutum fuit, quod notes.

IDEM Article XL. des publiées M. D. XII.

Articulus quartus.

ITEM pour obuier à la grand multiplication des lettres, qui ſouuent s'impetrent en nos Chancelleries, pour les ſuſpicions, & recuſations des Iuges de noſtre Royaume, auons ordonné, & ordonnons, qu'apres les premieres lettres baillées, pour attribuer la congnoiſſance d'aucune matiere à aucuns Iuges, les parties ne pourront de nous obtenir autres lettres pour oſter la congnoiſſance de ladite matiere audit Iuge: ains ſe pouruerront par declinatoire, recuſation, appel, ou autre voye ordinaire, ainſi qu'ils verront eſtre à faire par raiſon.

GLOSSA VNA.

Literæ iuriſdictionis attributiuæ non niſi ſemel impetrentur.

1 HIC ſtatuitur, quòd non valeant ſecundæ literæ, vt cauſa committatur alteri iudici, quàm primo, cui per primas literas fuerat commiſſa cauſa: quia olim infinitæ literæ ſuper hoc concedebantur, & cauſa in longos differebatur annos, & ſumptibus & expenſis partes conſumebantur, contra c. diſpendia. de reſcript. in vj. vnde hæc noua proceſsit conſtitutio. † quamuis de iure canonico contrariæ &
2 diuerſæ ſuper his poſsint impetrari literæ. c. paſtoralis. & c. cùm contingat. de reſcrip. ſed hæc iuſtior eſt conſtitutio: nam ſi aduerſarius impetrauit iudices, aut ſunt ſuſpecti, & recuſari poſſunt: ſin minus, non grauatur pars, ſi hi cognoſcant de cauſa. Ideò ſi impetrem contrarias literas ſuper his, infiniti orirentur proceſſus, & finis litibus imponi non poſſet: vt docet c. finem litibus imponendum. de dolo, & contuma. Alioqui lites eſſent immortales ex hac reſcriptorum multiplicatione: ob id iuſtum eſt, vt ſecundæ non impetrentur literæ attributiuæ iuriſdictionis poſt primas: ſed per recuſationem, exceptionem declinatoriam, appellationem, aut alias via ordinaria ſibi prouideat pars. Nam vbi competit remedium ordinarium, non debet quæri extraordinarium, l. in cauſæ. ff. de minorib. & fruſtrà impetratur, quod iure communi conceditur, l. vna. C. de theſaur. libr. decimo. & per hoc abreuiabuntur lites, & minuentur litis ſumptus, & expenſæ. Et quod decem annis vix conſequi pars poſſet, nunc breuiter obtinere poterit per iſtam conſtitutionem.

Areſtum.

3 Vnde fuit in Senatu dictum, quod literæ ſimplices à Cancellaria emanatæ, attribuentes iuriſdictionem alicui, etiam de conſenſu partium non valerent, reclamante Procuratore Regio, anno 1540. die xiiij. Ianuarij.

FRAN

FRANÇOYS *Article X des publiées M. D. XXXIX.*

Articulus, quintus

Quand les recuſations propoſées, ou baillées par eſcript ſeront friuoles, & non recepuables, le iuge recuſé les pourra telles declairer, & ordonner que nonobſtant icelles, il paſſera outre ſelon la forme de droict.

GLOSSA VNA.

Cognitio recuſationis an & quando ſpectet ad recuſationẽ.

SEXTA ſoluitur hic quæſtio, vt videlicèt quòd de iure iudex 1
recuſatus poteſt de recuſationis cauſis cognoſcere, & an ſua ſit iuriſdictio. per l. ij. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit & l. ſi quis ex aliena. de iudic. † niſi recuſatio propoſita ſuggillaret, 2
& notaret iudicem, vt ſi diceretur furioſus, infamis, aut homicidium commiſiſſe, tunc eligentur arbitri, qui de his cognoſcent. per c. ſuſpicionis. de offi. dele. c. legitima. de appel. Bar. & alij in l. quidam conſulebant. col. ij. ff. de re iudi. Areti. conſi. cvij. clariſsime. col. iiij. in iij. q. & ſeq.

Friuolæ cauſæ recuſandi non impediunt iudicem.

Hodie per hunc articulum ita demum, ſi appareat luculenter ex ipſa 3
propoſitione cauſarum eas eſſe friuolas, iudex in quem opponuntur, eas friuolas declarare poterit, & non eſſe recipiendas, vt hic. vide regulam cũ xiiij. limitat. per Fely. in c. ſuper literis. de reſcript. Iacob. & alios in l. ſi quis ex aliena. de iud. Atque Corſet. in ſingul. incipien. iuriſdictio. j.

Recuſationis aliquot requiſita.

Sed ſequentia in hoc text. requiruntur. Primùm oportet, quòd iſtæ re- 4
cuſationis cauſæ fuerint à parte oppoſitæ. ibi, *propoſées*, quia iudex eas non ſupplebit, ſi pars non opponat. l. vna. C. vt quæ deſunt Aduoca. part. &c.

Secundò, quòd fuerint datæ, & oblatæ, ibi, *baillées*, & quamuis in tex. ſit alternatiua (*ou*) tamen accipitur hic pro coniuncta, per l. ſæpè. ff. de verborum ſignificati. nec ſufficeret opponere verbo, niſi offerantur, & in ſcriptis, vt ſequitur.

Ex ſcripto dari recuſatio debet nõ ſola voce.

Tertiò requiritur, quòd in ſcriptis. ibi, *par eſcrit*, ne ſi voce tantùm da- 5
ret, poſteà poſſet pars negare tradidiſſe, & dixiſſe, quod oppoſuerat. Ideò recuſatio in ſcriptis opponi etiam de iure debet. text. in l. apertiſsimi. ibi, libello ſuſpicionis ei porrecto. C. de iudic. & l. fin. ibidem. Lanfran. in c. quoniam. in verbo recuſationes. col. ij. de proba. & iſta eſt communis ſententia hîc approbata.

Friuola manifeſtè recuſatio quæ.

Quartò requiritur, quòd illæ cauſæ ſint, & appareant friuolæ ex ipſa in- 6
ſpectione, vt ſi pars dicat iudicem eſſe patrem partis aduerſæ, & notoriè patet contrarium, vel ſi diceret eum non regnicolam, vel non eſſe Doctorem, iſtæ cauſæ ex ipſa inſpectione apparent friuolæ: ideò ipſe iudex recuſatus eas tales declarare poterit, vt hic.

Apparentis recuſationis nõ eſt iudex recuſatus ſed locum tenens.

Sed ſi legitimæ appareant prima facie, vt ſi dicat pars iudicem ſuper 7
hac quæſtione pro parte conſuluiſſe, vel eſſe partis conſanguineum, vel ſe iactaſſe. quòd partem condemnaret quocunque modo: tunc iudex recuſatus ceſſat: & locum tenens, vel is qui loco iudicis pro tribunali ſedet, etiam

etiam ſi fuerit antiquior aduocatus, dabit vnam dilationem parti ad probandum illas cauſas ſuſpicionis, vt art.vij.infrà docet text.ne cauſa prolongetur.c.ſuſpicionis.de offic.deleg.

9 Item ſi hic opponens non probauerit intra terminum datum ab illo particulari locum tenente, is poterit repellere opponentem à cauſis recuſationis propoſitis ob probationis defectum, ſicut iudex maior: & ab eo tempore iudex primus ſua iuriſdictione vtetur, ca.poſtremò. in fine. de appel.niſi appellatum fuerit, vt ſequitur.

Tẽpus certũ præſtituitur allegãti recuſationẽ.

10 Sed iſte text.nihil dicit, ſi probatæ fuerint cauſæ recuſationis: ideò ego dicerem, quòd à contrario Locumtenens particularis, vel Præfectus in locum iudicis poterit eas legitimas, & bonas declarare, & quòd iudex ab illa abſtinebit cauſa, vt probat d.ca. poſtremò. Et tunc iſte Locumtenens ſpecialis cognoſcet de cauſa principali, niſi appellatum fuerit.

Locumtenẽs particularis cognoſcit de cauſa recuſationis primi iudicis.

11 Quartò, an ſufficiat tacita pronunciatio, ſcilicet procedendo ad vlteriora. Fel.col.xx.num.34.in c.ſuper literis.de reſcript. dicit quòd licèt alias tacita pronunciatio ſufficiat ad reiiciendum exceptiones impedientes proceſſum.c.ex parte ij.de appellationib.Bart.in l.à procedente. C. de dilatio. gloſ.in verb.reprobaſſe.in c.ſuborta. de re iudicata. Tamen in iſto caſu requiritur expreſſa pronunciatio.gloſſ.in verb.proceſſus.in fine.c. diſpendia. de reſcrip.in vj.& in c.ij.ibidem c.Rodulphus.in fine.illo titu.

Sentẽtia recuſationis quãdo requiratur tacita vel expreſſa.

12 Nam quando iudex caret funditùs iuriſdictione, per proceſſum ad vlteriora non videtur acquirere iuriſdictionem, licèt exceptionem repellere videatur.gloſſ.in clem.fin.de appellat.Diuerſum eſt quando ſe pronũciauit competentem: quia eo caſu quãuis careret iuriſdictione, valebit proceſſus, ſi pars non appellauerit.teſte Innoc.in c.præterea.de appel. quem ſequitur & refert Fel.in d.c.ſuper literis. Et ſic eſt de ſtylò Curiarum regni Frãciæ, vt iudex expreſsè debeat regulariter pronunciare: alioqui non valebit iudicium.vide tamen Bart.& alios in dicta l.à procedente.

Stylus Frãciæ.

IDEM Article X I. ibidem.

Et s'il en y a appel, ſera nonobſtant iceluy paſſé outre, non pas par le iuge recusé: mais par iceluy, qui a accouſtumé tenir le ſiege en ſon abſenſe, ſoit Lieutenant particulier, ou le plus ancien aduocat, tellement que pour la propoſition de ladicte recuſation, & appellation ſur ce interietée: la pourſuite, & procedure ne ſoyent aucunement retardées, ou delayées.

Articulus ſextus.

GLOSSA VNA.

1 ISTE TEXT. remouet dubitationem, & quintam quæſtionem propoſitam, videlicèt, an poſt recuſationem propoſitam iudex poſsit ſuper principali cognoſcere, & ſi cognouerit, an proceſſus ſit nullus: quam Doctor. in diuerſum trahunt. Tamen Bartol. iudicem non poſſe cognoſcere poſt re-

An pẽdẽte recuſatione poſſit ſuper principali procedi.

cuſationem firmat,& ſi cognouerit, proceſſum eſſe nullum aſſerit, per text.
in l.vna.C.ſi quacunque prædıtus poteſta.& capitul.iudex de officio deleg.
in ſexto.cap.legitima.de appellatio.illo lib.Bartol.in l.quia poterat, ad Tre-
bellianum.quia recuſatus omni iuriſdictione priuatus cenſetur, per dictam,
l.vnam.

Ideò quicquid poſteà facit, cenſetur facere tanquam priuatus , non ha- 2
bens iuriſdictionem:ergo non valebit:vt Ioan.Andr. & alij docent, in d.ca.
iudex. Salyce.& Iacob. in l. apertiſsimi. C.de iudiciis. Paul.in l.qui iuriſdi-
ctioni. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, & Barba. in capitul. cæterum.
colum.vj.numer.25.de reſcriptis.& in tractatu.de præſtant. Cardinal.in iij.
quæſt.ij.partis.

Et ſicut appellatione pendente nihil eſt innouandum, vt patet in titul. 3
nihil noua.penden.appel.& cap.non ſolùm. de appel. in vj.Sic in recuſatio-
ne ſcribit Panorm.& alij in c.cùm ſpeciali.de appel. Et Alexan. conſ.lxxxix.
diligenter.volum.j.& conſ.clxxxiij.viſo.colum.ij.vol.ij.ac Deci. conſ. clx.in
cauſa.colum.j.

*Cōparēs vo-
lũtariè, cau
ſis recuſatio-
nis tacitè vi
detur renũ-
tiare.*

Ex quo patet,quòd proceſſus erit nullus, niſi pars recuſans citata à iudi- 4
ce voluntariè compareat , non proteſtans de cauſis recuſationis , & ni-
hil de eis dicens , ſed ſpontè coram iudice procedens , tunc videtur re-
nuntiare cauſis recuſationis propoſitis,ac ſi expreſsè renuntiaret.capitul.ex
parte M.& capitul.cùm ſpeciali.de appellatio. Bartol. in dicta l.à proceden-
te. C. de dilationib.gloſſ.in capitul.non ſolùm.de appellationib.in vj. Ale-
xand.conſ.clxxxiij.viſo proceſſu.colum.ij. volumi.ſecundo. & conſ. duode-
cimo. videretur. volum. ſexto. facit l.non diſtinguemus. §.cùm quidam. ff.
de arbitr.

*Arbitri iu
ris hodie nō
eligũtur,ſci-
licet ad vi-
tãdã prolixi
tatē cauſæ.*

Et ſic apparet, quòd iudex recuſatus non poterit hodie de cauſis re- 5
cuſationis cognoſcere , niſi vt ſuperiùs dixi , articul. v. nec eligendi ſunt
arbitri , vt de iure : † ſed in hoc Regno poſt recuſationem Locumtenens 6
huius iudicis , vel alius , qui loco illius ius reddere ſolet, aut aduocatus
antiquior , *iſtorum vnus ordine* ſeruato poterit cognoſcere de his recuſatio-
nis cauſis : quod eſt bene notandum. Nam quandoque ante electionem
arbitrorum , & antequàm recuſationis proceſſus deciſus eſſet , pars trahe-
bat ad decem annos cauſam , vel ad aliud tempus : † hodie cauſa prin- 7
cipalis tam citò ferè decidi poteſt , ſicut recuſationis : & eſt iuſta , & ſan-
cta hæc conſtitutio , quicquid in contrarium iactetur. Nam ſi iudex recu-
ſatus nihil dicat de cauſis recuſationis , iudex ſecundarius dilationem par-
ti præfiget , vt patet articul. ij. intra quam dilationem ſi pars non pro-
bauerit, iudex reiiciet partem à cauſis recuſationis: & poſteà primus iudex
cognoſcet.

*Iudex recu-
ſatus an va-
leat præſens
eſſe,cùm al-
ter de cauſis
recuſationis
cognoſcit.*

Videndum eſt, an iudex recuſatus poſsit eſſe præſens , quando alter 8
cognoſcit de cauſis recuſationis ? quod videtur : quia ſua intereſſe cen-
ſetur. Contrarium tamen putarem : quia poſſet timorem partibus , &
iudici , ſeu aduocato cognoſcenti incutere : ideò abeſſe debet. Et iſtius
ſententiæ eſt Cardinal. Alexand. in capitul. cùm ſpeciali. colum.xij. de ap-
pellatio.refert & ſequitur Butrig.in capitu.nouit.de iudic.& cap.dilecto.de
ſenten.

ſenten.excom.lib.vj. Anto.Capit. in deci.Neapolitan. q.cxxxviij.nume.5. & iſta ſeruant iudices Franciæ,etiam Præſides.vt ſtatim diſcedant,ſi recuſati ſint,& de recuſationis cauſis agatur eis abſentibus.

Aduocati Regij an abſente iudice præferantur ad reddendum ius.

9 Sed vidi dubitari,an aduocari Regij debeant ius dicere abſente iudice:quod videbatur. nam omnibus aduocatis etiam antiquioribus præferri debent,quia à Principe ſunt approbati ratione officij per l.ij.& l.reſtituendæ.in fi.C.de aduo.diuer.iudi. Contrarium tamen cenſuit Senatus Pariſien.anno 1540. die xx.Aprilis:quia aduocatus Regius eſt ſatis impeditus circa fiſci cauſas,ideò non debet priuatas quærere.facit l.ſancimus. j.C.de aduo.diuer.iudi.

Areſtum.

Antiquior aduocatus quo ordine ſubeat munus iudicandi.

10 Imò plus fuit ab eodem Senatu decretum, quòd iſte aduocatus antiquior iudex factus huius conſtitutionis authoritate, poterit cauſas ſummarias expedire abſente iudice,in illis caſibus,in quibus mora eſt periculum alatura. de quo in l.de pupillo.§.ſi quis riuos.ff. de noui operis nuntiatio.vt ſunt materiæ alimentorum,& prouiſionales,de quibus ſcripſi in tract.deproui.& quæ ferias non timent,vt in l.j.& ſeq.ff.de fer.

Areſtum.

11 Et ſi intra tres dies iudex abſens non venerit,poterit is aduocatus paruos expedire proceſſus, & ſi intra octo dies neuter iudex aderit,poterit is antiquior aduocatus indifferenter omnes proceſſus decidere, & iudicare, ſicut alius iudex potuiſſet,& valebunt geſta ab ipſo.l.Barbarius. vbi Doc. ff.de offic.prætor.&ſic iudicauit idem Senatus.

Abeſſe iudex quando cenſeatur.

12 Et abeſſe cenſetur iudex,etiam ſi mortuus fuerit l.mulieris.ad fi.ff.de verbo.ſigni.& cap. ſi delegatus.de offic. deleg.lib.vj.vel ſi ſit valetudine aduerſa detentus,vt non poſſit ius reddere, & ſufficit quòd abſit ab auditorio, nec tenetur aduocatus antiquior mittere ad ipſum, ſed ſedere pro tribunali debebit: quia abeſſe cenſetur,qui ab auditorio abeſt l. abſentem. vbi ſcripſi.ff. de verborum ſignificatio. & ſicut dies interpellat pro homine,ita & hora l. magnam.C. de contrahenda & committenda ſtipulatio.

Idem Artic. XII. Ibidem.

Articulus ſeptimus.

Et s'il ha eſté ſur ce friuolement appellé, & la partie vueille acquieſcer,ſi c'eſt hors iugement, ſera condamné en quarante liures Pariſis d'amende, moitié à nous, & moitié à la partie. Et la moitié plus, ſi c'eſt en iugement, & s'il plaide & ſuccumbe en l'amende ordinaire,qui ne pourra eſtre moderée, & en la moitié d'icelle,enuers la partie.

GLOSSA VNA.

Emenda friuolæ appellantium, & hæ variæ ſecundum per

1 HIC MVLCTAM ſtatuit diuerſam in appellantes à declaratione recuſationis friuolæ facta per iudicem. Et primò ſi hic appellans velit acquieſcere, & ſuæ renuntiare appellationi extra iudicium, tunc ad quadraginta condemnabitur libras Pa-

tinanciã appellantis. riſienſ.quarum dimidia Regi applicabitur,& dimidia parti.vt in text.exprimitur. ſi autem in iudicio acquieſcere velit, ad ſexaginta libras Pariſien. condemnabitur,fiſco & parti applicandas.

Si verò appellans proſequatur appellationem in iudicio, & fuerit di- 2
ctum perperam appellatum, condemnabitur ad mulctam ſexaginta librarum,quæ non poterit hoc caſu minui.

Licèt ego ex cauſa interdum viderim diminutam à Curia. Et quòd hoc 3
poſsit facere Curia ſuprema non dubitant docto.in l. & ſi ſeuerior. C.ex quibus cauſis infamia irroga. ſcripſi in l.aliud eſt fraus.§.j.ff.de verbor.ſignificat.ſecus in alia inferiore.

Mulcta hæc grauior infligitur ratione appellationis interiectæ ad Senatum.

Intellige iſtam mulctam habere locum, quando appellatio emiſſa eſſet 4
ad Senatum:ſecus ſi ad iudices inferiores,vt ſequitur.

Vnde videtur hic melioris conditionis fieri litigantem, quàm non liti- 5
gantem : nam acquieſcens extra iudicium ad quadraginta libras condemnatur,ſi in iudicio ad ſexaginta libras:ſi autẽ litiget,& ſuccũbat nõ cõdemnatur, niſi ad illas ſexaginta libras. Reſpond. Is qui acquieſcit extra iudicium ad quadraginta libras tantùm condemnatur, partiendas ex æquo inter fiſcum & partem : ſi verò acquieſcat in iudicio, ad medium plus, vt dicit text.& ſic ad ſexaginta libras.ſi verò litiget,& ſuccumbat,ad ſexaginta libras erga fiſcum condemnabitur,ad mediam ſummam vltra, id eſt ad triginta libras quò ad partem, quæ ſumma computata aſcendit ad nonaginta libras:& ſic non eſt litigans melioris conditionis, etiam quia ad hanc emendam, & ad expenſas tenetur, quamuis text.iſta non dicat, tamen de iure victus victori in expenſis eſt condemnandus.l.properandum.§.ſin autem alterutra.C.de iudi.vide quæ ſuper hoc ſcripſi in l.ſi debitori.ff.de iudic.cui legi dedi nouum intellectum apud Tholoſates eam interpretando, vt in meis nouis interpretationibus apparet.

Idem Article XIII. Ibidem.

Articulus octauus.

Et ſi leſdites cauſes de recuſation ſont trouuees legitimes, ſera baillé vn ſeul delay pour les prouuer, & verifier, non pas par le iuge recuſé, mais par celuy qui doit tenir le ſiege en ſon lieu, comme dit eſt, lequel à faute de ladicte verification au dedans dudit delay : & apres iceluy eſcheu, & paſſé, & ſans autre declaration ne forcluſion deboutera le propoſant deſdites cauſes de recuſation.

GLOSSA VNA.

SVPERIVS articul. vndecim. expedita fuit materia huius articuli, ſupereſt vt nono & ſequen. articul. addamus quædam vtilia.

Notandum quòd interdum iudex non recuſatus poterit ſuper

ſuper vno articulo recuſari, & ſuper aliis iudicabit.ideò cenſuit Senatus Pariſien. Bailliuum Ambianen. recuſandum quò ad confectionem atteſtationum, eò quòd prætenderet ſimile commodum, ſcilicet exemptionis. Voluit tamen quòd poſt confectionem atteſtationis factam ab alio, ipſe iudicaret, anno 1529. die vigeſima Iulij. Si tamen hæc recuſatio fiat ſimpliciter non allegata cauſa, non valet, & ſi iudex declaret talem recuſationem inualidam, & pars appellet, non poterit is iudex recuſatus atteſtationes conficere, attentando poſt appellationem: vt iudicauit Senatus anno 1533. die v. Martij.

Recuſatio fit interdum ratione vnius articuli.
Areſtum.
Recuſatio ſine cauſa non valet.
Areſtum.

Idem, Article XIIII. Ibidem.

Articulus nonus.

Et lequel propoſant ſera pour chacun faict de recuſation calumnieuſement propoſé, en nos cours ſouueraines condamné en vingt liures Pariſis d'amende, moytié enuers nous, & moitié enuers la partie, & de dix liures auſſi par moytié comme deſſus, en nos iuſtices inferieures.

GLOSSA VNA.

Mulcta in curiis inferioribus recuſantis p calumniam.

1 IN HOC articulo dicitur, quod per calumniam proponens recuſationem pro quolibet facto, & capite recuſationis condemnabitur in Curiis ſupremis ad viginti libras Pariſien. partim Regi, partim aduerſæ parti applicandas, in curiis verò inferioribus condemnabitur ad decem libras, ſic vt ſuperiùs diuidendas.

2 Hic tolluntur infinitæ Doctorum dubitationes. Prima, an parti ſufficiat probare cauſas ſuſpitionis per iuramentum? & de iure ciuili dicebant quidam ſufficere. per gloſſam in l. apertiſsimi. C. de iudiciis. licèt de iure canonico probandæ eſſent coram arbitris, & coram iudice recuſato proponendæ. capitu. ſecundò requiris. in fin. de appellatio.

Suſpitionis cauſæ ad recuſandum iudicē quomodò probari debeant.

3 Sed hic tolluntur iſtæ dubitationes, nempe in iſto text. recuſatio opponitur iudici, & non eliguntur arbitri. Sed alius iudex in locum iudicis recuſati ſuffectus, vel antiquior aduocatus cognoſcit de his cauſis, an ſint legitimæ, vel non: dum tamen iudex in initio eas friuolas non protulerit.

4 Secundò, cauſæ recuſationis debent probari verè, non per iuramentum, etiam ſi ageretur de iudicis, & partis ignominia: vt ſi dicatur iudicem conſuetudinem habere cum vxore alterius partis, quamuis contrarium teneat Cardinal. Alexand. in capitulo, ſecundò requiris. poſt Panormita. de appellatio. niſi contra ſcribam, notarium, ac commiſſarium: quia non agitur de magno præiudicio, ideò tunc iuramentum ſufficiet. ita conſuluit Alexand. conſil. ciiij. circa colum. ij. in quinto volumine.

Probari verè debent cauſæ recuſationis, non per iuramētum.

5 Tertiò, debent probari hæ cauſæ coram iſto ſecundo iudice, non autem coram primò, vt ſuperiùs fuit dictum artic. vj.

Coram non recuſato iudice probandæ ſunt cauſæ recuſationis.

Quartò, quòd hic ſecundus iudex de cauſa principali cognoſcet, & de 6
cauſis recuſationum. Primò de cauſis recuſationum, & ſi declaratæ in-
ſufficientes, vel illegitimæ fuerint, & pars appellet, tunc iudex parti-
cularis, vel antiquior aduocatus de principali cognoſcet, ne principalis
cauſa proteletur. §.fi.de excep.in Inſtitu.& ſuperiùs ſcripſi art.vj.

Calumnioſè opponere quãdo recuſans dicatur.

Quintò requiritur, quòd opponens calumnioſè oppoſuerit, ibi, *calum-* 7
nieuſement. Et dicitur calumnioſè proponere, ſi non probauerit. per gloſſ. &
ibi Doctor. in l. Athletas. §. calumniator. ff. de his qui notan. infamia. & in
capitul. final. de calumniato. vbi Ioan. de Ana. & Fely. dicunt eſſe commu-
nem opinionem: quam tamen limitant in multis caſibus, quos ibi videre
quilibet poterit.

Friuolæ cauſæ recuſationis quæ dicantur.

Quæro, quæ dicantur cauſæ friuolæ? Reſpon. leues & inanes. Archidiac. 8
in capitul. cum appellationibus. de appellation. in ſexto. & quæ ſunt vanæ
& futiles. capit. veniens. de accuſatio. ſcripſi in rubr. de friuol. appellatio. in
Concord. vel quæ à iure improbatæ ſunt.

Tres cauſæ recuſationis.

Sed videndum eſt quot ſint cauſæ à iure approbatæ? Reſpon. tres ma- 9
ximè, quæ ferè alias continent. prima, cauſa odij: ſecunda, amoris: tertia, in-
differens: & quia his tribus modis peruertitur iudicium. capitul. quatuor
modis. vndecima quæſtione tertia. Ideò his tribus modis eſt prouidendum
per recuſationem, & quia dicitur Eccleſiaſtic. vj. c. ab inimicis tuis ſepara-
re. & Deuter. xxxj. Inimici noſtri ſunt iudices.

Primò, recuſatur iudex, ſi inimicus ſit alterius partis, l. ſi pariter. ff. 10
de libera. cauſa. capitul. quod ſuſpecti, & inimici iudices eſſe non debeant.
iij. quæſtio. v. & ibi dicitur, quid gratiùs, & amabilius dare quis inimico
poteſt, quàm ſi ei ad impetendum commiſerit, quem lædere fortè voluerit.

Quomodocunque prouenerit inimicitia, etiam ſi culpa illius, qui iu- 11
dicem recuſat, teſte Archidiac. in c. ſtatutum. colum. vij. de reſcript. in ſexto.
in verſ. non audens. argu. l. nec timorem. in fin. ff. quod metus cauſa.

Secus ſi dolo partis proueniet inimicitia, l. j. §. cum quis. ff. de quæſtio. 12
vbi Hippoly. gloſſ. in ca. vt debitus. de appell. & in l. Athletas. in verb. facta.
de excuſa. tuto.

Inimicus iudex etiam ſi dolo partis, tamen recuſatur.

Ego tamen dicerem adhuc iudicem ſecundarium debere cognoſcere, 13
ſed partem puniendam, vt qui dolo iudicem inimicum ſibi fecit. per text. in
artic. vj. ſuprà. vbi generaliter vult, vt in locum recuſati cognoſcat locumte-
nens particularis, vel antiquior aduocatus.

Sed dicet quis, ergo in poteſtate partis erit priuare primum iudi- 14
cem cognitione cauſæ faciendo illi iniuriam, fac eſſe, tamen hæc pars
grauiter erit punienda, & ad mulctam, & damna, & expenſas iudicis
quem læſit.

Exprimẽda eſt ſpecialis cauſa odij.

Et ſic ſemper cauſa ſpecialis odij, & inimicitiæ eſt exprimenda, nec ſuf- 15
ficeret generalis expreſſio, teſte Ioan. Andr. in ca. legitima. de appellatio. in
ſexto. quem ſequitur Bertach. in tracta. de epiſcopo. in quarta parte quartæ
partis. quæſtio. xj.

Capitalis inimicitia nõ requiri-

Recuſatur autem iudex etiam ſi non eſſet inimicus capitalis. gloſſ. in 16
capitul. ſecundo. de procurator. in ſexto. & ibi domi. & Specul. in titul.
de iudi

de iudice delega. §. ſupereſt. verſicul. item ſi inimicus. Bald. in l.vna. C.ſi quæcunque prædit. poteſta. hoc tamen in praxi exprimi ſolet, quòd eſt inimicus capitalis.

tur ad recuſandum.

17 Idem ſi iudex eſſet inimici mei conſanguineus, vel commenſalis, aut ſubditus. capitul. accedens. ſecundo. vt lite non conteſta. capitul. cùm oporteat. de accuſatio. Angel. in §. prætereà. ij. columm. octaua, de exceptio. in Inſtitut.

Inimici mei conſanguineus, aut alias recuſatur.

18 Etiam ſi eſſet inimicus vtriuſque partis, adhuc reus conuentus poterit eum recuſare. quia actor volens coram illo litigare, fortè eum reconciliauit, & ſic remanet tantùm inimicus rei. teſte Ioan. Andr. in additio. ad Speculator. in titul. de iudic. delega. §. ſupereſt. verſicu.

19 Item ſi eſt canonicus, quamuis inimicus etiam reconciliatus poſsit adhuc recuſari. capitul. ſecundo. in tertia quæſtio. quinta. vt aſſerit Roman. ſingul. cccxv. & Innocen. in capitul. per tuas. primo. de Simo. quia amico reconciliato non fidas in æternum, à quo nos liberet Deus, etiam ſi fingeret ſe amicum, vt cauti quidam faciunt curiales, qui quantò magis fingere ſciunt, tantò minus eſt illis confidendum, & quicquid dicant, *non ty fidare, & non ſeras gabato.* multos enim nocendi modos in corde habent.

20 Idem dicendum eſſet, ſi iudex crebro cum inimicis conuerſaretur ludendo, bibendo, & cum illis pernoctando, teſte Specul. in titul. de iudi. deleg. §. j. verſicu. item ſi comes. per text. in capit. accuſatoribus. ibi, vel qui cum inimicis morantur. tertia quæſtio. v. & capit. repellantur. & capit. cùm oporteat. de accuſat. Præpoſ. in capit. poſtremò. de appellatio. ſed iſta cauſa difficilè in praxi obtineri poteſt.

Conuerſans cũ inimicis recuſatur.

21 Vel ſi eſſet confœderatus cum inimico, etiam recuſabitur. per gloſſ. in. l. liberi. C. de inoffic. teſta. quia diffidato Principe & eius confœderati cenſetur diffidati. vtor verbis Bald. in l. ij. colum. xij. C. de ſerui. & aqua. & Angel. in l. quæ religioſis. ff. de rei vendica.

Cõfœderatũ mei inimici recuſare poſſum.

22 Idem ſi litem mecum haberet pro alia re, capit. cùm ſuper. vbi gloſſ. & Docto. de offic. deleg. capit. j. vbi Docto. de iud. Barb. conſil. lxxx. colum. vij. in primo volumine. Etiam ſi lis eſſet finita, & ipſe eſſet victus, adhuc cenſetur durare odium, & aduerſarius dicitur, in l. cùm poſteaquàm aduerſarius matris tuæ victus. C. de pact. Bald. in l. in ipſius. C. famil. erciſ. de Ripa plenè in capitul. j. de iudi. hactenus de odio. Vel ſi ſimilem cauſam haberet. capitul. cauſam. de iudi. ſic iudicauit Senatus anno 1512. die iij. Auguſt.

Lis habita cum iudice legitima eſt cauſa recuſationis. vel ſimilis cauſa.

Areſtum.

23 Secundò, iudex recuſabitur ratione amicitiæ, quæ interdum prouenit ratione ſanguinis: vt ſi iudex conſanguineus actoris ſit capitul. poſtremò. de appellatio. l. qui iuriſdioni. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. vel ex magna animorum coniunctione, vt ſi quis ſit iunctus alteri magna non leui amicitia. l. latæ. §. amicos. ff. de verborum ſignific. vbi ſcripſi. & capit. ad hæc. de reſcript. & c. cùm R. de offi. deleg. no. in l. exigendi. C. de procu. & ad quid proſit amicitia, ſcripſi in ſcholaſt. priuil. ciiij.

Amicitia eſt cauſa recuſationis.

24 † quia propinquitatis & familiaritatis affectio veritatem impedire ſolet:

amor carnalis, timor, atque auaritia,plerunque ſenſus hebetant humanos, & peruertunt opiniones.c.accuſatores. in iij.quæ. v. Et præſumendum eſt, quòd ad conſanguineum ſuum iudex,& amicum declinabit.ca. cùm nemo carnem ſuam habere odio dicatur.c.non exiſtimemus.xiij.quæſt.ij.facit.ca. ſciant.de electio.in vj.nota.in l.ij.§.prætor. ff. qui ſatiſd. cogantur. Henric. Boic.in c.graue.de præb.

Niſi eſſet conſanguineus vtriuſque partis,& in pari gradu:quia tunc par 25 eſſet affectionis cauſa,quæ tolleret ſuſpitionem.Lud. Rom. in l.non ſolùm, ſuprà de viro.col.xvj.fallen.xviij.ff.ſol. matrim.Idem in affinitate dicunt,vt eius prætextu poſſit etiam iudex recuſari.glo.& Doct.in d.ca. poſtremò.de appell.c.accedens.j.vt lite non conteſt.c.abſens.ij.in iij.quæ.ix. c.ij. de procura.in vj.quia par affectionis cauſa inter cóſanguineos & affines videtur.

Cóſiliarij ne comedát cú litigát.bus.

Idem ſi actor ſit ſocius,vel commenſalis iudicis.d.c.cùm R.de offic. deleg.Doct.in d.c.poſtremò.Oldra.conſ.cccj. 26

Ideò eſt prohibitum in Ordinat.Reg.rub.*de la cour de Parlement*.art.xvij. 27 ne Præſides vel Conſiliarij comedant cum his, qui litigant in Parlamento, etiam ſi in illa claſſe, ſeu camera proceſſus non tractetur: quia ibi generaliter prohibet illa conſtitutio, eò quòd maior familiaritas acquiritur in cibo ſumendo,quàm in colloquio.gloſ.j.in c.omnes.xxviij.quæſt.j.

Famulatus eſt cauſa recuſationis.

Vel ſi famulus ſit illius iudicis.cap.inſinuante.de offic. delegat. vel mul- 28 tùm familiaris.l.fin.C.de iudic.Angel.in §. prætereà. verſ. viſo. de reſcript. colum.vij.Inſtit.de exceptio.per gloſſ.in ſumma.iij.quæſt.v.ca.final.de verborum ſignifica.in ſexto.aut canonicus in eadem eccleſia.d.ca.cùm R.quia eſt quoddam ius fraternitatis.argument.l.verum. ff. pro ſocio. Ioan. Andr. d.ca.cùm R.

Compaternitas reddit ſuſpectú iudicem.

Idem dicunt Doctor.in compatre,vt recuſari poſſit,dict. cap. poſtremò. 29 AEneas de Falco.in c.cauſam.de iudic.Sed hodie non recuſaretur ob hoc, ſi aliud non accedat, videlicet magna familiaritas, aut quid aliud: vt docet Aufrer. in tractat.de recuſa.in verſicul.xxxiiij. dicens ſic fuiſſe per Senatum declaratum.

Vicarius in cauſa ſui epiſcopi recuſatur.

Vicarius etiam in cauſa ſui Epiſcopi recuſatur, & Officialis. Panormi- 30 tan.& Imol.in dict.capitul.inſinuante.& Doctor. in dict. capitul. poſtremò. Imò quando Epiſcopus eſt ſuſpectus, eius Officialis vel Vicarius poterit recuſari:quia eſt vnum conſiſtorium, & epiſcopus poſſet illi præcipere. capitul.ij.de conſuetud.in ſexto.Philip.Franc.in capitul. dilectus. colum.x.de appel.& in capitul.poſtremò.colum.vij.in xij.cauſa.ibidem.& Capic. in deciſ.Neapolitan.quæſt.cxxxvij. in ij.quæſt. licèt contrarium videatur tenere Iaſo.in dict.l.apertiſsimi.colum.iij.C.de iudic.quem vide, & Codecham.in c.j.col.xlij.de iud.

Aduocatus ne ſit iudex in eadé cauſa.

Idem ſi fuerit aduocatus in illa cauſa recuſari poteſt, ratione affectio- 31 nis, quam in illa cauſa habere poteſt. gloſſ. & Doctor. in capitul. cauſam quæſt.de offic.delega.capitul.ſtatutum.ij.quæſtione vj.capitul.fi.de confeſſ. in vj. Prætor.ff. de iuriſdictio. omnium iudicum: idem ſi fuerit procurator, d.ca.final.de confeſſ.in ſexto.gloſſ.& Doct.in dict.capitul. inſinuante. vel ſi cauſam habeat ſimilem.capitul.cauſam.ij.de iudic.de Ripa, in capit. primo. nume.

numer.15.de iudic.

32 Item ſi iudicauit vno modo in vna cauſa, & poſteà eadem cauſa intenditur coram eo, tunc quia non eſt veriſimile, quod aliud iudicaret, recuſari poterit.capit.in deciſio. Neapolita. quæſtio. cxlvj. & quæſtio. ſequen. hoc non vidi ſeruari, niſi in modum euocationis, per l. non diſtinguemus. §. cùm quidam.ff.de arbitr.vt ſcripſi in tracta.de euocatio. in conſtit. Reg. in primo Tomo. *Iudicata cauſa ab vno iudice ne ab eodē iterum iudicetur.*

33 Vel qui conſuluit, recuſatur, ne in illa cauſa iudicet. Ioan. Andr. in ca.ſi contra vnum.de offic.delega.in vj.Bart.in ca.de cauſis.col.ij.illo titul. Pan. in c.cauſam.ij.in fi.de iudic. *Conſultus in certa cauſa, ne in eadem ſit iudex.*

34 Item recuſari poteſt iudex, ſi actor, & idem iudex iſtius iudicis habebat cauſam coram ſe: quia poſſet eſſe contractus, facio vt facias.l.naturalis.ff.de præſcript. verb. & hi reciproci iudices ſunt valde ſuſpecti. teſte Specul. in titul.de iudic.delega.§.ſupereſt.verſic.item ſi vnus.Doctor.in c.fin. de offi. deleg.in ſexto. *Iudex in cauſa iudicis eſt ſuſpectus.*

35 Item iudex recuſatur in cauſa ſuæ amaſiæ, quia amaſius pro amaſia omne fas, atque nefas committeret.l.ſecunda.§.initium.ff.de origine iuris. vbi Bald.dicit: quòd amor mulierum peruertit omnem ſenſum amantium. *Iudex in cauſa ſuæ amaſiæ.*

36 Ideò interdum vidi recuſari quendam iuuenem iudicem luxurioſum in cauſa pulcherrimæ mulieris, facilè cadentis: quia à iuuene cupido credatur reddita virgo? dicit glo.in l.ſi verò non remunerandi.§.ſi adoleſcens. ff.manda.gloſſ.in ca.ſi quis acceperit.xxxiij.quæſtione prima.Ideò putarem iſtos iudices coëuntes cum mulieribus habentibus proceſſum coram eis, tanquàm raptores puniendos: quia vi rapiunt: nam mulieres non conſentirent, niſi putarent amittere cauſam, & ſic coguntur ei conſentire. Ergo eſt vis, & ſic eſt raptor, per l.vnam. C. de rapto. virgin. & ſic deberent puniri. *Iudices quādo vt raptores mulierū puniuntur.*

37 Item is iudex recuſari poteſt, qui parti minatus fuerat: & in quem fuerat Saluagardia conceſſa: vt cenſuit Senatus Pariſienſ. anno 1540. die iij. Decembris. *Minatus parti iudex recuſatur. Areſtum.*

38 Tertiò, iudex recuſatur ex cauſa indifferenti, vt dicunt iuris interpretes, non odij, vel amoris, ſed ex alia quacunque cauſa indifferenter, ſi iuſta ſit: vt pote, ſi commodum ex illa cauſa iudex perciperet, vel percipere poſſet. gloſſ. & Bartol. in l.de iure. ff. ad municipal. Sed ibi eſt amor & affectio.idem habetur in l.ſi quis ex aliena. de iudic. vbi Alexand. in addit. ad Bartol.& Bald. in l. ij.ff.ſi quis in ius vocat.non ierit.Bart. conſ.ij. col.iij. *Indifferētes cauſæ quibus iudex recuſari poteſt.*

39 in primo volum.

Idem ſi iudex ſit illiteratus, & (vt dicunt) groſſus ac ingenij hæbes: tunc in puncto ſubtili recuſari poſſet.ſecundum Bald.in l.ſi quæſt.xvj. C. de hæredib.inſtit.& Iac.in l.apertiſsimi.C.de iud.Bertachi.in tract. de epiſcop. libro quarto.part.iiij.verſ.cauſæ autem ſuſpicionum. *Illiteratus iudex recuſatur in puncto iuris.*

40 Sed hoc non ſeruamus. Nam poſtquàm magiſtratus à Rege eſt approbatus, non poſſet ob hoc recuſari, l. penultim. C.de crimi.ſacrileg. alioqui multi iudices, & magiſtratus recuſari poſſent: quia non intelligunt iuris terminos.

Si cau

Cauſa tangens cõmodum iudicis parit ſuſpitionem. *Incapax iudex recuſatur.*

Si cauſa tangat iudicem. vtpote quia ipſe de euictione tenetur, recu- 41
ſari in illa cauſa poterit, vt docet Specul. in titu. de iudic. deleg. §. ſuper-
eſt. verſi. Item ſi cauſa aliquo modo c. biduum. §. palàm. ij. quæſtio. vj. l. j. §.
propriam. ff. quando appel. ſit.

Item ſi opponatur defectus iuriſdictionis, vel incapacitas, vtpote quia 42
iudex eſt laicus, & agitur de re ſpirituali, de qua non poteſt cognoſcere.
cap. tuam. de ordine cognitio. cap. ſi iudex laicus. de ſententia excommu-
nicatio. in ſexto.

Seuerus nimiũ iudex, recuſatur.

Idem dicunt Docto. vt iudex valde ſeuerus recuſari poſsit, etiam ſi ſint 43
Conſiliarij Curiarum ſupremarum. Bald. in l. ii. pe r illum text. ff. de his
qui ſunt ſui vel alieni iur. Iaſ. in dicta l. apertiſſimi. col. ii. & ſunt quidam
iudices iudicantes ita auſterè homines, ſicut pecora: non conſiderantes.
quòd melius eſt reprehendi de miſericordia, quàm de ſeueritate. c. alli-
gant. xxvj. quæſt. vij.

Iudex facilius recuſatur, quam teſtis.

Notandum eſt præterea, quòd quibus ex cauſis recuſari teſtes poſſunt, 44
ex eiſdem & iudices. vt aſſerit Iaſ. in d. l. apertiſsimi. col. ij. C. de iudic. Et fa-
ciliùs repellitur iudex, quàm teſtis: quia plures inueniuntur, qui iudicare
poſsint, quàm teſtificari. gloſſ. in cap. cùm R. canonicus. & ca. inſinuante. de
offic. deleg. gloſſ. in cap. accuſatores. iij. quæſt. v. ca. accedens. primo. vt lite
non conteſta.

Itidem poterit iudex recuſari in caſibus à iure expreſsis, & in caſibus ſi- 45
milibus, vel maioribus. §. porrò. quæ fuit prima cauſa benefic. amittend.
Deci. in cap. cùm ſpeciali. col. j. de appellat. & iſtæ cauſæ à iure expreſsè re-
linquuntur arbitrio iudicis. de his per Aufrer. in tractat. de recuſa. ver-
ſicul. xciij.

Generalis recuſatio totius Curiæ non recipitur.

Si tamen quis recuſaret omnes Doctores, & Aduocatos, ſeu Pragma- 46
ticos Curiæ. præſumitur in fraudem facere, ne iudicetur: & repellenda
eſt talis ſtolida recuſatio. Bald. in l. hoc modo. per illum textum. ff. de con-
ditio. & demonſtratio. Docto. in cap. primo. de iudic. † niſi quis ex iuſta re- 47
cuſaret cauſa: vt ſi ageretur contra Ciuitatem, vel Epiſcopum, aut capitu-
lum. vt dicit Alber. in ſecunda parte ſtatutorum, quæſt. c. j. an autem quis.
probat. c. ſtatutum. §. cùm verò. de reſcript. in vj. Capit. quæſtio. cxxxvj. in
deciſ. Neapolit. alibi dicam.

Executor non poteſt recuſari.

Nec poterit recuſari meus executor, videlicèt apparitor diabolicus ad 48
exequendum datus. c. nouit. de appel. ſecus in mixto. glo. ibi, & doct.

Quæ perſonæ recuſari poſſint.

Notarius tamen, ſeu Grapherius, conſultor, teſtium examinator, ad- 49
iunctus eius, & aſſeſſor recuſari poterunt, per textum in dicto capitul. ſta-
tutum. §. aſſeſſorem. de reſcriptis. in ſexto, gloſſ. in §. & quòd ſæpè. in au-
thenti. de triente & ſemiſſe. collatio. tertia. Bald. in dicta l. apertiſsimi. & in l.
nullum. de teſtibus. & ſi poſt recuſationem proceſſerint, non valebit, quod
poſteà geſtum erit: vt conſuluit Alexand. conſilio centeſimoquarto. cir-
ca colum. ſecundam. in quinto volumine. Alia de recuſatione vide maxi-
mè per Aufrerium in dicto ſuo tractatu. de recuſat. & per Doctor. ſuperiùs
allegatos: vt tantùm quotidiana, & quæ in curiis verſantur attingamus, &

Areſtum.

anno milleſimo quingenteſimo vigeſimoquinto. die xxvij. Februarij,
dum

dum domin. de Medula, Senator Curiæ recuſaret ſcribam ſupplicationum, fuit in eius locum ſuffectus clericus alterius ſcribæ.

Idem, Article XV. Ibidem.

Et voulons en outre, que nonobſtant ladite recuſation & delay baillé pour la verifier, ſoit paſſé outre au principal, par deuant le Iuge non recuſé, qui aura baillé ledict delay, & qui ha accouſtumé tenir ledict ſiege au lieu dudict recuſé. Articulus decimus.

ISTE articulus cum ſua materia ſuperiùs, maximè articu. ſexto fuit expeditus, ob id ſequentem pertranſeo.

IDEM, Article CXIII.

Que nos Conſeillers executeurs des arreſts de nos Cours ſouueraines, ne pourront eſtre recuſez ſur les lieux, ains nonobſtant les recuſations, qu'on pourroit propoſer contre eux, paſſeront outre iuſques à la perfection deſdictes executions: mais bien pourront noſdicts Conſeillers eſtre recuſez au parauant leur partement, ſe bon ſemble aux parties, & il y ait matiere de ce faire. Articulus vndecim⁹, & vltimus.

GLOSSA VNA.

1 OLIM MVLTAE inueniebantur partes, quæ nullam recuſationis cauſam proponebant, quando ſciebant Conſiliarios velle executionem areſti, & iudicati facere: ſed expectabant donec eſſent in loco executionis, & tunc opponebantur recuſationis cauſæ, vnde executiones areſtorum prolongabantur, & interdum irritæ fiebant, & cùm multi iam facti eſſent ſumptus, illudebantur Conſiliarij executores, & areſta erant illuſoria, contra l. ſi prætor. ff. de iudi. vt pars ſæpius hos irrideret Conſiliarios, qui cauſam ſic infectam reliquerant, & iactabant ſe id facturos, ideò ſtatuit hic, vt recuſentur Conſiliarij antequam egrediantur loco, id eſt à Curia Parlamenti. † Nam ſi poſteà pars velit eum recuſare, non recipietur: quia videtur conſenſiſſe pars, poſtquam eum non recuſauit ab initio: nam ei tunc liberum erat, poſteà non, ſicut nec poſt litem conteſtatam, vt ſuperiùs dixi artic. j. per text. in l. apertiſsimi. C. de iudic. vbi antequam inchoëtur negotium, quis debet recuſari: ſed inchoatum eſt negotium eo ipſo quòd Conſiliarius iuit ad locum executionis, ob id non poterit recuſari. Et iſta eſt declaratio huius text. *Conſiliarij commiſſarij ſunt recuſandi antequàm proficiſcantur ad commiſſionem.*

Imò

Tempus recuſationis expirat, vt primum arripuit iter commiſſarius.

Imò etiam ſi itinere eum vellet recuſare, non reciperetur per hunc text. à contrario,ibi, *au parauant leur partement.* Ergo, *apres le partement,* non: qui enim permittit vnum, alterum negat, vel è contrario, l.cùm prætor. ff.de iudic. alioqui ſic quotidie illuderetur Conſiliarius, † nec ſo-
let dari executor in Curiis ſupremis clam, vnde pars poteſt ſciſcitari 4
apud Grapherium & cognoſcet: & tunc dum Conſiliarius parat ſarcinulas, poterit illum recuſare, ſi iuſtam habeat cauſam, alias meliùs faciet ſi ſe ſumptibus inanibus non vexet. vt dixit l.j.ff.de inofficio. teſtament. his demum finem impono, deo opt. Maximo gratias agens immenſas.

TRACTATVS DE ADIVNCTIONIBVS SEV SVBSCRIPTIONIBVS, ET QVANDO fieri debeant: vtilis & quotidianus.

Des adionctions.

CHARLES *viij* *Article Lxxxvij.*

ITEM, & à fin que les procez ne ſoyent delaiſſez, ne les parties trauaillées au moyen de l'adionction de noſtre procureur, nous enioignons à noſdits aduocats & procureurs, qu'ils ne facent aucune adionction, que premierement la matiere ne ſoit deliberée entre eux, & qu'ils ne cognoiſſent que nous auons droict & intereſt en ladite matiere.

Articulus primus.

GLOSSA PRIMA.

Lex Regia in ſtylo poſita de adiunctionibus aduocatorum Regiorum.

1 IDEM SCRIBITVR in ſtylo parlamenti Lugduni impreſſo. in rubri. de offic. aduoca. & procura. Regio. articul. vltim. in hæc verba. Præterea ne medio adiunctionis procuratores noſtri lites differant, & partes indebitè vexentur, præfatis aduocatis, & procuratoribus noſtris iniungimus, vt nullam faciant adiunctionem: niſi, materia priùs inter eos deliberata, cognoſcant in ea nos habere ius, & intereſſe. Super quo honorem, & conſcientiam eorum oneramus. hactenus ibi, quamuis ſtyli Pariſ. impreſſi hoc non habeant: mulctæque Ordinationes notabiles in illis omiſſæ ſunt: vt quilibet intueri poteſt, ob id nullus mirari debet, ſi in ſuo ſtylo hæc interdum non inueniat: quia Pariſ. multa omiſerunt valde neceſſaria, & alia quæ neceſſaria non erant, addiderunt. quod ſciri poteſt ex amborum collatione.

2 Et idem habetur in ſtylo Picta. & Bituricen. quibus conuenit text. in l. iij. C. de aduoca. fiſci. ſic dicens, Fiſci aduocatus pœnas metuens caueat, ne fiſcalia commoda occultet, néue vllo negotio exiſtente fiſci nomine priuatis audeat calumnias commouere. Vnde prohibetur hic, ne cognitores Regij ſubſcriptionem aliquam poſtulent, néue adiunctionem faciant, niſi

iij. To. Commen. Do. Rebuf.

priùs inter eos deliberata fuerit, & ius Regium vel intereſſe Regis ineſſe videant.

Rationes adiunctionis prohibita aduocatis Regiis.

Ratio eſt, quia per iſtas adiunctiones procuratoris Regij proceſſus pro- 3 longantur, & interdum omittuntur, partes fatigantur laboribus, & expenſis, forum quandoque etiam mutatur: vnde ob hoc prohibetur hic ſicut in ſimili Papa in cap. diſpendia. de reſcript. in vj. nam delicta quæ fiunt ab iſtis, tendunt in Principis ignominiam ſi mala committant. cùm ipſi alios corrigere debeant. Ideò ſtatuitur in l. vniuerſi. C. vbi cauſ. fiſcal. quòd ſi aduocati, vel fiſci procurator iniuriis & deprædationibus quemquam vexent, viui ſunt comburendi: & hoc dicit Bald. in marga. in verbo. damnatus. in j. q. Multa de his procuratoribus ſcripſi in titu. de elec. deroga. in Concord. Franciæ.

Inſtantia quando non pereat trienio. Areſtum.

Item cùm procurator Regius eſt coniunctus parti in aliqua cauſa, 4 illa non perit, vel inſtantia triennio, per l. properandum. C. de iudic. & ita iudicauit Senatus anno 1513. die verò xxviij. Nouembris, habétque alia priuilegia. ob id partes petebant iſtam adiunctionem dicti Regij procuratoris: ſed hic prohibetur, niſi fuerit deliberata, & ius vel intereſſe Regium adſit.

Requiſita antequam adiunctio procuratoris Regij fiat.

Notandum eſt, quòd antequàm procurator Regius poſsit ſubſcribere 5 cauſæ, & ſe adiungere, ſequentia requiruntur. Primò (vt dixi) quòd illa adiunctio ſit trutinata, & deliberata inter procuratorem, & aduocatos Regios: † nec ſufficeret deliberatum eſſe inter duos aduocatos, vel inter vnũ 6 aduocatum & procuratorem, vbi ſunt duo. Nec debet procurator fiſci cauſam agere ſine aduocato: alioqui nihil actum cenſetur, per l. ſi fiſcus. ff. de iure fiſci. l. fi. C. de aduoca. fiſci.

Adiunctio deliberata & concluſa eſſe debet. Areſtum.

Secundò requiritur, quòd iſta adiunctio ſit concluſa inter eos, videli- 7 cèt quòd fiet hæc adiunctio. vnde ſi procurator dicat non eſſe faciendam adiunctionem, aduocatus non poterit poſteà ſubſcribere, & adiungere, vel contra, vt hic: & dict. l. fi. C. de aduoca. fiſci. l. ij. §. diuus. ff. de iure fiſci.

Vnde fuit annullata appellatio procuratoris Regij Ambianenſ. qui ap- 8 pellauerat à ſententia iudicis Ambianenſ. eo quòd reus à carcere liberatus fuiſſet cum conſenſu aduocati Regij Ambianenſ. ſine procuratoris cõſenſu. Sed fuit præceptum factum procuratori, vt concluderet ad conſiliũ aduocatorum Regiorum, qui ad hoc dari cenſentur, vt conſulant procuratori, quid agendum ſit, & ſi eorum conſilium reſpueretur, res fiſci malè haberent, & in irritum cedere poſſent.

Teriò, quod ipſi cognoſcant ex deliberatione ius Regium ineſſe in 9 illa cauſa, vel quòd Regis interſit. nam quilibet priuatus poteſt ius ſuum proſequi, §. j. de actio. in Inſtit. & ſe poteſt adiungere, quando ſua intereſt cap. veniens. ij. vbi Doct. de teſtib. Multò magis poterit procurator fiſci.

Quartò, quòd illa cauſa ſit à priuatis incœpta: alioqui ipſi poſſent eam 10 principaliter mouere, & non eſſet adiunctioni locus, ſed eſſet fiſci cauſa, vt in hoc tex. apparet.

Quintò

11 Quintò requiritur,quòd Rex ius habeat proſequendi,vel intereſſe : ibi, *droict & intereſt.* Et quamuis tex.vtatur copulatiua , tamen poteſt exponi pro diſiunctiua,ſicut ſæpius in iure,l.ſæpè. vbi dixi. ff.de verbo. ſignifi. vel Princeps nunquàm ius habet,niſi ſua etiam interſit : vnde licèt fiſcus non habeat ius in re,ſed ſua interſi,etiam in minimo,poteſt procurator Regius ſe adiungere,ne ius Regium pereat.

Regis intereſſe requiritur in adiūctione.

12 Sextò,quòd à iudice , coram quo lis pendet , expreſſum habet mandatum , aut ſuper hoc legitimam habeat informationem , vel agatur de Regis patrimonio , quod domanium vocamus. Ita ſtatuitur in ſtylo Parlamenti rubr.de offic.aduoca.& procurator. Regio. ordinat. iiij. incipiente, Præterea ſtatuimus.

Mãdatum iudicis vel informatio præcedere debet adiūctionem.

13 Septimò ſecundum quoſdam requiritur , quòd procurator dum vult ſe ſubſcribere cauſæ,& adiungere , iuret ſe deliberaſſe hanc adiunctionem, & concluſum fuiſſe ipſum debere adiungi : quia informatus fuit de iure Regio.hodie tamen non iurant in Curiis ſupremis , ſaltem non vidi. Sed informatus de iure Regio eſſe poteſt per teſtes,vel inſtrumenta , cùm parem habeant vim,l.in exercendis. C. de fid. inſtr. nec certum debet ſe dicere,vbi non eſt,nec ècontrario.c.cùm contingat.de reſcript.

Iuret Procurator Regius ad faciendam adiunctionem ſe deliberaſſe.

14 Addendum eſt,quòd quando pars vult adiungi proceſſui,debet admitti in eo ſtatu , in quo inuenit cauſam : ideò ſi principalis erat excluſus ab exceptionibus dilatoriis,& is qui petit adiungi , erit excluſus , per l. principaliter.vbi Io.Fab.C.de libera l.cauſ. facit c. vbi periculum. §. ſanè. verſicu.ſi verò de elect.in vj.niſi ex gratia aliud concedatur. refuſis tamen expenſis.†Sic fuit dictum pro aliquo,qui voluit iungi proceſſui, & dum pars nihil probauerat intra dilationem , fuit ei adiuncto ex gratia data altera à Senatu dilatio.anno 1543.die xxvj.Aprilis.

Adiunctio in eo ſtatu fieri debet, in quo cauſa inuenitur.

Areſtum.

Dont nous chargeons leur honneur & conſciences.

GLOSSA II.

1 PAPA ſic ſæpiùs ſolet dicere,conſcientias eorum , vel veſtrã oneramus,cle.j.de iure patronat.& notandum eſt,quòd quando actus relinquitur conſcientiæ alicuius , vt hic , non poteſt appellare pars,per glo.valde ſingu.in c.ſtatutum.§.aſſeſſorem. de reſcrip.in vj.quam not.Alex.& Iaſ.in l.de pupillo.§.qui opus. ff. de noui operis nuntia.alia addidi ad d.§.aſſeſſorem.

2 Vnde cùm conſcientiæ alicuius relinquitur , ſolus Deus eſt cognitor, ideò pars non appellabit : ſed requiritur quòd is iuret ſu m conſcientiam hoc dictare.gl.& Doct.in dict.§.aſſeſſorem.facit l. hac edictali. §. his illud. C.de ſecund.nup.& quamuis hodie non ſoleant iurare procuratores , tamen ſi partes peterent,hoc eis ſeruari poſſet.

Conſcientiæ alicuius ſi fuerit relictum , ab eo non appellatur.

3 Si tamen appellatum eſſet,ſuperior emendaret , ſi quid malè factum eſſet,per viam ſupplicationis, non appellationis , vt glo. docet in clem. j. in verb.oneramus. de iure patro.Ange. & Iaſ.in §. ſed iſtæ. de actio. in Inſtitu.ergo ab hac adiunctione deliberata appellari non poterit, poſtquàm ita viſum fuerit aduocatis & procuratoribus Regiis.

Supplicationis via, non appellationis quã do emendatur ſententia.

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

Loys XII. Artic. IIII. ſur les priuileges des eſcholiers.

Articulus ſecũdus.

Item pource qu'au moyen des adionctions que font les eſcholiers, nonobſtant qu'ils n'ayent intereſt raiſonnable en la cauſe, en laquelle ils ſe veulent adioindre, les parties ſont moleſtées, & trauaillées, nous voulons & ordonnons en outre, que aucun eſcholier ne ſoit receu à ſoy adioindre en aucune cauſe, ſinon que ce ſoit pour intereſt par luy pretendu, qui ſoit iuſte, & raiſonnable, & dont il face promptement apparoir au iuge ordinaire: par lequel nous voulons qu'il ſoit receu. Et ou il n'en pourroit promptement faire apparoir au Iuge, mais ſeulement par la diſcuſſion du procés, & partant conduiroit ledit procés comme adioinct: & en la fin d'iceluy eſtoit troué ledict intereſt eſtre moins que iuſte, & raiſonnable: en ce cas nous voulons ledit eſcholier eſtre condamné enuers la partie en tous les dommages, & intereſts: & enuers nous en grande amende extraordinaire, ſelon que le cas le requerra.

GLOSSA VNA.

Requiſita antequàm ſcholaſticus poſſit adiungi cauſæ.

PROHIBET hic ſcholaſticis, ne ſe proceſſui adiungant, ni 1
ſi iuſtè eorum interſit, de quo incontinenti oſtendant: quòd ſi oſtendere non poſſint, & ſic proceſſum proſequantur vſque ad finem, & appareat eos non iuſtè proſequutos, tunc iudex condemnabit eos ad expenſas, damna, & intereſſe partis, ac in mulcta extraordinaria.

Scholaſticus ſe adiũgens probare debet ſua intereſſe.

Nota requiſita antequàm ſcholaſticus ſe ſubſcribere cauſæ, vel adiun- 2
gere poſſit. Primò requiritur quòd cauſa ſit inchoata, ibi, *en aucune cauſe.* nam ante incœptam cauſam, non poteſt adiungi ei cauſæ, quæ non eſt, argum. l. decem. ff. de verb. obli. & cauſa ſecundum quoſdam dicitur poſt litem conteſtatam, l. cauſas. C. de tranſact. ſcripſi in l. reſtituere. j. ff. de verb. ſignifi.

Secundò, quòd ipſe ſua intereſſe prætendat, ibi, *pour intereſt par luy pre-* 3
tendu: alioqui ſine iure & intereſſe non audiretur, etiam appellans, l. j. ff. de appella. recipiend.

Tertiò, quòd id quod intereſt, ſit iuſtum & rationabile, ibi, *iuſte, &* 4
raiſonnable. iuſtum enim debet eſſe deſiderium. l. iuſtum. C. de edend. vnde ſi dicat ſe velle adiungi, quia ipſe eſt conciuis, vel amicus, & aliquando poterit illam rem acquirere, hoc non eſt iuſtum ac rationabile: ideò iudex illum repellere debet.

Quartò, quod ſtatim ipſe ſua intereſſe probet: non enim ſufficit dice- 5
re, niſi

re,niſi probetur,l.j.iuncta gl.ff.ſi quadrup.pauper.fecíſ.dica.& ſtatim,id eſt in ipſo die,quo allegat.ſolet tamen in forenſi iudicio dari vnica dilatio ad probandum ſua intereſſe,quod etiam ſummariè probatur, & qui ſua intereſſe dicit, propriam cauſam defendit,l.ij.in fi. ff. quando appelland. ſit.

6 Quintò, quòd probet iudici ordinario, coram quo vult adiungi. ibi, *& dont il face promptement apparoir au iuge ordinaire.* facit l. procurator. ibi, apud alium iudicem probandum.C.de edendo.

7 Sextò requiritur, quòd iudex recipiat eum, vt ſe adiungat. & ita pronuntiet,& permittet ei adiunctionem in illa cauſa.ibi, *nous voulons qu'il ſoit receu &c.* à qua receptione poteſt pars appellare, ſi videat ſcholaſticum nullum habere intereſſe: quia hic non relinquit conſcientiæ iudicis, ſicut articulus præcedens,ſed facilè appellare non debet, cùm ex modico intereſſe poſsit hanc adiunctionem facere.

Iudex recipere debet adiunctionem.

8 Septimò ſi non poſsit ſcholaſticus incontinenti ſua intereſſe probare, ſed dicat ex proceſſu apparere poſſe:ſi in fine proceſſus appareat eum non habuiſſe ius, vel intereſſe, tunc ad omnia damna & intereſſe partis condemnari debet.Et hic damnorum appellatione etiam venient expenſæ, vt plenè ſcripſi in interpreta.l.vnicæ.in proœ.C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer. Etiam hic tex.vult, vt ſcholaſticus ad emendam extraordinariam condemnetur,id eſt,ad arbitrium iudicis ordinarij, coram quo cauſa agitatur:hæc eſt ſummaria elucidatio ad iſtum tex.

Intereſſe nõ probato cõdẽnatur ob adiunctionẽ ſcholaſticus ad expenſas,&c.

9 Et ſic patet iudicem debere recipere in dubio ſcholaſticum, vt ſe adiungat, etiam ſi non ſtatim probet ſua intereſſe. Nam poſteà in fine luet pœnas,& quoad expenſas,damna,& intereſſe,& quoad mulctam.Quæ tamen non ſolet imponi,ſed alia ſic.

10 † Menti tamen reponendum eſt, quòd ſi duo ſcolaſtici etiam pro inæqualibus partibus proceſſum proſequantur, vel alij,& ſimpliciter condemnentur ad expenſas,tenetur quilibet pro media parte,& ſic pro virili,per text.in l.ſi qui ſeparatim. §. quoties. ff. de appel.quia quaſi contrahere videntur litigando.l.iij.§. idem ſcribit. ff. de pecul.l.ſi mandato Titij.§.Paulus.ff.mand.Bar.per illum text.in l. j. C. ſi plures vna ſenten.ideò iudex debet hoc exprimere in ſententia,quando aliter vult condemnare:tamen iudex incontinenti debet decidere, & non ad ius & conſilium remittere: vt ſtatuit Senatus anno 1523. die 3. Auguſti, de quo in ſtylo.Parla.areſto. ccccxj.

Expẽſa debentur pro virili.

Areſtum.

11 † Notandum eſt quod adiuncti officium finitur cum principali,l.j.vbi Bald. C. quando tutor vel curator eſſe deſinat.Item qui vult adiungi in interdicto vti poſsidetis ſuper aliquo beneficio litigioſo,debet adiungi intra annum: & poſteà non recipitur, quia interdicta ſunt annalia,l.j.ff.de interdict.& quia non habet maius priuilegiũ, quàm pars principalis,ſed in petitorio intra triennium petere poteſt, cap. ſi hi qui.vt lite penden.in vj.

Adiunctio in poſſeſſoria intra annũ fieri debet.

12 Item adiunctus non poteſt ex capite ſuo proponere, nec allegare facta, & ſi allegetur,recipi non debent communiter:vt vidi ſeruari in Curiis.

13 Nec omittendum eſt alio modo dici adiunctum, prout Budæ. vocat in foren. adiunctum, adſcriptum, ſeu allectum qui variis ex cauſis dari ſolet. Primò interdum datur alicui Præpoſito ad inquirendum ſubinqui-

Teſtes ſine adiũcto audiri non debent.

ſitor,ſeu adiunctus,& tunc principalis non debet audire teſtes ſine adiuncto.Alioqui annullatæ olim fuerunt atteſtationes à Senatu in contrarium factæ.Et ſtatutum fuit, vt examinatores adiunctum reciperent.anno 1487. die 2.Ianuarij:vt eſt in lib.conſi.

Areſtum.

Adiūctus an poſſit vt ſuſpectus recuſari.

Item ſi ad audiendum teſtes cooptetur hic ſubſcriptor, ſeu adiunctus, 14
tunc neutri partium ſuſpectus eſſe debet:alioqui recuſari poterit, ſicut iudex.cap.cùm inter.de except.Et iurare debet hic adiunctus,vt fuit dictum. Et ob id quòd non iurauerat fuerunt reiectæ atteſtationes, anno 1534. die 4.Martij:vt ſcripſi in tracta.nominatio.quæſt.xj.per tex.in l.hac edictali.§.illud.C.de ſecundis nup.

Areſtum.

Adiunctus de conſenſu partiū dandus eſt.

Idem ſi accipiatur adiunctus ad executionem ſententiæ vel aliis mo- 15
dis,pragmaticis notis,etiam non debet ſuſpectus dari, ſed cum partium conſenſu.Et non debet dari iudicis,ſeu inquiſitoris conſanguineus, ne cū iudice colludere poſsit,ſed alias idoneus eſt conſtituendus.argumen. cap. quoniam contra.de probatio.

Præterea ſi iudex ali debeat,vt in cap.ſtatutum.§.inſuper. de reſcrip. in 16
vj.ita & hic adiunctus,& ſalarium eidem dari debet pro qualitate perſonę, & conſuetudine curiarum & quantitate cauſæ.l.ij.ff.de re iudi.

Alius itidem de iure datur adiunctus,quando ordinarius iudex recuſa- 17
tur,l.apertiſsimi.cum authen.ibi ſeq.C.de iudi. quod tamen non procedit in Curiis ſecularibus Franciæ: vt plenè ſcripſi in tract. de recuſationibus.& quamuis iudex delegatus recuſari poſsit, & non detur adiunctus,tamen de iure canonico ſecus.c.cum ſpeciali.de appe. Quod dicit Romæ ſeruari Staphil.in tract. de liter.iuſtitiæ. verſ. dantur literæ.fol.17.& ſeq.Alia de adiunctis. hic non adiungam,ſed orabo. Deum vt ſuæ ſocietati me adiungere dignetur.Amen.

TRACTATVS DE EXCVSATIONIBVS, SIVE EXONIIS, IN IVDI-ciis frequens.

* *
*

1 HANC MATERIAM in curiis frequentem eſſe,vtilémque, & non iuſtè, & ſecundum Curiarum Franciæ vſum tractatam conſpiciens, breui & ad congruam iudiciorum praxim redigere curaui,vt omnibus notior fiat,& exordiis aliis prætermiſsis ad rem ipſam venio.

Imprimis *exoine* vocabulum eſt gallicum, à Græcis vt Budæus ait deductum, nempe à Græco verbo ἐξόμνυμαι deducitur, quod eiuro magiſtratum, hoc eſt repudio, & excuſo quippiam,ne magiſtratum gerere cogar,& ἐξόμνυμαι τὴν πρεσβείαν, hoc eſt eiuro legationem, & iureiurando affirmo obire me legationem non poſſe. Inde ἐξόμνυσθαι ἕτερον,eſt iureiurando eum excuſare,qui iudicio non adeſt, aut euocatus præſto non eſt, & ſic lingua vernacula *exoine* à græcis mutuata eſt.

Exoine vnde deducitur.

2 Exoniare enim appellant iureiurando excuſare eius abſentiæ cauſam, qui vadimonio obſtrictus eſt,inde ἐξονύται,& exoniatos vulgus appellat vulnere, aut mutilatione cauſarios, id eſt, qui ob vulneris, vel mutilationis cauſam detrectare iure militiam poſſunt, teſte Budæo in commentariis Linguæ Græce. folio 9.& ſequen.

Nũcius cauſarius ad excuſationem miſſus.

3 Et cauſarium nuncium,qui ad excuſationem mittitur, teſte Budæo in Forenſibus.verùm quia multi ſe excuſant,ne in iudiciis compareant, cum præſentes comparere teneantur:ideò de his excuſationibus,& exoniis, dicendum eſt,quæ fiunt ab eo,qui ob crimen præſentialiter,& non per procuratorem comparere debebat.

Excuſatur morbo impeditus.

4 Hoc enim iuri æquitatíque conforme eſt, videlicèt vt citatus non valens ratione infirmitatis,aut alterius impedimenti comparere, mittat cauſarium nuncium, quem exoniatorem practici dicunt, qui certiorem iu-

dicem faciat de prædicto impedimento, vt morbus diem differat, l. quæ-
ſitum. ff. de re iudic. capitul. ſi ægrotans. quinta quæſtione tertia. & capi-
tul. placuit ſecunda in xviij. diſtinctio. capitul. querelam. de procuratorib.
ſic in euangelio Lucæ xiiij. multi ſe excuſauerunt vocati ad cœnam ma-
gnam.

Excuſatio quid.

Quia de excuſatione loquimur, Excuſatio eſt alicuius iuſtæ cauſæ al- 5
legatio, ob quam impeditus vocatus à ſuperiore venire non tenetur. gloſ-
ſa in rubrica. C. de excuſationi. muner. libro decimo. & l. prima ibi-
dem.

Qualis debeat eſſe iſte excuſator.

INGREDIENDO MATERIAM, quæro imprimis qualis debeat
eſſe excuſator? Reſpon. text. in ſtylo Bituricen. rubr. *des excuſations, & exoi-* 6
nes, diſcretum eſſe debere: ibi, *perſonne de diſcretion*. Hi autem diſcreti intelli-
guntur, qui qualitates rerum & monumenta diſcernunt. text. in c. ſi qui te-
ſtium. de teſtibus.

Et ſic patet, quòd indiſcretæ perſonæ ad hanc exoniam non recipiun-
tur. de quibus in ca. paſtoralis. de iudic. videlicèt ſtultus, fatuus, amens, 7
infans, mutus, ſurdus, & id genus hominum, quia non ſunt diſcreti,
nec rerum qualitates diſcernere poſſunt, l. operis. cum l. ſequen. ff. de no.
oper. nuntiatio. Iaſon. in l. de pupillo. §. nunciationem. colum. penultim. ibi-
dem. & in capitul. omnis vtriuſque ſexus. vbi ſcripſi. de pœnitent. & remiſ-
ſio. tamen aliæ perſonæ de iure inhabiles, diſcretæ tamen, admittuntur, vt
mulier, infamis, excommunicatus, minor, dum tamen ad annos diſcre-
tionis peruenerint. Bartol. in l. penultim. §. ad crimen. col. v. ff. de public.
iudic. l. ſeruum. §. publicè. ff. de procurato. quia iſta eſt allegatio meri facti,
quæ poteſt fieri per quemlibet.

Nec obſtat l. quos prohibet. ff. de poſtuland. vbi infamis regulariter à
iudicio prohibetur, etiam parte conſentiente: ſed hoc non procedit, quan-
do allegaret cauſam meri facti neceſſariam pro abſente, teſte Socin. in ca- 8
pitul. veniens. colum. xxxvij. de accuſatio. in ij. quæſt. at in praxi non admit-
teretur infans excuſans aliquem ad cauſas abſentiæ allegandas, de quibus
hic loquimur, ſed infamis, & aliæ diſcretæ ſic, licèt de iure inhabiles ſint ad
alia, nec ſolet inquiri de conditione iſtorum excuſatorum, cùm commu-
niter viles mitti ſoleant, qui facilè iurant, & faciliùs fortè peierant, quod
eorum conſcientiis relinquo. nam procuratores eos inſtituere ſolent, quid
dicent.

Excuſator quid ſit.

SECVNDO QVAERO, quid eſt excuſator? Reſpon. eſt is,
qui venit ad proponendum cauſas abſentiæ alicuius, qui non pote-
rat vel ratione ſui, vel cauſæ, ſeu ignorantiæ, procuratorem conſti- 9
tuere. per capitul. cùm dilecti. de dolo & contuma. & capitul. veniens.
de accuſatio. dicto capitul. ſi ægrotans. v. quæſtio. iij. Specul. in tit. de
excuſ. in prima parte. vel eſt, qui ſine mandato ad dicendum excuſatio-
nes, ſeu cauſas abſentiæ, non cauſas cauſæ mittitur. ca. bonæ memoriæ.

§. nos

§.nos igitur. de electi. Spec. in tit. de his qui alieno no. in iudicio interue. verſic.excuſator,vel qui ad excuſandum aliquem mittitur.l.ſeruum. §. publicè.ff.de procura.nos autem eos excuſatores recipimus in criminalibus, quando venire per ſe non poſſunt infirmi.

Officium excuſatoris.

10 Tertiò quæro,quod ſit eius officium? Reſpon. allegare partis vocatæ ægritudinem,vel aliam iuſtam cauſam, & illam iuſtificare rationibus probabilibus,Inno.in c.veniens.de accuſa. Bal.in Marga. in verb. officium. q. xxxj.Bar.in d.§.ad crimen.& Spe.in d.tit.de accuſa.vnde ſolet is excuſator dicere in Curia talem in ius vocatum valetudine aduerſa detentum, qui ſine periculo ſuæ perſonæ comparere non poſſet, nec ad iudicium venire, pedes nec eques,& ſic nullo modo.

Satiſdare de rato an excuſator teneatur.

11 Quartò quæro,an is teneatur ſatiſdare de rato?glo.in l.in eod. ff. de regu.iur.§.nemo.non teneri affirmat,quam probat Bar.in d. l. pen. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. quia cùm in eum non poſsit fieri executio, fruſtrà quæritur de ſatiſdatione, l.liberto.§.fi.ff.de neg.geſt.Bal.in Marg. in verb. cautio.quæſt.vj.Iaſ. & alij in l. filiusfamiliàs. in princi. ff. qui ſatiſ. cogant. debet tamen promittere de repræſentando citatum in termino à iudice præſtituto.glo.& ibi Alex.& Soc.in rub. ff. in ius voc. vt eant. nec repræſentare hodie reum promittit: nec de rato ſatiſdat in Curiis Franciæ, ſed tantùm excuſat ægrum.

Iurare de calumnia an exoniator debeat.

12 Quintò quæro, an teneatur iurare de malitia, vel de calumnia? Ioan. Andr.in additio.ad Spe.in tit.de iura.calum.in §.ſequitur. verſic. quid de quæſtionibus.eum teneri affirmat,quem ſequitur Soci. in cap.j. colum. fi. & cap.ij.col.vj.in xx.exten.de iura.calum. nec obſtat authen. hodie. C. de iureiurand.propter calum. dando. vbi dicit iuramentum non præſtari ſæpiùs, intelligitur quando ſemel iuratum eſt generaliter de calumnia: ſed quando ſpecialiter eſt iuratum,& ſuper vno articulo, non prohibet quin poſsit iurare generaliter. Hodie iurat dicere veritatem ſuper quibus impedimentis interrogabitur,& non de calumnia,nec de malitia, vt vidi in curiis ſeruari.

Pluries excuſare an ſit liberum.

13 Sextò,an poſsit pluries excuſare? videtur quòd actus de primo intelligatur, l.boues. §.hoc ſermone. ff. de verb. ſigni. contrarium communiter tenetur:nam ſi durauerit infirmitas in ſecunda citatione, adhuc excuſare ſic poterit,& finita prima dilatione:quia iura dict. l. ij. & l. quæſitum: loquuntur generaliter, & cùm eadem cauſa duret, ideò excuſari debet. de ſtylo tamen Bituric.niſi ſemel reiicitur:& in ciuilibus ſi fuerit pars pluries exoniata, iudex poteſt ſtatuere, quòd procuratorem in prima comparitione mittet,aliàs contumax reputabitur:vt dicit gloſſ.in l.j.§. ſi is qui ff.ſi quis caut.Barto.in l.j.ff.de diuer. & temporal. præſcript. & Maſuerius in dict.rub.de contuma.nume.14.vnde inferiùs dico vltra ſemel non repiendam excuſationem:vel poterit iudex ſtatuere, vt vbi inuenietur, prehendi debeat.

Excuſator non allegat priuilegiũ nec cauſã.

14 Septimò quæro, an excuſator miſſus poſsit ægri priuilegium allegare, ſiue exceptionem aduerſus iudicem, aut contra partem opponere? Reſpon.non:quia iſta mandatum requirunt.Henr. Boïc.in dict.c. veniens.

& infrà

& infrà dicam.in x. quæſtio.

Appellare an excuſator poſſit.

Octauò quæro,ſi iudex nolit admittere excuſationem propoſitam, nec 15
cauſas allegatas,an poſſit excuſator appellare?Reſpon.poſſe.Bald. in Margar.in verbo.officium.vel proceſſus poſteà factus erit nullus. no. in cap.ex parte.de appellat.Socyn.in d.c.veniens.col.xxxviij.verſic.& aduerte. ſi tamen non appellauerit,non punietur,in d.l.liberto.§. fin. ff. de negot. geſt. quia non cogitur,vt ibi. hodie cauſas tantùm facti allegat, nec aliud facit, nec appellat de ſtylo Curiarum Franciæ.

Quis excuſatorē mittere poſſit.

Nonò quæro,quis poſſit mittere excuſatorem, ſiue exoniatorem? Re- 16
ſpon.Reus,non actor:alioqui ſi actor mittat, poterit reus ab obſeruatione iudicij abſolui cum expenſis: cùm actor procuratorem teneatur mittere, gloſſ.in verb.poteſtatem.& ibi.Bart.in l.j.ff. de diuerſ. & tempor. præſcrip. Cy.in l.j.C.de reſti.mili.Maſue.in rub.de contuma.§.item contra eum.vbi dicit nuper fuiſſe declaratum, tamen in ſtylo Bituricen. admittitur tam actor,quàm reus,vt patet in text.ſtyli Biturigum, ibi, *ſoit demandeur ou defendeur:* quia in iudiciis debet eſſe æqualitas. reg. in iudiciis. de regu. iur. libr.vj. quod in Curia ſuprema Pariſien. non vidi ſeruari in actore, ſed in reo tantùm.

Idem dico in electo non comparente intra menſem ad petendum con- 17
firmationem,vt ſaltem excuſatorem mittere debeat, ſeu procuratorem,ca. cupientes.§.quòd ſi per viginti.de electio.lib.vj.

Praxis Frãciæ mittēdi excuſatorē, & ſuper quibus.

Idem in criminalibus, vt debeat mitti excuſator ad allegandum cauſas 18
innocentiæ,teſte Bart.in extraua.ad reprimendum.in verb.neglexerit quomodò in læſæ maieſt.crimi.proceda.& Alexand.conſil.xlj. viſo proceſſu.in vj. volumi. quod reprobat praxis Franciæ, quamuis de hoc multa ſcribat Anto.de Canar.in tract.de excuſa.per totum,poſt Spec.eod.tit. ſed Curiæ Franciæ non admittunt excuſatorem in criminalibus, quando per ſe debet quis comparere, & non per procuratorem: niſi citatus ille morbo ſontico detineatur, quia tunc poterit excuſatorem mittere ad eum excuſandum, non autem reciperetur, ſi cauſas innocentiæ allegaret: & ita ſeruant etiam ſupremæ Curiæ Franciæ.

Curatus impeditus ad ſynodū ire ſe excuſat: idem in appellato.

Idem in curato ſeu vicario habente curam animarum,vt ſi ſit impeditus 19
ire ad ſynodum, teneatur mittere excuſatorem,vel literas, ca.placuit. xviij. diſtin.Henr.Boteus in tract.de ſynodo epiſcop.in ij. parte.nu.69.& ſeq.

Idem in cauſa appellationis in ſtylo Parlamenti, in rubr. de contu. §.ſi 20
verò pars.in j.parte.videlicèt,vt appellatus ſi non compareat, excuſatorem mittere debeat,vt ibidem ſcribitur: quod eſt intelligendum quando per ſe comparere teneretur,vt in criminalibus,alioqui cōtra, vt inferiùs dicetur.

Excuſationis effectus

Decimò quæro,quis ſit effectus excuſationis? Reſpon. vt ſi iudex pro- 21
cedat contra abſentem ſic excuſatum, & ferat ſententiam, erit ipſo iure nulla,d.l.quæſitum. & ibi glo. & Bar. intelligunt quando iudex ſcit impedimentum, vt poſt excuſationem: alioqui non eſſet nulla, ſed impeditus ſi excuſatorem non miſerit, petere reſtitutionem in integrum per literas Regias,probato impedimento,poterit.glo.& Doct.in d.cap. querelam. de procu.& in l.ij.§.ſi quis. ff. ſi quis cautio. l. non videtur latitare. ff. de iud.

Quia

22 Quia poſt excuſationem lata eſt contra abſentem non cõtumacem ſententia,& ſic nulla,l.ea quæ.C.quomodò & quando iudex.& l.penult. Iaſ.in additio.ad Porcum,in §.item propter.de excuſ.tuto.in Inſtitut. & Iacob.in rub.ff.in ius voc.vt eant.Anto.in addi.ad Vber.de Bonacurſ.in rub.quibus modis citatio.circa finem. in verb. valetudine. & iſta eſt communis opinio ſecundum eos. & nota perpetuò quòd iſta excuſatio debet fieri iudici, vt iudici,& non valeret ſi fieret ei tanquam priuato, vt puta in domo,vbi non reddit ius,vel in eccleſia,ſecundum Bal.& Iac.in d.§. ſi quis in iudicio.ideò in Francia fieri ſolet iudici pro tribunali ſedenti.

Excuſatio vbi fieri debeat.

23 Adde etiam quòd ſi tales excuſatores inciderent in latrones,& caperentur,vel interficerentur,excuſarentur mittentes.tex. ſolennis in l.cum à matribus.C.qui petant tuto.Archi.Alex.& alij in cap. epiſcopus.j.xviij.diſtin. & illum tex.dicit ſing.Bald.in marga.in verb.citatio. in xlvj. q.ad hoc quòd citatus ſub pœna,ſi miſit procuratorem, quia in itinere eſt interfectus,non incidit in pœnam.quod eſt valde notandum.facit c.venerabilibus.§.porrò. de ſenten.excom.in vj.

Si excuſator in latrones incidas, & nõ poſſit excuſare, quid iuris.

In Francia nullo comparente datur defectus,& iterum in ius vocatur hic contumax ad videndum adiudicari defectus vtilitatem, qui ſi compareat, & iſta probet,inducetur primum edictum, & vti vulgò dicitur, *ſera rabbatu le default*,ad hoc vt ad nullas expenſas primæ cõtumaciæ teneatur, ad quas, ſi non probet ſupradicta, condemnabitur: vt ſcripſi in tract. de contum. & defectu. & hoc in ciuilibus. Diuerſum eſt in criminalibus, nempè ſi perſonaliter compariturus neminem mittat, dicetur eum capiendum, & in carceres coniiciendum:ſed aduerſa eum valetudo excuſabit.

24 Vndecimò quæro, an requiratur procuratorium ad excuſandum? Reſpon.in ſtylo Parlam.in rub. de contumacia. in j. parte. verſicul. item circa hunc.dicitur excuſatorem non admittendum, niſi procuratorium deferat, in quo habeat poteſtatem excuſandi,ſiue exoniandi: ſequitur Specul.in tit. de excuſato.in j.parte.per glo.in c.cupientes.§.quòd ſi per viginti. de elect. libr. vj. in verb. propoſita. dicens debere habere mandatum.& ibi Archid. tenet debere eſſe procuratorem.text.in d.c.bonæ.l.j. de elect. & c.ex parte. de priuileg.

Excuſator an procuratorii habere debeat.

Tamen ſufficit apud Bituriges, quòd ſit miſſus ſpecialiter ad excuſandum,etiam ſine procuratorio. & iſta eſt communis opinio ſecundum Soci. in d.c.veniens.colum.xxx.patet in text.ſtyli Buturig.ibi, *enuoye excuſeur pour l'excuſer.* cùm ibi non requirat procuratorium, nec ego requiram, & gloſſ. in d. verb. propoſita. dicit ſufficere, ſi gerens negotium excuſet etiam ſine mandato: vbi etiam ſcribit Io. Mona.quod ſi amicus velit cauere amicum ratum habiturum, excuſatio admitti ex æquitate debet. gloſſ. tamen in ca. bonæ memoriæ.in j.de elect. dicit, quod nuntius deſtinatus ad allegandum cauſas infirmitatis,vel abſentiæ,debet eſſe literatoriè deſtinatus. per text.in ca.prudentiam. in primo reſpon. de offi. deleg. & illa gloſſ.in hoc ſeruatur. quod exoniator debet eſſe expreſsè, etiam ſine literis ad hoc miſſus, & ſe ad hoc miſſum allegare debet, alioqui non auditur: vt in Conſuetudinario

mag.

mag.patet. eod.tit.in fin. lib. iij. & ſine mandato poteſt allegare cauſas abſentiæ facti,ſecus ſi iuris.Imo.in d. §. ad crimen. Bald. in l. reos.col.penul. verſi.vlterius quæro.C.de accuſa.vide eum in c.j.col.ij.de milite vaſſal.qui contumax eſt.in feudis.& tam facile eſſet alicui mittere procuratorem ab cauſam, quàm conſtituere nuncium excuſatorem per literas:ob id in praxi ſeruatur,vt ſine literis & mandato in ſcriptis facto, excuſator mitti ſoleat, & recipi: quia fortè is valetudine detentus demens factus eſt. ob id vxor, vel amici iſtum excuſatorem mittent.

Iudex ſi nolit credere excuſatori, quid agendum.

Duodecimò quæro, quid ſi iudex non vult illi excuſatori credere? Re- 25
ſpon. excuſator debet offerre ſe probaturum cauſam, ſeu cauſas per eum allegatam vel allegatas, & ſi iudex nollet admittere, non valebit poſteà proceſſus,quia habetur pro certificato, l. ait prætor. §.ſi quis particeps. ff. quæ in fraud.credit.probato poſteà impedimento,vincet pars in cauſa nullitatis,igitur iudex debet excuſatori dare terminum, vt doceat de ſuo impedimento,l.inter accuſatorem.& l.pen.§.ad crimen.ff.de public. iudic. & excuſator debet proponere,ſi non credatur ei,quòd veniat is,qui non credit,& expenſis ſuis,ſcilicet non credentis,excuſator ducet eum ad locum infirmi,vbi inueniet vera eſſe,& iſta dicat eſſe ſibi commiſſa per infirmum, vel illum qui eum miſit,vt in ſumma rural. eod. titulo. ſic deſcribitur. & ſi non obtulerit ſe probaturum,valebit ſententia, per l.liberto. §. fina. ff. de nego.geſt.vbi appellari poterit.ergo ſententia valet.

Conſultiùs tamen eſt, quod iudex pronuntiet abſentem contumacem, niſi cauſa abſentiæ ab excuſatore probetur: & dicunt pragmatici dari defectum,vel congedium,*ſauf ſon exoine*,arg.l.qui vias.ibi, ſub exceptione. ff. de dam.infect.& in ſtylo Picta. rub. *des conteſtations ou le procureur du Roy eſt partie*.Bart.in extrauag.ad reprimendum.in verb.neglexerit.& in d.l.quæſitum.Panor.& alij.in ca.querelam.de procurato.Maſuer.in ſua pract.rubric. de contumacia.§. item contra eum.

Infirmitas quomodo probetur.

Decimotertiò quæro, quomodo probabit excuſator illum fuiſſe in- 26
firmum?Primùm poteſt probare per medicos deponentes excuſatum fuiſſe tali febri ephemera,& tali die correptum, quibus in hoc creditur, l. ſemel. C. de re milita. libr. xij. licèt plerique parabolani conſcientiæ obliti, multa ſoleant iudicibus mendacia, fauorem clientum potiùs, quàm animas reſpicientes, enuntiare, ſuis verbis magis quàm factis eos valetudinarios reddentes. Ideò Neapoli in magna Curia vicariæ ſeruatur, quod debet præſentari inſtrumentum publicum, continens quòd talis eſt in tali loco æger, & in illo inſtrumento debet inſeri medici depoſitio, continens quòd talis æger non poteſt in iudicium proter ſuam infirmitatem proficiſci:ſed in Francia datur defectus ſalua exonia, & datur dilatio parti aduerſæ volenti probare illum ſanum, & vtraque pars probabit intentionem ſuam, ſi velit & poſſit: poſſet etiam probari infirmitas per aſpectum corporis, quia facies eſt extenuata, quaſi hominis ab infirmitate ſurgentis. argum.l.minor xxv.annis adito. ff. de minoribus. poterit etiam per familiares probari, qui adſtiterunt morbo,l. conſenſu. C.de repud.&

Praxis Franciæ.

pud. & l.de ſubmerſis.C.de naufrag.& ibi Bartol.libr.xj. vel aliis indiciis & probationibus, ac etiam per iuramentum infirmi,ſecundum Bartol. in d.l. quæſitum. & Imol.ibi.

Areſtum. Quòd ſufficiãt quatuor teſtes ad exoniã probãdã.

27 Et iudicatum per areſtum fuit,quòd ſufficiebant quatuor teſtes ad exoniam probandam,quamuis ſeptem requirerentur olim,& iuramentũ partis affirmantis in bailliuatu Rhemenſi:ſed hoc fuit reprobatum, vt Io. Gallus ſcribit in quæſt.per areſta.quæſt.cxlv. per areſtum fuit.in antiq. ſtylo, quia in nouis omnia fuerunt immutata:ideò in illis alia allegatione opus eſt.

28 Si tamen pars aduerſa vellet probare contrarium,videlicet illum ſanum fuiſſe,hoc probare poterit,ne quis per falſos teſtes obtineat,c.præſentium. de teſti.& quia probare volentibus mos gerendus eſt,l.circa.ff.de proba. & in ſtylo Parlam.rub.de contu.§.& bonum eſt. Maſu.vbi ſuprà. Et ſi probatum fuerit eum eſſe ſanum, poterit iudex reuocare dilationem expectatoriam iam conceſſam. vt not.in l. ſiue pars. C. de dilatio. & in Francia ſolet iudex dicere,vt is excuſatus prehendatur,ſeu capiatur vbicunque repertus fuerit,extra tamen loca ſacra.dixi artic.penul.de contuma.

Triplex eſt excuſatio.

29 Nota quòd triplex eſt excuſatio,vt per Bal.in c.bonæ.j.col. vlti. de electio.vna quæ incidit inuito,vt febris ſubitanea, d.l.quæſitum. & tempeſtas maris,l.Cæſar.ff.de public.& præceptum Regis,vel maioris,c. cùm parati. de appel.quædam eſt excuſatio quæ ex natura cauſæ accidit,propter quam quis non tenetur iudicio ſiſti.vt in l.vir bonus.ff.iudica.ſol. idem ſi propter ferias,l.ij.in fin.ff. ſi quis in ius voc.non ierit. Tertiò dum quis ratione priuilegij excuſatur,ſi tale eſt,cui renuntiare non poteſt,vt clericus, vt in ca.ſi diligenti.de foro competen.

Infirmitas excuſat à cõparẽdo ſua & ſuorum.

30 Et ſic ponitur hic vnum infirmitatis priuilegium, vt videlicèt detentus valetudine aduerſa excuſetur à comparendo.facit tex.in l.ſi quis inſtituatur hæres.in fi.ibi,vel ægritudine,vel valetudine ita impediretur,vt in ius produci non poſsint.ff.de hæred.inſtit.intellige quando eſſet talis morbus,qui cuique rei agendæ impedimento eſſet:ſecus ſi eſſet leuis febricula, vel vetus quartana,d.l.quæſitum.

31 Quod debet intelligi non ſolùm de infirmitate ſua, ſed etiam ſuorum, allegatur gl.in c.omnis.xxiij.diſt.& Boër.in §.xviij.de iuriſ.om. iud. in conſue.Biturig.& Sanxon. artic.xv.in Ordina.Duro. Iaſo.& alij in l.ij.§. ſi quis cautio.& in l.j.col.penul.de offi.eius.& in l.j.col.ij.in ius voca.vt eant. & in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.q.ix.de no.oper.nun.ego verò allego tex. in l.interdum.§.j. ff. de iudi.ibi, humanum eſt propter fortuitos caſus dilationes accipi, veluti quòd pater litigator filium, vel filiam, vel vxor virum, vel quòd filij parentes amiſerunt.

Sui qui dicantur.

32 Et ſui dicuntur vſque ad quartum gradum,teſte Bal.in l. petitionem. C. de aduoc.diuer.iudic.& Barba.conſ.xxviij.clementiſsimum.col.iij.in ij.vol. Pantal.Calder.in repe.l.ij.col.lxxvij.ff. de reſcinden. venditio. alia dixi in l. morbus.ff.de verb.ſignifi.hodie vix excuſaretur etiam ob duram valetudinem patris,vel matris,vel vxoris,ſeu alterius eorum obitum.

Non ſolùm impedimentum morbi, ſed etiam quodlibet aliud excuſat,

vt dicit Bar.in l.ij.ff.de in ius vocan.Paul.in d.l. quæſitum. & Bart. in l.ij.§. fi.ff.ſi quis cautionib.& in l. pen. C.quom. & quan. iudex.Matthe. in deci. xxix.quidam.quod in Francia vix recipitur,niſi in infirmitate.

Multiplex eſt impedimentum.

Aduertendum eſt,quòd multiplex eſt impedimentum: primum valetudo aduerſa,de qua proximè dictum extitit. 33

Carceris detentio excuſat, & quãdo quis recommendari poſſit.

Secundum,ſi detentus ſit in carcere.Bart. & alij vbi ſuprà.Alexan.in d.l. quæſitum. & d.l.ij. §. fi. ſi quis cautio.vbi quando ille qui eſt in carceribus citatur,non valet citatio,nec proceſſus,ſi iudex citans hoc ſciuerit, alioqui eſſet neceſſaria reſtitutio.ſecundum Bar.& alios in d.l.ij. de in ius vocan. & quando poſſet is qui eſt in carceribus ibi re cõmendari. Bar.in d.l.ij.ſi quis cautionib.Ang.in tract.de maleſi.in gloſſ.fama.Docto.in l.fin. vbi ſcripſi.ff. quod metus cauſa. Aret.conſ.cxxxij.conſultiſsimè.idem cauetur in conſuetud. Norma. c.xlviij. *d'excuſation par priſon*, & tunc debent ſecundo iudici deferri literæ primi iudicis atteſtantis talem in ſuis retentum carceribus. 34

Excuſatio loci nõ tuti, & peſtis.

Tertium impedimentum eſt, quando locus non erat tutus propter inimicos:nemo enim ſe ſuis exponere inimicis debet,c.accedens. in ſecundo. vt lite non conteſta. ſed eo caſu excuſator mandatum habere debet, & iudex debet ei offerre ſaluum conductum, & tunc non excuſabitur, quo minus compareat.vt docent Imo.& Ioan. Ana.in d. c. veniens. & Matthæ.de Afflict.in conſti.Neapol.lib.j.rub.de liter.cita.num.24. 35

Peſtis excuſat.

Quartum impedimentum eſt peſtis, quo tempore non tenetur comparere aliquis.c.ad ſupplicationem.de renunciatio. ca. ex parte.primo.de appellatio etiam ſi in inſtrumento eſſet cautum, quòd poſſet vbique conueniri,quia non intelligitur de loco non tuto.Anto.in capitul.j.de iudic. Alexand. in l.cùm res.in principio.ff.de legatis j.quia ſalutis & dignitatis priùs ratio habenda eſt l. ſed ſciendum. ff. ad Trebel. Quod intellige verum, quando ius non redderetur in illo loco.Alexand.in dicta l.ſed ſciendum. & l. de ætate. ibidem.latè de Ripa, in tractat. de peſte.in tertia parte. gloſſ.in verb.peſtis. rubri.de autho.general. conſil.in prag.& tunc non eſt mittendus excuſator. 36

Bellũ excuſat citatũ.

Quintum,propter bellum.gloſſ.in verb.guerram.in dict.tit. de authorit. ſacr.con.in prag. Doctor.in l.ex hoc iure.ff.de iuſtitia & iure.Bald.plenè in conſ.xlv.lata fuit.in tertio volu. & tunc ſibi pars de literis ſtatus antequàm diſcedat, prouidere debet in cauſis motis, & mouendis, alioqui excuſator non reciperetur: vt ſcripſi in tracta. de liter. ſtatus, in ij.Tomo commen.in has conſti.Regias. 37

Vocatus ad maius tribunal, à minore excuſatur.

Sextum,ſi ad maius tribunal ſit vocatus,l.contra.§.primo.ff. de re iudic. quia cùm ad maiorem iudicem debeat accedere, ceſſabit iudicium minoris, etiam ſi lis inchoata fuerit, ſed hoc eſt intelligendum,quando vtrobique citatus perſonaliter fuiſſet: diuerſum eſt ſi ad vnum potuiſſet mittere procuratorem:vt per Bartol.Alexand. & alios in dicta l.quæſitum.Socin.in tracta.de citatio.art.xxxj.in v.effect.& Hippol.in l.de vno.num.118.ff.de re iudic.ſic ſeruatur in ducatu Normaniæ. vt licèt videre in Conſue. Normaniæ.a.xlvj.rub.*d'excuſation par iuſtice.* 38

Septimum

Mors parẽ-tũ excuſat.

39 Septimum impedimentum eſt mors patris,aut filiorum, vel vxoris contingens illo die,quo comparere tenebatur:ſecus ſi famuli,l.ij. & ibi gloſſ.fi. ff.de in ius vocand.melior text.in l.interdum.§.j.de iudic. vbi Iacobi. & ſic non poteſt citari,vt tempore funeris veniat, ſed vt finito funere ſic. ita declarat ibi Bart.quem alij ſequuntur.facit authent.ſed nec ante nouem dies. C. de ſepulchr. violat. niſi famulus peſte occubuiſſet: quia cùm dominus præſumatur infectus,non debet eſſe cum aliis,inſtar excommunicati.capit. exceptionem.de except.& quia oportet fugere,ideò poteſt excuſari.vt hic: quod in ciuilibus non reciperetur, cùm poſsit procuratorem mittere, iudex tamen ex æquitate ſolet contumaciam contra illum concedere, ſalua tamen dilatione decem vel quindecim dierum, intra quam poterit pars comparere,vel procuratorem mittere.

Vxorẽ ducẽs à cõparenao excuſatur.

40 Octauum, ſi in illum diem ducat vxorem, vt habetur Lucæ xiiij. capitul. vbi nullam petit excuſationem ad cœnam magnam vocatus, qui ducebat vxorem. Archidiacon.in capitul. diſplicet. per illum text. in fin.xxiij. quæſtion. iiij. text.in dict. l.ij. ff. de in ius vocand.Socin.in tractat.de citation. articul. v. quæſtion. xvij. & qui citaretur dum comitatus vadit ad eccleſiam nubendi cauſa, vel quando comitatur funus, actione iniuriarum experiri poſſet contra eum,qui diem ei dixit. Doctor.in dict.l.ſecunda. & l. plerique. de in ius vocand. oportet autem quòd is, qui ſeruirutem duram ſubit,die ſaltem nuptiarum lætetur: tamen vix reciperetur hic excuſator in criminalibus.

Mulier tempore partus excuſatur.

41 Nonum,ſi mulier puerum illo die pariat,vel parere velit, ipſa excuſatur. Doctor. in d. l. ij. vel ſi cum eſt citata, ſit grauida multorum menſium & dierum.Bald.in l.imperator.in ſecundo.ff.de ſtat.homin. gloſſ. in §.fiat igitur inuentarium.in authen.de heredib.& falcid.collatio.j. l.ij. §.ſi non propter. ff. ſi quis cautio. Guido Papæ in deciſ. Delphina.quæſtione cclvj. mulier. vnde mulier ſic condemnata, & excuſata, impetrauit literas ciuiles contra areſtum, quæ fuerunt comprobatæ anno 1513. die decimaſecunda Decembris.

Areſtum.

Abſens cauſa reipublicæ quando excuſetur.

42 Fallit, ſi eſſet mulier ruſtica, & valens, ita vt eo tempore portet onera, ac ſi non eſſet grauida, & tunc ad iudicium ire poſſet, & non excuſaretur, niſi ſit valdè partui proxima.teſte Fulg.& Iaſon. in dict.l.ij. quem citat Ioann. Sanxon, in Turonen.Ordinati.articul.xv.prægnantis. vbi Doctor. ff.de pœnis.

43 Decimum,ſi abſens cauſa reipublicæ ſit,tunc excuſari poterit.text.in l.j. ff.de diuerſ.& tempora. præſcription.ibi, proinde ſiue apud hoſtes ſit, ſiue reipublicæ cauſa abſit, ſiue in vinculis ſit: aut ſi tempeſtate in aliquo loco, vel in regione detineatur, vt neque experiri, neque mandare poſsit, in ea cauſa eſt,vt experiundi poteſtatem non habeat, nec poterit procedi contra iſtum abſentem vſque ad reditum eius: vt Matthæ. aſſerit in Conſtitutio. Neapolit.lib.ij.rub.de bannitis, nu.22.

Literæ ſtatus impetrãtur à milite.

In Francia tamen impetrare abſens, vel eius conſanguineus literas ſtatus poteſt,vt cauſa differatur vſque ad aduentum ſuum: vt in rub. de literis ſtatus ſcripſi,& procurator cauſæ hodie hoc ſolet facere.

Nobilis excuſatur, ſi veſtimenta non habeat.

Vndecimum, ſi nobilis propter paupertatem venire non potuit, quia 44 non erant eidem veſtimenta, & nudus ſine dedecore apparere non poterat, c. ſi qui teſtium. de teſti. gloſ. in §. fiat igitur inuentarium. in auth. de hæred. & Falc. col. j. in verb. neceſsitas. l. in eadem. ff. ex quib. cauſ. maio. & tunc ad ipſos debet mitti iuramentum, ſicut ad egregias perſonas. Roma. ſingu. clxx. Item quæro. dicens ſe habuiſſe de facto Romæ: vnde gloſſ. in l. inuiti. in j. ff. de teſti. gl. in cle. cupientes. §. cæterùm. in verbo, alia iuſta. de elec. lib. vj. quoad crimen nihil peodeſſet, ſed in ciuilibus prodeſſet poſſet.

Vis fluminis & inundatio aquarũ iuſtũ eſt impedimentũ.

Duodecimum impedimentum eſt ob inundationem aquarum, ſiue ob 45 vim fluminis. l. ij. ff. ſi quis cauti. vim fluminis intelligere debemus, & ſi magnitudo eius impedimento ſit, ſiue pons ſolutus ſit, vel nauigium non ſtetit. ſic declarat Iuriſconſ. in d. l. ij. §. vim fluminis. hoc intelligi debet, ſi per alium locum etiam longiorem tranſire non poterat, alioqui contrà, vt ibi ſcribitur.

Impedimentum niuium excuſat.

Decimumtertium ob niues. Alber. in d. l. ij. §. ſi quis in iudicio. & 46 ibi not. per l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſatio. tuto. & ita habetur in magno conſuetudina. rubr. *des excoines*. libr. iij. & in ſumma rural. fol. 7. vbi numerantur aliqua impedimenta. & Boër. in §. xviij. de iuriſdictio. omnium iudic. Calder. conſil. v. an ſi quis. rubr. de dilatio. & Vber. de Bonacurſo, in practic. ſua rubr. quibus modis cita. circa finem. & idem habetur in conſuetud. Norma. rubr. *d'excuſation par noiſ*. c. xlvj. fol. 54. & his caſibus non nititur excuſator, quia ſi excuſator ire ad ius poſsit, ergo & pars citata ire debebat.

Tempeſtas excuſat, & quid probãdum ſit.

Decimumquartum, ſi ob tempeſtatem venire non potuit, d. l. ij. §. ſi quis. 47 & §. ſequen. declarant Docto. ſiue ſit maritima, ſiue terreſtris, dummodò ſit impedimento itineri, vel nauigationi.

Non tamen ſufficeret, quòd probaretur tempeſtatem fuiſſe in ma- 48 ri, vel vim fluminis, niſi probetur quòd de domo ſua receſſerit: Bartol. in d. l. ij. §. quod diximus. per text. in l. qui commeatus. ff. de re mili. & iſta eſt communis ſententia, ſecundum Iaſon. in d. §. quod diximus. ſed contrarium tenent Fulg. & Paul. ibi, & Lucas de Penna, in l. fi. C. de commeatu. colum. ij. lib. xij. *quia fruſtrà fit id, quod non releuat*, l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. vt lega. no. caueat. l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procurat. ars & natura nihil faciunt fruſtrà, l. qui bis idem. ff. de verb. ob. §. minorem. Inſtitut. de adoptio.

Cõciliantur opiniones cõtrariæ, & domo egredi oportet.

Ego tantos patres diſcordes ſic conciliarem, vt videlicet opinio Bartol. procedat, quòd oportet domum egredi, quando illa tempeſtas, vel inundatio venit, poſteaquàm debuiſſet citatus à ſua domo eſſe egreſſus, alias ſecus: vt ſi Bituricen. fuit citatus Pariſiis ad decimam diem, hic non egreſſus fuit domum ſuam per ſeptem dies, poſteà venit tempeſtas, dico quòd poſtquàm ſe arctauit, eidem non ſuccurritur, qui tardiùs à loco profectus eſt, ſecus ſi citatus ſit ciuis Iſſolduni coram iudice Bituricen. & tempeſtas, ſiue vis fluminis accidit poſt citationem, non tenetur egredi domo ſua, quia nihil eidem prodeſſet, & ita probat text. in d. l. qui commeatus. ff. de re militari. ibi, dum tamen non tardius à loco ſe profectum probet

bet,quàm vt occurrere poſsit.Certè ſuperfluū eſſet eò velle accedere ſi dū ſum domi, & vno die poſſum ad locum iudicij accedere, item ad flumen, conſtat me tranſire non poſſe, & idem eſſet ſi longo tempore duraſſet tempeſtas.

48 Et intellige vt dixi, quòd oportet eſſe profectum à domo non tardiùs: nam ſi Lemouicen. qui ad Pariſien. habet duodecim dies pro itinere, non profiſciſcitur,expectans vim fluminis quæ accidit, non niſi in fine termini, tunc non ſuccuritur,quia poſtquam non probat ſe profectum, præſumetur quòd non veniſſet, etiam ſi tempeſtas ceſſaſſet. Aufrer. quæſtio. Tholoſa. cccij.item quid ſi aliquis probat text.in l.ſi cui.§.fi.ibi, continuare iter non potuit. ff. ex quibus cauſis maio. Iaco. in l.in exceptionibus.§.vlt.de probationi.ex æquitate vidi partem excuſari, quāuis non probaſſet, quòd domo egreſſa erat,ſed ꝙ fuit fluminis vis, & aquarum profluuies: prout hoc anno 1547.propter quam pars pontis ſancti Michaëlis in ciuitate Pariſien.

49 corruit. †Fallit, quando impedimentum eſſet procuratum, & affectatum, quia non prodeſſet,ſed iſtud affectatum eſſe non poteſt, quia Dei fato venit,gloſſ.in clementi.ij.§.illis. & ibi Cardina. de pœnis. & dict.l.ij.§.fin. & Iaſ.in l.ſi verò.in princi.ff.qui ſatiſda.cog.Felin.in c.fi.de teſtib.

50 Alia impedimenta an ſint iuſta, arbitrio iudicis ſunt relinquenda, cùm numerari non poſsint. gloſſ. in capit.ſi quis iuſto.de electio. libr.vj. facit l.j.ff.de iure deliberand. & hæc in ciuilibus intelligas paucis exceptis. alia quæ excuſant licet videre per Calder. conſi.v.an ſi quis.rubr. de dilatio.& per Brixien.in verbo.excuſatio.& quæ ſcripſi in §.j. in gloſſ. impedimento. de colla.in Concord. *Iuſta impedimenta an ſint arbitrio iudicis relinquēda.*

51 Pro complemento huius materiæ quæro, an impeditus comparere propter impedimentum aliquod ex ſuprà numeratis, vel aliud iuſtum, teneatur proteſtari. quòd compareret, niſi eſſet impeditus? Super hoc ſunt duæ opiniones, vna quòd teneatur proteſtari: per capitul. final. de appellatio.& l.final.C.de his qui per metum iudic. non appella. text. in l. ſecunda.ff.de nautic.fœnor.& l.mulier.de lege commiſſor. capit. cupientes.& ibi gloſſ. in verb. propoſita.§.quòd ſi per viginti. de electio. libr. vj. quam tenet Bar.in l.de pupillo. §.ſi quis ipſi.ff.de noui operis nuntiatio. Anton.in cap. cùm non liceat. de præſcriptio. & Alexand. conſil.xix. viſo proceſſu.in primo volumi.& conſil.clj. viſo themate. colum. penulti. in ſecundo volumi.& conſil.clxiiij. viſo proceſſu.colum.ij.in eo. volumi. Felin. in capitu.ex tranſmiſſa.colum.ij.de præſcrip.& in cap.venerabilis.col.iij.de iudic.vbi dicit neceſſariam eſſe proteſtationem, niſi in tribus caſibus,quos ibi licet videre:& idem habetur in rubric.de pacific.poſſeſſ.in Concordat. & ibi ſcripſi in meo tracta. *Impeditus comparere an proteſtari teneatur.*

52 Secunda eſt opinio,quod non ſit neceſſe proteſtari: & ſecundum iſtam eſt facienda regula,quòd impeditus comparere aliquo impedimento obſtā te,non tenetur proteſtari.tex.in l.ij.§.quod diximus.ff.ſi quis caut.vbi text. non requirit proteſtationem, ſed tantùm impedimentum, & alibi Bartol. in l.ij.§.dies.ff. quando appella. ſit. dicit eſſe de conſilio, quòd impeditus proteſtetur. idem tenet Bald. in adcitio. ad Specul. in titul. de appella.

verſic.non fallunt.Aret.conſil.clxiij.verum eſt. col.iij.

Vtile tamen eſt, q̄ fiat proteſtatio, teſte Inno. & Panor. in ca.ex tranſmiſſa.de præſcrip. & Iaſ.in l.properandum.§.ſinautem alterutra. C.de iudi.ſi tamen aliter poſſet de animo conſtare, non eſt neceſſaria. Claud.Aquen.in d.§.ſi quis ipſi prætori. & quia praxis Franciæ hanc non requirit proteſtationem in hoc caſu.

Amplia etiam ſi fuerit impeditus facto aduerſarij, l.quibus diebus. in 53
princi.ff.de cond. & demon.l.j.§.ſi reus.de eo per quem factum erit.ſed contrarium docet Peru.in d.c.ſi.& communiter Doct. ibi tenent hoc caſu proteſtationem neceſſariam. †Secundò,amplia etiam ſi ſit impeditus facto 54
iudicis,l.arbiter ſi calendis.ff.de arbi. Aret.d. conſil.clxij. licèt contrarium teneat Cardi.Alex.& Imol.in d.c.ſi.de appel. quia vbique eſt eadem ratio: dummodò probetur impedimentum extra proteſtationem, quid opus erit proteſtari? & hoc ſeruat praxis Franciæ non requirens in hoc proteſtationem.

Tertiò, amplia etiam ſi impedimentum prouenerit caſu fortuito, tunc 55
non rquiritur proteſtatio,l.ij.ff.ſi quis cau.l.qui commeatus.de re mili.

Quartò,etiam ſi impedimentum procedat ex perſona impediti, id eſt 56
illius,qui debet actum facere,d.l.quæſitum.& l.j.ex quib. cauſ.maior. Imò etiam ſi quis tractet de ſe exonerando, ſufficit quocunque modo appareat de impedimento, dum tamen conſtet quod feciſſet quod debebat, niſi fuiſſet impeditus.Alexã.& Aquen.in d.§.ſi quis ipſi. in xij.q.Bart.ff.de noui oper.nuntia.l.de pupillo.

Proteſtari quando quis teneatur.

Primò fallit, quando lex requireret proteſtationem fieri ad declaran- 57
dum voluntatem, tunc eſſet neceſſaria proteſtatio,d.l.ſi.& c.ſi de appe.vt appareat ſtetiſſe per iudicem, & non per partem, vt dicit ibidem Deci. & habetur in rubr.de pacifi.poſſeſſo.vbi dixi abundè in tract.meo.nu. 310.& ſeq.vel quando impeditus vult facere actum coram aliis perſonis,& in alio loco,quàm coram illis coram quibus tenebatur, tunc eſt neceſſe proteſtari,d.c.ſi.& c.paſtoralis.de offic. ordi.l.ſi.C.de vſur.pupilla.l.ſi reus paratus. ff.de procura.de Ripa in tract.de peſte.in iij.parte. q.vj.fol.47. & ſeq. Ratio eſt quia cum ille actus poſsit fieri pro libito voluntatis,& ex neceſsitate, & ex diuerſis cauſis,&ad diuerſos fines:ideò requiritur proteſtatio animi declaratoria,vt ſciatur,quo animo fiat,& ad quem effectum,vt in d.l.ſin. & l. at ſi quis.§.plerique.ff.de relig.

Secundò limita, quando ex facto ſuo quis vellet non ſolùm à mora 58
excuſari, ſed etiam ius nouum acquirere in præiudicium aduerſarij, vel aduerſarium in mora conſtituere: tunc requireretur proteſtatio, d.l.ſi reus paratus.& l.Labeo.ff.de nauic. fœno. Areti.d.conſil.clxij.Aliam limitationem tradit Card.Conſil.cxxviij.in quæſtio.& alias Felin. in ca.extranſmiſſa.colum.iiij.de præſcrip.& Henric.Boteus in tract. de ſynodo epiſcoi.in ij. parte.

Bonum eſt & tutius, vt voluntas declaretur, quòd quis proteſtetur, 59
& ita conſulo ante factum,vt tenet Chaſſa.in conſuetudi.Burgund. rubric. *des droits.* §.xx. gloſſ. *ou qu'elle ayt empeſchement.* ſed hic ſufficit mittere

excuſatorem,licèt alias non proteſtetur.

60 Hodie iſta exonia, ſeu excuſatio tantùm in Francia recipitur in criminalibus,quando reus debet perſonaliter comparere,& ſic vidi in forenſi iudicio ſeruari. In ciuilibus verò procuratorem quis mittere debet, alioqui contumax reputatur: tamen ſi aliquo iuſto impedimento obſtrictus fuerit, pœnam contumacis non patietur,per l.contumacia.§.pœnam. ff.de re iudi. vbi ſic dicitur, pœnam contumacis non patitur, quem aduerſa valetudo, vel maioris cauſæ occupatio defendit. & ſic eo poſteà comparente vulgò dicimus, *luy ſera rabatu le defaut*. & ob impedimentum euitabit impenſas contumaciæ, & duos caſus, quibus etiam in ciuilibus habet locum exonium.not. gloſſ.in ca.ij.de procura. quando maritus eſt extra patriam, vxor illum excuſare de ſtylo ſolet.

61 Inſuper quæro quomodò probetur impedimentum? Reſpon. euidentiſſimis probationibus,l.vlti.§.illud. C. de tempo. appel. quæ eſt ſing. ſecundum Rom.ſing.ccviij.tu ſcis.& ſic per teſtes.gloſſ.in c.cupientes.§. quòd ſi per viginti.in verb.plenam fidem.de elect.lib.vj.

62 Fallit quando impedimentum eſſet tale, quod non poſsit facilè per teſtes probari, tunc probabitur per iuramentum, & hoc iudicis arbitrio relinquitur.per l.theſaurus.ff.ad exhiben. l. fi. C. de fide inſtrum. quia ex neceſsitate multa permittuntur,quæ alias non permitterentur, l.j. ff. de offic. conſul.Peruſ.in c.ex ratione.colum.iij. de appellatio. & maximè ſi ſit honeſtus vir is,qui impedimentum allegat.Guido Papæ in ſuis deciſio. quæſtio. lxiiij.ſi altera pars,& quæſtio.ccv.in cauſa appellationis.Iaſo.& alij.in l.ij. §. quod diximus.ff.ſi quis cautio.& Henr.Boteus.in d.tractat. de ſynodo epiſcopi.in ſecunda parte.

63 Reſtringe quando ſemel fuiſſet periurus.c.paruuli.xxij.quæſtio.vlt. quia ſemel periurus facit vt ampliùs ei non credatur. Sali. poſt Bal.in auth. contra qui propriam.C.de non nu.pecu.Nam ſemel malus, ſemper præſumitur malus,in eodem genere mali.reg.ſemel.de reg.iur.lib.vj.

64 Secundò reſtringe,quando ageretur de graui præiudicio.Alexan. & Iaſ. ind.§.quod diximus.

65 Tertiò reſtringe vltra ſemel.l.fi. ff. de bo. auth. iud. poſſ. & alia vide per Iaſon. & alios. in d. l. ij.§. quod diximus.& per Chaſſa.in d.§.xx.in gloſſ.*ou qu'elle ayt empeſchement*.in Conſue.Burg.& in additio. ad Vbertum. in rubri. quib.mod.cita.contemni poſsit.in verb.impeditus.

66 Quartò intellige, quòd ille, qui debet iurare, non debet iuramentum ſubire,antequàm ſibi deferatur,alioqui nihil eidem proderit.l.iij. ff. de iure iuran.hoc expreſsè tradit Iacob.in l.exceptionibus.§. vlt. in fi.ff.de probat. allegat Bar.conſ.lxxij. ex facto.

67 Notandum eſt tamen, quod non ſufficit allegare impedimentum, niſi probetur, quòd fuit cauſa immediata quare non venit, probando diligentiam adhibitam:vnde ſi canonicus probet infirmitatem, non ſufficit vt habeat diſtributiones quotidianas, niſi appareat, quòd infirmitas fuit cauſa, cur non interfuit diuinis:probando quòd ſanus conſueuerat intereſſe. Feli. in ca.ex tranſmiſſa.colum.j.Iacob.in d.l.in exceptionibus, §. fi. ff.de proba.

Exoniator tantum in Francia, in criminalibus excuſat.

Impedimentum quomodo probetur.

Iuramento quãdo probetur impedimentum.

Allegare non ſufficit impedimentum.

Iaſ.in l.properandum. §.ſinautem vtraque. colum. j.& ſequent.C. de iudic. ſcripſi in gloſſ. impedimento. §.j. de colla.in Conc.in actu forenſi ſeruatur, quòd ſufficit probare impedimentum, & allegare quòd fuit cauſa cur citatus non comparuit,vel aliud non fecit,ſed hoc probare non tenetur.

Impeditus an procuratorē mittere teneatur.

Quæro an citatus impedimento detentus teneatur mittere procuratorem?Iſta quæſtio eſt difficilis,& valde intricata, ſecundum Socin. in tracta. de citatio.art.v.quæſtio.xxviij. *Ego arbitror regulam eſſe figendam, vt impeditus procuratorem mittere teneatur.*per cap.querelam. ibi, cùm non poſsit quis cogi,niſi velit in grauioribus cauſis procuratorem conſtituere, ſumendo argumen.à contrarin.de procura.& ibi Doct.gl.in c.cùm dilecti.de dolo. glo. in c.ſi ægrotans.v.quæſt.iij.probatur in l.j.§.vſus.ff.de procurat.vbi dicitur, vſus autem procuratoris perquàm neceſſarius eſt, vt qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe vel nolunt, vel non poſſunt, ſaltem per alios poſsint vel agere, vel conueniri.l.ij.ff.ſi quis in ius vocat.non ierit. Ratio eſt, quia iniquum eſſet, vt propter abſentiam,vel impedimentum vnius,ius periret alterius, l.ſed & ſi reſtituatur.§.ſed ſi dies.ff.de iudic.nempe vnus non poteſt alterius,etiam ſocij conditionem deteriorem facere.l.ij.ff.de ſeruitut. 68

Etiā priuilegiatus procuratorē deſtinare debet.

Amplia, ſiue citaretur vt compareret per ſe,vel per procuratorem: quia vbi vna pars alternatiuè impleri non poteſt, altera, ſi poteſt, debet impleri. l.ſi in emptione. §. penultim.ff. de contrahen.emptio. ſiue ſimpliciter, quia etiam hoc in caſu videtur citari,vt compareat per ſe,vel per procuratorem. l.j.§.vſus.ff.de procur.l.fi.C.illo titul.vbi Iaſ.& Iacobi. 69

Amplia etiam ſi eſſet impeditus priuilegio perpetuo, vt perſonæ illuſtres, & aliæ deſcriptæ in l.penult. C. de procur. & l.ij. ff.de in ius vocan. & ibi Bart. & alij. 70

Tertiò,amplia tam in actore,quàm in reo.c.intelleximus,de iudiciis.& c. cùm inter. de exceptio.& ibi not. facit text. in dict. l j.§. vſus. ibi, agere vel conuenire,cum limitationibus tamen infrà tradendis. 71

Quartò, amplia etiam ſi voluntario impedimento, vt ſi mercator in mercatoria detentus eſſet.argu.capitul.inter quatuor. & capitul.fin. de maioritat.& obedien.Imol.in dict.capitul. querelam. l. j. ff.cum qui appella. in prouincia defendi. 72

Relegatus tenetur mittere procuratorem.

Quintò, extende etiam ſi impedimentum eſſet neceſſarium tantùm, vt pote quia eſt relegatus ab hac ciuitate ſua culpa, tenebitur etiam mittere procuratorem. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. ſed & ſi per prætorem. §. primo.ex quibus cauſis maior.facit.c.primum.qui matrimo.accuſa.poſſunt. capitul. perlatum.qui filij ſint legiti. gloſſ. in l. Celſus.§. final.ff. de arbitris. etiam ſi breue eſſet impedimentum, quia ſua culpa non debet eſſe cuipiam emolumento.cap.ex tenore.de reſcrip. Alexand. conſil.lxxij.viſis.colum.ij. in ij.volumi. 73

Sextò etiam procedit quoad impediendum, & interrumpendum præſcriptionem.l.j.ff.de diuerſ.& tempora.præſcriptio. & ibi Bar. 74

Item quoad impediendam miſsionem in poſſeſsionem debet procurator mitti,ne pars mittatur in poſſeſsionem.l.ignorare. C.de in integr. reſtit. mili.Innoc.& Boïc.in d.cap.querelam.l.eundem.ff.de legationibus. quid in extra- 75

extraiudicialibus;vide per gloſſ. & Docto. in cap.vno. quo tempore miles inueſtituram petere debeat.

76 Primò limita, quando quis eſſet citatus perſonaliter compariturus in criminalibus,vel in aliis caſibus permiſsis,cùm non poſsit propter impedimentum comparere, non tenebitur procuratorem conſtituere, ſed tunc exoniatorem mittere poterit:vt diximus ſuperius,gloſſ.in cap.fin. de maio. & obedient.quia in criminalibus fruſtrà procurator interueniret.l. penulti. §.ad crimen.ff.de public.iudic. Angel. in l.ſi quis inſtituatur.ff.de hæredibus inſtituend.& ibi Imol.per dictam l.ij.§.ſi quis in iudicio.& ita fuit iudicatum Bononiæ per do.Gaſparem Portuen. epiſcopum ſedis apoſtolicæ Legatum. de conſil. Doctor.prout referunt Archidia.& Docto.in capit. ſi ægrotans.v.quæſtio.iij. *Procurator nō ſufficit in criminalibus ſed exoniatore opus eſt.*

77 Secundò perdit officium regula,quando in illo loco non poſſet inuenire procuratorem idoneum. l.idemque. & ibi Bar.ff.pro ſocio. vel quando non inueniret, qui vellet onus acceptare, cum nemo ad id compellatur.§. mandatum.el primo.& §.fin.Inſtit.manda.cle.j.de procurato. vnde non videtur imputandum impedito, non valenti reperire, *cùm nemo ad impoſsibile obligetur,* l.impoſsibilium.ff.de reg.iur. Tamen in diuite, & potente non eſt eſt præſumendum,quòd non inueniant procuratorem.Hoſti.in c. cùm dilecti.de dolo.

78 †Niſi cauſa agitaretur contra tyrannum,tunc non eſt qui audeat dicere, domine cur ita facis? in hoc verò tam illuſtri regno, ſi pauper litiget contra Regem, datur eidem procurator, & aduocatus expenſis Regis, vt veritas cauſæ ſeruetur. teſte Iac.in l. vix.certis.ff.de iud. & Boër. in addi.ad §.xxiiij.de conſuetu.feud.& cenſi.in lib.conſuet.Bituri. ego tamen hoc non vidi ſeruari. *Non inueniens procuratorem excuſatur.*

79 Tertiò fallit,quando cauſa eſſet ardua.gloſſ.in d.c.querelam.& d.cap. ſi ægrotans.& vtrobique per Doct.nempe ardua alteri quis non debet committere,ſed cum conſilio ea tractare debet. cle. ne Romani. & ibi Barb. de elect.& conſil.j.col.xj.in j.vol.Feli.in c.edoceri.col.iij.de reſcrip. *In arduis quis procuratorem nō mittit, & quæ dicatur ardua cauſa.*

80 Et dicitur cauſa ardua,quando quæritur de ſtatu perſonæ, vel de ſtatu libertatis, vel ſubiectionis, vel de aliis magnis rebus arbitrio iudicis. Bal. in d.c.edoceri.col.ij.de reſcri.& c.ex ratione.col.ij.de appell.vbi dicit etiam cauſam famoſam dici arduã.& Arch.in d.c.ſi ægrotans.& Imol. in d.l.quæſitum,per l.infamia.C.de decurio.lib.x.& cap.ex merito.vj.quæſtio.j.

81 Idem ſi cauſa ſit omnium bonorum, vel maioris partis. ca.j.de reſti.ſpo. lib.vj.l.propter litem.ff.de excu.tuto.& §.item propter,Inſtit.illo titu.

82 Idem ſi cauſa ſit ſuper matrimonio,c.j.de conſang. & affi.ca.fin.de procurato.lib.vj.quia ibi agitur de perpetua hominis ſeruitute, l.ij.ff.de libero hom.exhibend.

83 Idem ſi cauſa ſit criminalis,per quam ſolus etiam fuſtium ictus, vel infamia veniret infligenda,l.in ſeruorum.ff.de pœnis.

84 Vel dicitur ardua, quando eſt magni ponderis, vel eſt intricata & difficilis.gl.in d.c.ſi ægrotans.& alias dicitur ardua arbitrio iudicis. Inno. Ioan. And.& alij in d.c.querelam.facit gl.in c.ſedes.de reſcrip.

Idem

Idem ſi ſit cauſa beneficialis.gloſ.in d.c.querelam.c.quàm ſit.de elect.in 85
vj.ſi de maximo ageretur beneficio,ſecus ſi de paruo.

Idem ſi agatur de remotione præclari,c.quanto.in ij.de accuſa. 86

Et quando periculum animæ vertitur, illa eſt valde ardua. capit. præci- 87
pimus.xij. quæſtio.j.Doct.in d.c.ſi ægrotãs.cùm anima nobis ſit plus, quàm
ſtatus corporis, & quàm corpus, l.ſancimus.in prima.C.de ſacroſanct.ec-
cleſ.cap.Matthæus.de ſimo.

Limitatio præcedentium.

Reſtringe de iure canonico fauore dirimendarum litium, vt etiam in 88
cauſis arduis quis teneatur mittere procuratorem.argu.c.fina.de dolo. cap.
cùm olim. de teſtib. Socin. in d.tracta. de citatio. art.v. quæſtio. xxviij.hoc
tamen non eſt perpetuum, & alios intellectus habet ille text. prout Felin.
ſcribit in cap.accedens in ij.nu.8.vt lite non conteſt. Nos tamen in Francia
diſpoſitionem iuris canonici ſeruamus.

Secundò reſtringe, quando cauſa deſideraret celeritatem, vt in cauſa 89
electionis,in cap.cupientes.§.quòd ſi per viginti.verſi.inſuper.de elect. lib.
vj.vbi gloſſ.in verb.procuratorem.hoc dicit ſpeciale,vt in arduis mittantur
procurator, nec eccleſia diu vacet paſtore, & lupus rapax interim gregem
dominicum inuadat.c.ne pro defectu.de electio.

Citatus vt coram Papa vel curiis ſupremis compareat procuratorē mittit.

Tertiò quando quis eſſet citatus coram Papa, vel Principe nam eo caſu 90
etiam in cauſa ardua procuratorem tenetur mittere.d.ca.cùm dilect. ſecun-
dum vnum intellectum. de dolo. & Iaſ.d.§.quod diximus. in fin. niſi impe-
dimentum eſſet tam circa principalem, quàm circa procuratorem. argu.ca.
bonę.in primo.de elect.Doc.in d.c.ſi ægrotans.col.ij.l.in eadem.ff.ex quib.
cau.maio.& ita ſeruant Curiæ ſupremæ,& ferè aliæ regni Franciæ.

Quartò limitatur, quando neceſsitas eſſet euitabilis, tunc abſens pro- 91
curatorem mittere tenetur.Bal.in c.ij.col.j.de teſtib.poſt.Innoc.& alios, ſe-
cus ſi ineuitabilis,vt ibidem ſcribitur.

Cœpta cauſa etiam in arduis mittitur procurator.

Quintò, quando cauſa eſſet cœpta, ſi poſteà impedimentũ ſuperuenit, 92
tunc etiam in arduis tenebitur procuratorem mittere.text.in l.penult.§.j.ff.
de legatio.Iacobi.& alij in d.l.ij.§.ſi quis in iudicio.ff. ſi quis cautio. quod
eſt verum ad iudicij præparatoria,non ad ſententiam, & alia deciſoria. per
gl.ſingul.in l.ſi quis inſtituatur hæres,in fi.ff.de hæred.inſti. ſecundum Bal.
in margari.in verb.abſens quarto.Alex.& Iaſ.in l.ij. §.ſi quis in iudicium.ff.
ſi quis cautio.& Barba.in additio.ad Bal.in cap.vno. col.ij. de milite vaſſal.
qui contumax eſt.in feud.ſed in Francia, ſine literis ſtatus vix excuſaretur
quis,vt dixi ſuperiùs in eo.tracta.

Impedimētum longum vel breue.

Quartò intellige, quando impedimentum breui tempore eſſet duratu- 93
rum,tunc poterit excuſari,l.penul. §.j.ff.de vaca.mune.l.ſi longius.& l.pars.
de iudi.Bal.in l.ab eo.colum.ij.C. quomodò & quando iudex. Et quando
dicatur impedimentum longum,vel breui tempore duraturum,relinquitur
arbitrio iudicis. argu.l.j.ff.de iure delib. Iacob.in d.§.ſi quis in iudicio.Et
quando impedimentum eſſet dubium, debet iudicari longum. argu.l.ſuffi-
cit.ff.de condi.indeb.Imol.in d.l.quæſitum.de re iudi.

Idem ſi priuilegium eſſet temporale, & modico tempore duraturum, 94

l.ij.ff.

l.ij.ff.de in ius vocan. Qui ſi tenerentur mittere procuratorem, nullum eſſet priuilegium, ſecundum Iaſo.in d.§.ſi quis.l.ij.ſi quis cauti.

95 Sed quando dilatio eſſet periculum allatura, tunc impeditus tenetur procuratorem mittere.argu.l.ij.ff.de fer.Specula.in titu.de procu.§.ij.in fin. Iacob.in d.§.ſi quis.

96 Quintò modera, quando locus non eſſet tutus principali, nec procuratori.c.ex parte.de appel.c.accedens.vt lite nõ conte.& vtrobique notatur.

97 Sextò, quando impedimentum eſſet iuſtum, & probabile, vt infirmitas, & eſſet breui tempore duraturum: tunc ſufficit excuſatorem mittere, vt hic. & idem quando eſſet abſens cauſa reipublicæ, l.contra pupillum. ff.de re iudic.Bal.conſil.cxlix.ſtatuto.in v.vol.& per hæc eſt illa admodum difficilis quæſtio meliùs quàm alibi tradita. Laus Deo optimo maximo, eiúſque matri, ac omnibus cælicolis. Tamen in Francia ex vſu Curiarum, & ſtylo vix excuſatur quiſquam in ciuilibus, qui non mittit procuratorem: ideò non reciperetur excuſator in curiis Franciæ in prædictis. quæ practica probatur in c.bonæ.de electioni.niſi vt ſuperiùs dixi. *Iuſtum ſeu probabile impedimentum.*

98 Notandum quod tria facit excuſator, ſiue exoniator, primum quòd iurat eum, qui ipſum emiſit, infirmum eſſe, vel alio retentum impedimento. probatur in text.ſtyli Bituricen.ibi, *afferme par ſerment.* & hoc paſsim ſeruari in omnibus Curiis ſolet. *Excuſator quæ facere teneatur.*

99 Secundò requiritur in practica, quòd dicat ſe expreſsè ad hoc miſſum, vt videlicet excuſet dictum infirmum, qui eum miſit.Maſue.in rubri. de contuma.verſic. Item contra eum: alioqui contumacia & defectus concedetur ſimpliciter contra non comparentem, & dicunt practici, *que l'exoine, qui n'eſt vallablement rapportée, ne doit eſtre receüe*, & ſic defectus ſimplex dabitur, ſi verò ſit *vallablement rapportée, & receüe ſera donnné default ou congé, ſauf l'exoine.*

100 Tertiò dicet nuntius hic cauſarius, quòd is excuſatus dedit ei negotium excuſandi ipſum, vt in ſumma rura.hoc titu. fol. viij. ſcribitur. Alioqui iudex non admittit excuſatorem, niſi ad hoc dicat ſe expreſsè deſtinatum. ita in practica ſeruatur, & ideò interrogari exoniator ſolet, quis eum miſit, quod eſt verum, quando quis excuſat hunc impeditum. Diuerſum eſt, quando citatur maritus abſens, tunc vxor eius poterit eum excuſare, & obtinebit dilationem ad reddendum eum certum, non ſolum vnam, ſed etiam quatuor dilationes, quæ ſolent quatuordecim dierum dari, & vulgo vocamus, *par quatre quatorzaines*, & hoc ſecundum ſtylum aliquarum Curiarum: qui non tamen paſsim ſeruatur.

101 Quartò, requiritur ſecundum practicam Parlamenti, quod literatoriè excuſetur, d.c.ſi ægrotans, & ſic deferat literas curati, aut vicarij, ſeu medici atteſtantis infirmitatem, vel meliùs quòd iudex illius loci atteſtetur ad relationem medicorum, aut aliorum teſtium, & ita excuſari ſolet, ſi ſit incarceratus: tunc enim excuſator defert literas illius magiſtratus, qui eum tenet ob delictũ perpetratũ, & narrat cauſam detentionis, & alia impedimenta probantur literis magiſtratibus illius loci ad teſtium depoſitionẽ: ſed *Literatoria excuſatio requiritur.*

ſed excuſator in criminalibus literas non ſolet deferre, ſed verbo tantùm excuſat:& ita in curiis Franciæ exercetur.Bonum eſſet tamen vt literas medici deferret.

Quintò, licèt ex hac practica non detur niſi vna dilatio, ita in text. ſty- 102
li Buturig.ibi, *pour vne fois ſeulement*, tamen in aliquibus locis dantur tres dilationes, & quarta ex abundanti, vt dicitur in praxi, in magno Conſuetudinar.eodem titulo.libro iij.fol. 104. ſuperiùs dixi in excuſatione abſentis iuſta cauſa.

Purganda qualiter ſit contumacia ab excuſatore conualeſcente.

Sextò, ſi actor miſerit exoniatorem, ſeu excuſatorem, debet poſt octo 103
dies, quàm reconualuerit citare reum ad purgandum contumaciam, & defectum contra eum datum, & dicunt practici, *pour voir purger ſon exoine, & voir mettre au neant le defanlt*: reus verò non tenetur citare actorem ad purgandum exoniam,ſed quando actor eum vocabit, ipſe dictam contumaciam purgabit,& oſtendet veram eſſe exoniam,& excuſationem.

Septimò, ſi non potuerit mittere excuſatorem propter peſtem, niues, 104
aquarum inundationem, aut aliud impedimentum, dabitur defectus contra non comparentem: attamen ſi iterum citetur, ad expenſarum illius defectus taxationem, poterit ſe excuſare, hoc probando impedimentum, vt in d.ſumma per Ioan.*Botellier*.eod.titu.fol.8.

Vltimò,eſſet hic tractanda materia excuſatoris cauſa innocentiæ, vt de 105
eo qui mittitur,vt excuſet citatum perſonaliter,vt veniat ad defendendum ſe ſuper homicidio perpetrato.& Bartol.in l.abſentem.ff.de pœnis. tractat, & Socin.in capitu.veniens.de accuſatio.verùm quia hęc materia non exercetur in Francia, in forenſi iudicio, ſed contra abſentem procedi ad tres breues dies ſolet, ideò hanc materiam nunc omittam, etiam quia Anton. de Canar. edidit ſuper hoc tractatum de excuſatore, ibi quilibet abundantiùs videre poterit: finem faciens, poſtquàm Deo optimo maxim. & virgini Mariæ gratias immenſas egero in perpetuum.

Amen.

TRACTATVS DE

DE ARBITRIS ET ARBITRATORIBVS ET QVOMODO ILLORUM ſententiæ reformari debeanr.

* *
*

Des arbitres, & arbitrateurs.

LOYS *xij. Arti. xxxiiij. des publiées. M.D.XII.*

Item que toutes parties &c.

GLOSSA PRIMA.

1 ISTE TEXT. elucidat vnum valde per Iurium interpretes controuerſum, videlicèt, certum eſt quòd à ſententia arbitri arbitratoris poteſt quis recurrere ad arbitrium boni viri: id eſt, ad iudicem. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum, ff. pro ſocio. ſed an interim exigi pœna poſsit? hic dicit non exigendam, antequam iudex arbitri ſententiam confirmauerit: ſed pars à confirmationis ſententia appellans non audietur niſi priùs pœnam in compromiſſo appoſitam ſoluat, & demum poterit proſequi appellationem, in qua ſi fuerit dictum malè iudicatum, pœna recuperabitur. Ita ſtatuit hic conditor. Et fuſiùs hæc materia inferiùs tractabitur. Iſta eſt huius articuli ſententia ſummaria. *Summa iſtius tractatus.*

2 Item licèt iſte text. generaliter loquatur (*que toutes parties*) tamen intelligitur de habilibus compromittentibus. per l. j. C. de ſacroſanct. eccleſi. ideò ſi furioſus compromiſerit, non ſtabitur illi compromiſſo. nec ab eo exigitur pœna. idem ſi infans, pupillus, aut demens, quia compromiſſum non valet: ergo nec pœnæ adiectio. l. diem. §. coram. & l. ſi pupillus. ff. de arbitr. ſequitur Alexand. conſi. vltim. in vj. volumi. & ſic generalitas reſtringitur ad habiles. dict. l. j. vbi notaui. & docet Euerard. in locis legal. fol. vij. & ſequen. ac ſcripſi in gloſſ. j. articuli primo, tract. de liter. oblig. ſuprà in- *Compromittere non omnes poſſunt.*

j. Tomo harum Conſtitu. quia ſi non valeat principale, nec acceſſorium. l.cùm principalis.ff.de regu.iur.

Que compromettront.

GLOSSA II.

Ccompromittere quid.

COMPROMITTERE eſt ſimul promittere,quando 1
inter partes eſt de aliqua re controuerſia, ipſæ eligunt, quendam, qui eorum decidat negotium. Et ſimul promittunt ſtare illius ſententiæ ſub pœna decem aureorum, vel ſine pœna: tunc illæ partes dicuntur compromittere, id eſt,ſimul promittere, quòd ſtabunt arbitrio illius. l. diem proferre.§.ſtari.& §.ſi.ff.de recept.arbit.

Inde hic arbitrium vocatur compromiſſum.dict.l. ſi ſocietatem.§. arbi- 2
trorum. ff. pro ſocio. Et compromiſſum eſt illa ſimultanea partium de ſtando arbitrio,promiſsio.

Arbitriũ.

Compromittere qui poſſint, & in quos.

Quærendum eſt, qui poſsint compromittere, & generalis regula eſt, 3
quòd quilibet,qui à iure non prohibetur.Quia edictum de arbitris eſt pro hibitorium certarum perſonarum, & permiſſorium regulæ. per l.ſi pupillus.iuncta.l.non diſtinguemus. §.ſi ſeruus.ff.de arbit. & ſicut iudicium regitur,ita compromiſſum.l.j.ff.de arbitr.& in iudiciis perſonæ quædam excipiũtur.l.cùm prætor.ff.de iudi.ſic & in arbitriis.vt docet Azo in ſumma. de arbitr. & Hoſtien. & probat hic tex. *toutes parties.* Ergo quælibet pars, ſiue actor ſit,ſiue reus.compromittere poteſt, exceptis quibuſdam:vt ſcripſi in glo.proxima,ſupra.

Eligi arbitri qui poſſint.

Iuxta quod dubitatur etiam,qui poſsint arbitri eligi? Reſpon.regulari- 4
ter omnes,ſiue ſint magiſtratus,ſiue non:patresfami. vel filiifamil. l. iiij.cũ
l.ſeq.ff.de arbi.tamen ſunt quidam excepti. †Alij ratione ſuæ perſonæ pro 5
hibentur vt ſeruus,excommunicatus,ac minor,furioſus,fœmina, & alij id genus.l.Padius.§.j.iuncta glo.& l.ſed & ſi in ſeruum.§.j.& l.ſi pupillus.l.cũ lege.ac l.vlti.ff.eodem.& propter inimicitias excuſatur arbiter, ſi ſuperuenerint poſt compromiſſum.l.non diſtinguemus. §. cùm quidam. ff. eo. de
arbit. †Ratione etiam rei prohibetur compromiſſum. vt in criminalibus 6
quoad vindictam publicam,& pœnam fiſco debitam,quam partes non poſſunt remittere.gl.in l.ij.ff.de ſenatuſc.Sillan.vbi abundè ſcripſi.Bart. in l.j. §.vſq; adeò.ff.de iniur. ſi agatur ciuiliter cõpromitti poteſt,vbi & trãſigi.l. quid ergo.§.ex compromiſſo. ff. de his qui notan.infam. l. non diſtinguemus.§.Iulianus.ff.de arbit.l.tranſigere.C.de tranſactio.Doct.in c. quintauallis.de iureiuran.vel ſi de re ſua ſit compromiſſum in dominum. d.§.Iulianus.& l.penul.ibidem.Alias perſonas prohibitas ſcribit Hoſti.in ſumma huius titu.& Vber.de Bonacurſo in practica ſua rub.de impedi.quæ impediunt compromiſſum. & plures alias ſcribit Anto. Blanchus in tract.de compromiſſ.lib.ij. quæſt.ij.

Compromiſſum in duos vt ſi diſſentiant, tertiũ eligant.

Item licèt non valeat compromiſſum in duos, vt ſi diſſentirent elige- 7
re tertium poſsint,nam in aſſumendo poſſunt diſſentire. l. item ſi vnus. §. ſi duos.

ſi duos.ff.de arbit.tamen hodie ſolent cogi per iudicem,vt certum eligant. de quo in §.fi.ibidem.& ſeruatur.

8 Item poſtquàm factum eſt compromiſſum, & acceptatum, non licet adire iudicem.l.ſed & ſi in ſeruum.in fin.cum l.ſequent. & l.ſi quis rem. ff. de arbitr.& Bald.conſil.ccxlij.fuit factum.in iij.volum. Tamen ſi pendente compromiſſo quis adiuerit Epiſcopum, & petierit inſtrumentum iuratum ſeruari,& promiſſa ſolui,non incidit in pœnam, nec eo ſoluitur compromiſſum:vt conſuluit Bald.conſilio ccccl xj.inter Ioannem. columna ſecunda.in primo volumine.

Poſt cōpromiſſum non licet vni parti adire iudicem.

9 †Ego putarem ſolui compromiſſum,quia ſi Epiſcopus ſuper illo protulerit,iam eſt de eo deciſum,& non licet alij quam compromiſſario decidere de cauſa compromiſſa: alioqui fruſtrà iudicaret poſteà arbiter.Et ſi partes adeunt arbitros,impeditur proceſſus iudicis.

Probatur literis cōpromiſſum.

10 † oportet tamen quòd probetur arbitrium per literas alioqui iudex ſemper procedere poterit:vt docet Maſuer.in eod.tit.in princip.

En arbitres,arbitrateurs,ou amiables compoſiteurs.

GLOSSA III.

1 ARBITER interdum aſſumitur pro iudice ordinario, vel delegato.l. quiſquis. C. de poſtul.l. arbitro. cum l.ſequen. ff. qui ſatiſdat. cogant. & quandoque pro eo, qui de iure eligitur,dum iudex recuſatur ex cauſa ſuſpitionis.l.apertiſsimi. C. de iudic.capitul.ſuſpitionis.de offic.deleg.capitu.cum ſpeciali.de appellat. cap.legitima.illo titu.in vj.& illum vocant Docto.iuris arbitrum.

Arbiter quis.

2 Interdum accipitur pro eo, qui eligitur à partibus ex compromiſſo conuentionali.Et ita accipitur hic.& in l.iij.§.j.& toto tit. ff. de arbit. quamuis eum iuris interpretes nominent arbitrorem. de quo in §. arbitrorum in l. ſocietatem.ff.pro ſocio abundè ſcripſi.& in l.illa verba arbitratu.ff.de verborum ſignifica.glo.in l.penulti.ff.eodem.

Arbitrator quis.

3 † Et differre arbitrum ab arbitratore Doct. dicunt, quia arbiter eſt ille, qui de iure iudicare habet, & ſecundum iudiciorum ordinem procedere. l.j.ff.de arbit.Arbitrator autem eſt qui à partibus electus procedit, & pronunciat & de iure, & de facto:nec habet neceſſe iuris ordinem ſeruare. Hoc tamen magis ex opinionibus Doct.fundatur, quàm bonis iuribus, vt ſtatim dicetur.Vel alij dicunt arbitrum,qui de quæſtione, vel lite cognoſcit,arbitratorem autem ſuper contractu,& re non litigioſa, & recipitur vt pacificet.Et ideò vocatur amicabilis compoſitor. Specula. in titu.de arbitro,& arbitratore.§.primo.verſicu.eſt etiam differentia.Bar.in d.§.arbitrorum.& Ioan.Baptiſta, in tracta.de arbit. lib. j. capitu. ij. & iij. Oldendrop. in lexico iuris, in verb. arbitri. ſic ait. Arbitri nomen commentatores ineptiſsimè tractant, rem prorſus reipublicæ ſaluberrimam non attingunt: & cùm in iure horum arbitrorum mentionem factam non legerit Coraſ. non modò vocabulum ipſum, ſed & totam hanc arbitratorum declarationem commentitiam putat,in libr.iiij. Miſcella. ca. xviij.dicam in d.l.illa.

Differentia inter arbitrum & arbitratorem.

Arbitrorũ duo ſunt genera.

Ego interim ſuper hoc diuiſionem Iuriſconſul. ſequar. in d. §. arbitrorum. vbi ſic ſcribitur. Arbitrorum duo ſunt genera: vnum eiuſmodi, vt ſiue æquum ſit, ſiue iniquum parere debeamus, quod obſeruatur, cùm ex compromiſſo ad arbitrum itum eſt. Alterum eiuſmodi, vt ad boni viri arbitratum redigi debeat: & ſi nominatim perſona ſit comprehenſa, cuius arbitratu fiat: veluti cùm lege locationis comprehenſum eſt, vt opus arbitrio locatoris fiat. 4

Pœna adiecta in cõpromiſſo, nõ recuperabitur ad arbitriũ boni viri.

Vnde ſequendo Iuriſconſul. Quando cum adiunctione pœnæ fuerat in aliquem compromiſſum, ſtandum erat ſẽtẽtiæ illius arbitri, nec recuperabitur ad arbitrium boni viri, propter pœnam. dicit text. in l. diem. §. ſtari autem debet ſententiæ arbitri, quam de re dixerit, ſiue æqua, ſiue iniqua ſit, & ſibi imputet, qui compromiſit. ff. de arbitr. idem probat. dict. §. arbitrorum. quamuis contrariam ſententiam firmauerint Docto. in l. qui Romæ. in fin. ff. de verbor. obligatio. & Lucas de penna. in l. nemo iudex. C. de decurioni. libro x. quam reprehendit Alciat. lib. paradoxor. primo capitu. xviij. 5

Sed quando dicebatur, vt opus fieret arbitrio talis, vel legatum daretur, aut aliud quid fieret eius arbitratu, tunc ſi ille fortè nolebat arbitrari, vel quod poterat, vel iniquè arbitrabatur, certè iura voluerunt vt ad boni viri arbitratum recurratur. d. §. arbitrorum. cum l. ſequen. & l. j. de legat. j. l. in perſonam. §. generaliter. de regul. iur. l. in ementis. C. de contrha. emptio. 6

Recuritur hodie paſſim ad arbitrium boni viri.

Hodie verò praxis ſtatuit per hunc text. & ſeruat quòd ſemper recurratur ad arbitrium boni viri, vbicunque arbiter iniquè arbitratus eſt. Et hoc ſiue cum adiectione pœnæ erat electus, vt hic, ſiue non, & ſic non ſit hodie differentia in hoc Regno, in quo paſsim recurritur. ad arbitrium boni viri, quomodocunque arbiter iniquè arbitratus fuerit, & ſiue arbiter, ſiue arbitrator, ſiue amicabilis compoſitor, & quocunque nomine vocitatus fuerit. 7

Et per hoc ceſſabunt differentiæ in hoc Regno inter aıbitros & arbitratores. in quibus Angel. & cæteri Docto. ſua torquent capita. in §. omnium. de actioni. in Inſtitu, & Ioan. Blaſ. in ſuo tracta. de arbitr. vbi centum differentias congerit, quæ ferè hodie apud nos ſuperuacaneæ ſunt per hunc text. ibi, *arbitres, arbitrateurs, ou amiables compoſiteurs. Ideò* hic loquar de iſtis arbitris omnes comprehendendo, ſicut Iuriſconſul. ſolent. 8

Et chaſcun d'eux.

GLOSSA IIII.

VLT dicere text. quòd ſi partes compromittant ſimul in arbitros, arbitratores, & amicabiles compoſitores, ſiue in ſingulos, ideſt, in arbitros tantum, vel in arbitratores tantum, ſiue ſint amicabiles compoſitores, quòd huius text. deciſio 1

locum

locum ſemper habebit. Vide gl. in c. vt circa. in verbo omnia & ſingula. de elect. in vj. & ſic exprimuntur omnia hæc nomina in tex. vt tollat difficultates ſuper illis à iuris interpretibus ſcriptas. vide tex. in l. non diſtinguemus, §. cùm in plures. ff. de arbit. vbi ſi in plures ſit compromiſſum, ſine hac clauſula, & cuilibet inſolidum, omnes debeat iudicare: ſi verò data fuerit poteſtas, vt vnus poſsit, ſeu quilibet, tunc vnius ſentētia valebit. c. ij. de arb. in vj.

Auec adiection des peines.

GLOSSA V.

Arbitri quando ſint cogendi ſententiã proferre.

1 POENAM hic nos accipere oportet, non ſolùm ſi pœna nummaria promiſſa ſit, ſed etiam ſi vtrinque alia res vice pœnæ, ſi quis arbitri ſententiæ non ſteterit. l. litigatores. §. quod ait. ff. de arbit. ſiue adiecta ſit pœna compromiſſo, ſiue ſententiæ, ſiue certa pœna promiſſa ſit, ſiue incerta, vt quanti ea res erit. l. diem proferre. in fi. cum l. ſeq. ff. eod.

Arbiter cũ adiectione pœnæ, & ſine, cõprehenditur hac cõſtitutione.

2 Ex hoc tex. ergo videtur hanc deciſionem non habere locum in arbitris electis ſine adiectione pœnæ nam ſi nulla pœna ſit adiecta, nõ tenetur quis ſtare ſententiæ illorum. d. l. diem proferre. §. ſtari. ſumendo argumentum à contrario. ff. de arbit. ideò de nouo agendum erit, ac ſi nihil dictum fuiſſet, nec iſti quidem arbitri cogi poſſunt arbitrium proferre. l. iij. ff. eod.

3 Tamen (vt inferiùs dicam) hodie actio, & exceptio ex arbitrio illorum oritur: & ob id praxis habet, vt ad arbitrium boni viri recurratur vtrobique, licèt iſte text. tantùm loquatur de arbitrio cum adiectione pœnæ & intelligitur quantum ad pœnæ exactionem, &c.

4 Igitur de pœna dubitatur, an poſsit exigi ab eo, qui non vult ſtare ſententiæ pendente recurſu ad arbitrium boni viri: ob id ſtatuit pœnam non exigendam, niſi iudex arbitri ſententiam comprobauerit, & ſolùm poteſt ad pœnam agi, ſi arbitrio non pareatur: ſed pars non tenetur ſtare contradictui, ſoluendo pœnam, niſi fuerit dictum, rato manente pacto, l. qui fidem. ff. de tranſactio. † 5 Et durante compromiſſo, non efficitur deſerta appellatio, etiam ſi non ſit releuata intra tres menſes. clem. quandiu. vbi Docto. de appella. & authen. ſi tamen. C. de temp. appel.

Appellatio durãte compromiſſo nõ iudicatur deſerta.

Nõ eo ſoluitur compromiſſum quod arbitri nolint cognoſcere.

6 Item non eſt ſolutum cum adiectione pœnæ compromiſſum. ſi arbitri declarent ſe nolle cognoſcere, vt altera pars poſsit ſtatim adire iudicem, & proſequi iudicium priùs inchoatum, vel appellationis deſertionem: ſed debet pars petere, vt arbitri à iudice ordinario cogantur arbitrium proferre, per l. iij. ff. de recep. arb. & poterunt cogi, ſi illud acceptauerint acceptare tamen eſt eis liberum. l. iij. §. j. ff. eod. ſicut dicitur de procuratore, in cle. j. de procurato. Bal. in l. fi. col. v. C. de contrahen. emptio.

Arbitri cogi poſſunt arbitrium proferre.

7 Etiam hodie acceptus ſine adiectione pœnæ, ſtipulatione tamen interpoſita à partibus, quòd eius arbitrio parebunt, cogi poterit, nec tunc eius arbitrium erit eluſorium, nec ſuperuacuum, quia & actio & exceptio ex eo oritur. l. cùm anteà. in fin. C. eodem. Petr. Iacob. in practica.

ſua.rubr.de recurſu ad arbitrium boni viri.§. item prædictus arbitrator.

Areſtum.

Vnde pars quæ citauerat partem ad deſertionem appellationis coram Senatu,fuit reiecta,& ad expenſas condemnata,licèt probaſſet arbitros declaraſſe, nolle de cauſa cognoſcere, ſed fuit dictum eos cogendos, per d.l. tertiam . & præceptum factum illis , vt intra certum tempus cognoſcerent: alioqui fauore vnius partis hoc declinare arbitri poſſent, & variare eis non licet poſt compromiſsi acceptationem , & quod approbauerunt reprobare non poſſunt.l.Pomponius.ff.de negot.geſt.l.in arenam.C.de inoffi.teſta.in Senatu anno 1534.die xxvj.Ianuarij. 8

Praxis quãdo arbiter eſt in mora.

Notandum eſt,quòd quando arbitri,vel alter ipſorum eſt in mora, tunc pars diligens accepto compromiſſo ſupplicat Seneſchallo , vel Bailliuo, quòd fiat præceptum eis,vt procedant vltra ad compromiſſum: alioqui citabuntur arbitri, & pars recuſans arbitrium, viſuri & audituri arbitrium,& compromiſſum annullari: & partes procedent coram Seneſchallo in ſtatu, in quo erat cauſa die iſtius præcepti facti , vt docet Maſuer. in eod. tit. §. item ſi arbitri. 9

Cõpromiſſum antẽporis diuturnitate poſſit tolli.

Ergo ſoluitur compromiſſum , ſi arbiter intra annum non protulerit ſuum arbitrium , teſte Bartol. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verbor. obligat. ſed poſſet etiam poſteà cogi , vt aſſerunt iuris interpretes , quia tempus non eſt modus finiendi compromiſſum , niſi à partibus dictum fuerit , & tunc durat, donec arbitrium fuerit latum. Secùs in vltima voluntate : vt loquitur Bartol. Bald. in l.final. colum.iij. C.de contrahen. emptio. & conſilio. ccccl xxxv. præſuppoſita. per text.in clem. quandiu.de appella. & conſilio. ccccl xxxviij. punctus quæſtionis.in vj. volum.& iſta eſt communis opinio, quam probat Ioan.Franſ.Balb.in tracta.præſcrip.in iiij.parte,quartæ partis. quæſt.xxxiiij.& Vital.in tract.clauſula.verſic. quanto autem tempore duret poteſtas arbitrandi. 10

Veniens contra arbitriũ quod eſt nullũ an in pœnã incidat.

Si videndum eſt , an veniens contra arbitrium , quod eſt nullum , incidat in pœnam : docet Alexand. in conſilio. xxxiij. opportunè. in ij. volu. & conſilio xcvj.viſo & opportunè. in vj. volum. vbi concludit pœnam deberi , quia pœna fuit facto adiecta , videlicèt promiſerunt partes non venire contra arbitrium prolatum ab arbitris , vt altera pars de facto contrà venit , in pœnam incidit. nam venire contrà eſt facti , ideò etiam in ſeruum cadit.gloſſ. in l.cùm proponas. C. de hæredi. inſtituend. l. ſed & ſi quis. in fi.ff.ſi quis cautio.† & quia pœna ex arbitrio etiam nullo exigi poteſt , niſi declaretur nullum eſſe arbitrium. capitul. cùm ſecundum leges. de hæretic.in vj. itaque habebit locum quod hic dicitur , vt poſsit peti reductio ad arbitrium boni viri, & in reductione allegabitur nullitas , & grauamen. 11 12

Arbitrium iuratum an nihilominus poſſit reduci ad boni viri arbitrium.

Item dubitant Doctor. an poſsit quis petere , vt ſententia arbitrorum reducatur ad arbitrium boni viri , ſi partes iurauerint non venire contra? Et reſpon. quidam non poſſe , ſi iurauerint non petere etiam reductionem : quia iuramentum quod poteſt ſeruari ſine detrimento ſalutis æternæ,ſeruandum eſt,ca.ſi verò.de iureiuran. Hoſtien.& alij in c. quintauallis. 13

ibidem

ibidem.Sic firmat Calder.in conſi. j.de arbit. & conſi.pe.de iureiur. Ferra.
cautel. viij. tu ſcis. & ita fuit iudicatũ Grationopoli: vt docet Guido Pa-
pæ in ſuis Deciſ.quæſtio.cccccxix.licèt renunciatum, & Deci.in c.ad hæc.
de appella.

13 Ego verò teneo in hoc Regno Franciæ non obſtante iuramento peten-
dam reductionem, quia iuramentum non debet eſſe vinculum iniquita-
tis.cap.& ſi Chriſtus.de iureiuran.& debet intelligi,ſi æquè arbitratus fue-
rit.cap.quintauallis. de iureiurand. ideò hoc caſu debet impetrari diſpen-
ſatio iuramenti,& poſteà nihil obſtabit: vt conſuluit Ioan. Ana.conſi.xvj.
viſo puncto.in fi.Maſuer.in eod.tit.§.item ſignanter.

14 Ideò ſtatuit Imperator,ne arbitri ſub iuramento accipiantur,in authen. *Ne arbitri*
de iudicib.in §.quia verò multæ.colla. vj. authen. decernimus. C. eodem. *ſub iuramẽ-*
15 ne periurium poſteà partes incurrant. † Et quidam ſuper hoc impetrant *to accipian-* *tur.*
literas Regias,vt hoc permittatur, & poſteà iuramenti impetrant diſpen-
ſationem. quod probatur in capitu. ij. de arbitr. & Soci.hoc docet conſil.
cxxj.in cauſa.colum.v.nu.5. in iij. volum. vbi dicit ſuper hoc eſſe conſtitu-
tionemLegati concedentis reductionem, non obſtante iuramento. Imò
16 conſului Panor.conſi.lxxij.in quæſtione.in v.dubio.volumi.ij. † quòd ſi ſit
enormis læſio,non requiritur diſpenſatio. per cap. veniens. & cap. quinta-
uallis.de iureiur.nos tamen indiſtinctè ſolemus in Francia impetrare, alias
iudex non audit partes.

17 Itaque nulla renuntiatio reperitur, quæ impediat reductionem, ſubſe- *Nulla venũ-*
cuta enormi læſione,teſte Bald.in l.cùm anteà.columna.iij. de arbitr. C. & *tiatio impe-*
iſtam communem eſſe opinionem,& obſeruantiam dicit Deci. conſilio xj. *dit reductio-* *nem ad ar-*
& pro tenui.col.iiij.num.6.vbi alios plures citat.& conſil. xxxix. iuridicam. *bitrium bo-*
in fine & in conſi. lx. viſo themate. columna iij. & plenè Vital.de Camba. *ni viri.*
in tractat.clauſula. in clauſula, an reductioni ad arbitrium boni viri poſſit
renuntiari.Alios caſus non enumerabo, in quibus non licet petere redu-
ctionem ſecundum Docto.cùm ferè ſemper apud nos petere liceat, ſaltem
vi huius ordinationis, & vt aliquid vltra ius operetur, quando hoc Prin-
ceps concedit.

18 Dubitaret quis,an iſta pœna debeatur,cùm in cap. fraternitas.xij. q. vij. *Pœna quã-*
dicatur pœnas non exigendas, ſaltem in conſcientia. Reſpon. quædam eſt *do etiam in*
pœna canonica,vel legalis,& hæc licitè exigi poteſt,cap.dilecti. de arbi.l.ſi *foro poši poſ-* *ſit exigi.*
qua pœna.ff.de verbo.ſignifi.& per totum titu.ff.& C.de pœnis.& c. ſtatui
mus.xvj.q.vlti.c.quiſquis.& ſeq.ibid.alioqui poſſet quis impune delinque-
re,ſi non timeret pœnam legis.

19 Alia eſt conſuetudinaria,quæ ex conſuetudine debetur,vel ſtaturo, ſeu *Pœnarum*
ab ordinatione,& illa etiam licitè petitur,cap.dilectus.de offic.ordinar.vbi *variæ ſpe-* *cies.*
Docto.& Hoſtien.in capitu.dilecti.col.pen.de arbit.

20 Quædam eſt arbitraria, quæ ad iudicis arbitrium imponitur, quæ
mulcta vocatur, in l. aliud eſt pœna. & l. ſi qua mulcta. ff. de verborum
ſignificatione. ſeu emenda. in capitul. dilecto. de ſentent. excommunic.
in vj.& hæc etiam debetur, alioqui iudici partes non parerent. licèt ius

illis obedire præcipiat, l. vna. ff.ſi quis ius dicen. non obtemperauer. cap.
Iulianus cum multis aliis. xj.q. iij. & hanc Docto.vocant iudicialem, quia
in iudicio imponitur.†Aliquando ratione contumaciæ, vt per totum titu. 21
de dolo & contuma. & in c.de cauſis .de offic. deleg. æquum eſt enim vt
quilibet pœnam ſuæ contumaciæ luat,l.locum.§.condemnatio. ff.de tabu.
exhiben.l.j.§.ſi cum duobus.de colla.bonor.

Conuentionalis alia vocatur, quæ ex partium conuentione debetur, 22
& vocatur intereſſe conuentum:& iſta etiam debetur,niſi in caſibus,quos
præſcripſi in interpreta.l.vnicæ.C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt
profer.c.peruenit.& c.conſtitutus.de fideiuſſor.

Etiam pœna in compromiſſo adiecta debetur in foro conſcientiæ,c. di 23
lecti.de arbit.quia loco contumaciæ,& non parentis præcepto arbitri pu-
nitur,quæ ſemper exigi poteſt. Alex.conſi.xxxj.opportunè. conſi. j. & ij. in
ij.volu.ratio eſt,vt contumacia non ſeruantis compromiſſum puniatur, &
vt ſatisfiat de laboribus & expenſis. Licèt Roma.in rub. de arbit. dicat de
iure canonico peti non poſſe,cùm eatenus petatur,quatenus interſit,quod
videtis non eſſe verum.

*Apres que la ſentence ſera donnée par leſdits arbitres,arbitrateurs,
ou amiables compoſiteurs.*

GLOSSA VI.

Requiſita in materia arbitrorum.

ET SIC ex hoc tex. ſequentia requirũtur in hac materia. 1
Primò, quòd partes compromittant in arbitros, ibi, *qui
compromettront.*

Secundò,quòd illi arbitri ſint electi cum adiectione pœ- 2
næ,vt prædixi:ibi,*auec adiection de peine*, & hoc quantum ad
pœnæ exactionem, ſecus quoad recurſum boni viri. per d. §. arbitrorum.
Et idem ſi cum iuramento de ſtando ſententiæ illorum recepti ſint,vel per
ſtipulationem,vt dictum fuit ſuperiùs.

Tertiò,quòd ſententia arbitri prolata ſit, vt hic patet: *Apres que la ſen-* 3
tence ſera donnée. Nam ſi arbiter differret, non haberet locum iſte text. vel
ſi nollet iudicare,erit tamen cogendus, l.iij. & ſeq. ff.de arbitr.vt ſuperiùs
ſcripſi in glo. proxima. non tamen acceptare cogitur. Ideò partes interim
ad iudicem ire poſſunt,antequàm arbiter acceptauerit compromiſſum: vt
concludit Bald.conſi.ccccLxj.inter Ioannem.col.ij.in j.volu.

Quartò requiritur, quòd pars prætendat ſe grauatam ex illius ſenten- 4
tia arbitri: alioqui ſi vtraquè pars pareret ſententiæ, non haberet locum
iſte text.quia ſi partes ſunt concordes,quid ad iudicem?l.j.§.inde.ff. de no
ui oper.nuntia.

Ab arbitro quomodo appellatur ad ordinarium.

Quintò,quòd pars recurrat per appellactionem ad iudicem, ibi, *appel-* 5
ler au iuge ordinaire. Sed pendente compromiſſo altera pars non poſſet
ad iudicem accedere, quia non eſt grauata: niſi pœnam ſolueret, in
quam ex hoc incidiſſe cenſetur, l.ſed ſi in ſeruum. §. final. cum l. ſequen.
ff.de

ff.de arbitr.& l.ſi quis rem ibidem ſic iudicauit Senatus anno 1534. die j. Decembris.

Areſtum

6 Sed ſi vtraque pars declaret nolle ſtare cõpromiſſo, tunc ſoluitur compromiſſum voluntate compromittentium.per l.non diſtinguemus.§. compromiſſo. ff. de arbit. quia omnis res per eaſdem cauſas ſoluitur, per quas conficitur.c.j.de regulis iuris.ſic conſuluit Ludoui. Rom.conſ. cccxxxviij. in caſu.& aliis modis ſoluitur compromiſſum quos ſcribit Specul. in titu. de arbitro,& arbitr.§.finitur.& tunc partes ad pœnam non tenentur.

Conſenſu vtriuſq; partis diſſoluitur compromiſſum.

7 Sextò requiritur,quòd grauata pars ad iudicem ordinarium recurrat. Et ſic non ad alium.ibi,*au iuge ordinaire*,vbi fuſiùs demonſtrabitur quis ille ſit: in gloſ.& quamuis de iure recurſus recipiatur per viam quærelæ,etiam hic dum dicit *recourir ou appeller*, Tamen hodie per nouam Ordinationẽ hic recurſus non fit ſine appellatione : ideò opus eſt ad iudicem ordinarium appellare.

8 Septimò,ſi iudex ordinarius ſententiam arbitri approbauerit,appellatio partis poſteà non recipietur,niſi priùs ſoluta fuerit mulcta in compromiſſo appoſita,quia præſumitur pro ſententia.l.hærennius.§. Caia. ff. de euictio. c.in præſentia.de renuntia. ſed ſi iudex arbitrium improbauerit, & perperàm latum pronuntiauerit, pignora, & omnia occaſione compromiſsi accepta,reſtituenda ſunt.& hoc pronuntiare iudex debet, ſi pars petierit. per text.in c.expoſita.de arbit.

A ſententia arbitri confirmata non appellatur, niſi ſoluta pœna.

9 Octauò, poſt ſolutionem mulctæ non prohibetur pars proſequi appellationem emiſſam, ſuper qua ſi malè iudicatum poſteà pronuntiatum fuerit mulcta ſoluta exigi poterit tanquàm indebita, quia vltima ſententia annullauit aliam.l.j.in fi.ff.ad Turpil.& inferiùs dicetur.

Mulcta ſoluta proſequi licet appellationem etiam vſque ad ſupremæ curiæ. areſtum.

10 Quid ſi pars ſemel ſoluit pœnam, an ſi iterum contraueniat ſententiæ arbitri, iterum illam ſoluere teneatur? Reſpon. non,ſi non fuerit appoſita clauſula, quòd toties committatur pœna, quoties contrauentum erit. l. ſi duo.in fi.ff. eo. Doctor. in l.qui fidem.ff.de tranſactio. ſed in praxi Franciæ etiam cum illa clauſula vix exigeretur pœna bis,quia ratione huius conſtitutionis non debetur pœna & res,ſed ſi quis non ſeruet arbitrium ad pœnam, niſi illud fuerit à iudice confirmatum, non tenetur. Et ſic contrauenìendo pars in pœnam non incidit,quod eſt notandum.

Soluta pœna quid iuris ſi iterum cõtraueniat ſententiæ.

La partie pretendant eſtre greuée.

GLOSSA VII.

1 ET SIC quælibet pars prætendens ſe grauatam, poterit recurrere ad arbitrium boni viri, ſiue actor ſit, ſiue reus, & vterque.d.§.arbitrorum.gloſ.& Doctor.in c. à iudicibus.ij. quæſtio. vj. an verò in magno debeat eſſe grauata,inferiùs dicetur in gloſ. ſeq. nam omnis oppreſſus liberè poteſt appellare.c.omnis.ij.quæ.vj. & cauſa vitiata remedio appellationis ſubleuanda eſt.c.j.ij.q.vj.

Arbitri perperàm iudicantes quomodò puniãtur.

Quæro

Quæro quomodò puniri iſti arbitri poſsint, ſi perperàm arbitrati fuerint? Reſpond. faciunt litem ſuam. l. penult. C. de pact.& Inſtitu.de oblig. quæ ex quaſi delict.in princ.probat Angel. in §.omnium. col.ij. de actio. in Inſtit.& Iaſ.in l.arbitr.col.ij.ff.qui ſatiſd.cogant.& in l.in actionibus.colum. viij.de in litem iurand. 2

Et ideò poſſent puniri per iudicem ordinarium, ad quem cauſæ cognitio ſpectat, ſi dolo, vel fraude iudicauerint, vel concuſsionem commiſerint, inſtar magiſtratus Regij, qui aliter damnari non ſolent: vt ſcripſi in præfa.ad Conſtitut. Regi. & hoc fieri poterit proſequente procuratore Regio. 3

Arbitri an poſſint exigere ſalarium.

Hi arbitri, vel arbitratores an ſalarium (ſi rectè iudicauerint) petere poſſunt? & tex.in l.multis.vbi Bar.& alij.C.de princ.agen.in reb.lib.xij. decidit poſſe, quem no.Rauen.in Alphab.in verb.arbiter. & Floria. in l. ſed & loci. §.j.ff.fini.regundor.non poterunt tamen ipſi ſibiipſis taxare, ſi non fuerit à partibus data poteſtas, ſed poterunt coram iudice ordinario petere, vt ipſis taxetur.argum.l.j. §.in honorariis.ff.de var.& extraordina.cognition. Otho tamen, qui poſteà imperauit, à duobus de finibus arbiter electus, agrum emit, de quo orta erat controuerſia, & alteri contendentium dono dedit, atque ita inter ipſos litem ſuſtulit: vt refert Baptiſta Fulgoſ. in libr. dictis factíſque memorab.in lib.viij.titu.de inſig.priuat.iudic. quod alienum eſt à ſalarij perceptione. 4

Otho.

Excõmunicatus an poſſit petere reductionẽ ad arbitriũ boni viri.

Item quamuis Doctor. dicant excommunicatum non poſſe petere reductionem ad arbitrium boni viri, quia in hoc eſt tanquàm actor, qui repelli debet ab agendo: vt in ca.intelleximus.de iudi.Panor.& Feli. in ca. ſignificauerunt. de except. Alexand. in l.de pupillo.in final. colum.iiij.ff. de noui oper.nuncia. 5

In praxi tamen eum non vidi repelli in curia ſeculari, ſed de conſuetudine recipitur.teſte Maſuer.in §.final.eod.tit. per ea quæ Ioannes Fabri dicit.in §.final.de curator.in Inſtitut.licèt malè fiat, quia excommunicatus ab omnibus actibus iudicialibus repelli debet ca.cùm inter. de except. & ca. intelleximus.de iudic.pœnas illorum congeſsi in rubr. de excommun.non vitand.in Concord.Franciæ. 6

Si verò altera pars putans ſe non grauatam, non appellet, poterit tamen iudex totum arbitrium infirmare, vel confirmare, licèt vna pars non poterit.tex.not.in l.ampliorem.in princ.C.de appella.vbi Bald. facit.l. final. C.de contrahend.empt.& l. fin. C.quando prouocare non eſt neceſſe. Sic expreſsè conſuluit Alexand. conſilio ſeptuageſimonono. proſpectis. in ij. volumin. & conſilio. clxxxiij. in cauſa. columna ſecunda. in ſexto volu. 7

Vtraque parte appellante ab arbitrio, quod poſteà fiat cõfirmatũ quomodò pœna exigenda.

Quærò, ſi vna pars ſe grauatam affirmet, & petat arbitrium reſcindi, ſi confirmatum fuerit, certum eſt illam partem ad pœnam teneri. Quid ſi vtraque pars appellet, & pronuntietur æquum arbitrium, ac confirmetur: an vtraque pars ſoluet pœnam? quod magis puto, poſtquàm vtraque reſiſtit: & quod in vna perſona dicitur, maximè in correlatiuis, & in duabus locum habebit.l.ſingularia.in fin.ff.ſi certum petatur. 8

Sed

9 Sed cui applicetur illa pœna? Reſpon. illa dimidia quæ fiſco applicatur, illi dabitur ab vtroque pro virili.l.ſi duo. ff. ſi quis cautio. & l. ſi ſeruus. vbi notatur, ibidem. Illa verò pœnæ pars, quæ parti ſuccumbenti debebatur, non ſoluetur à partibus,poſtquàm neutra pars acquieuit arbitrio, ſed culpa vnius cum culpa alterius compenſabitur.l.ſi duo.ff.de dolo.

Cui pœna ſit applicāda.

Pourra recourir.

GLOSSA VIII.

1 ET SIC per iſtum textum,datur parti grauatæ facultas recurrendi ad iudicis ordinarij arbitrium, etiam ſi cōuentum fuerit inter partes,quòd à ſententia arbitri appellare non liceat, vel recurrere ad boni viri arbitrium, tum quia hic datur facultas, & nemo poteſt facere, quin leges in ſua diſpoſitione locum habeant.l.nemo.ff.de legat.j. tum quia dolus futurus non remittitur. Sed tunc in hac patria opus eſſet literas Regias impetrare, quibus id permitteretur non obſtante hac clauſula,quòd appellare non liceret,nec ad boni viri arbitrium recurrere.Et an poſsit pars renuntiare quòd non fiat recurſus,fuſiùs dicetur inferiùs ſtatim.

Cōpromiſſo ita cōcepto, ne liceat partibus appellare,quid iuris.

2 Sed non dicit iſte text.intra quod tempus debeat hic recurſus haberi? Quidam dicebant intra decem dies, ſicut in appellatione: cùm recurſus ſit quædam ſpecies appellationis,l.non diſtinguemus.§.cùm quidam.ff. de arbitr.Specu.in titu.de arbitr.§.ſequitur.verſicu.ſed infra quòd tempus. facit. l.cùm anteà.§.ſinautem poſt ſententiam.C.de arbitr.Archid.in ca.à iudicibus.ij.quæſt.vj.

Recurſus ad arbitriū boni viri intra quod tēpus debet haberi.

3 Alij verò (vt Bartol.) requiritur ſuper hoc principis deciſionem, tamen poſteà firmat intra annum debere agere, alias videtur probare ſententiam arbitri per l. qui ſe grauatos. C. de cenſib.libr. xj. & ſi quis non ſit conqueſtus intra annum,poterit tamen poſteà intra tantum tempus agere, quanto tempore durat actio,vel exceptio.Bartol.in d.§.arbitrorum.l.ſocietatem. ff. pro ſocio.

4 Vel ſi proponatur officium iudicis principaliter ad reſcindendum ſententiam,tunc intra quadriennium debebit agere, intra quod reſtitutio petitur.l.in honorariis.in verſi. ſed cum reſciſſa. ff.de acti.& obli.iuncta.l.ſi.C. de temporib.in integrum reſtitut.petend.plenè Vital.in tracta.clauſul. rub. intra quantum tempus petatur recurſus ad arbitrium boni viri.

Officio iudicis non præſcribitur ante xxx. annos.

5 Alij, vſque ad triginta annos, quia venit officio iudicis, cui non præſcribitur ante. per gloſſ. in l. ſicut. C. de præſcript. xxx. vel xl. annor. & hoc docet Angel. ibi. & in l. ſecunda. C. de arbitr. Bartol. in d.§.arbitrorum.Bald. in l. final. columna ſexta. numer.10. C.de contrahend. emptio. iſta eſt communis opinio ſecundum Alexand.conſil.xcv.viſis proceſsibus colum.vltim.in ij.volum.& conſil.clxxxiij. in cauſa columna ſecunda.in vj. volum.Deci.conſil. xxxix.iuridicam. colum.vltim. Socin.conſil.ccxx. viſis. colum.iij.in ij.volumin.& conſil. ciiij. viſis. in iiij. volumin. columna tertia. refert & ſequitur Ioan Franciſ.Bald.in tract.præſcrip.in iiij.parte iiij.partis.

q.xxxiij. colum. lxvij. Et ſic fuit iudicatum Neapolit. vt refert Matthæ. de Afflict.q.cxxxij.fuit dubitatum.in Deciſ.Neapol.

Praxis Fräcia de reductione ad arbitrium, intra quod tẽpus fieri debeat.

Hodie tamen in regno Franciæ, cùm reductio detur per viam ap- 6
pellationis, & appellatio intra decem dies à die ſcientiæ computandos emitti debeat.capitul.concertationi de appellat. in vj. videtur ſic itidem hic poſſe fieri. Tamen per ordinationem editam ſuper reſciſsione contractuum, quis recipitur intra decem annos ad reſciſsionem cuiuſlibet actus dolo, vel fraude initi, poſteà non. Et ſic intra decem annos auditur iſte appellans, ſi dicat à tempore ſcientiæ illico ſe appellare. Et ita ſeruat praxis,quicquid in contrarium concludatur, niſi homo legatum fuerit arbitrium.

Itaque ſi pars non approbauerit arbitrium, poterit has literas Regias 7
impetrare intra decem annos, vt liceat appellare ab illo iniquo arbitrio, prolato per dolum, aut ſordes, vel intra dictos decem dies poterit literas appellationis impetrare à iudice ordinario,ad quem habetur recurſus.

Ignorantia partis abſentis præſumitur, donec intimata fuerit ei ſententia.

Et poteſt pars condemnata prætendere ignorantiam ſententiæ arbi- 8
tralis, donec altera pars eidem ſententiam nuntiauerit, maximè ſi erat abſens,quia ignorantia præſumitur.per regu. iur. ignorantia. in vj.& l. verius. ff.de proba.

Nec refragatur l. qui ſe grauatos. C. de cenſib.libr. xj. quia loquitur in 9
peræquatore grauante,& ſic non debet extendi ad alium caſum.

An poſsit renuntiari reductioni ad arbitriũ boni viri.

Etiam dubitat Bart. an renuntiari poſsit reductioni ad arbitrium boni 10
viri? Reſpondent quidam,aut dolo arbiter pronuntiauit, & tunc non valet renuntiatio: quia dolo futuro renuntiari non poteſt, nec dolus remitti. l.ſi vnus.§.illud.ff.de pactis.Si ſine dolo renuntiet, valet, niſi arbiter grauet in magna quantitate.

Quantitas magna equa dicatur.

Et dicitur magna quantitas, ſi excedat dimidiam iuſti pretij. l. ij. C. de 11
reſcin.vend.Corn.conſil.ix.præmittendum. colum. iij. in j.volum. Alij ſextam partem dicunt magnam quantitatem, vt Doct.referunt in cap. quintauallis.de iureiur.

An poſſit agi cõtra arbitrum malè arbitrãtẽ.

Ego arbitror poſſe peti hanc reductionem ſiue dolus probetur, ſiue 12
non,quia in d.§.arbitrorum. nihil de dolo dicitur, & dolus oſtenditur reipſa.l.ſi quis cùm aliter.ff. de verborum obligatio. ideò non eſt in hoc vera deciſio Doctor. ſaltem in curiis Franciæ reiicitur, & quamuis ipſi concludant,quòd ſi in reductione arguatur dolus arbitri,neceſſe eſſe,vt priùs agatur de dolo contra arbitrium, antequàm reſcindatur ſententia in fauorem partis lata.Alex.Iaſo.& Curtius.in l.ſi ex falſis.in princip. C. de tranſaction. per tex.in l.fi.in prin.C.eo.& in l.fin.in princ.ff.de eo per quem factum erit. vbi dicunt eſſe nouam deciſionem in practica, & verè noua eſt. & non ſeruata,nam ſi ſeruaretur, multiplicarentur proceſſus, & in infinitum protenderentur, ac circuitus quæreretur, qui omninò iuribus interdicitur. Ideoque tutiùs eſt petere reduci ad boni viri arbitrium, vt & à iure, & per hanc conſtitutionem permittitur, non autem conuenire arbitrium, vt Doctor. aſſerunt.

Renuntiari an poſſit reductioni ad arbitrium boni viri.

Et ſic in hoc tres ſunt quæſtiones. prima, an poſsit renuntiari redu- 13
ctioni

ctioni ad arbitrium boni viri,& concluſum eſt non poſſe,quin grauatus intra decem annos audiatur, ſaltem impetrando literas Regias, & cum allegatur dolus arbitri, etiam ſi cum iuramento fuerit renuntiatum, vt decidunt Docto.de Rota deciſ. ij. no.quòd quis mediante.de arbitris. in antiq.

14 † quia iſta clauſula de ſtando ordinationi arbitrorum intelligitur. ſi æquè fuerint arbitrati.l.ſi libertus.ff.de oper.liberto.c.veniens.& ca. quintauallis. de iureiu.Guid.Papæ in deciſ.Delphi.quæſtio. cccccxix.licèt renuntiatum. Et ita iudicatum fuit Tholoſæ,vt refert Aufrer. in deciſ. Tholoſa. quæſtio. cclxvij.Item an iurans,quia dolus remitti non poteſt, vt dixi, alioqui daretur arbitro occaſio delinquendi.contra.l.conuenire.ff.de pact. dotal.

15 Et ſic non valent quatuor cautelæ poſitæ per Cæpolam cautel. cxcvij. difficile eſt. quia illis non obſtantibus reductio ad arbitrium boni viri petitur,ſaltem impetrando literas Regias, quibus id conceditur, quamuis contrarium decidat Ioan. Ana.conſ.l.in quæſtione.

Cautelæ Cæpol. reiciũtur.

16 Secunda quæſtio eſt,an prius agendum ſit contra arbitrum, quàm petatur reductio? & dico potiùs reductionem petendam, & ita vidi ſemper peti in iudiciis.vt ſtatim dixi.

17 Tertia quæſtio,vſque ad quam quantitatem requiratur deceptio? aliqui vltra dimidiam:per l.ij.C.de reſcind. vend. quam ſententiam probat Deciſ. conſ. lx. viſo themate.col. vlti.poſt Bar.in d. §.arbitrorum. vbi dicit requiri læſionem in ſexta parte.Ego autem dico hoc arbitrarium, & ſic relinqui arbitrio iudicis, vel Principis concedentis literas, vt quis poſsit audiri poſt arbitrium pro qualitate perſonarum,& quantitate rei.

Quæ deceptio requiratur in arbitrio vt abeo poſſit appellari.

18 Et poſtquàm iſtæ literæ ſunt conceſſæ parti, non ex hoc impugnantur, quod non ſit læſus in maxima quantitate, quia ſufficit principis conceſsio. etiam ſi partes dixerint in compromiſſo,quod poſsit lædere in parua quantitate,ſiue in magna:& quæ tunc dicatur magna quantitas. docet Bal.conſ. xxxj.in iij.vol.tamen adhuc recurſus non obſtante aliqua renuntiatione peti poteſt in hoc Regno,quibuſcunque clauſulis vſæ partes fuerint.

19 Etiam ſi iuratum ſit non petere reductionem, quia ſemper intelligitur ſuperioris authoritas in diſpenſando excepta.c.venientes.de iureiurand. Et tunc habita diſpenſatione iuramenti literæ impetrantur à Principe, qui concedit vt peti, non obſtante temporis lapſu, poſsit reductio, dummodò intra decem annos,ſi dolus allegetur, impetrentur & hæ literæ directæ iudici poſteà comprobantur.

20 Et ſic cùm iſte text.permittat recurrere ad arbitrium boni viri, non debet quis pœnam ſoluere antequàm iudicatum ſit per iſtum bonum virum, & arbitrium per illum fuerit confirmatum. Licèt quidam dicerent pœnam deberi ſtatim etiam poſt reſcriptum impetratum. per l. ſi quis maior. C. de tranſactio. quæ loquitur in tranſactione iurata, non in iſto caſu.

21 Item per hoc dicit Socin.in tracta.fallen.regu. v. quòd acta coram arbitro ſunt ſcribenda,alioqui non valet,quod agitur. per l.cùm anteà. in verb. ſi quidem ſubſcripſerunt.C.de arbitr. & Doctor. in ca. quoniam contra. de proba. Nam iudex ad quem recurritur, quomodò poſſet iudicare? an per-

Acta corã arbitro an ſint ſcribenda.

peram,vel bene factū ſit ab arbitro, quia poſſet arbiter referre aliud, quàm quod in ſententia protulit: ob id ſcribi debent acta coram eo. quia arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorum.l.j.ff.de arb.

Niſi in duobus caſibus per Socin. ſcri ptis. videlicèt quando data eſſet 22
per partes poteſtas procedendi,ſine ſcriptis.Iaſ.plenè conſ.xij.allegata. volum.j.putarem tamen etiam hoc caſu arbitrium teneri redigere in ſcriptulum,ſi altera pars hoc requirat.per ea quæ not.Bar.& alij in authen. offeratur. C. de litis conteſt. in cauſis etiam modicis non requiritur ſcriptura. authent.niſi breuiores. C.de ſenten. Et arbitratores etiam non teneri ſcripturas facere.ſed extraiudicialiter ſe informare poſſunt. docet Inno. in d.c. quintauallis.& Bartol.in d.§.arbitrorum.vt refert Pan.conſ.xiij.viſis.col.ij. in j.volum.

Tutius tamen & melius,quòd vterque ſcribat,vt in reductione tandem, 23
de iuſtitia, vel iniquitate apparere poſsit. Saltem ſententia arbitri ſcripta eſſe debet.

Acta corā arbitro probant coram iudicibus.

Et iſta acta facta coram arbitro probabunt coram iudicibus. per l. cùm 24
anteà.in fi.C.de arbit.ſi ritè confecta ſint.Nam quoties vitioſè cautum eſt, pro non cauto habendum eſt l.quoties.ff.qui ſatiſdare cogant. Pet.Iaco.in ſua practica. rub. de recurſu ad arbitrium boni viri. §. item ſi coram limita vt per Fel.& alios in c.præſentata. de teſtib.Soc.in tract.fallen.reg.viij.

Quo remedio ſententia arbitratoris reducatur.

Præterea torquentur Doct.quo iure ſententia arbitratoris reducatur ad 25
arbitrium boni viri:& Bar.in d.§.arbitrorum.num.17.diſtinguit ſic,videlicèt in contractibus ſtricti iuris per officium iudicis. per l. ſi libertus. ff. de oper.libe. In contractibus autem bonæ fidei datur actio ex eo contractu,in quo eſt grauatus. per l. vnde ſi Neruæ. ff. pro ſocio. & per illam actionem petet ad arbitrium boni viri reduci.

Sed ſi non oriebatur actio, tunc officium iudicis impetrabit, vt abundè 26
ſcribit etiam Vital.de Gamba.in tract. clauſul.in rubr. quo iure petatur reductio ad arbitrium boni viri.

Nos verò vt prædixi, in hoc regno per appellationem tantum recurri- 27
mus ad iudicem ordinarium, vt hic patet: & ſic ceſſant iſtæ difficultates: quod eſt vtile:vt dicit gl.in c.per tuas.de ſenten.excom.vt appelletur etiam à ſententia nulla,quia ſi nullitas allegata non ſit euidens, non impedit executionem,tamen appellatio.per rubr.ff.nihil nou.appel.penden.Doctor.in l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iud.Cæpol.cautel.cxcvij.licèt ſoleat. vide gl. & Doct.in l.j.C.quando prouoc.non eſt neceſſe.ſcripſi in tract. de ſentent. execu.art.vij.gloſſ.x.in fi.

Reductio ad arbitriū boni viri an requirat litis cōteſtationē.

Item apud Rotam fuit dubitatum, an in cauſa reductionis ad arbitrium 28
boni viri ſit lis conteſtanda, quia per officium iudicis imploratur: & tenent quòd non abſente aduerſario,ſed eo præſente,ſic in deciſ.iij. de reſtit. in integr. incip. ſi petatur. & ibi in addit. j. in nou. & Vital.in tract. clauſu. fol.244. & ſequ.

In Francia tamen hæc dubitatio non ſit, quia per appellationem re- 29
curſus fit, & omnia quæ in cauſa appellationis requiruntur, & in hoc recurſu ſeruari ſolent. vnde dicit text. in l. non diſtinguemus. §. illud. ff. de arbit.

de arbit.compromiſſum comparauimus ordinariæ actioni.

20 Vltimò audiui dubitari, an pendente reductione iudex poſsit condemnare partes ad ſeruandum ſententiam arbitri? quod non videtur, &c. hoc docet Bald. in l.fi. colum. vj.in x.quæſtio.C. de contrahen. empt. quia hæc arbitri ſententia non plus operatur, quàm ſententia iudicis.l.ait prætor.ff de re iudic.Et ſicut appellatio ſuſpendit iudicatum.capit. veniens. de iureiuran.Ita hic recurſus,qui vim appellationis habet.§cùm quidam.l.non diſtinguemus.ff.eod.Panormita. in capit. quintauallis. collum. xix.nume.41. verſicu. ſed hic annecto dubium.de iureiuran. indiſtinctè tenet pendente reductione ab arbitrium boni viri, executionem ſententiæ arbitri ſuſpendendam: quia hæc reductio vim habet ſuſpenſiuam, ſicut appellatio, vt Doct.ſcribunt in rubr.de appella.in decre.

Pendente reductione an poſſint partes condemnari ad obſeruantiã arbitrij.

21 In contrarium videtur, *nempe in hoc Regno iudex, ſi agatur de reſcindendo contractu, pronuntiat reſciſsione pendente contractum ſeruandum,* vt dixi in tracta. de reſciſ. contract. quia poſtquàm apparet inſtrumentum arbitri non raſum,nec cancellatum,nec aliter vitiatum,approbari debet.l.fin.C.de edict. diui Adria.tollen.Et hoc maximè quando proceſſus ſuper recurſu breui finiri non poſſet,& quia nihil perit parti,cùm ipſa recipiat cautionem,vt plenè docui in tracta.de ſentent.prouiſio. & quia præſumitur pro ſententia arbitri. teſte Socin. in conſil. lxix.viſo.iiij.volumi.Sed iſte caſus ordinatione omiſſus eſt, ideò relinqui debet iuris diſpoſitioni, quæ dat executionem arbitro,l.diem.§.ſtari.ff.de arbitr. cùm tranſactionis inſtar ſit. iuncta gloſſ. in §.ij.in authent.vt differen.iudices.colla.ix.& hoc tenuit Cardina. in cap.

22 expoſita.eod.†Itaq; conciliando opiniones,crederem, quòd ſi actum fuerit de alimentis coram arbitris, vel de alia materia prouiſionali, quòd tunc iudex poterit fortè per prouiſionem condemnare ad ſoluendum illud, quod eſt in ſententia arbitri expreſſum: ſi verò ſit alia materia non prouiſionalis, non poterit:& ita intelligitur contraria opinio.facit quod not. Petr. Iacob. in ſua practi.rubric.de recurſ.de arbitr.boni viri.col.penult.

Reſolutio.

23 Poſtremò videndum eſt, an valeat tranſactio pendente hac reductione ad arbitrium boni viri? & valere non dubitauit Bald. per illum text. in l. fina.ff. famil. erciſcund. facit text. in l. non diſtinguemus. §.j.eod. Deci. conſil.xj.& pro tenui.colum.v.nume.7. Et poſt quàm partes erunt in concordia, iudex non pronuntiabit ſententiam ſuam, nec tenebuntur partes ad pœnam, quia ſolutum eſt compromiſſum,cùm vltima derogent prioribus, l.pacta.C.de pact.

Tranſactio pendente reductione facta an valeat.

Ou appeller.

GLOSSA NONA.

1 DOCT. valdè ſuper hoc dubitant videlicet an liceat à ſententia arbitrorum appellare, & eò quòd caſus non diſtingunt,multa iactant incerta, & à veritate procul aliena. Vnde ego ſic puto caſus ſeparandos. Primus à ſententia arbitri cum adiectione pœnæ aſſumpti non

A ſententia arbitri quãdo licet appellare.

licet de iure appellare, l.j.C.de arbitr. quia metu pœnæ ſtandum eſt illius ſententiæ,& imputet ſibi,qui in eum compromiſit.l.diem proferre. §.ſtari. ff.de arbit. gloſſ.§.j.in verb.iudice.§.ſtatuit.in titu.de cau.in pragma. quod limitat.Soci.xiiij.modis in tract.fallen.reg.xvj. †*Tamen in hoc Regno appellatur à quocunque arbitro, & tam in patria iuris ſcripti,quàm conſuetudinaria, per iſtum text.*generaliter loquentem.quod probatur in cap.à iudicibus. in fin.j. quæſtio.vj.licèt gloſſ.ibi contrà teneat. vnde Imperator ait, noſtros autem iudices omnibus modis ſuſcipere appellationes ſancimus,& nulli licentiam eſſe penitus hoc repellere.§.noſtros.in authent.de iudic.colla.vj. 2

Appellatur à quocunque arbitro.

Secundus caſus,quod etiam à ſententia arbitri aſſumpti ſine pœna licet appellare, quia hodie oritur actio & exceptio ex ea, l.cum anteà.C.de arbitr.iſta eſt ſententia Bartol.in l.nemo poteſt. colum.iij. nume.13. & ſeq. ff.de leg.j.quam ſequitur Paulus in l.arbitro.ff.qui ſatiſd.cogan.Et licèt cōtra iſtos teneant communiter Doct. tamen hæc opinio ſeruatur in forenſi iudicio, per iſtum text. qui licèt loquatur in arbitro cum adiectione pœnæ,idem tamen erit in alio.facit l.ex conſenſu.ff.de appell. & iſte text.fundatur ex regula æ quitatis,quæ probatur à iure canonico, videlicèt, ſi graueris appella.Nam omnis oppreſſus appellare poteſt,cap.ad Romam capit. ideò·§.cùm ergo.ij. quæſtio.vj. Alexand. & alij in d.l.nemo poteſt. & idem Alexand.conſil.ccliiij.abunde.col.iiij.in fin.volum.vj. 3

Etiam non adiecta pœna,oritur actio & exceptio ex arbitrio.

Tertius caſus erit, an à ſententia iudicis confirmantis arbitri ſententiam,vel infirmantis,appellari poſſit?Bart.in l.j.in fin.ff.de lega.ij. dicit non poſſe appellari:nam vbicūque iudex aliquid vt bonus vir arbitratur, nunquàm ab eo appellatur. Allegat.Innoc.in capit.præſenti.de reſcrip.Sed non eſt aliqua decretalis ſic incipiens:hoc tamen docet Innoc. in c.fin. circa finem.de feriis.Et hanc opinionem ſequitur Ioan.Andr. in additi. ad Specu. in tit.de appel.§.in quibus.col.iiij.& in additio.incipien.de hoc plene ſcripſi.Tum quia à ſententia arbitri non appellatur, vt dixi :ergo nec à ſententia iudicis confirmantis illam ſententiam, vel infirmantis : illa enim ſententia ſubrogata eſt in locum ſententiæ arbitri Guido Papæ ſing. cccclxxxij. plene recurritur. Panomit.conſil.ij.dum eſſet. & conſil. xxxviij. caſus in effectu.in j.volumi. Cardin. conſil. cxxxix. factum tale.& conſil. ſeq. Alioqui ſi appellari poſſet ab iſta reductionis ſententia, ſuperuacanea eſſet hæc ſententia, & nihil nobis ſeruiret, vt dicit Salyc.in dict.§.arbitrorum. & l. & in maioribus.C.de appella.ac Vita. Comba. vbi ſuprà.§.poſtremò videndum eſt.& quia reductio non petitur niſi ſemel. 4

An & quando à ſententia iudicis confirmantis arbitri ſententiam, appellari poſſit.

Contrarium docet Bald. in l.vna. colum.iij. C. ne liceat tertiò prouoca. 5
& in §.fina.quo tempore miles. Nam in dubio iudex videtur iudicare vt bonus vir, quia ſic vocatur à iure, licèt interdum non ſit. l. continuus.§. cum ita.ff.de verborū obligat.l.vir bonus. iudica.ſolui.& ſic nunquàm appellari poſſet à iudice:& certum eſt quod etiam in arbitrariis appellatur.. l.ſi qua pœna.ff.de verborum ſignifica. Alioqui daretur cauſam malè iudicandi ſub ſpecie boni viri.l.j.ff.de appel.Bald.in l.j.C.de aſſer.tol.Alexan.in d.l.j.ff.de leg.ij.& quia tanquam iudex iudicauit, ideò licet ab eo appellare.

Alia

6 Alia eſt opinio, quòd ſi iudex grauat in modico, non poterit ab eius ſententia appellari, ſecùs ſi in magno. Bal. in l. vna. colum. ij. in ſecunda oppoſi. C. de his quæ pœnæ nomi. Nicol. de Milis in verb. arbitrator. Ioan. de Ana. conſil. lj. in cauſa, & Doct. in c. quintauallis. de iureiuran.

7 Ratio eſt, quia natura cauſæ vertentis coram arbitro eſt, vt in modico lædere poſsit, & in magno pro bono pacis. capit. niſi eſſent. de præbend. Sic & natura cauſæ recurſus eſſe debet, cùm ſimilis ſit per omnia appellationi. l. j. in fin. C. an per alium cauſæ appell. Et iſta eſt veritas, vt teſtatur Ludouic. Roma. conſil. cclxj. ſuper eo. vbi Bart. ſententiam improbat, illíque reſpondet.

8 Vltima opinio vera & approbata in hoc Regno eſt, quòd ſi ſententia arbitri ſit à iudice confirmata, poteſt quidem pars appellare ab illius ſententia iudicis: ſed non recipietur illius appellatio, donec ſoluerit mulctam appoſitam in compromiſſo: tum quia pro ſententia præſumitur. capit. in præſentia. de renuntia. l. Herennius. §. Caia. ff. de euict. tum ne pars ex malitia proſequatur, & interim conſumat bona, vt non poſsit poſteà mulctam ſoluere. & ad hoc videtur inclinare Dyn. in conſil. xix. Ptolemeus. facit tex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligat. &c. ab arbitris. de offic. deleg. in vj. Alioqui daretur iudici, ſi ab eo non appellaretur, materia delinquendi, etiam quia appellatio non eſt denegata hoc caſu, ergo conceſſa, l. præcipimus. C. de appel. *Praxis, quo modo recipiatur appellatio à ſententia arbitri confirmata.*

9 Vnde conſuluit Barba. conſil. xviij. clementiſsimum. colum. j. in iiij. volu. quod pendente reductione ad arbitrium boni viri non impeditur executio ſtatuto dictante: vides tamen impediri donec confirmata ſit arbitri ſententia à iudice ordinario: quia tunc ſunt duo vincula, quæ ſunt vno fortiora. capit. j. de treuga. videlicèt iudicis & arbitri ſententia. hæc quoque

10 deciſio huius text. cui ſtandum eſt. † & iſta ſententia intelligi debet, vt liceat condemnato appellare, ſiue ſit grauatus in magna quantitate, ſiue in parua, per hunc text. permittentem omnibus poſſe recurrere ad iudicem, ſi grauati ſint: ergo quocunque modo ſint grauati ſiue in paruo, ſiue in magno: nam appellatio etiam de iure recipitur, licèt in modico quis grauatus ſit, l. & in maioribus. C. de appell. capit. de appellationibus. illo titu. in decret. *Appellatio etiã de modico recipitur.*

11 Tamen iudex ſuper hoc debet arbitrari, ne tam declinatè quis de ſententia arbitri conqueratur, vt ius ei dici non debeat, argu. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verborum obligat. Ergo in arbitrio iudicis cognoſcentis de ſententia, reſidet, an pars ex illo conqueri debeat. argum. gloſſ. in authent. præterea. C. vnde vir & vxor. Et ſic non recipitur appellatio à ſententia iudicis confirmantis arbitrium, donec fuerit ſoluta mulcta, ſiue pœna adiecta in compromiſſo.

12 Sed vtrum requiratur cautio? Reſpond. non à fiſco, cùm ſemper ſoluendo ſit. l. ij. ff. de fundo dotal. Sed pars cauere tenetur de reſtituenda pœna, ſi poſteà per ſuperiorem hoc pronuntiatum fuerit. ita ſcripſi in tract. de ſenten. executor. artic. xv. per illum. text. *Cautio eius cui ſoluitur pœna, quãdo exigatur.*

13 Limita iſtum text. quando homologatum eſſet arbitrium à partibus, *Homologatio à partibus arbi-*

trio non recipitur appellatio.

tunc non debet recipi appellatio, per l.cùm anteà.C.de arbitr. Præpoſit. in rubr.de appell.col.xix.& Fortu.in tract.de vltimo fine.nume.110.quamuis Bar. in l.nemo.ff.de lega.j. dicat partem homologare poſt ſententiam arbitri, & intellgi debet tanquam ſic latam, & non tanquam bene latam: & ſic poterit etiam poſt homologationem appellare: hoc tamen non eſt verum, vt de Ripa & alij cenſent in d.l.nemo. nec auditur quis in hoc Regno poſt homologationem expreſſam, niſi impetratis literis à principe, qui hoc indulgeret, & tunc eſſet licitum: ſi fortè dolo inductus fuerit ad homologandum.

Procurator an poſſit cõſtitui ad homologãdum arbitrium nondum latum.

Sed an poſſit conſtitui procurator ad homologandum arbitrium, antequàm ſit prolatum? quòd non poſſit, patet per gloſſ. in dict.l. cùm anteà. quia ſicut ipſa pars non poteſt illud approbare, antequam ſit latum, & futurus dolus non poteſt remitti, l.ſi vnus. §.illud.ff.de pact. ita nec approbatio procuratoris præiudicabit domino, quando eſſet læſio.l.creditor.§. Lucius.ff.manda.Bal.in l.fin.col.penult.quæſtio.xij.C. de contrahen. empt. Sali.in l.ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.faciunt quæ abundè ſcripſi in tract.nominat.quæſtio.xiiij.nume.112.†Iſta autem ratificatio facta ante ſen tentiam, vel iuramentum, intelligitur, ſi iuſtè arbitrium latum ſit.l.fin.C.de non numerata pecu.l.ſi libertus.ff.de oper.libert.Bart.in d.§.arbitrorum.co lum.xj.nu.30.& ſeq.Bar.Alexand.& Vincen.in l.quod de bonis.§.j.ff.ad legem Falci.Soci.conſil.lxxxv.viſo compromiſſo.col.ij.volum.j. 14 15

Conſortum vno ſolũ appellante nõ exigitur pœna ab aliis ante confirmationem.

Item ſi vnus conſortum prætendat ſe læſum, & appellet, pœna ab aliis non exigetur ante confirmationem, *ſicut de appellatione dicitur, vt vnius appellatio alteri poſſit,* l.j& per totum.C.ſi vnus ex plurib.appellaue.l.ſi ſeparatim.ff.de appel. 16

Et ſic per recurſum vel appellationem non debetur pœna ante iudicis confirmationem, quia intelligitur ſi arbiter iuſtè arbitratus fuerit.d.l.ſi libertus.Bar.in l.quidam cùm filium.ff.de verborum obligat.quamuis Dy.in conſil.xix.Ptolomæus.teneat pœna debitam poſt petitionem & litis conteſtationem deberi.Doct.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verbo.oblig. 17

Obiectiones quæ poſſunt fieri contra arbitrium.

Quæro quid poſſit pars allegare contra iſtud arbitrium? Reſpond. dicere eſſe latum per ſordes, vel gratiam, ſi ita ſit.l.iij.C.eod. vbi Imperator ſic ait: Arbitrorum ex compromiſſo ſententiæ non obtemperans, ſi ſordes, vel euidens gratia eorum, qui arbitrari ſunt, interceſſit, exceptione doli mali vti poteris.& l.iij.§.j.ff.eod. † Item quòd ſententia fuerit venalis.l. ita demum.ff.eod.ſicut de iudice dicitur, in l.venales.C.quando prouoc.non eſt neceſſe.& authent.nouo iure.C.de pœna iudic.qui malè iudica. 18 19

†Idem ſi ſententia fuerit contra leges lata, l.iij.ff. eod. ſicut ſententia iudicis contra leges làta non valet.c.j.de re iudicata.l.j.ff.quæ ſenten. ſine appella.reſcind.Panor.conſil.lxiiij.viſis.colum.j.in j.volum. 20

Item ſi arbiter ambarum partium, vel vnius tantùm factus inimicus ſen tentiam protulit poſt recuſationem.l.non diſtinguemus.§. cùm quidam. ff. eod.ibi, inimicus manifeſtè apparuiſſet, teſtationibus etiam conuentus, ne ſententiam diceret. 21

Idem putarem, ſi poſt iudicis inhibitionem arbitrium latum ſit. Nam 22 poſt

poſt iudicis,vel ſuperioris inhibitionem attentata ſunt nulla.ca. non ſolùm. de appel.in vj.c.ex parte.de arbitr.

23 Allegari etiam contra arbitros poteſt,quòd iudicauerint inter alias perſonas, vel de rebus non comprehenſis in compromiſſo: *quia poteſtas à compromiſſo pendet,*l.non diſtinguemus.§.de officio.ff.eo. & quicquid proferunt extrà comprehenſum eſt nullum.l.ſi cum dies.§.plenum.ff.eo.Bal.in l. cùm anteà.C.eo.ſic conſuluit Soc.conſ.cxxj.in cauſa.in ij. q.nu.3. & 5. in iij.vol. inferiùs pleniùs dicam,vel ſi non honeſtum iuſſerit,vel poſt diem compromiſsi arbitrium protulerit,d.l.ſi cum dies.§.compromiſſo.

Arbitrium nõ ſuper alio proferendum, quàm de quo fuerit compromiſſum.

24 Item opponi poteſt, ſi quis corruperit arbitrum, vel pecunia, vel ambitione, vel aduocatum aduerſæ partis, vel aliquem ex his, quibus cauſam ſuam commiſerat;vel ſi aduerſarium callidè circumuenit, vel alio quocunque modo,ſi in hac lite doloſè verſatus ſit.text. in l.ita demum.ff.de arbi.& ſic dolus ſemper allegari poterit,teſte Alexand.conſ.cxxxix. viſo puncto.in ſeptimo vol.& nulla poteſt eſſe renunciatio,nec cautela, per quam tolli reuiſio poſsit ſuper dolo,vel enormi læſione.Bal.in l.cùm anteà.C.eod.refert Iaſ.cõſ.cxxxv.ſuper art.in prin.in iiij.vol.niſi vt ſuperiùs dixi ex lege Regia.

Corruptus arbiter reiicitur.

25 Aliis etiam modis opponi poteſt contra arbitrium, quos conſcribit nepos de Monte Albano.in rub.contra arbitros,& contra compromiſſum. & Specul.eo.tit.§.excipitur.de Bonacurſo in rubr. de impedimen.quæ impediunt compromiſſum.ac Dec. conſ.xxxix.iuridicam.col.j.& Vital. in tracta. clauſula.in clauſul.de reductio.ad arbitrium boni viri. verſ. ſequitur videre contra arbitros.

26 Et ideò ſi aliquis appellauit, & poſteà illam non proſequatur cauſam, ſi tamen intra tres menſes releuauerit, non poterit ab eo exigi pœna ante ſententiam confirmationis expreſſam, vel tacitam, ideò altera pars debet cauſam proſequi cum procuratore Regio, cui media pars pœnæ applicari ſolet.

Appellans ab arbitrio quãdo incidat in pœnam.

27 Et ſic patet hic,quòd licèt fuerit compromiſſum,etiam in arbitratorem, poteſt quis appellare, & ſoluendo pœnam, à ſententia arbitratoris reſilire licet,& proſequi appellationem, vt dicit gl.in clemen. quandiu,vbi Doct. de appel.quamuis Bar.& Doctor.in l.qui fidem.ff.de tranſactio. dicant non licere venire contra arbitrium prolatum ab arbitratore, quia habet vim tranſactionis,in qua non habet locum pœnitentia. d. l.qui finem. Bald.in l. eos.§.apoſtolos.in fi.C.de appel.

Appellare licèt etiã ab arbitratore.

28 Sed hic per iſtum tex.licet appellare ab arbitrio,etiam non ſoluta pœna: quia non eſt vera tranſactio à qua non liceret diſcedere, per l.ſi quis. C. de tranſ.ſed in arbitrio diuerſum eſt,vt hic.

29 Et ſic habetis quòd à ſententia arbitri licèt appellare, per iſtum text. quicquid dicant Doct.

30 Secundò, quòd à ſententia iudicis, qui confirmauit ſententiam arbitri non licèt appellare,niſi pœna ſoluat.

31 Tertiò, quòd facta ſolutione pœnæ licèt appellare,& proſequi appellationem.

32 Quartò, quòd licèt pœna ſoluenda ſit, tamen res principalis non datur

ante ſententiam ſuperioris illius, qui ſententiam arbitri confirmauit: & iſta ſunt notanda, ſuper quibus hactenus valde laborarunt iuris interpretes.

Au Iuge ordinaire.

GLOSSA I. X.

Ad quem iudicem recurratur à ſententia arbitrorum.

AD QVEM appelletur à ſententia arbitrorum? Reſpon. de iure Bartol.in l.ij.C.vbi & apud quem cog. in integ. reſtit.dicit appellandum ad ſuperiorem eius, qui iudicauit, quia de ſententia conqueritur.probat l.j.& vlt.ibidem.Bald. Angel.& Salic.ibi ſequuntur.& Pan.in c.quintauallis.num. 39. de iureiuran.facit c.anteriorum.ij.q.vj.& c.Romana.§.debet.de appel.in vj. Et ſic conſuluit Rom.conſ.cclxv.in caſu.& Matth.de Afflict.in deciſ.Neapo. q.lj. item fuit dubitatum. 1

Querela via in cõpromiſſo quis iudex ſit adeũdus.

Quod non obſeruatur,ſi adeatur iudex per viam querelæ, quia tunc iudex ipſarum partium tantum adiri debet, ca. venerabilibus,§.j. de ſentent. excom.lib.vj.Philip.Fran.in rub.de appel.col.viij. Sed in arbitratore iudex rei eſt adeundus, quia videor de contractu conqueri. Bartol. & alij in d. §. arbitrorum.Feder.conſ.cclxxxv.Petrus & Anto.Blanch. q.x.in fi.tracta.de compromiſsis. 2

Ordinarius iudex eſt adeũdus ad reducẽdum arbitrium.

Quæro ad quem iudicem,ſi duo fuerint?quidam dicunt ad iudicem appellationum: cum reductio ſit quædam ſpecies appellationis, l. non diſtinguemus.§.cùm quidam.ff.eo.Alij dicunt adeundum iudicem principalem. & plura ſcribit Camb.in ſuo tract.clauſul. in clauſula, de reductione. §. videamus quis eſt iudex. At videtis hic iudicem ordinarium, & non iudicem appellationis adeundum eſſe. 3

Ab arbitris an liceat immediatè appellare ad curiam ſupremam. Areſtum.

Nec quidem licèt appellanti Curiam Parlamenti pro bono viro eligere, & ad eam appellare, niſi partes, aut ipſarum altera de iure ſuo debeat inibi litigare ex priuilegio,vt Pares Curiæ.Et ſi pars ad eam appellauerit, remittetur ad iudicem ordinarium cùm expenſis, vt Aufrer. his verbis ſcribit in Stylo Parlamen.rub.*des appellations.* ordi. vij. Niſi in curia proceſſus fuiſſet introductus,tunc Curia cognoſcit,vt fuit pronuntiatum in ea, anno 1520. die xviij. Decembris.& hoc prætextu Ordinationis antiquæ allegatæ tunc per aduocatum Regium Do.Liſetum. 4

Ordinarius iudex quis dicatur.

Quis dicatur iudex ordinarius?Reſpon. Qui iure ſuo, vel Principis beneficio iuriſdictionem vniuerſaliter exercere poteſt,l. more maiorum. cum l.ſequent.ff. de iuriſdictione omnium iudicum. Specul.in titul. de offic. ordinar.§.primo.& dicit tex.in c.à iudicibus.ij.quæſt.vj. quòd ordinarij ſunt, qui ab apoſtolico,vt eccleſiaſtici: vel ab Imperatore, vt pote ſeculares, legitimam poteſtatem accipiunt.Et ſic appellatur per iſtum textum, ad iudicem partium competentem,non ad iudicem arbitratoris. 5

Reſpectu partium,& nõ arbitrorũ in hac materia diiudicatur quis ordinarius.

Sed an intelligatur hic iudex ordinarius ratione rei ſitæ, vel domicilij? Reſpon. ille propriè dicitur iudex ordinarius alicuius, in cuius territorio, vel diœceſi pars habet domicilium : & ſic is regulariter erit iudex, qui in cauſa fuiſſet iudex ſine compromiſſo.ca.fin.de foro compe.Specul. 6

in tit.

in titul.de competen.iudi.aditio.in §. ſequitur. Ideò ordinarius hic dicetur is, in cuius iuriſdictione partes compromittẽtes reſidebant, & domicilium habebant, licèt arbitri non eſſent illi ſubditi, vel is iudex, qui de ea re cognouit,ſeu veriùs cognoſcere incœpit.Imber.in Inſtitut.foren. libr.j.§.nec verò.ca.lxvij.

7 Sed ſi partes eſſent diuerſæ iuriſdictionis,& domicilij, vt ſi Aurelianen. compromiſerit hic Pariſ.& læſus fuit,vult appellare ab illa ſententia,appellabit ad iudicem Pariſ.qui dicitur ordinarius partium,tam ratione domicilij vnius, quàm contractus, id eſt, compromiſsi facti, licèt de iure ad iudicem rei.l.cùm anteà.C.de arb.& c.ſtatutum.§.j.& ij.de reſcrip.in vj.Bart.in d.§.arbitrorum.col.vj.num.19.

8 Sed an reductio poſsit fieri ad illos, qui iudicarunt? Iaſon. in conſilio cxxxv.in quarto volum.tenet poſſe.fieri.per ca.accepta. de appel. & per gl. vltim. in l. filius. ff. de inoff.teſtamen. & idem firmat Cæpol.cautel. cclvij. quarta cautela.

9 Tamen in hoc Regno hoc locum non habet,per iſtum tex. ſtatuentem, vt ad iudicem ordinarium recurratur, & appelletur, niſi is fuiſſet arbitrator,& tanquam talis proceſsiſſet.quod poteſt de iure canonico. c. ex parte. ead.Pan.in c.cum tempore. ibidem. Secus de iure ciuili, ne fiat iniuria iuriſdictioni ordinariæ.gl.& Doct.in l.j.ff.de iudic.per l.ſed & ſi in ſeruum. §. j.ff.eo.& ius canonicum ſeruatur in hoc Regno.

Ad iudicẽ ordinarium non recurritur, ſi iſpſe fuerit arbitrator.

10 Vnde ſi in arbitrio quis formam compromiſsi ſeruauit, iniquè tamẽ arbitratus eſt,non poteſt aliam proferre ſententiam, quia eſt ſuo functus officio.l.dicere.in fi.ff.de arb.ſicut iudex, l.iudex. ff. de re iud. diuerſum eſt ſi formam compromiſsi non ſeruauerit,per l.quid tamen.ff.de arb.gl. & Bar. in d.§.arbitrorum. hoc procedit in arbitris. Sed vtroque caſu putarem in cauſa reductionis eum iudicem,qui arbitrium protulit, non eſſe adeũdum, quia ſuſpectus videtur.

An arbiter ſecũdã proferre ſententiam poſſit.

11 Tamen recurſus habebitur ad eandem Curiam ordinariam, ſed is pronuntiabit ſuper reductione, qui non fuit arbiter, & qui loco iudicis ordinarij pro tribunali ſedere ſolet, & iudicare, vt locum tenens, vel commiſſus,ſeu aduocatus antiquior,de quo ſcripſi in tracta.de recuſa.art.vj.

Iudice ordinario recuſato, quis eius loco iudicet.

12 Quid ſi clericus dicat ſe læſum ex huiuſmodi arbitrio? Reſpon.Ad officialem Epiſcopi recurſum habebit, qui eſt iudex clerici ergo inter laicos iudex ſecularis illorum proprius eſt adeundus: inter clericos Epiſcopus, ſeu officialis.c.ordinarij.de offic.ord.in vj.c.à iudicibus.ij.q.vj. Felin.in ca. poſt ceſsionem.col.j.de prob. vide tamen Pan. in tertio nota.in ca. cùm ſic generale.de foro competen.

Inter clericos cõpromittentes recurritur ad Epiſcopum de iure, ſed aliter in Francia ſeruatur.

13 Sed ſi clericus & laicus velint petere reductionem ad arbitrium boni viri,debent eam petere coram ſuperiore arbitratoris. ita Aufrer.in tract. de poteſta.eccle.ſuper laicos.verſic.xviij.

14 In Francia tamen aditur etiam à clericis de conſuetudine iudex ordinarius Regius ſecularis,ſiue appelletur ab arbitro, ſiue ab arbitratore: niſi cauſa fuiſſet eccleſiaſtica,vt docet Aufrer.per c.expoſita.& ca. peruenit. de arb.Aufrer.in tracta.regula.ij.in xvij.fallent.

Et is

Dicēti ſententia arbitri iniquam incūbit onus hoc probādi.

Et is qui dicit ſententiam arbitri iniquam,habet hoc probare.tum quòd præſumatur etiam pro arbitri ſententia.c.niſi eſſent.de præben. Spec.in tit. de arbit.§.ſequitur.ver.item quid ſi compromiſſum. Panor.conſ.lxiiij. viſis col.ij.in j.vol.Alex.conſ.xliij.quia ſubtiliter. col.ij.in vj. volu. *tum etiam quia dicenti & alleganti incumbit onus probandi*,l. ei qui.& l.quoties. §. qui dolo. ff. de probat.

Et hoc quatenus fecerint ſecundum formam compromiſsi, ſi verò aſſeratur arbitros exceſsiſſe compromiſſum, tunc non præſumetur pro illorum ſententia.vt docet Alcia.in tract. præſumpt.in regul.iij.in xij. præſumptio.allegat Alex.conſ.xxij.col.ij.in ij.vol. tamen qui dixerit eos exceſsiſſe, oportet quod probet,per regulam prædictam. 16

Ex quibus actis iniquitas arbitrij arguatur.

Et iniquitatem habet probare ex antiquis actis, non verò probationes omninò nouas inducere: teſte Bartol. in d. §. arbitrorum. probat Vital. de Camba. in tractat.clauſul.rubr. qualiter iuſtificetur, vel impugnetur arbitrium. Si tamen arguatur dolus, vel iniquitas arbitri, tunc etiam noue poſſunt ſuper hoc recipi probationes.per Doctor.in capit. quintauallis. de iureiurand. 17

An arbitrium præſumatur ritè latum, docet Albert. Brunus in tracta.de forma & ſolennita.actus.rubr.de proba.& præſumpt.ferme. verſic.in laudo verò:& vbi dicit præſumendum pro arbitramento: & quòd onus probandi incumbat impugnanti.idem docent Pan.& alij in d.c.quintauallis. de iureiurand.per c.niſi.de præbend.Fel.& alij in c.quoniam.de proba. vbi limitat Pan.conſ.lxiiij.viſis.col.ij.in j.vol.Deciſ.conſ.ccclxxv.iuridicam. colum.j. & Iaſ.conſ.xij.allegata.col.iiij.in j.vol.num.6. 18

Et ſi par le iuge ordinaire la ſentence deſdits arbitres, arbitrateurs,ou amiables compoſiteurs eſt confirmée.

GLOSSA XI.

Licèt hac ordinatio loquatur in plurali, tamen extēditur etiā ad ſingulare.

EX HOC text. patet,partes non recipi ad appellationem, poſtquàm arbitrorum ſententia eſt confirmata, niſi priùs ſoluerint pœnam in compromiſſo adiectam. Sed iſte text. loquitur in plurali numero, *Arbitres*, quando ſunt plures arbitri. Quid ſi vnus dixerit ſententiam, quæ fuerit confirmata à iudice ordinario, an habeat locum iſte textus? quod non videtur.quia hic textus loquitur in pluribus, & integrum eſt iudicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur. capitul. prudentiam.in princ.de offic. delegat. † In contrariam tamen ſententiam inclinarem: quia quando lex loquitur in plurali, etiam habet locum in vno, ſi eadem ſit ratio in illo, ſicut in pluribus.per text.in l.iij.§. negotia, vnum vel plura. ff. de negotiis geſtis. Sic quando lex vſa eſt ſingulari numero, tamen ad plures etiam refertur. §. ſi plures. de legiti. agnator. ſucceſſ. in Inſtitut. & l. ſingularia. in fin. ff. ſi certum petatur. l. prima. §. item hoc edictum. ff. quod 1 2

quod falſo tutor. author. geſtum erit.

3 Nec refragatur, quod attendatur iudicium plurimorum, verum eſt in alia materia: ſed hic reſpicitur ſententia iudicis confirmantis ſententiam arbitri, vel arbitrorum, ideò non attenditur ſimpliciter arbitrorum ſententia, ſed & iudicis ordinarij confirmatio: & quia hic dicit in principio, *ou chaſcun d'eux*. id eſt, à ſingulis illorum, vt dixi ibi. per l. non diſtinguemus. §. cùm in plures. ff. de arbi. & in c. ij. illo tit. in vj. vbi maioris partis ſententia obtinet.

4 Item ſi ſententia eſſet confirmata à iudice delegato, vel à iudice chartulario, tunc non haberet locum iſte text. loquens in iudice ordinario, & ſic de ſeculari, quia alteri ſuum non concedit officium. non loquitur tamẽ iſte text. de iudice Regio, ideò iudex ordinarius alicuius domini poſſet confirmare, & haberet locũ iſte text. dũmodò eſſet ordinarius in illo loco, quia conueniunt verba, & ſic diſpoſitio. l. iiij. §. toties. ff. de damn. infec.

Etiam iudex ordinarius non Regius poteſt arbitrium cõfirmare.

5 Nec expectatur an iuſtè confirmata ſit, an iniuſtè, quia ſemper pœna ſoluetur, donec per ſuperiorem iudicem dictum contrarium fuerit. per tex. in l. qui Romæ. §. fin. vbi Bar. col. j. & ij. ff. de verb. obl. facit. l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de noui oper. nuntia.

Iuſtè vel iniuſtè fuerit confirmata ſentẽtia pœna ſoluitur.

6 Intellige etiam ſi ſententia non valeat, quia inſpicitur factum, id eſt, contrauentio, vt ſuperiùs dictum fuit, niſi notoriè appareret ex ipſa ſententia: vt potè quia iudicatum erat, de quo non erat compromiſſum, vel contra formam, vt ſuperiùs docui. facit capit. examinata. de confirma. vtili. Et tunc erit etiam neceſſe appellare, & interim ſoluitur pœna, maximè quando iſta nullitas longam requireret indaginem. Felin. in capit. cùm dilecta. columna duodecima, nume. 8. verſicu. amplia octauò. de reſcript. per l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebel. & præſumitur arbitrium valere. l. Herennius. §. Caia. ff. de euict. Vnde regulariter pars tenebitur poſt confirmationem ſententiæ arbitri ſoluere pœnam: alioqui non audietur appellationem emittens. per iſtum text.

7 Ad hæc iudex debet confirmare ſententiam arbitri, vel infirmare ibi, *eſt confirmée*. nam confirmari debet ad hoc, vt pœna exigatur. ſi verò fuerit infirmata, nulla pœna debetur. Et ſic iudex non debet iterum ad arbitrum remittere, imò ſi iterum remitteret, cenſeretur iuſtitiam negligere, & iuſtitiam non facere. per text. in l. non diſtinguemus. §. quæſitum. ff. de arbitr. quia ad iudicem ſpectat confirmare, vel infirmare ſententiam. l. eos. C. de appella. & imponere finem controuerſiæ. l. quidam. ff. ſi certum petatur. ſic conſuluit Ludouic. Roma. conſil. cccxxxviij. in caſu. in primo dubio.

Confirmare vel infirmare debet iudex, non autem remittere ad arbitrum.

8 Aduertendum tamen eſt, quòd ſi pars habeat iuſtam appellandi cauſam, vel recurrendi ad arbitrium boni viri, licèt non obtineat in cauſa principali, tamen excuſabitur à pœna compromiſsi, propter probabilem ignorantiam, vt ſi petebat tanquam ſucceſſor Titij centum, quæ tamen erant ſoluta, & is compromiſit, & ſub pœna quinquaginta aureorum promiſit ſtare arbitrio, ſed demum appellauerit, certè debet releuari à pœna per iudicem, qui ſententiam arbitri confirmat. Bal. Paul. & Iacob. in l. tres fratres. in fin. ff. de pact. Alexand. & alij. in l. qui Romæ. §.

Iuſta ignorantia excuſat à pœna compromiſſi.

mæ §.duo fratres.ff.de verborum obligat.& conſi.xxxij.opportunè.colum. vlti.in ſecundo volum. Nàm qui in alterius locum ſuccedunt, iuſtam habere cauſam ignorantiæ dicuntur.l.qui in alterius.ff.de regul.iur.

Item ſi fuerit confirmata ex nouiter productis, non debetur mulcta, vt 9
fuit litigatum in Parlamento anno 1518.die xj. Martij, & ad conſilium remiſſum. vide Felin. in capitul. cùm Ioannes nume. 22. de fide inſtru. colum. vj.

Caſus in quibus non committitur pœna in compromiſſo adiecta.

Item non debetur pœna, ſi arbitrium fuerit pro parte confirmatum, 10
& pro parte infirmatum, quia tunc iuſtè quis poſtulauit reduci, poſtquàm erat in aliquo grauatus. Et ſic iuſtum videtur petiiſſe, vnde non incidit in pœnam, teſte Bal. in l.eos.§.cautione. columna ſecunda, C.de appell.verſicu.quid ſi hoc faceret iudex.& §.inter partes columna penultima de lege Corradi. verſic. ſed quid ſi arbitrator. ſequitur Boër. in quæſtio. cclxxxiiij.nume.22.in deciſ.Burdeg.facit capit.Raynutius.de teſta.

Puto tamen exigendam pœnam, ſiue fuerit confirmata ſententia ar- 11
bitri, eo quòd pars eam non probauit iniquam, non expreſſa aliqua cauſa, vel expreſſa, licèt Bar. & doct. videantur notare differentiam in l.iiij.§. condemnatum.ff.de re iudica. & in l. Iulianus. ff.de condictio. indebit. & ſic.videtur conſuluiſſe Alexand.conſil.lxvj.viſis dubitationibus. columna ſecunda, in v. volumi.quia hic text. confirmationem tantùm requirit, non verò confirmationis cauſam. per not.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff. de verbor.oblig.

En ce cas ne ſera receüe la partie appeller de ladicte ſentence.

GLOSSA XII.

Informata arbitri ſententia pœna non ſoluitur.

ET SIC in iſto caſu non recipitur appellans, videlicèt quando 1
ſententia arbitri eſt à iudice ordinario confirmata, donec fuerit ſoluta pœna. Quid ergo ſi fuerit infirmata, tunc quia præſumendum eſt pro iudicis ſententia.c.in præſentia. de renun. non tenebitur pars, quæ ab arbitris erat condemnata, ſoluere pœnam, ſed ab iſta ſententia infirmationis poterit pars proſequens, vt arbitrium ſeruetur, appellare.& ſi à ſuperiore confirmata fuerit arbitri ſententia, pœna debebitur, per iſtum
text.dicentem, *s'i elle eſt confirmée*, ſi ſit confirmata. †Ergo à quocunque 2
iudice ordinario competente fuerit confirmata, vel à proximo, vel ab alio mediato, non audietur appellans, niſi ſoluta pœna. cùm iſte text. non diſtinguat à mediato, vel immediato, ergo nec nos.l.de pretio.ff.de publician.in rem actio.

Et nota quòd hoc caſu quando eſt confirmata, recuſatur, nec admitti- 3
tur appellatio, ergo alio caſu ſecùs.l.fi.ibi, imò hoc caſu, quod iuſſu actio non competit.ff.quod iuſſu. vnde ſi ſubſtitutio fiat in hoc caſu, non comprehendit alium.l.commodiſsime.ff.de libe. & poſth.l.iam hoc iure.ff.de vulga.vide multa quæ ſcripſi de iſto pronomine hoc, in l.j.ff.de verbor. ſignific.vbi phraſes innumeras conſcrpſi.

Item

4 Item quamuis iſte tex. dicat non recipi partem ad appellandum, idem tamen erit ſi per viam nullitatis, vel querelæ vellet agere: nam regulariter in Francia non recipimus aliquem, etiam à ſententia nulla, niſi per appellationem: vt eſt Ordinatio Regia, quam ſuperiùs ſcripſi.

In Francia nullus recipitur per viam nullitatis aut querela niſi appellet.

5 Item per iſtum textum, non annullatur appellatio emiſſa à iudice confirmante ſententiam arbitri, ſed non recipietur appellatio ab eius ſuperiore, donec ſoluta fuerit pœna. Vnde poterit quidem pars condemnata ab arbitrio appellare à ſententia huius iudicis qui ſententiam confirmauit, & releuare ſuam appellationem coram ſuperiore.

Confirmata arbitri ſententia, & ſoluta pœna licet vſque ad areſtum proſequi appellationẽ.

6 Sed poſtea volens eam proſequi, opponente parte non recipietur: ergo ſi pars nihil opponeret, cùm in fauorem ipſius ſit introductum, poſſet renuntiare. l. penultima. C. de pactis. capit. ſi diligenti. de foro compet. & bonum eſt quòd ſi pars ſentiat ſe grauatam à ſententia iudicis confirmantis quòd appellet: alioqui ſi expectaret decem dies excluderetur. per authen. hodie. C. de appellatio. vt dicetur inferiùs in tractatu de appellation. & ſuperiùs ſcripſimus.

Nõ niſi opponẽte parte exigitur pœna.

7 Vnde anno 1543. die ix. Iulij fuit annullatum tam arbitrium, quam ſententia Bailliui Carnoten. confirmatoria ſententiæ arbitralis, eo quòd cùm fuiſſet in quinque compromiſſum, & dictum quòd tres poſſent decidere, tamen duo receperant teſtes: & ideò non valebat, quia contra poteſtatem datam. nam quemadmodum deciſio proceſſus non poterat fieri niſi à tribus, l. ſi in tres. ff. de recep. arbitr. ita tres requirebantur ab inſtructionem proceſſus, niſi aliud dictum fuerit. capit. prudentiam. de offic. deleg. Alex. conſi. cxxiiij. in cauſa. in ſecundo volumi. cùm ſit præparatoria ſententiæ, & deciſionis cauſæ, per iudicium eſſe debet. teſte Deci. in rubric. extrà, de iudic, Moder. in rubri. C. de edend. quod eſt ſignandum, quia ſæpiùs cauſa committitur tribus, vel duobus: tunc enim ſi vnus ſolus inſtruat proceſſum non valebit.

Areſtum. Quot requirũtur ad deciſionẽ cauſæ, tot ad ipſius inſtructionem requiruntur.

8 Ideò cùm cauſa quibuſdam committitur, debet clauſula inſeri, vt vnus, vel duo inſtruere, & proceſſum facere, ac inquirere poſsint: alioqui non valebit quod actum erit ab vno.

Clauſula vtilis cum cauſa delegatur pluribus.

9 Quæro, hic prohibetur appellatio. an minor poſsit reſtitui? quòd videtur, quia ſi minor ſit læſus per compromiſſum, vel alias, reſtitutionem petere poterit. l. ſi minor 25. annis filiofamil. in fi. ff. de minor. Soci. conſi. ccxcix. capio. in fi. volumi. Contrarium eſt verum, quia vbi competit remedium ordinarum, videlicèt appellatio, non datur extraordinarium, videlicèt reſtitutio. l. in cauſę. ff. de minor.
10 † Sed minor hic poterit appellare ſoluendo pœnam, & illam repetere poſteà, ſi iudex ſuperior hoc decreuerit: ideò non reſtituetur ex hoc, ſed ſi per arbitrium ob omiſſam fortè allegationem, vel appellationem læſus fuerit, reſtitui poterit: vt Doct. ſcribunt in l. j. C. ſi aduerſ. tranſactio.

An minor ex compromiſſo deceptus poſſit reſtitui.

Sinon en payant preallablement la peine apposée en l'arbitraige.

GLOSSA XIII.

Nõ auditur appellans à ſententia arbitri confirmata niſi ſoluta pœna.

DEBET igitur pars, quæ recurſum habuit ad iudicem ordinarium, ſi ipſe confirmauerit ſententiam arbitri, pœnam in compromiſſo appoſitam ſoluere, ibi *en payant*, & poſteà appellationem ſuam proſequi poterit, niſi confirmata fuerit arbitri ſententia à ſuprema Curia, vel ab illo iudice, à quo appellatio non ſolet recipi, l.j.ff.à quib.appel.non licet. 1

Areſtum.

Vnde anno 1522.in menſe Februario die Iouis, Senatus cenſuit Ioannem de Plenos appellantem à Bailliuo Carnotenſi, qui arbitrorum ſententiam confirmauerat, non audiendum, antequàm conſignaſſet ſummam mille librarum in compromiſſo appoſitam, quo facto partes concludent in proceſſu in ſcriptis, & audientur, vt prædixi. Nam hoc gerundium, *en payant*, exponitur id eſt, ſi ſoluerit.per tex.iuncta glo. in l. ſi tu ex parte. ibi, adeundo, id eſt ſi adieris.ff. de acquiren. hæredi. ſcripſi in tract. de ſenten. prouiſiona. articu. ij.probat etiam hoc verbum, *preallablement*, id eſt, primitus ſoluat, quàm recipiatur ad appellationem. 2

Gerundium in conditionem.

Integrè pœna ſolui debet vt nec deſit obolus.

Item totam intellige pœnam, adeò quòd non audiretur pars etiam ſi vnus obolus deeſſet.arg.l.ſi eo tempore.C.de diſtract. pign. quia indefinita æquipollet vniuerſali.l.ſi pluribus.ff.de leg.ij. cap. vt circa.de electio. in ſexto.ſiue ſit appoſita in vtilitatem fiſci, ſiue partis, ſiue ad vtriuſque vtilitatem, cùm hic text. ſimpliciter loquatur de pœna appoſita in arbitrio, vt ſoluatur: per ea quæ ſuperiùs ſcripſi. 3

Cautio nec quidẽ pignora recipiuntur pro pœna.

Non audiretur tamen pars, ſi cautionem offerret pro pœna ſoluendá, quia hic loquitur, *en payant*. Et vbi opus eſt ſoluere, nõ ſufficit cautionem, nec quidem pignora, vel fideiuſſores tradere, ne obligationes ex obligationibus fiant.l.iiij.§.ait prætor. ff.de re iudi. Alioqui iſte tex. hoc dixiſſet, vt in ſimili dicit text.in cap.ad audientiam.de decim. 4

Pars nõ tenetur ad pœnã, niſi pro eo quod arbitri iudicarunt.

Intellige tamen, quòd ſi arbitri condemnarunt ad quinquaginta, iudex ad quem appellatum fuit, ad centum, ſi pars ſoluat quinquaginta ab arbitrio dicta, non tenetur ad pœnam, quia pars non tenetur ad pœnam, niſi pro eo quod arbitri iudicarunt, non pro eo quod iudex, quia ad hoc non ſe aſtrinxerunt.facit l.cùm apud.iudic.ſolui.Bartol. expreſsè in l. mulcta. ff. de conditio.& demonſtra.glo.& Bal.in l.vnde ſi Neruæ.pro ſocio. 5

Ex hoc infert Bar.quòd ſi arbitrio executoris quid fieri debeat ſub certa pœna, ſi executor nolit arbitrari, ob id deuenitur ad Epiſcopum, qui exequatur, per cap.nos quidem.de teſta.l.nulli.C.de epiſc.& cleri. tamen non incidit in pœnam, qui non paret Epiſcopo, in l. mulcta. quia non receditur à perſona in vltimis voluntatibus arbitrante: ideò recuſans ſoluere id quod dicit Epiſcopus, non incidit in pœnam, ſed ad hoc cogi poterit, quod pronuntiauit Epiſcopus. 6

Pendente appellatione pœna quidem exigitur, ſed ceſſat principale.

In ſuper hæc pœna exigetur per hanc ordinationẽ ſed quo ad rem principalẽ non fiet executio durante appellatione, cùm nihil ſit nouandum ea pendente.rub.nihil nou.appel.pendent.nec exequi debent ſententiæ pendente 7

dente

dente appellatione.c.venientes.de iureiur. & quia hic text.de pœna tantũ dicit,ergo de principali negat.argumen.l.cùm prætor.ff.de iudi. cap. nonne.de præſumpti.ita docet Panor.in cap. quintauallis.col. xix. ver. ſed hic annecto dubium. nu.41.de iureiuran. Cuma.conſil. vij.viſis.& ita ſeruatur in praxi.& de ſtylo Curiarũ, teſte Boër. in deciſ. Burdegal. quæſtione cc-
8 lxxxiiij.ſed maius eſt dubium.col.penul. †Ideò non debet ſecundum eum iudex pronuntiare, per modum prouiſionis rem principalem ſoluendam, vel garniendam, niſi in duobus caſibus. Primus eſt quando arbitrium & ſententia fuiſſet homologata,l.ne in arbitris. §. ſi quis autem. C. de arbitr. vel ſi ſit iuramentum in compromiſſo interpoſitum, de ſeruando omnia, quæ dicentur ab arbitro,per §.quia verò multæ.in authen. vt omnes obediant iudi.prouinciar.& in criminalib.& in pecuniar.cauſ.&c.col.v.

Quãdo per modum prouiſionis procedatur in cõpromiſſo.

9 Ego adderem alium caſum, quando in compromiſſo eſſet dictum non petendam reductionem,niſi facta executione ſententiæ arbitralis, & quando materia ipſa eſſet prouiſionalis,vt pote alimentorum, vt plenè ſcripſi in tract.de ſenten.prouiſio.in j.Tomo,& ſuperiùs.

10 Sed cui debet ſolui hæc pœna?text.nihil dicit,ideò concludendum eſt, quòd ſi per partes in compromiſſo dictum fuit parti ſoluendam, tunc non eſt dubium,quòd illi ſoluetur,de quo conuentum fuit,quia pactum & conuentio eſt ſeruanda,l.iuriſgentium.§.prætor ait.ff.de pactis.l.j. §. ſi conueniat.ff.depoſiti.ſi verò nihil fuerit dictum in partes,puto deberi ſecundum conſuetudinem patriæ.l.de quibus.ff.de legibus.

Cui pœna debeat applicari.

11 Si non appareat de conſuetudine, tunc applicabitur parti approbanti ſententiam arbitri.per l.arbiter intra.ff.de arbitr. & Bartol.in tracta. ſuo de arbitr.colum.ij.verſiculo ſed quid ſi arbiter.& illum text.dicit ſingularem. Bald.in marga.in verb.pœnã.quæſt.xxiij. quòd pœna conuentionalis non poteſt apponi à partibus fiſco applicanda, niſi perſona publica ſtipuletur pro eo.

12 Imò non valeret ſententia arbitri quoad fiſcum, declarantis ſtandum eſſe ſuæ ſententiæ ſub pœna centum aureorum partim fiſco, partim parti applicandorum,vt conſuluit Anchar.conſi.j. quia per priuatos non poteſt acquiri fiſco,cùm per liberam perſonam alteri non acquiratur. l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verborum obligati.l.prima.C.quod cum eo.Alberi. in l.j. ff.de iure fiſci.& in l.non ex omnibus.ff.de arbit.vbi etiam Bal. & ſic tenet Boër.in q.cclxxxiiij. in fi.

Fiſco per priuatos an acquiratur.

13 Sed contrarium eſt verum,per l.j.ibi,vel pœnam fiſco ex contractu priuato deberi. ff. de iur.fiſc. quia pœna eſt indiuidua, & debetur tam fiſco, quàm parti:& hic dicit pœnam, & ſic totam: vnde ex conſuetudine ſolet dimidia pars applicari parti,& dimidia fiſco,niſi aliud dictum fuerit.

14 Et quando aliquid fiſco acquiritur,procurator Regis proſequitur. Nec vidi aliquam Ordinationem dicto noſtro aduerſantem: licèt Boër.alleget, ſed non inueni.& iſta Ordinatio hoc non dicit,ſed dicit, pœnam ſolue ndam,non dicit vel parti, vel fiſco,ſed ſimpliciter, & nõ eſt veriſimilè quod fiſcus ſua iura neglexiſſet.Et licèt priuatus acquirere non poſsit priuato,

quia non ſua intereſt,tamen fiſco ſic: quia ſua ſemper intereſt, vt fiſcus ſit diues,& ſoluendo,vt poſteà nihil ab eo,vel parum exigat: vt not.in l. j. C. de indictio.lib. decimo.

Sauf toutesfoys à icelle peine recouurer, ſ'il eſt dit en fin de cauſe.

GLOSSA VLTIMA.

Solutum ex cauſa rei iudicatæ quãdo poſſit repeti.

REGVLARITER vix ſolet repeti,quod ſolutum ex cauſa rei iudicatæ fuit,l. j. C. de condict. inde.tunc enim propter authoritatem rei iudicatæ repetitio quidem ceſſat,l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus. ff. manda. Tamen ſi ſoluatur ex cauſa ſententiæ,quæ eſt ſuſpenſa appellatione,& diſponente lege, vel ſtatuto, tunc quia non fit voluntariè,repeti poteſt:vt hic. Et maximè quando lex ſtatuit, vt repetatur,ſicut hic,& ſic limitatur dict.l.j. 1

Idem dixi in omnibus ſententiis executoriis poſt appellationẽ, in trac. 2
de literis obligat.articul.v.gl.ix. in primo Tomo. quia dum in ſententia vltima fuit annullatum arbitrium,ſolutio pœnæ redit ad non cauſam, ob id non debetur amplius:ideò repeti poteſt.gloſſ.& docto. in l. Iulianus. ff. de condict. indebi. ſic conſuluit Bald. conſilio xcij. quædam ſententia. in fin. volumi.j.

Vnde ſi hic ſoluat ſimpliciter hanc mulctam, ſiue cum proteſtatione 3
de repetendo, ſemper eam repetere poterit mediante hac lege, quæ illi præbet aſſenſum. ibi, *ſauf toutesfoys à icelle peine recouurer, ſ'il eſt dit en fin de cauſe.*

Arbiter nõ iudicat de pœna in cõpromiſſo adiecta,nec de rebus, niſi expreſſis.

Notandum eſt, quòd arbiter non poteſt cognoſcere de his, quæ non 4
ſunt in compromiſſo expreſſa, per text. in l. non diſtinguemus. §. de officio.& l.ſi cum dies.§.plenum.ff.de arbitr. facit l. ſi de certa. C. de tranſact. ideò ſi arbiter pœnam peti ſtatuerit, non valebit quò ad hoc arbitrium, quia non de pœna compromiſſum eſt,l.quid tamen.in fin.ff.de arbitr. Angel.conſi.vltimo.

Vnde arbiter, vel arbitrator in quem factum eſt ſuper vna re compro- 5
miſſum,non poteſt facere,& diſponere, quòd totus fundus controuerſus remaneat penes Titium,& ipſe det domum, vel aliam rem Caio, quia ſuper domo non fuit factum compromiſſum.Bart. & Iaſ.in l.cum Aquiliana. ff. de tranſact. niſi fuerit ei data à partibus poteſtas, vt conſuluit Bald. conſi.cccccix.arbiter.in fi.in v.volu.Lud.Roma.conſi. ccccij. pro deciſione.Alex.conſi.cxxiiij.in cauſa & lite.in ij.vol.Socy.conſi. ccxcix. capio. colum.j.in ſecundo volumi.& pleniùs conſi. ciiij. viſis. in iiij. volumi. vbi dicit arbitratorem non poſſe cognoſcere de re, de qua non erat lis inter partes,per l.j.ff.de tranſact. & cap. dilecti. de arbitr. & cap. conſtitutus. de relig.domi.Iaſ.conſil.clxviij.in cauſa.colum.ix.in iiij.volumi. plenè Barb.cõſ. xxx.illud.in iiij.volumi.

Imò

Nõ homologatur arbitrium vltra contenta in cõpromiſſo.

6 Imò arbitratoris vel arbitri ſententia non poteſt homologari ſuper eo, de quo non fuit factum compromiſſum,vt docet Bal.in titul.de pace Conſtantiæ.in verb.ſententiæ. prout refert Bolog. conſil. vj. reuerendiſsimus. col.j.niſi vt valeat tanquàm pactum,vt docet gl.in l.ij.C.communia vtriuſque iudi.ſic conſuluit Panor.conſ.lxij.in controuerſia.colum.j.in ij. volum.

Arbiter iudicat de cõnexis.

7 †Limita in connexis,& ideò poteſt arbiter iudicare de fructibus,& expenſis,& dare dilationem ad ſoluendum, licèt nihil dictum fuerit in compromiſſo.gloſ.ſingu.in dict.§.de officio.ſecundum Ange.in §.omnium.colum. ij.de action.in Inſtitut.Bald.in l.j.colum. ij. C.ſi à non compet. iudic. iudicat.fuerit.facit clemen.diſpendioſam.de iudic. & capit. conſtitutus. de religioſ.domib.Iaſ.in d.l.cùm Aquiliana.colum.ij.gloſ.in ca.cùm dilectus. de arbitris.

8 Idem ſuper cohærentibus,c.conſtitutus.de religioſ.domi.Alex.in l. fin. C.de tranſact.Iac.in d.l.cùm Aquiliana. cum ſeq. quia connexorum idem eſt iudicium.c.tranſlato.vbi amplè Doct.de conſti.

9 Secundò,pro æqualitate rei poteſt cogere vnam partem dare aliquid alteri,vt vna res alteri ſit æqualis.quod probat Ludouic.Roma.conſil. lv. ſi volumus. per text.in l.ſi ita legatum.j.ff.de condi.& demonſtr.facit cap. ad quæſtiones de rer. permu.

Arbitrio poteſt vni res adiudicari, & alteri æſtimatio.

10 Tertiò,poteſt condemnare ad pecuniam vnum pro æſtimatione, & alteri adiudicare rem, quia licèt non poſsit vnam rem, de qua eſt compromiſſum,adiudicare vni,& alteram,de qua non eſt dictum,condemnare, vt alteri detur,tamen in pecunia,& in æſtimatione ſecùs,quia omnes res æſtimantur.l.j.ff.de contrahen.empti.l.ſi ita fideiuſſorem. ff. de fideiuſſor. Iaſ. in dict.l.cùm Aquiliana. col. vlti. & Iaco. poſt eum firmat: quia pecunia in rei locum ſuccedit.allegat Specu.in titu.de arbi.in §. excipitur. verſic. ſed pone.Bald.in l.ij.§.ſed & ſi quis.col.iij.C.communia de legat.ſic conſuluit Alex.conſi.lxxix.eleganter.in v.volumi.& Socy.conſil.ciiij. viſis. colum. ij. in iiij.volum.

Prorogatũ compromiſſum de conſenſu partium.

11 Quartò,ſi compromiſſum fuerit ſuper certa re,& partes litigauerint ſuper alia,ſuper illa poterit arbiter pronuntiare, quia de conſenſu partium videtur prorogatum compromiſſum,per l.diem proferre.ff.de arbit.& cap. per tuas.illo titu.Alex.expreſsè in conſi.lxxxiiij. ſuper conſultatione. volu-
12 mi.v.Deci.in cap.prudentiam.col.vj.nu.13.de offic.deleg. † Imò ſi procurator exceſsit fines mandati parte præſente & tacente,videtur prorogatum mandatum.Boër.in deci.Burdeg.quæſti. cclxxxiij.de prorogatione. vbi dicit compromiſſum & tacitè & expreſsè prorogari poſſe,plus dicens, quòd ſententia arbitri, ſi appareat eam eſſe latam præſentibus partibus, & non contradicentibus,valebit:quia partes de nouo videntur compromittere. Ang.in l.ſciendum.ff. de verb. oblig. & cenſetur cum eiſdem qualitatibus prorogatum, & cum eadem mulcta. Alexan. Iaſ. & alij per illum text. in l. lecta.vbi addidi.ff.ſi certum petatur.Boër.plenè q.cclxxxiiij.in deciſ.Burdegal.incipien.ſed maius dubium.

13 Quintò, limita pro bono pacis,tunc poterit arbiter etiam de re non cõ

commiſſa cognoſcere.per Socy.conſi.ciiij.col.ij.in iiij.volum.& Barb.conſ. iij.illud.in iij.vol.Cor.in ſing. incip. arbiter. & in tracta. de poteſtat. regul. quæſtion.xl.in priuilegi.pacis, alias regulariter arbiter non poteſt cognoſcere,niſi de his quæ ſunt ei commiſſa in compromiſſo:nam ex eo poteſtatem capit.

Sextò & vltimò poteſt facere ea,quæ commodè veniunt ad compromiſ 14
ſum,& ſine quibus non poſſet arbitrium explicari.per l.ij.ff.de iuriſd. omn. iudi.gloſ.in d.§.de officio.vt diem ſolutioni ſtatuere, locum, & tempus ad cognoſcendum.

Quanto tẽpore duret arbitrium.

Quæro quanto tempore duret arbitrium?Reſpon.ſi tempus ſit appoſi- 15
tum,tanto tempore durabit,quanto eſt inter partes conuentum. Nam contractus à conuentione partium legem accipiut,l.j. §.ſi conueniat.ff. depoſiti.l.contractus.de reg.iur.

†Si verò nullum tempus fuerit appoſitum, & conferatur ſubſtantiale 16
contractus arbitrium in vnum ex contrahentibus,tunc intra ſexaginta dies debet arbitrari,alioqui poſteà non recipietur vt ſi diſplicuerit,res vendita, eam mihi reddas, debet eam pars intra ſexaginta dies reddere, l. quòd ſi nolit.§.ſi quid ita.ff.de ædili.edicto.Roma.ſing.Dccv.vendo tibi. & ſingu. Dcclxix.emo.Iaſ.in l.ſi quis arbitratu.col.xij. ff. de verb. oblig. & in l. non erit.§.ſi neque.de iureiur.

Si verò arbitrium conferatur in tertium, perpetuò durabit, poſtquàm 17
tempus non eſt adiectum.Alex. Iaſ. & alij in l.ſi quis arbitratu. & eſt communis concluſio:vt teſtatur Ioan.Franci.Balb.in tract.de præſcri.in iiij.parte iiij.partis.q.xxxiiij.colum.lxvij. ideò tunc erit arbiter, qui ſuſcepit arbitrium.cogendus.

Infra quod tẽpus poſſit cogi arbiter ſuum arbitrium proferre.

Item intra quantum tempus poſsit cogi arbiter ad ſuum arbitrium pro- 18
ferendum?glo.pulchra,& Doct.decidunt in l.item ſi vnus. §.j. ff.de arbitr. vbi plenè videbis.Vnde verius eſt,ꝙ iudex præfigat terminum arbitris,intra quem habeant cauſam expedire ſub comminatione, quòd poſt tempus ipſe de cauſa cognoſcet,vt docet Boër.in deci.Burdeg.q.cclxxxiij. de prorogatione.nu.9.& ita ſeruatur.

Morte vnius collitigantiũ ſoluitur compromiſſum.

Sed mortuo vno ex collitigatoribus non poterunt cogi arbitri,quia ſo- 19
lutum eſt compromiſſum.l.diem.§.j.ff.de arbi.Bal.in ca.quoniam.colu.&c. ſuſpitionis.col.ij.de offic.deleg.

Item nõ poſſunt cogi arbitri, niſi priùs acceptauerint compromiſſum 20
neminem enim cogit prætor arbitrium recipere: quoniam hæc res libera & abſoluta eſt,& extra iuriſdictionis neceſsitatem poſita. Attamen vbi ſemel quis in ſe receperit,cogi poterit,l.iij.§.j.ff.de arbit.Bal.in l.ſi cùm dies. ibidem.vt fuit dictum.

Tẽpus quãdo incipiat arbitris currere.

Et tempus incipit ipſis arbitris currere,ſtatim atque factum fuit eis præ 21
ſentibus,& acceptantibus. Bal.in l.ſi cùm dies.vbi Alber.& Petrus Iacob. in ſua practi.in forma libelli quo agitur ad pœnam ex compromiſſo.Ange. conſilio cccciiij.hic ſolum.& Socy. conſil. lxxxvij.penſatis. colum.j. volumi.iiij.

Vltimò

Vltimò quæro, quis ſit effectus compromiſsi? Reſpond. vt eo pendente ſuſpendatur iuriſdictio iudicis ordinarij, & cognitio: & quandiu durat cõpromiſſum iudex non poſsit cognoſcere, ſi à parte opponatur clem. quandiu. de appel. authenti. ſi tamen. C. de tempo. appella. Bald. in l. j. C. ſi quacunque prædit. poteſta. Paul. in l. pecuniam. in fin. ff. ſi cer. pe. Iaſ. conſ. xij. allegata. col. ij. vol. j. imò ſi altera pars adierit iudicem eo pendente, incidit in pœnam. per l. ſi quis rem. ff. eod. *Effectus cõpromiſſi multiplex.*

23 Secundus effectus eſt, quòd ſicut tranſactio dicitur exceptio litis finitæ, & impedit proceſſum, & litis ingreſſum ſuper his, quæ tranſactione deciſa ſunt. l. eleganter. §. ſi quis poſt. vbi Bar. & alij. ff. de condict. inde. idem eſt in arbitrio, teſte Ancha. in c. j. de litis conteſt. in vj. refert Iaſ. in conſi. xij. ibidem. in j. vol. *Compromiſſo ne dũ cauſa principalis ſuſpenditur, ſed etiã cauſa appellationis.*

24 †Tertius effectus quòd non ſolùm cauſa principalis incepta, ſed etiam cauſa appellationis ſuſpenditur, donec fuerit pronuntiatum, vel ſolutum arbitrium. authen. ſi tamen. C. de tempo. appel. & cle. quandiu. & quamuis illa iura loquantur in cauſa appellationis, eadem tamen ratio eſt in cauſa principali, vt dicit Bal. in l. non dubium. C. de legib. & ob frequentiam fuit expreſſum, & ſic non obeſt gl. in cle. j. de reſcri. authen. caſſa. C. de ſacroſãct. eccl. ſcripſi plenè in tract. nominat. quæſtio. v.

25 Tertius effectus eſt, quòd per arbitrium finitur lis, ſaltem ſi fuerit homo logatum. text. in authen. ne in arbitris. C. eod.

26 Quartus, quòd tempus compromiſsi non computatur in termino cauſæ finiendæ, vel releuandi appellationem, vel audiendi teſtes, ſeu producendi. d. cle. quandiu. quia non debet quis lædi ex curſu temporis, qui negligens non fuit, d. authen. ſi tamen. & vbi non eſt negligentia, ibi non cadit præſcriptio. capi. quia diuerſitatem. de conceſſ. præbend. gl. ij. ibidem. Barba. in c. de cauſis. colum. xj. de offi. deleg. Rota deciſ. ij. de dilatio. incip. fuit dubitatum. in no. Philip. Franc. in cap. ex ratione. col. vj. verſicul. vj. de appella. *Tempus cõpromiſſi nõ computatur ad perimẽdam inſtãtiam.*

27 Quamuis dicant Doct. inſtantiam cauſæ principalis, ſcilicet triennium prorogari non poſſe, per l. properandum. C. de iudic. & iura loquuntur de cauſa appellationis, in qua rata manet ſententia poſt lapſum inſtantiæ. cap. cum ſit Romana. de appella. cle. ſi appellationem. illo titu. & non de cauſa principali, quæ non prorogatur. Ludo. Roma. in l. ij. ff. de re iudi.

28 Ego putarem etiam in cauſa principali iuriſdictionem iudicis ſuſpendi ad aliquod tempus: & triennium propterea non prorogatur, nec tempus compromiſsi detrahitur de tempore triennnij. Sed de conſenſu partium poterit ſuſpendi iuriſdictio ad certum tempus, & differri dummodo intra triennium cauſa decidatur. Et ſic poſſunt conciliari ambæ opiniones.

29 Hodie verò in Francia, cùm non ſeruetur illa l. properandum. vt ſcripſi in procem. Ordinatio. in primo Tomo. tempus compromiſsi detrahetur, tam in cauſa appellationis, quàm in cauſa principali.

30 Quintus effectus eſt, quòd ex compromiſſo, & litis conteſtatione facta, *Compromiſſo quomodo*

actiones perpetuantur.

actiones perpetuantur, & præſcriptio interrumpitur.l.cùm anteà.§.fina. C. de arbitr. Panormit. & Felyn. in capitulo illud. de præſcript. Ioan. Franciſc. in tracta. de præſcrip. in vj. parte vltim. partis. ij. colum. verſiculo quæro igitur.

Acta corã arbitro, probant coram iudice.

Sextus, quòd acta facta coram arbitro, probant coram iudice. capitul. cauſam. & capitul.præſentata.de teſtib. l. penult.in fin. C. de arbitr.Socy. in tracta.fallent.regul.ſecunda.

Morte vnius arbitri finitur compromiſſum.

Septimus, & vltimus, quòd per mortem vnius arbitri finitur compromiſſum, nec tranſit ad hæredes compromittentis. capitulo finali, de arbitris. Alios effectus poteritis ex ſuperioribus colligere: de quibus omnibus Deo gratias agemus perpetuas.

Amen.

TRACTATVS DE MATERIIS POSSESSORIIS, QVOTIDIANVS, ET IN IVDICIIS Franciæ maximè frequens.

Des matieres poſſeſſoires.

PRAEFATIO.

1 HAEc poſſeſſionis materia à Iurecõſultis frequentiſsima dicitur, in l. Fulcinius. §. ij.ff.qui. ex cauſ.in poſ.eat. & difusè per eos & iurium interpretes tractata. veruntamen multa à Doct. fuerunt ob praxis & diuerſitatem,& ignorantiam tradita, quæ forenſis vſus non recipit : nec non plura praxis introducta vocabula bonæ illi antiquitati penitus incognita, quæ non mediocrem inter nos pariunt difficultatem. Ob id mei officij eſſe putaui breuiter ea deſcribere, & enodare praxim cum theorica coniungendo, inutilia, & vana relinquendo, & quæ ad oſtentationem tantùm proſunt. Vnde lector beneuole,non miraberis,ſi multa hac in materia ſubtilia ſcholaſticis diſceptationibus agitanda prætermittam. † Primò præfari nobis li- *Poſſeſſio*
2 cebit poſſeſſionem eſſe vſum rei à proprietate ſeparatum, l. quæſtio. ff. de *quid ſit.*
verbor.ſigni.vbi Alciat. dicit eſſe definitionem poſſeſsionis, ego quoque meam opinionem ibidem interpoſui. Quamobrem ne toties repetita nauſeam prouocent,deſinam ampliùs vos in hac definitione detinere,maximè cùm Corraſ.& Fernan.Doct.Tholoſa.egregij in interpreta.ad §.nihil commune.l.naturaliter.ff.de acquirend.poſſeſ.multa ſuper his ſcripſerint.

3 Verùm vlterius progrediendo ſciendum eſt duplicem eſſe poſſeſsionem naturalem,& ciuilem,hoc tradit expreſsè text. in l.iij. in fi. ibi, ciuiliter & naturaliter incumbit poſſeſsioni.ff.ad exhiben. l. ij. §. j. pro hærede. ibi,vt poſſeſsio non ſolùm ciuilis, ſed etiam naturalis intelligatur. l. & habet.§.placet.de precar. ibi,quia poſsidebat corpore:penes dominum,quia non deceſsit animo à poſſeſsione.l.iij.de acquir.poſ.l.j.§. deiicitur. de vi & vi arma.& alibi ſæpiùs.l. videamus. §. ſi poſſeſsionem naturalem reuocen. ff. de vſuris. *Duplex eſt poſſeſſio.*

Natu

Naturalis poſſeſſio quid.

Naturalis,ſeu corporalis poſſeſsio eſt, quæ per corporis actum acqui- 4
ritur,vt pote ſi quis acquirere velit poſſeſsionem,requiritur vt aliquã fundi partem introëat,non vt omnes fundi glebas circumambulet. l. iij. ff. de acqui. poſ. & oportet animo acquirendi poſſeſsionem id agi, quia poſſeſſio per ſe corpore,vel per ſe animo acquiri non poteſt, ſed corpus & animus requiruntur,ibidem.& quemadmodum nulla poſſeſsio, ſcilicet naturalis,acquiri niſi anmo & corpore poteſt,ita nulla amittitur, niſi cũ vtrunque à contrario defuit,l.quemadmodum.ff.de acqui.poſſeſ.

Ciuilis poſſeſſio quid.

Ciuilis poſſeſsio eſt,quæ à lege ciuili inducta eſt, in animo & voluntate 5
conſiſtens,tam in acquirendo, vt dixi, quàm in retinendo : quia mercator ad nundinas proficiſcens, & quiuis alius retinet animo poſſeſsionem bonorũ ſuorum,quæcunq; domi relinquit,licèt quis eo abſente illa occupet bona.l.clàm poſsidere.§.qui ad nundinas.ff.de acqui.poſ. † Vnde etiam ſi 6
exercitu veniente migrauit aliquis eo animo,vt non amitteret poſſeſsionẽ, eam non amittit.l.item quæritur.§.exercitu.ff.loca. & d.l.quemadmodum.

Ciuilẽ poſſeſſionẽ quomodo comitetur naturalis.

Proinde pulchrè dicit Bal.in c.cæterùm.col.iiij.de iudi.me habere poſ- 7
ſeſsionem equi naturalem,ſi ſuper eo ſedeo,vel in conſpectus habeo:ſed ſi non eſt in conſpectu meo,tamen quia figura & ſpecies eius mente concepta eſt,& ſi non ſit equus præſens,illius poſſeſsionem habeo ciuilem, ſcilicet per ſenſum interiorem voluntatis retentam.

Sed nec minus naturalem videor habere,ſi eum in ſtabulo habeam , & 8
domi,vel alias in mea poteſtate,vt eo pro arbitrio poſsim vti, veluti in ſupellectili licet intueri. nam licèt dominus non omnem habeat præ oculis domi exiſtens,nihilominus tamen integram eius poſſeſsionem retinet.

Naturalis non perditur niſi re ab alio occupata.

Verùm pro reſolutione dicerem,quòd rerũ à nobis dimiſſarũ vtraque 9
poſſeſsio retinetur,donec alius illas res occupauerit, per quarum occupationem occupans naturalem,ſeu corporalem acquirit,nos verò ciuilem retinemus:ita concilianda ſunt iura,& intelligenda,vt docet Iaſ.in l.j. in princip.nu.45.cum ſeq.ff.de acq. poſ. videtis itaq; differentiã inter naturalem

Interdicta tria producuntur à naturali poſſeſſione.

poſſeſsionem & ciuilem.†Item addendum eſt,quòd naturalis poſſeſsio pa 10
rit remedia poſſeſſoria acquirendæ,retinendæ,vel recuperandæ poſſeſsionis.in §.j.de interdict.in Inſti.de quibus inferiùs dicetur.

Effectus ciuilis poſſeſſionis.

Ciuilis verò producit effectus ciuiles, videlicèt vſucapionem,& præſcri 11
ptionem.Dyn.in regul.ſine poſſeſsione.de reg.iur.in vj. Alex. & Iaſ.in l.j. & iij.ff.de acq.poſſ.quia ſimilis ſimilem generat.l. quòd ſi nolit §.qui mancipia.ff.de ædict.quod eſt verum,ſi coniuncta ſit naturali : nam ſola ciuilis non parit præſcriptionem,vel vſucapionem. Doct.in l.ſine poſſeſsione. ff.

Qualis poſſeſſio requiratur in præſcriptione.

de vſucapi. † Nempe ſicut in inchoanda præſcriptione vtraque poſſeſsio 12
requiratur:in complenda ſola ciuilis ſufficiat, ſi alius illam rem non detineat.l.j.§.per ſeruum.ff.de acqui. poſ. gl. & Doct.in reg. ſine poſſeſsione. de reg.iur. in vj.

Fructus lucrantur à ciuili poſſeſſore.

Secundò parit effectum lucrandi fructus,§.ſi quis à non domino.de re- 13
rum diuiſ.in Inſti.l.certum.C.de rei vendi.Guid. Papæ in deciſ.Delphi. q. ccclvj.quos & quot effectus.

Tertiò

14 Tertiò, ſi amittatur naturalis ſola non interrumpitur præſcriptio, ſecùs in ciuili.l.ſi id quod.in fi.ff.de acquir.poſſeſ.Doct. in c. illud. de præſcript. Dyn.& alij in d.reg.ſine poſſeſsione.de reg.iur.in vj. *Naturalis poſſeſſio ſola non interrũpit præſcriptionem.*

15 Quartò, qui habet ciuilem, poteſt ingredi rem ſic poſſeſſam etiam per violentiam, ſi eam per alium repererit occupatam.l. clàm poſsidere. §. qui ad nundinas. ff.de acquiren. poſſeſ.Bar.in l.creditores.col.viij.C.de pigno. quod non ſeruamus in Regno, quia authoritate iudicis hoc fiet, ne ſit occaſio maioris tumultus,l.non eſt ſingulis.ff.de regu.iur. *Ciuilis poſſeſſor an vi poſſit fundũ ſuum ingredi.*

16 Quintò, per ciuilem excuſatur quis à vitio, etiam ſi clàm apprehenderit poſſeſsionem,& ignorante domino.Bar.in d.l.creditores.col.vj.nu.20. per l.cùm creditor.ff.de furtis. *Clandeſtina poſſeſſio excuſatur à ciuili.*

17 Sextò, ciuilis poſſeſsio, quæ fit per conſtitutionem precarij, vel per retentionem vſusfructus transfert dominium, ſi conſtituens erat dominus,& poſsidebat. l. quod meo. ff. de acquir. poſ. l.quiſquis. C.de donat. Guido Papæ in d.deciſ. ccclvj.quos & quot.& deciſ.ccccxij.Titius. *Ciuilis ſolũ poſſeſſio quo modo trãsferat dominium.*

18 Septimò, ciuilis poſſeſsio impedit miſsionem in poſſeſsionem ex beneficio diui Adriani: vt docet Bart. & alij in l.fin.C.de edict.diui Adria.toll. Guido Papæ in ſtatuto, ſi quis.in verb.poſſeſs.in vij.effectu. *Ciuilis impedit miſſionem in poſſeſſionem.*

19 Octauò, poſsidenti etiam ciuiliter datur interdictum vnde vi, vel remedium.c.reintegranda.iij.quæſt.j.l. j. §. deiicitur. ff. de vi & vi arma. Guido 20 Papæ in d.q.ccclvj.†Ex hoc infertur ad praxim, quòd licèt rem per alium poſſeſſam incipiam animo poſsidere, non tamen eam præſcribam, quia præſcriptio ſine poſſeſsione naturali & ciuili non inchoatur.gloſ. in l. ſine poſſeſsione.ff.de vſucap.gl.in l.j. C.de ſeruis fugitiuis.Dy.in reg.ſine poſſeſsione.de reg.iur.in vj.ob id in acquirenda poſſeſsione corpus & animus interuenire debent,l.iij.& l.quemadmodum. ff.de acqui.poſ. *Ciuili poſſeſſori competit interdictum vnde vi.* *Vtraq; poſſeſſio requiritur in inchoãda præſcriptione.*

Vnde vidi opponi contra illum, qui poſſederat domum per viginti an-
21 nos inter abſentes, quòd non pręſcripſerat, eo quòd abſens retinuerat poſſeſsionem animo,& quandiu retineretur, non currit præſcriptio,l.ſi de eo. §. j.ff.de acquir.poſ.glo.magna.in fin.in l.j. C. de ſeruis fugitiuis. & in l. malè agitur.C.de præſcrip.xxx.vel xl.annor. Bart. in l. Celſus. colum. iiij. ff. de vſucap.Alex.conſ.ccj.viſo themate.col.ij.in vij. vol.Iaſ. in l. j. col. xj. num. 45.de acquir.poſ.quia vtraque poſſeſsio non eſt in præſcribente, quod requiritur, vt d.l.iij.& l.quemadmodum. ff. eod. † & præſumitur animus per 22 decem annos durare,l.peregrè.ff.de acqui. poſ. vel ſaltem tanto tempore, quanto iudici videbitur.glo.not.in l.furtum.in fi.ff.de vſucapio. quam probat Io.Faber.in l.licet.C.de acqui.poſ.†Et quia ea quæ in animo & volun 23 tate conſiſtunt, probantur iuramento, c.vt circa.in fin.de elect.in vj. §. ſed iſtæ.in glo.de actio.in Inſti.& ideò iſtud poſſet eſſe vtile ad opponendum contra præſcriptionem. *Præſcriptio contra ciuilem poſſeſſionem an currat.*

Iam verò ſe offert locus hic tractare quomodò poſſeſsio acquiratur, 24 quia agi ſuper ea non poteſt, niſi ſciamus an ſit acquiſita, quod vt breuiter edoceamus: breuis hæc ſit diſtinctio. Aut loquimur in corporalibus, aut in incorporalibus. *Acquiratur quibus modis poſſeſſio.*

In

In primo dupliciter nobis acquiritur:aut per nos,aut per alios, l. j. ff.de 25
acqui.poſſeſ.

Quinque requiſita, ſeu media acquirẽdi poſſeſſionẽ mobiliũ ſeu immobilium.

Primùm acquiritur per nos duobus modis,aut per actus naturales , aut 26
ciuiles,& fictos.Per actus naturales acquiritur nobis poſſeſsio quinque requiſitis.

Primò in rebus mobilibus manualis apprehenſio requiritur , in immo- 27
bilibus verò ingreſſus, vel ſeſsio, ſeu alius actus poſſeſsioni conueniens. l. naturalem §.j.ibi,quàm ſi eam ceperimus.ff.de acqui.rerum domi. l. j. §. ſi iuſſerim.ibi,neceſſe eſt apprehẽdere poſſeſsionem.de acqui.poſſeſ.§.illud. de rerum diui.in Inſt.Paul.& alij in d.l.j.col.ij.† Vel requiritur quòd iudex, 28
ſeu apparitor partem in poſſeſsionem miſerit.l. ſi ex ſtipulatione.& l. iuſtè. de acqui.poſſeſ.Bal.conſi.cclxvij.in cauſa.in iij.vol.

Familiaritatis iure capta poſſeſſio nil prodeſt.

Secundò requiritur,quòd animo quærendi poſſeſsionem apprehenda- 29
tur,non verò iure familiaritatis.l.qui iure.& l. generaliter.ff. de acqui. poſ. Vnde ſi filius longo tempore receperit fructus in fundo patris, vel matris, non ob id dicitur acquiſiuiſſe poſſeſsionem:quia iure amicitiæ & familiaritatis recipit,non ſuo iure.Doct.in d.l.qui iure.& declarat Soci.con. cxxxj. in præſenti col.ij.vol.j.dicit tunc iure familiaritatis fieri,quando is nullum ius poſsidendi habet,ſed ratio conſanguinitatis aut amicitiæ hoc ſuaſit : & inferiùs dicetur in acquiſitione quaſi poſſeſsionis in incorporalibus.

Animus cũ apprehenſione poſſeſſionis requiritur.

Tertiò animus & intentio poſsidendi cum apprehenſione requiritur, 30
l.iij.in prin.& l.quemadmodum.ff. de acqui. poſſeſ. voluntas enim & propoſitum diſtinguunt maleficia.l.verum. ff. de furtis. verùm ſi non habeam voluntatem acquirendi,non acquiro : quia inuito non confertur beneficium,nec acquiritur.l.inuito.ff.de regulis iuris.† Ideò furioſus , dormiens, 31
ebrius,& id genus homines,quia animum poſsidendi non habent,non acquirunt poſſeſsionem.l.j.§.j.ff.de acquir.poſſeſ. † Minores tamen ſenſu ca- 32
paces eam acquirunt,& ſine tutoribus ſuper his agere poſſunt.Docto. in l. momentaneæ.C.qui legitim. perſo. etiam poſſeſsio acquiritur cõtra iſtos, & contra priuilegiatos,& non priuilegiatos.

Ad repellẽdũ poſſeſſorem.

Cautela ergo eſt, vt quando quis dicit ſe poſſeſſorem , vt in eum oppo- 33
natur , quòd non habuit animum acquirendi , fortè quia precariò intrauit poſſeſsionem,vel iure amicitiæ,vel familiaritatis,vi,vel clàm.l.j. in fi. ff. vti poſside.

Error impedit poſſeſſionem.

Quartò requiritur ſcientia,vt non ſit error in corpore rei, cuius poſſeſ- 34
ſionem volo acquirere:vnde ſi partis poſſeſsionem acquirere volebam , & ingredior fundum, fundi poſſeſsionem non acquiro. l. ſi me in vacuam. ff. de acquir.poſſ.quia error impedit conſenſum, l. ſi per errorem. ff. de iuriſ. omni.iudi.† Sed error in nomine, vel qualitate poſſeſsionis non nocet. l. ſi 35
quis in fundi vocabulo.ff.de leg.j.

Certitudo requiritur in poſſeſſione.

Quintò requiritur rei certitudo,& loci.l. iij. §. incertam. de acquirend. 36
poſſeſ.nam qui ignorat,nec tradere poteſt,nec alter accipere id , quod incertum eſt.l.locus.§.j.ibidem.l.ſi fur.in fin.de vſucap. † Vnde ſi quis ven- 37
dat decem arpenta terræ illius vineæ , qua in parte emptor eliget , & conſtituat

ſtituat ſe nomine emptoris poſsidere, non transfertur poſſeſsio ratione in certitudinis, cùm non dixerit ſpecifiè, an ex parte orientis, vel occidentis. Bartol. & alij in d.§.incertam.Dec. conſ.ccxxvj.magiſter.colum.ij.ſequitur Hippo.ſing.cccxcvj.conſtitutio.Iaſ.& recentior.alia docent in d. §. incertam.Et ſi per nos,& alios actus naturales acquiritur poſſeſsio.

38 Secundò,acquiritur poſſeſsio per actus ciuiles & fictos:tamen poſſeſsio per hos actus fictos quæſita, eſt vera.l. & certè.§.j.ibi, propriè precariò habere dicor.ff.de preca.c. contingit.ibi, verus conſtituatur anno elapſo poſſeſſor. de dolo.l. quarundam. & l.quod meo. ff. de acqui. poſ.ibi reſpectu poſſeſsionis Iuriſconſ. vtitur verbis veritatem denotantibus & proprietatem, ſed reſpectu traditionis & acquiſitionis ponuntur verba improprietatem denotantia.Bar.& alij in l.ab emptione.in fin.ff.de pact. & l. ſi quis pro emptore,de vſucap.Doct.in l.ſingularia. col. penult.ff. ſi cer.peta.& Barba. conſ.viij.ſapienter.col.xv.in j.vol.licèt diſtinguat in ca.ij.col.vij. de conſue. Ratio eſt,quia tantum debet operari fictio in caſu ficto,ſicut veritas in caſu vero.l. filiusfamiliàs.ff.ſi cer.pe.c.cùm dilectus. & ca.ad audientiam. de cle. non reſi.Guid.Papæ in deci.Delphi.q.cxij.in dicta curia.& Deci.conſ.cccij. & pro tenui. Sed actus verus & naturalis inducit veram poſſeſsionem, ſic & actus fictus.

Vera dicitur poſſeſſio etiã ea, quæ eſt per actus fictos,& ciuiles.

39 Vtilitas eſt, quia ficta poſſeſsio non parit effectum recuperandæ poſſeſſionis:vera autem ſic.l.j.C.quor. bonor.Bald.in authen.defuncto.q.iij.C.ad Tertul.Alex.& Iaſ.in l.ſi ſorori.C.de iure delibe.& iſtam communem dicit Alex.in l.in ſuis.col.iiij.ff.de libe.& poſthu.

Effectus fictæ & vera poſſeſſionis quantũ diſferant.

40 Quamuis contrarium teneat Soci.in l.rem quæ nobis.in v.q.ff.de acqui. poſſeſ.Bald.& alij in rub.de cauſa poſſeſ. & Deci.conſ.lxxxiiij.excellentiſsimi.& hæc opinio ſeruatur in hoc Franciæ Regno in primo capite poſſeſſorij.teſte Do.de Petrucia in tract.de virib.iuram.in j.effectus.

41 Ego tamen vidi ſeruari in Curiis Franciæ, vt per actus ciuiles acquiratur poſſeſsio,quæ tanquàm vera tuetur,& poſſeſſorio agitur.

42 Altera vtilitas eſt, quia ficta poſſeſsio non prodeſt ad inchoandam præſcriptionem,vera ſic.gl.ſingu.in regu.ſine poſſeſsione.in fin. de regu. iur.in vj.quam no.Roma.ſing.ccccx.lex quamuis.& Fel.in ca.illud.colum. vlti.de præſcrip.hæc igitur proderit.

43 Videamus ergo ciuiles actus, pêr quos poſſeſsio acquiratur. primò acquiritur poſſeſsio per aſpectum, ſiue per rei præſentiam. vnde ſi iuſſerim venditori,vt procuratori meo rem traderet, cùm ea res in præſentia ſit, videri mihi traditam Iuriſconſul. ait in l.j.§.ſi iuſſerim.ff. de acqui. poſſeſ. & l. quod meo. §.ſi venditorem. & gloſſ.in l.iij .ibidem ponit alios multos modos,ordinem illius gloſſ.ſequar.

Aſpectu rei poſſeſſio acquiritur.

44 Notandum eſt,quòd antequàm per viſum acquiratur poſſeſsio,ſequentia requiruntur.Primò quòd res videatur,d.§. iuſſerim & §. ſi venditorem. ibi,demonſtret.& Matth. iiij. ca. ibi, oſtendit ei omnia Regna mundi.& in deci.Rotæ.v.nota.pone quòd aliquis.de cau.poſ.& propriet.in antiq.

Requiſita vt per viſum acquiratur poſſeſſio.

45 Præterea quòd tradens,vel transferens poſsideat,l. iij.§. Neratius. ff. de acquiren.poſſeſ.gloſ.in verb.tracta.in clem.j.de hære. quia ſicut is,qui verè

non poſsidet,non poteſt in alium transferre, l.quod meo. ff. de acquirend. poſſeſ. ita & qui nec ficte quidem poſsidet, non poteſt alium poſſeſſorem facere,ne plus fictio proſit,quàm veritas, vt dicunt Doctor. in l.ſi is qui. ff. de vſucapionib.

Poteſtas tradẽdi poſſeſſionĩ quomodo intelligatur.

Beneficij poſſeſſio quomodo apprehẽdatur ingruẽte bello, aut peſte.

Item quòd poteſtatem tradendi poſſeſsionem habeat,Roman. conſilio 46
ccccl xxxij. in caſu. colum. j. quod verum intelligerem , quando deficeret
poteſtas naturalis, vt in pupillo,furioſo, & demente, vel in eo qui mitteret
in poſſeſsionem beneficij ſine collatione. †ſecus ſi tradens de facto,aut ex 47
accidenti non haberet poteſtatem tradendi , forte per bellum , aut ob peſtem non auderet accedere ad locum beneficij , vel alium , tunc ab excelſa turri videndo beneficium, aut alium locum poterit illius loci poſſeſsionem apprehendere.Ita dicit Albeŕic.ſe conſuluiſſe amico ſuo in d. §.ſi iuſſerim. per illum tex.ibi,ex mea turri demonſtret.facit l.naturalem.ff. de acquiren. rer.domin.ca.contingit.de dolo.de Rota deciſ.viij.an inductus. de reſtitut. ſpoliat.in antiquiorib. per Biſignet.de Ripa.in tracta.de peſte. xix. ſpeciali. peſtis in contractibus.

Apparitor quomodo in poſſeſſionem mittere debeat.

Tamen nuntius non poteſt aliquem verbo mittere in poſſeſsionem rei, 48
etiam ſi ſit in conſpectu, niſi interueniente aliqua apprehenſione, l. non eſt mirum.in fin.ff. de pign.acti.teſte Specul. in titul.de primo & ſecundo decreto.§.iam nunc.in princ.per l.iij.ff.eod.

Ideò debet partem ponere intra fundum, vel domum , aut vectem oſtij 49
tradere, ſeu rei alterius poſſeſsionem, niſi quando poſſeſsio eſſet vacua , & iuſtum eſſet impedimentum,per l.ſi finita. §.Iulianus.ff. de damno infect.l. quamuis.cum gl.de bonis autho.iud. poſ.Bal. in l.ob maritorum. colum.ij. C.ne vxor pro mari.Feli.in ca.cum aliquibus.col.ij.de re iudic.

Miſſio poſſeſſionis an cẽſeatur ex verbo,tradidit,in inſtrumẽtis apponi ſolito.

Vnde illa verba poſita in inſtrumentis venditionis , & aliis, Vendidit, 50
vel donauit fundam,& tradidit,non probant veram traditionem, ſi res non erat in præſentia , vt docet Alexand. conſilio decimo viſo proceſſu. col. ij. in iiij.volum.& conſil.xcvij.viſo proceſſu.colum.j. volum. vij. per l. prædia. ff.de acquiren.poſſeſſ.

Id autem operatur,vt emptor ſua authoritate poſſeſsionem ingredi poſ- 51
ſit.Bar.in l.ij.in fin.C.de acquiren.poſ.Idem probat Pe.Ferrar. in ſua pract. in forma poſitio.actor.in verb. item quòd præſcriptus. *vbi dicit bonum eſſe, ſi notarius atteſtetur in conſpectu domus,vel fundi inſtrumentum fuiſſe factum,& venditionem ipſam,& tunc probabitur poſſeſsionem traditam fuiſſe.*

Animus tradentis rẽ inſpicitur.

Ad hæc requiritur animus tradentis,d.l.iij.§.Neratius.ff. de acquir.poſ- 52
ſeſsio.gloſ.in verb.qui primi.d.l.j.ff. de acquiren. poſſeſ. ideò vendens rem oportet quòd declaret ſe velle tradere rem in ſuo conſpectu ſitam:vt docet Alexan.& alij in d.§.ſi iuſſerim.& Are.in d.l.quod meo.§.ſi venditorem,ac
Paul.in d. l. quarundam. illo tit. † ideò non habet locum in rebus vacanti- 53
bus,quia animus tradentis deficit.Doct.in §.vlt.de rer.diui.in Inſt.

Cuſtodis appoſitio tráſfert poſſeſſionem.

Etiam ex voluntate iudicis,tutoris,curatoris,procuratoris & ſimiliũ non 54
transfertur poſſeſsio per aſpectum:quia ſcilicet non interuenit volũtas veri poſſeſſoris,& domini.Bar.& alij in d.l.j.in prin.in iiij.prin.de acquir. poſſeſ.

Secundò,acquiritur poſſeſsio per cuſtodis appoſitionem.eò enim,quòd 55
vendis

vendis mihi rem,etiam ſi non præſentem, & ego huic rei adhibeam cuſto-
des, ſtatim acquiro poſſeſsionem,etiam ſine voluntate cuſtodum : quia vi-
detur mihi res tradita, l. quarundam. vbi Alexand. & alij.ff.de acquir.poſſ.
Are.& alij in d.l.iij.in princ.& facit §.Nerua.& l. rem quæ nobis.de acquir.
poſſeſ.Soc.conſ.lv.viſo inſtrumento.in iiij.volu. Caro.Ruinus conſ. clxxiij.
viſo proceſſu.col.iiij.nu.9.in iiij.vol.

56 Licèt alias in poſſeſsione quæ acquiritur per ſeruum , aut per procura-
torem,requiratur animus ſerui,aut procuratoris,l.j.§.hæc quæ de ſeruis. &
§. per procuratorem.& ibi Doct.abundè.ff.de acquir.poſſeſ.

57 Tertiò , acquiritur poſſeſsio per traditionem clauium , l. clauibus. ff. de
contrahen.emp.gl.in verb.fundi.in rubr.de conſuet.feud. Boër.in tract. de *Clauiũ traditione acquiritur poſſeſſio.*
58 cuſtod.clauium.fol. 11.† *& Theod. Samius fuit primus inuentor clauis*,vt videre
licet apud Polydo.Vergi.de inuentorib.rer. *Inuẽtor clauis primus.*

59 Ratio eſt quia claues pas rei dicuntur.l.fundi.in princ.ff. de acti.empt.&
qui partis poſſeſsionem apprehendit , acquiſiuiſſe totius rei poſſeſsionem
videtur.l.iij.in prin.ff.de acquir. poſſeſ. *Nam & qui aurem alicuius tetigit(inquit Trebatius)totum eum videri tetigiſſe*,l.vulgaris.de furtis. vide tamen glo.&
Docto. in d.l.iij.in princ.quando per apprehenſionem vnius rei acquiratur
alterius rei poſſeſsio.

60 Etiam ſi claues traditæ ſint extra rei præſentiam, vt docet Alexand. &
Vincen.in d.l.iij.§.Neratius.& Vinc.d.l.j.q.iiij.num.93.& in d.§.ſi iuſſerim.
col.ij.Nam præſentia rei eſſet ſufficiens ad acquirendum poſſeſsionem ſine
clauium traditione , vt ſuperiùs dictum fuit : igitur clauium traditio debet
operari de aliquo.l.ſi quando.de lega.j.facit c.ex literis. de conſue.

61 Nec obeſt d. l. clauibus.ibi , apud horrea traditæ ſunt. quia narrat facti *Intellectus ad l. Clauibus.*
contingentiam , non negans idem eſſe etiam ſi non contingat partes in
rem præſentem venire.quia eadem eſt ratio:quamuis gl. contrarium teneat
ibidem.& Imo.in c.ij.de conſu.

62 Sed dicerem quòd traditio apud horreum ſtatim transfert poſſeſsio-
63 nem, etiam ſi is cui traditio clauium eſt facta, non aperiat horreum: †ſi ve-
rò traditio ſit facta extra præſentiam rei, tunc non acquiritur poſſeſsio, niſi
is cui claues hæ ſunt traditæ, aperuerit horrea, & viderit merces intra hor-
rea poſitas. hoc probat text. ſic dicens , Clauibus traditis ita mercium in
horreis conditarum poſſeſsio tradita videtur, ſi claues apud horrea traditæ
ſunt : quo facto confeſtim emptor dominium & poſſeſsionem adipiſcitur,
etſi non aperuerit horrea : hoc etiam probat verbum confeſtim. Nam ſta-
tim cenſetur tradita poſſeſsio per traditionem clauium apud horrea. Sed
quando extra horrea,ita demum ſi horrea aperuerit, & in eis viderit res ſi-
bi venditas,quæ ſub clauibus continebantur.

64 Item aduertendum eſt,quòd ſi vendam domum,& tradam claues illius, *Clauiũ traditio domus poſſeſſionem trãsfert, nõ mercium.*
etiam extra domus præſentiam,videor tradere domus poſſeſsionem,per c.
ex literis.de conſuet. quia partem rei tradendo, totam rem tradere videor,
vt ſuperiùs ſcripſi,per l.iij.ff.de acquir.poſſeſ.

65 Sed quando vendo merces in horreo incluſas , ita demum transfertur
poſſeſsio,ſi apud horrea traditæ ſunt,licèt tunc non aperuerit.

Diuerſum eſt ſi traditæ ſint extra præſentiam horrei, quia niſi is qui recepit claues, aperuerit horrea, non acquirit mercium poſſeſsionem. Nam claues non dicuntur partes mercium, ſicut domus, l. fundi. ff. de act. empt. ob id non cenſetur tradita poſſeſsio mercium, licèt aliter in ipſa domo vendita: quod eſt notandum, ad intellectum illius legis, quia Docto. non ſic diſtinguunt. 66

Clauiũ traditionẽ præcedat titulus habilis.

Quod eſt verum, ſi traditio clauium facta eſſet ex cauſa venditionis, vel alterius tituli habilis ad transferendum dominium: alioqui cauſa cuſtodiæ facta magis cenſetur. per text. & Bar. in l. cùm pater. §. pater pluribus. ff. de legat. ij. Bar. in l. j. §. nec caſtrenſe. col. pen. ff. de colla. bono. Anch. in cle. j. §. porrò. de hæret. tex. & ibi Porc. in §. item ſi quis. de rerum diui. in Inſtitut. Dec. conſ. lvj. in cauſa. col. ij. 67

Claues tradẽs niſi poſſideat, non trãsfert poſſeſsionem.

†Et quando is, qui tradidit claues poſsidebat: ſecùs ſi alius: quia tunc quod non habet, non transfert, cùm etiam non poſsint duo in ſolidum poſsidere. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commoda. nec aufertur poſſeſsio à tertio poſsidente eo non audito. c. licet Epiſcopus. de præb. in vj. Soci. conſ. cxxxj. in præſenti. col. xxxiiij. verſ. nec me mouet. in j. vol. & Old. conſ. ccix. in cauſa. & de Ripa in d. tract. de peſte. verſ. ſecundò caſu. fol. 35. vt ſuperius in alio caſu ſcripſi. 68

Claues eccleſiæ vel domus beneficij quid operentur.

Inſuper ſi tradantur claues eccleſiæ, tradita cenſetur quaſi poſſeſsio iurium illius incorporalium, tamen ſi tradantur claues domus ruſticæ beneficij, tunc acquiritur quidem quaſi poſſeſsio adminiſtrationis temporalium rerum, & non ſpiritualium, niſi de conſuetudine talis actus eſſet deſtinatus in ſignum totius poſſeſsionis, vt domus presbyteralis, teſte Anto. Butr. in c. ſi. col. xx. de cau. poſ. vt refert Nico. Milis, in verb. poſſeſsio. quæſt. xxxiiij. 69

† declarationes & limitationes ad illam. l. clauibus. ſcribit Ang. in §. ſed iſtæ. in fi. de acti. in Inſti. & Io. Franc. Balb. in repeti. l. Celſus. col. xxj. & xxv. ff. de vſucap. ibi alia videre liberum erit. 70

Conſtituto quæritur poſſeſsio.

Quartò, acquiritur poſſeſsio per conſtitutum. nam ſi vendas mihi rem, & conſtituas te illam meo poſsidere nomine, in me poſſeſsio eo ipſo transfertur: quia deſinis habere animum ampliùs poſsidendi tuo nomine, conſequens eſt, vt deſinens poſsidere, & mihi acquiras. l. quod meo. ff. de acqu. poſſeſ. gloſ. in l. ab emptione. de pac. & in §. interdum. de rerum diuiſio. in Inſtitut. Dyn. conſ. xlvj. viſa. & conſ. xlix. thema. col. ij. Iaſ. conſ. vj. colum. viij. verſ. j. propter conſtitutum. in iij. vol. & conſ. cxj. in iiij. vol. quod in multis caſibus limitarem, niſi Doctor. Tiraquel. multa ſuper hoc tradidiſſet in ſuo tract. de iure conſtit. ad eum te nunc reiicio. 71

Incapax nõ acquirit poſſeſsionẽ per cõſtitutum.

Verùm non acquiritur poſſeſsio per conſtitutum, quando is eſſet incapax: vt ſi clericus conſtituat ſe poſsidere beneficium nomine laici, vt docet Anto. in ca. ſi. de cau. poſſeſ. & refert do. Nico Milis. in verb. poſſeſsio, ſeu quaſi. §. xl. facit c. cauſam. de præſcr. Caro. Rui. conſ. clxxij. non eſt dubium. col. iij. nu. 14. in j. vol. 72

Et quando conſtituens non poſſediſſet tempore conſtituti, quia tunc non potuit transferre poſſeſsionem, quam non habebat. l. traditio. ff. de acquirend. rerum domi. Carol. Ruin. conſil. xlvj. viſa. columna ij. numero 5. in quarto volumine, & conſilio liiij. viſo. colum. j. ibidem. vide differentiam 73

& nouam declarationem, quam aſsignaui in iſta precarij conſtitutione, in
tract.de dona.inſinuandum.art.ij.gloſ.iij.

74 Quintò, acquiritur poſſeſsio per traditionem inſtrumentorum. nam ſi
inſtrumentum venditionis domus meæ tibi donem, & tradam, poſſeſsio-
nem etiam domus tradere videor.tex.in l.j.C.de don. quem text.dicit ſing.
Bal.in Marg.in verb.inſtrumentum.gloſ.in l.iij.ff.de acquir.poſ.& in c.ij.de
conſuet.recti feud.Bal.in ca.j.quid ſit inueſtitut.Porc.in §.interdum.de rer.
75 diuiſi.in Inſt.quia videtur eſſe rei pars.l.fundi.ff.de actio.emp. † & acquiſi-
ta partis poſſeſsio,in tota re acquiſita videtur.d.l.iij.in princ.Iaſon.conſ.cxj.
magnificus.col.j.in iiij.volum.Maſuer.in eo.titu.de poſ.§.item per traditio-
nem.num.36.

Inſtrumenti traditio trãſferi poſſeſſionem.

76 Item ſi quis donet, vel vendat inſtrumentum debiti, ipſum debitum
donare, vel vendere videtur, ne actus ſit inutilis, l. ſeruum filij.§.eum qui
chirographum. de legat.iij. & qui pignori inſtrumentum tradit, ipſam rem
in inſtrumento contentam in pignus conceſsiſſe videtur, l.cùm conſtet. C.
77 quæ res pigno. obliga. poſſunt.l. creditricem.de remiſ.pigno. † & creditor
dans inſtrumentum crediti debitorem ipſum liberare videtur, l. Labeo. ff.
de pact.gloſ.in l. j. in fi.de reb.eorum. Soc.in tract.Fallen.regul. clxxxiij.in-
ſtrumentum.

Inſtrumentum donans videtur in eo cõtentum donare.

78 Requiruntur tamen ſequentia. Primò quòd vendens inſtrumentum re-
ceperit pretium,vel fuerit habita fides de pretio.iuxta §.venditæ.de rerum
diui.in Inſtitu.*quia non debet plus operari fictio,quàm veritas.*Bald.in rub.C.de
contrahend.empt.q.xvj.

Requiſita in inſtrumẽtorum traditione, vt trãſferatur poſſeſſio.

79 Item quòd inſtrumentum fuerit traditum,d.l.j.ibi,traditis.non ſufficeret
ergo,ſi quis donaret inſtrumentum emptionis, & non traderet, ſed conſti-
tueret ſe nomine donatarij inſtrumentum emptionis poſsidere. *Nam ibi
eſſent duæ fictiones,quæ de iure regulariter non concurrunt.*l.j. C. de dotis promiſ.l.
ſingularia.ff.ſi cer.peta.vbi Doctor.

80 Ad hæc quòd is qui tradit inſtrumentum,poſsideat rem in inſtrumento
contentam. gloſ. in d. l.j.quia poſſeſsionem quam non haberet, non poſſet
transferre,ergo nec fictè,per l.traditio.ff.de acqui.rer.domi. l.ij.vbi Angel.
C.de acquir.poſ.Alexan.conſ.x.viſo proceſſu.in iiij.vol.

81 Præterea requiritur,quod tradat inſtrumentum ipſius rei,in quo conti-
netur ius vendentem habere:ſecus ſi tradatur inſtrumentum contractus:vt
vendo domum, & trado inſtrumentum donationis illius domus factæ
82 quondam patri meo, ius tunc & poſſeſsionem trado: † ſecùs ſi dem rem,
duntaxat tradendo tibi inſtrumentum continens me donaſſe, tunc autho-
ritatem apprehendendi poſſeſsionem transferre videor. l. ſi ex ſtipulatio-
ne. ff. de acquiren.poſ. Sali. in d.l.j. per illum text. facit l.Titius.ff.de actio.
empti.l.prædia.ff. de acquir.poſ. Petrus de Bella pertica.quæſt. cxxxviij.de
donatio.

Inſtrumentũ quale eſſe debeat ad trãſferendã poſſeſſionẽ.

83 Inſuper requiritur, quòd illa inſtrumenta contineant res corporales, &
iura illarum: diuerſum eſt, ſi continerent nomina debitorum, quia tunc
actionum non cenſeretur facta eſſe traditio, nec poſſeſsio debiti. Imol.per
illum text. in l.vltim. ff.de don.ſequitur.Vincen. Hercula.in d.l.iij.in princ.

Incorporaliũ poſſeſſio nõ trãſfertur per inſtrumentũ.

princ.col.vij.nu.18.ff.de acquir.poſ.quamuis. Alex. ibidem teneat contrà,
ideò hoc caſu requireretur ceſsio domini. †vnde ſi quis deferat inſtrumen 84
tum caſtri empti à Titio, quo velit cogere cenſuales ad recognoſcendum,
dixi non teneri, niſi oſtendat ceſsionem factam per dominum, vt plenè
probaui alibi.*hanc tamen ceſsionem in Francia non vidi requiri.*

Mobilium, & immobilium poſſeſſio per inſtrumētum trāſfertur.

Etiam requiritur ſecundum quoſdam, quòd ſit res mobilis, vel ſe mo- 85
uens.d.l.j.C.de dona.ibi mancipiorum. Vincen.in d.l.iij. quia cùm rei mo-
bilis eſt vilis & abiecta poſſeſsio, l. ſi rem. ff.de acquir. poſ.non extenditur
ad poſſeſsionem rei immobilis. † ſed contrarium dicerem eſſe verius,quia 86
eadem eſt ratio in traditione inſtrumenti rei mobilis,quæ & immobilis,er-
go & eadem erit iuris deciſio.l.illud.ff.ad legem Aquil.& ille text.loquens
in mancipiis narrat factum Lucij,de quo in ſupraſcriptione,ideò non vide-
tur ſe reſtringere ad illud factum tantùm: quia natura legum eſt vt ſint ge-
nerales,l.leges vt generales.C.de legib.

Inſtrumentum quādo probet traditionē poſſeſſionis.

Tamen inſtrumentum non probat traditionem poſſeſsionis,etiam ſi di- 87
catur in eo, Dedit & tradidit: niſi res eſſet in conſpectu, quamuis inſtru-
menti traditio ſic.l.prædia.ff.de acquir.poſ.Alex. conſ.x. viſo.in iiij.volu. &
conſ.xcvij.col.j.in vij.vol.alia poſſunt videri in d.l.iij.per Doct.

Præſentia rei contentæ in inſtrumēto an deſideretur.

Item requirunt quidam, quòd res in inſtrumento contenta ſit in præ- 88
ſentia.arg.l.clauibus.ff.de contrah.empt.& ſuperiùs ſcripſi.gloſ.& Bal.in d.
l.j.& And.de Iſernia in c.j.quid ſit inueſti.

Sed contrarium putarem verum, qui aliàs ſuperuacua eſſet inſtrumenti 89
traditio, quia ſine inſtrumenti traditione, ſi res eſſet in præſentia, acquire-
retur poſſeſsio:ergo nihil operaretur inſtrumenti traditio.& huius eſt ſen-
tentiæ Alex.& alij in d.l.iij.& Soc.conſ.lv.viſo inſtrumento.col.j.in iiij. vol.

Inciſio inſtrumenti quid operetur.

Adde quòd ſicut per traditionem inſtrumenti videtur tranſlata poſſeſ- 90
ſio, ita per inciſionem illius inſtrumenti factam de voluntate donantis, vi-
detur rurſus poſſeſsio tranſlata in primum dantem. gloſſ. ſingu.in l.ab em-
ptione.ff.de pact.quam ibi ſequitur Bartol.& alij.& Ro. ſingu.cccxxxiij.per
traditionem.Bal.in prælud.feu.col.viij.& c.j.col. ij. quid ſit inueſtitura vide
iurium interpretes.in d.l.iij.& in c.ij.de conſue.recti feu.

Retētio vſufructus trāſfert poſſeſſionem.

Sextò,acquiritur poſſeſsio per retentionem vſusfructus. Nam ſi donem 91
Titio domum retento mihi vſufructu,Titium poſſeſſorem facio,l.quiſquis.
C.de dona.facit l.ſi quis argentum.§.ſed ſi quidem.ibidem.glo.in d.c.ij. de
conſue.& in c.j.de conſue.recti feudi.

Nam qui vult eſſe tantùm vſufructuarius, neceſſe eſt in conſequens, vt 92
proprietatem à ſe abiicere velit, & nomine proprietarij poſsidere ex man-
dato tacitè à lege conceſſo.l.j.§.fi.cum l.ſeq.ff.vſufruct.quemadmo.caueat.
Alex.& Iaſ.in l.j.in fi.de noui oper.nunt.Alex.in l.naturaliter.in princip. de
acquiren.poſ.& conſ.cxvij.viſo proceſſu.col.ij.vol.ij.Dyn.conſ.xlix.thema.
col.ij.Cor.conſ.cxiij.circa primum.col.j.vol.j.

Retētio proprietatis nō trāſfert poſſeſſionem.

Quod eſt verum, quando ille qui retinuit ſibi vſumfructum, poſside- 93
bat, alioqui non, vt docet Lanfranc. in repe. ca. quoniam.in verb. teſtium
depoſitiones.col. xxxiiij. de prob.& Chaſſan. in Conſue. Burgun. in rubr.
des fiefz. §.viij.glo.reale.Boër.in §.j.rubric.de dona. in Conſue. Bitur. † vbi 94
dicit

dicit non procedere econtrariò, ſi quis retineret ſibi proprietatem, quòd non videtur tranſlata poſſeſsio vſusfructus:quia proprietas eſt dignior, nec conuenit quòd vſufructui ſeruiat.Sed contrà ſic Bald.in dict.l.quiſquis.Do-
95 ctor.in dict.l.iij. † ſi tamen quis retineat ſibi ius emphyteuſis in aliqua re, videtur transferre directum dominium,& poſſeſsionem,vt docent Are. Ale
96 xand. in dict.l.iij. & Iaſ.in l.traditionibus. C. de pact. † & ſi contractus ſit inutilis,non transfertur poſſeſsio,quia ſi principale non valeat, nec acceſſorium,l.cùm principalis.ff.de regul.iur.Carol.Rui.conſil.lxix.diligenti.nume. 15.in iij.volum.Allegat Bald.in l.ex ex teſtamento.C.de fideicom.& in cap. ij.de feudo dato in vicem legis commiſſo.

Locatione transfertur poſſeſſio.

97 Septimò acquiritur poſſeſsio per locationem,ſi dem tibi domum,& eam loces mihi,transfertur poſſeſsio in te locatorem, per l.quædam mulier.ff.de rei vendicatio.l.qui bona.in princ. & l.quamuis.§.j.& ibi Doctor. ff. de acquiren.poſ.l.in rebus.& l.certè.in fine.& l.fin.de precar.

Conductor non poſſidet

98 Ratio eſt,quia conductor non poteſt ſuo nomine poſsidere, nec poteſt rem ſuam conducere,l.non ſolùm.in fin.ff.de vſucap.l.ſuæ rei. & l. ſi in emptione.§.rei ſuæ.ff.de contrah. empt. ergo videtur transferre poſſeſsionem in locatorem, quia tacitè videtur ſe conſtituere nomine illius poſsidere, ab eo conducendo: quod per familiare eſt vſurariis.Angel.in l.quod meo.
99 ff.de acquir.poſ.facit l.ſi quis conductionis. C.loca. † quod eſt verum, ſi locator ſciat,alioqui in ignorantem non transfertur poſſeſsio, quia non habet animum poſsidendi. gloſ. & Doct. in d.l.quædam. & Socin.conſil.xcj. Caſus ſuper quo.col.v.in iiij.volum.

Locatio nõ probat poſſeſſionem in præiudiciũ tertij.

100 Tamen per locationem non probatur poſſeſsio in præiudicium tertij, ſed aduerſus conductorem tantùm,dict.l.quamuis.§.j.ff.de acquiren.poſ. niſi locator mercedem, ſeu penſionem recepiſſet, quia tunc non eſt veriſimile,quòd recepiſſet penſionem, ſi alius fuiſſet dominus. Ideò oportet quòd ille tertius hoc probet.Bat.& alij in dict.l.quamuis.& ſic conſuluit Soc.conſ. cvj. libenti animo. colum.j. in iij.volum.dicens eſſe communem, & in pra-
101 ctica ſeruari. † Et quod in corporalibus dicitur, idem in incorporalibus, cùm ſit eadem ratio.Firmat de Ripa reſponſ.clxxv.reſcript.capit.vj. duo tantùm.in v.dubio.nume.8.allegat text.in l.procuratoris.ff.de procurat.& Are. conſ.xxx.viſo. in colum. penult. idem docet Carolus Ruinus conſ. xlvj.viſa facti ſerie.nume. 13.in iiij.volu.ac conſ.clxj.præmittendum.col.iiij.num. 10. in j.volu.& conſ.xlvij.in cauſa.col.j.in iiij.volum.vide conſ.cxviij.ibidem.

Commodatarius,depoſitarius, & cõductor ementes rem apud eos exiſtentem.

Ignorantia vẽdentis impediet poſſeſſionẽ trãſferri.

102 Octauò, acquiritur poſſeſsio etiam ſine traditione,ſi commodatarius, depoſitarius,conductor,aut ſimilis rem emat, aut alio titulo habili acquirat.§.interdum.de rerum diui.in Inſti.l. quædam.ff. de rei vendicat.l. certi condictio.§.fin.vbi Bar.& alij.ſi certum petat.l. qua ratione.§.interdum.de acquiren. rerum dom.l.qui ſaxum.de dona.gloſ.& Doct.in l.traditionibus. C.de pact. niſi is cui fuit vendita, non adimpleuerit contractum ex parte ſua.argu.l. Iulianus.§.offerri.ff.de act.empt.§. venditæ. Inſtitù. de rerum diui.gloſ.in d.§.interdum.

103 Idem ſi dominus ignoraret eum,cui vendit, detentorem, nec tunc qui-

dem transfertur poſſeſsio. gloſ. ſing. in l.quædam mulier.ff. de rei vendicat l.ij. vbi gloſ. de acquirend. poſ. Iaſ.in dict.§.ſi certum petat.Bald.in l.ſuper longi. colum. penulti. C. de præſcript. longi temp. facit l.non ſtatim.ff.de pecul.

Poſſeſſio à non domino tradita, nihil operatur.

Item reſtringi debet, quando cauſam à non domino habuerit,vt pote 104
ſi emerit à non domino,l.fin.C.de acquirend.poſ.Bal.in l.alienum.C.de fur. Are.in l.traditionibus.col.j.C.de pact.quia non poteſt quis plus iuris tranſferre quàm habeat,l.traditio.ff.de acqui.rerum domi.

Societate acquiritur poſſeſſio.

Nonò, acquiritur poſſeſsio in contractu ſocietatis ex ſolo titulo. gloſ. in 105
l.j.& iij.ff.pro ſocio.& ibi Bartol.& alij gloſ.in l.j.in verb.vniuerſæ. pro dete. Bar.in l.qui tibi.de hęred.vend. Alexand.in l.iij.in princ.de acquir.poſ.Dec. & alij in l. ſi ſocius.ff.ſi cert. petat. quia licèt ſpecialiter traditio non fiat,tamen tacitè cenſetur interuenire,l.ſecunda.ff.pro ſoc.

Incorporalium poſſeſſio non ſine ceſſione tráſfertur.

Quod eſt verum in corporalibus,ſecus in incorporalibus, quæ ſine ceſ- 106
ſione non transferuntur.text.in l.ea verò,& ibi Albe.ff.pro ſoc.ne duæ fictiones ad vnum,& idem concurrant cõtra l.j. C.de dotis promiſ.& Bart. in l.ſi is qui ꝑ emptore.ff.de vſucapio.in Francia idem, vt circuitus vitetur.

Defendere recuſans poſſeſſionem eã perdit.

Decimò,ſi quis petat ſe in poſſeſsionẽ rei mitti, & aduerſarius præſens dicit ſe nolle defendere , tunc ſtatim poſſeſsio transfertur.Bart.per illum 107
text.in l.non ſolùm.ij.ff.de noxa.Alexan.in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de damno infect.Felin.in cap.cæterum.col.penul.de iudi.Iaſ.in §.omnium.nu.90. cum ſeq.de act.in Inſtit.Tamen in praxi iudex ſuper hoc ſolet pronuntiare,per l. fi.ff.de rei vend.

Subrogatus à Papa acquirit poſſeſſionem.

Vndecimò,ſubrogatus à Rom. pontifice in ius & poſſeſsionem alterius, ſine noua apprehenſione efficitur poſſeſſor. de Rota deciſione v.incip.Su- 108
brogatus.vt lit.pendent.in nouis.Felyn.in rubr.de præſcrip.colum.iij. verſi. & ideò.gloſ.in regul.Cancel.xxvij.Floria.in l.ſeruitutes.magna. colum.iij.ff. de ſeruitu.

Subrogatus nouam accipit poſſeſſionem.

In regno tamen Frãciæ ſolet ſubrogatus nouam accipere poſſeſsionem, quando non erat anteà poſſeſſor,vt ſcripſi in §.declarantes.de manda.apoſt. 109
in Concord.alioqui non audiretur ſuper poſſeſſorio, quia poſſeſsio non apprehenſa non ſolet in alium transferri, l.cùm hæredes.ff.de acquirend. poſ. † niſi ille,in cuius locum ſubrogatus eſt,eſſet poſſeſſor, & in inſtantia cum alio, tunc poſſeſsio ſui authoris proderit ſubrogato, dummodò eam appre- 110
hendat,ſi ipſe ſubrogatus anteà non erat poſſeſſor.

Impeditus apprehẽdere poſſeſſionem eã tamen acquires.

Duodecimò,quando aduerſarius impedit , ne quis poſſeſsionem apprehendat , in odium eius lex fingit apprehenſam , & facit prohibitum poſſeſ- 111
ſorem.l.cùm vnus. in fin. cum l.ſeq.ff.de bon. autho. iud. poſ.ca.contingit. de dolo.vbi Doct.ſic conſuluit Carolus Ruinus conſil.clxj. præmittendum. colum.iiij.nume.16.in j.volum.Nam regula iuris eſt, quod per me non ſtat, mihi non eſt imputandum,l.in iure ciuili.ff.de regul.iur.† Sicut lex facit eum liberum cui dominus libertatem debitam iniuſtè denegauit, l.cum verò.§. 112
apparet.& l.ſi quis rogatus.ff.de fideicom.liber.l.cùm inter. C.eod.l.cùm Sillanianum.C.de his quib. vt indig.l.fin. ad Orfic. & l.fin.C.de liber. cauſ. Doct.in §.j.de ingenu. in Inſtitu. & Iaſ.in l.naturalis.ff.de præſcript.verb.

quod

quod verum arbitrarer, ſi authoritate iudicis miſſus impediretur, vt loqui-
tur ille titulus.

Decimotertiò ſi quis adoptauerit, vel arrogauerit aliquem, aut ſi quis in-
113 greſſus fuerit religionem, ſe & ſua dedicat Deo. in authen. ingreſsi. C. de ſa-
croſanct. eccleſ. Et tam adoptans quàm eccleſia acquirunt poſſeſsionem bo-
norum illius. l. ſi adoptauero. & ibi Bar. ff. de precar. & in l. cùm hæredes in
fin. de acquir. poſ. authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ. gloſ. in ca. ſi
qua mulier. xix. quæſt. iij. Innoc. in ca. in præſentia. de probationib. imò etiam
eccleſia ſine aliqua apprehenſione. per text. in l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ.
114 †*Licèt in hoc regno non fiat hæc tacita bonorum dedicatio,* vt ſcripſi in proœ-
mio Ordina. Regiar. in primo tomo.

Ingreſſus religionis vel adoptiõe an acquiratur poſſeſſio.

115 Decimoquartò, ſi rei affigam ſigillum, aut aliquod inſigne, aut notam:
vnde ſi porcos vendidero tibi, & eis tu ſignum imponas, tunc ſine alia ap-
prehenſione eſt tibi acquiſita poſſeſſio: quia eos ſignando, apprehendiſ-
ſe eorum poſſeſſionem videris. tex. ſingu. in l. quòd ſi neque. in fin. ff. de pe-
ricu. & commod. rei ven. ſecundum Roma. ſingu. cclxxxj. & conſ. cccclxxxij.
ſuper præmiſſo. Bal. in rub. C. de peric. & commod. rei ven. col. j. Barb. in ca.
tertio loco. col. iij. de proba. & Iaſ. in l. traditionibus. col. ij. C. de pact. Socin.
116 conſ. lv. viſo inſtrumento. colum. j. in iiij. volum. †non procedit in vino, l. j. §.
ſi dolium. ff. de peri. & commo. rei vend. quia magis ne ſummutetur, ſignari
ſolet, quam vt traditum videatur, vt ibidem ſcribit text.

Signo quaritur poſſeſſio.

Signato vino nõ tamen transfertur poſſeſſio.

Decimoquintò, per inueſtituram factam anulo, calamo, vel pileo tranſ-
117 fertur poſſeſsio. glo. in cap. ij. de conſuetu. Quod eſt verum, quando per tra-
ditionem rei continentis ius cohærens illi rei, quæ conceditur, vt per tradi-
tionem inſtrumenti continentis ius. l. j. C. de dona. vt ſuperiùs ſcripſi, vel
quando in præſentia rei fieret. capit. j. quid ſit inueſtitu. Innocen. in capit. in
literis. de reſtitu. ſpoliato. Bal. in rub. C. de contrahen emp. quæſtio. xvij. Et
quando fieret inueſtitura per eum, qui habet rei poſſeſsionem. †ſecùs ſi per
118 nuntium, ne plures fictiones interueniant. Panormita. & alij in capitul. ij. de
conſuetu. & quando eſſet conſuetudo. dict. capit. ij. alioqui per inueſtituram
non transfertur poſſeſsio, ſed datur poteſtas apprehendendi poſſeſsio-
nem propria authoritate. Panormita. in dicto capitu. authoritate. colum. vlti.
de Inſti. Doct. in l. ſi ex ſtipulatione. ff. de acquiren. poſ. Vincen. & alij abun-
dè in d. l. iiij. ff. eo.

Inueſtitura quomodo poſſeſſio acquiratur.

119 Decimoſextò in beneficiis, ſi quis acceperit poſſeſsionem in eccleſia,
vel in domo, in qua degere ſolitus eſt curatus, tunc acquiritur poſſeſsio
omnium rerum beneficij, etiam ſine alia apprehenſione, teſte Innoc. in cap.
in literis. de reſti. ſpol. Doct. in l. iiij. per illum textum. & l. cùm hæredes. ff.
de acquir. poſ. de Rota deci. i. incip. poſſeſſor beneficij. de reſtitu. ſpol. in
not. & deci. viij. de reſtitut. ſpolia. in antiquior. per Biſig. Floria. in l. ſerui-
tutes. in mag. col. iij. ff. de ſeruitu. quid in hæreditate & aliis rebus, vide per
120 Doctor. in l. iij. ff. de acquirenda poſſeſsio. † Imò per tactum oſtij eccle-
ſiæ beneficij, vel alterius rei affixæ portæ, ſi non poſsit ingredi, tan-
gat anulum portæ eccleſiæ, & ita acquiretur poſſeſsio, vt docent do. de
Rota. deci. v. not. pone quòd aliquis. de cau. poſſeſsio. & propriet. in anti-
quis.

Beneficij poſſeſſio quomodo apprehendatur.

quis.& deci.viij.de reſti.ſpol.in antiquiorib.per Biſignet. vide quæ dixi ſuperius in iij.in modo acquirendi.& abundantiùs in praxi benefic.

Laicus non poteſt indu cere in poſſeſſionem beneficij.

Quod eſt verum, quando traditus eſt anulus portæ beneficialis per illum.qui poteſtatem habebat mittendi in poſſeſsionem, alioqui contrà: teſte Roma.conſil.ccccclxxxij.in caſu.colum.j.Vnde qui ſic adeptus eſt poſſeſsionem, poteſt agere poſſeſſorio, vt latè concludit Guido Papæ conſil.lxxj. pro diuiſione.colum.iiij.verſic.quintò præſuppono. Ideò vidi aliquem à poſſeſsione repulſum, qui miſſus fuerat in poſſeſsionem per apparitorem Regium,non habentem ad hoc poteſtatem. 121

Praxis hodierna adipiſcẽdi poſſeſſionem beneficij.

Et ſolent hodie in Francia prouiſi per presbyterum coram notario, & teſtibus adipiſci poſſeſsionem per traditionem miſſalis,vel libri eccleſiæ, & oſculum altaris & pulſum campanæ, & alia ſimilia faciendo : & hæc procedunt, ſi poſsint ingredi eccleſiam, ſin minus per peſſuli tactum, vel oſtij, vt dixi ſuprà. 122

Præſumitur poſſeſſio ex titulo.

Inſuper notandum eſt, quòd ſi quis reperiatur in poſſeſsione, & ignoretur ex qua cauſa poſsideat, cenſetur poſsidere ex contractu præcedente: ideò probando contractum,& ſuam poſſeſsionem,cenſetur illam ex tali titulo habuiſſe. gloſ. eſt ſingularis in l.quædam. gloſ.vlt.ff.de rei vendic. quam extollit Lanfranc. in repe.ca. quoniam.in verb.teſtium.colum.xxxiiij. de prob.& Corſet.in ſingul.incip. poſſeſsio.& Iaſ. in l.certi condictio.§.fin. colum.ij.ff.ſi cert.petat. † Et ſic acquiritur his caſibus poſſeſsio,ſine apprehenſione,alias regulariter ſine apprehenſione non acquiritur poſſeſsio,l.iiij. ff.de acquir. poſ.& hoc eſt vtile, quia his caſibus in hoc regno poteſt ſe dicere ſaiſitum & poſſeſſorem,vt videtur dicere Maſuer. in titu.de poſſeſſo.§. item cum quis dat.Et hæc de poſſeſsione rerum corporalium dicta ſint. 123 124

Incorporalium poſſeſsio quomodo acquiratur.

Nunc videamus quomodò acquiratur poſſeſsio in incorporalibus, quæ propriè non poſsidentur,ſed quaſi.l.ſeruus.§. incorporales.ff. de acqui. rer. domi.& tex.in l.ait prætor.§.j.ibi,Item ei qui per captiuitatem fundi poſſeſsionem vel vſusfructus quaſi poſſeſsio. diem amiſit. ex quibus. cau.maio. & Inſtit. de reb.corpora.& incorpo.& eadem ferme eſt vtilitas in quaſi poſſeſsione,quæ in poſſeſsione. 125

Requiſita tria ad acquirendum poſſeſſionem incorporalium.

Itaque tria neceſſaria ſunt ad acquirendum poſſeſsionem in his incorporalibus. Primò requiritur ſcientia & patientia domini illius rei, cuius poſſeſsionem iuris acquirere volo, vel ſcientia illius exigitur, qui poſſet expreſsè ſeruitutem conſtituere.l.penult.ff.de ſerui.l.iij.§.dare. de vſufruct.l.j. in fin.de ſeruitu. ruſtico. prædio.l.ij.C.de ſeruit. & aqua. † vbi Bart.inſtruit pragmaticos, vt articulum faciant de ſcientia, & patientia, quæ probentur. Sequitur Panor.conſil.xviij.in cauſa col. penult. in ij.volum. & conſil. xxiij. ibidem.Caro.Ruinus conſil.clxiij.Ieſu Chriſti.col.ij.in v.volum. 125 127

Et ſi ſint plures domini, requiritur ſcientia omnium, & patientia: teſte Flor.per illum text.in l.ſi communem.ff.quemadmo.ſerui.amit. & ignorantia vnius prodeſt omnibus æquè poſsidentibus, niſi iura ſint diuerſa, & ſeparata.Flor.in l.per fundum.ff.de ſerui.ruſti.præd. 128

Scientia domini an præſumatur.

An præſumatur domini ſcientia?Reſp.arbitrabitur bonus iudex de actuũ multiplicatione,& qualitate ipſorum,& ex aliis circunſtantiis,teſte Inno. in 129

c.bonæ

capit.bonæ.ij.colum.j.de poſtu.præla.& Panor.in cap.cùm eccleſia. de cau. poſſeſ.colum.iiij.Nicol.de Milis.in verb.poſſeſsio.§.lvij. & in deci. Neapol. quæſt.lxvij.ſuper cauſa.

130 Et in præſcriptione vectigalis cuius ſcientia requiritur, ſcribit Bartol. & Ludouic.Roma.in l.ſi publicanus.in fin.ff.de publica.& Doct. in cap.ſuper. §.fin.de verbor. ſignific. & Panor. in conſil.xviij.ac Caro. Ruinus, conſilio clxxiij.viſo proceſſu.colum.iiij.num.9.in iiij.volum. & Iaſ. conſilio lxxxj. videretur.colum.ij.in iij.volumi.

131 Et in præſcribendo mero Imperio, vel mixto, cuius ſcientia & patientia interuenire debeat,docet Iaſ.& alij in l.imperium. colum.ix. nume.21.ff.de iuriſdi.omn.iudic.

132 Et an vſufructuarij vel domini,vide Nicol.de Milis.in verb. poſſeſsio.§. lxj.& ſequent.

133 Ex quo infertur, quòd ſi fiat præſentatio ignorante vero patrono, non acquiritur quaſi poſſeſsio præſentandi, vt conſuluit Calder. conſil. vlt. ru. de cauſ.poſſeſ.Doct.in capit.conſultationibus.de iure patro.

Per præſentatione ignorante patrono factam non acquiritur quaſi poſſeſſio.

134 Secundò, quòd ſi Abbas, vel alius conferat beneficia, ad collationem epiſcopi,vel alterius ſpectantia eo ignorante, & inſcio, non acquirit quaſi poſſeſsionem conferendi:vt docet Innoc.in ca.ij.col.iij. de in integ. reſtit. vt pleniùs dicam in praxi benefic.

135 Tertiò,ſi quis vtatur ſeruitute eundi,vel alia, per fundum meum me abſente & ignorante,non acquirit quaſi poſſeſsionem ſeruitutis, l.ij.C.de ſerui.& aqua.& idem in aliis dicas.

136 Ratio eſt, quia in his incorporalibus patientia pro traditione habetur cùm alioqui res non poſsit tradi, l.penult.ff.de ſer.l. datio.§.ſi iter. de act. empt.Bar.& alij.in l.ſeruitutes.de ſerui.& in l.ij.C.illo titu.

137 Et patientia non poteſt eſſe ſine ſcientia, vt patet, ergo vtrumque interuenire neceſſe eſt.docet Alexand. in diſput.incip. Sigiſmundus.in ij.dubio. colum.xxxij.Docto.in §.æquè.de actio.in Inſtit.

138 Et ſic ſcientia & patientia poſſeſſoris rei non ſufficeret, ſed requiritur patientia domini.gloſ.& Paul.in l.j.C.de ſeruit.& aqua.Socin. conſil. clxxxvij. in controuerſia.volum.viij.in ij.volum.

Scientia & patiẽtia cuius requiratur.

139 Nec ſufficeret ſcientia & patientia conductoris, l.quamuis.§. ſi conductor.ff.de acquir.poſſ.Ioan.Franc.in tract.præſcrip.in ij.parte.iiij.partis.quęſtio.j.col.xij.in addi.Carol.Ruinus,conſil.clxiij.colum.ij.nume.7. in v.volu. Sed requiritur ſcientia & patientia eius,qui poſſet conſtitueret ſeruitutem, vel illud ius,de quo quæritur,vt ibi.

140 Limita quando aduerſarius non poſsideret rem, ſed poſſeſsio eſſet vacans,teſte Inno.in ca.bonæ.ij.col.j.de poſtu.præla.Flo.& Paul.in l. ſeruitutes. mag. colum.vj. & ff.de ſerui. & l.ſi communem. quemad.ſer. amit.quia nullum videtur domino fieri præiudicium, cùm ipſe non poſsideat: & ſic non requiritur ſcientia,nec patientia alicuius iſto caſu.

Scientia & patientia in quibus caſibus non requiratur.

141 Quod intellige verum in iuribus priuatorum, ſed in iuribus eccleſiarum requiritur ſcientia cuſtodis, vel ſuperioris, ad quem ſpectat conceſſio iuris:teſte Ioan. Franciſc. in tract. præſcript. in ſecunda parte.iiij. partis,

quæ

quæſtio.j.colum.xij.in additio.

Secundò,non procedit in iuribus,quæ ſola non vtentis negligentia præ- 142
ſcribuntur,vt ius libertatis,quod fauorabile eſt,l.ſi partem.§.ſi per fundum.
ff.quemadmod. ſerui. amit. vbi ius ſeruitutis amittitur per non vſum longi
temporis abſque ſcientia & patientia. gloſſ.in l.ſi ſic. ibidem. Ioan. Fran. in
iij.parte iiij.partis q.iiij.colum.xxvj.& col.xiiij.

Tertiò reſtringe in ſeruitutibus habentibus cauſam diſcontinuam, in 143
quibus quantum ad interdictum de itinere actúque priuato,non requiritur
ſcientia, ſed ſufficit ſolus vſus.Bart.in l.j.§. hoc interdicto. colum.iij. de iti.
actuq; priuato.†tamen quoad præſcriptionem ſeruitutis requireretur ſcien 144
tia,ſecundum eundem Bar.in d.l.ij.C.de ſerui.& aqua.Anto. Butr. in capit.
peruenit.colum.vj.de cenſib.

Quintò non habet locum, quando poſſidens habuiſſet titulum,tunc 145
non requiritur alia patientia: nam ex illo titulo traditio cenſetur facta,l.ſi
ego.ibi,per traditionem conſtituentis. ff. de publicia. & l.iij.§.dare de vſu-
fruct.Cæpo. in cap.xx. verſicu. ſecudò fallit.Paul. in l.ſeruitutes.in magna.
ff.de ſeruitu.

Etiam ſi haberet titulum à tertio domino, quod ſufficit, per l. ſi ego.§. 146
j.ff.de public.in rem actio. Alberi. in l.ij.facit text.in l.vlti.in fin.ibi, vt bo-
no initio.C.de præſcript.long.tempo. Iaſ.in l.naturaliter. in princip.colum.
fin. de acquir.poſſeſ.

Sextò fallit, quando quis poſſediſſet longiſſimo tempore xxx. vel xl. an- 147
norum. quantum enim operatur titulus, vt poſſim præſcribere aduerſa-
rio ignorante, tantum operatur longiſſimum tempus,quando titulus non
interuenit.teſte Paul. in l.ij.C.de ſeruit.& aqua.Cæpol.refert in capit.xx. in
iiij.parte, requiſito.iij.

Quod intelligerem verum, quando ageretur de tanto tempore, cuius 148
initij memoria non eſt in contrariũ,per l.iij.§.ductus aquæ. ff. de aqua quo-
tid. Alioqui contrà teſte Alexand. conſil.vj.viſo. col.ij. volum.j. Felyn. in
capit.de quarta.colum.penult. de præſcript. Iaſ.in l.imperium.col.ix.& ſeq.
nu.12.ff.de iuriſdict. om.iud. in illis iuribus in quibus hoc tempus neceſſa-
rium eſt,alioquin ſufficeret longiſſimum tempus.vt ibidem.

Septimò vitiabitur regula, quando dominus non haberet poteſtatem 149
tradendi,vt pote quia eſt pupillus, vel furioſus, tunc ipſorum ſcientia non
habetur pro traditione,nec plus poteſt fictio operari, quàm veritas,l.qui ad
certum.ff.loc.Floria.in l.ſeruitutes.col.xj.ff.de ſerui.

Octauò limita,vt docet Ioan.Franc.in tract.de præſcript.in ſecunda par- 150
te,quartæ partis.quæſtio.j.

Exercitium in acquirenda ſeruitute incorporalium requiritur.

Secundò, ad quærendam poſſeſſionem rerum incorporalium requiritur 151
exercitium,ſeu factum,l.ſi partem.§.j.ff.quemadmo.ſerui. amit.l.arboribus.
§.de illo.de vſufruct.

Nam ſicut in corporalibus non aquiritur poſſeſſio ſine apprehenſione.l. 152
iij.ff.de acquir.poſſ.Ita nec in incorporalibus ſine vſu,& exercitio,quod lo-
co apprehenſionis habetur.no.in cap.cum eccleſia.de cauſ.poſſ.

Ideò ſi velim probare me eſſe in poſſeſſione accipiendi ligna ex ne- 153
moribus

moribus Regiis,oportet quòd probem me alias accepiſſe : alioqui poſſeſ-
non probatur.

154 Ex quo infertur,quòd ſi Rex concedat alicui merum imperium,& mixtum cum iuriſdictione in aliquo caſtro , non acquiretur quaſi poſſeſsio illius iuriſdictionis,niſi ille iuriſdictionis aliquos actus exercuerit : vt docet Inn.in cap.olim iij.de reſti.ſpoli.& Doct.in l.imperium. ff.de iuriſdict.om. iudi.Bal.in tract. de pace. Conſtan. in verb. amplius conſueuerunt. facit l. vna eſt via.ff. de ſerui.ruſti.prædio.

Iuriſdictio conceſſa requirit aliquod exercitium.

155 Secundò,ſi quis concedat mihi ſeruitutem eundi per ſuum fundum, nõ acquiram illius ſeruitutis quaſi poſſeſsionem , ſi nunquàm iuerim. & idem in ſimilibus noct.in l.ſi partem.§.j.quemadmo.ſerui.amittant.& l.j. §.j.ff.de itinere actúque priuat. Imò amittetur ſeruitus impoſita ſicut priuilegium de faciendo,ſi nihil factum fuerit,l.j.ff.de nundinis.

156 Limitatur quando quis haberet titulum , quia tunc vnum exercendo actum,& in vna ſpecie,acquirit quaſi poſſeſsionem alterius ſpeciei , in qua nullum actũ exercuit.c.cùm in tua.de decim.Inn.in cap.dilectus. de capell. monach.Bar.& Iaſ.in l.iij.in prin.col.penul.& ſeq. ff. de acqui. poſ. & Bar. in l.j.§.ſi quis.j.in fi.de itinere actúque priuato.Albe.Brunus in conſi.xciij. in cauſa.col.iij.in mater.feuda.facit tex.in l.ſi ſtillicidium.§.fin.ff. quemadmodum ſerui.amittant.Iaſ.in l. imperium. col. x. ver. tertiò circa prædicta.
157 ff.de iuriſdi.om. iud. † Vnde ſi dominus ſuſpenderit vnum latronem , acquiret poſſeſsionem ad comburendum hæreticos , & ad aliam iuriſdictio-
158 nis ſpeciem, ſecundum eos. †Item reſtringe in iuribus incorporalibus , in quibus nihil fit , aut immittitur in rem alterius , tunc in iſtis ſufficit contradictio ſine alio exercitio, vt ad acquirendum quaſi poſſeſsionem altius non tollendi, ſufficit quòd dixerim vicino, ne altius tollat, & illi prohibuerim,& illi prohibitioni acquieuerit.gl.in l.qui luminibus. ff.de ſeruit. vrbanorum prædio.l.prima.C.de ſeruitu.& aqua.Barto.in l. ſicuti.§.ſed ſi quæratur.ff.ſi ſeruitu.vendice.

Contradictio quando ſufficiat.

159 Et ſic audiui pronuntiari contra aliquem , qui longo tempore non ſolerat vectigal , & quando ab eo fuit petitum , impetrauit manutenentiæ
160 literas , dicens ſe eſſe in quaſi poſſeſsione non ſoluendi. † Sed hoc non eſt verum , quia ante contradictionem non acquiritur illa quaſi poſſeſsio , & ipſe nunquam contradixerat,vt fatebatur : ergo non debebat manuteneri, vt inferiùs dicetur.

161 Tertiò requiritur,quòd exercens actum , intendat vti iure ſuo , per l. fi. ff.quemadmo.ſerui.amitt.Inn.in c.bonæ. ij.de poſtu.prælato. l. j. §. Ariſto. ff. de aqua quoti. & æſtiua. ibi , qui ſe putat ſuo iure vti , non eum qui ſcit nullum ius ſe habere,

Iure ſuo in incorporalibus vtendũ eſt.

162 Vnde qui tranſiuit per fundum alterius, putans ibi eſſe viam publicam, non acquirit ius itineris,nec quaſi poſſeſsionem illius.ff.quemad.ſer.amitt. d.l.fi.vbi Doctò.Fely.in d.c.quarta.col. xiiij. de præſcr. verſi. limita etiam.
163 †Sed malæfidei poſſeſſor ius itineris retinet, l. licet. ff. quemad.ſeru. amit. quia faciliùs conſeruatur,quàm acquiratur quaſi poſſeſsio:vt probatur in l.

patre.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

Ratio eſt,quia ſicut in corporalibus requiritur animus & corpus , vt ſupe- 164
riùs dixi,ita & in incorporalibus requiritur animus poſſidendi, qui dicitur quando ſuo iure quis actum facit.

Iure facultatis & amicitiæ non acquiritur poſſeſſio.

Et per hoc infertur,quòd per actus,qui fiunt iure facultatis , vel amici- 165
tiç,nunquàm acquiritur quaſi poſſeſsio iurium incorporalium.l.fluminum. §.item videamus.& l.Proculus.ff.de dam.infec.l.j.§. denique & l. ſi in meo fundo. de aqua pluuia arcenda,l.viam.ff.de via publica. l. qui iure. & l.generaliter.de acqui.poſſeſ.

Et ſic perperàm videntur hactenus ſenſiſſe Doct. dicentes deberi in- 166
teruenire animum acquirendi,quia loquuntur contra illa iura , quòd quis debet vti iure ſuo:in quibus non dicitur , quòd quis debeat acquirere iure ſuo,nec animum acquirendi habere,ſed ſuo iure facere.†Ideò debemus intelligere iure ſuo facere,quando facit eo animo , vt poſsideat. l. qui iure. ff.de acqui.poſ.& ſic ſua poteſtate,authoritate,& facultate , vt teſtatur Budæ.in l.vſufructuarius. ff.de vſufructu.

Etiam dicimus iure ſuo,id eſt,ac ſi ſpectaret ad eum,qui vtitur,& ſic iu- 167
re ſuo tanquàm habens ius hoc faciendi.Phraſes huius verbi,ſuo iure,meo
iure,& tuo iure,ſcripſi in l.verbis legis.ff.de verb. ſignifi. 168

Quomodò cognoſcatur quòd actus fiat ſuo iure.

Quomodò noſcatur quòd actus fiat iure ſuo?Reſpon. ſuper hoc faciendi ſunt tres caſus. Primus eſt,per actus,qui fiunt ex gratia, vel familiaritate nunquàm acquiritur quaſi poſſeſsio incorporalium , nec dicetur quis iure ſuo facere,quia non eo animo ingreſſus eſt,vt poſſideat,l.qui iure.ff.de acqui.poſ.c.bonæ.ij.de poſtul.prælator.

Caponum ſoluens par longo tempore non aſtringuntur ad continuandum.

Ex hoc infertur,quòd ſi ruſticus dederit aduocato, vel alteri , vnum par 169
caponum per triginta annos,& poſteà ceſſauerit,cogi non poteſt:quia amicitiæ cauſa hoc cenſetur feciſſe.gloſ. vlti.in l. ſolent. ff. de offic. proconſul. Bar.in l.cùm de in rem verſo,colum. pe.ff. de vſur. Roma. in l.auus. ff. de pact.Butr.& Panormi.in c. peruenit. de cenſib. & Felin. in c.de quarta. de præſcrip.

Intellige vt per Alex.conſi.cxxiiij.ſuper primo.in iiij.vol. & Socy. conſ. 170
cxxxj.in præſenti.col.j.volu.j.

Primogeniti iura non acquiruntur fratribus.

Secundò infertur,quòd ſi mortuo nobili , caſtrum pertineat de conſue- 171
tudine ad primogenitum , qui in eo habitauit cum ſuis fratribus per triginta annos,& hi ſimul ponebant officiales , & iuriſdictionem exercebant, ſi poſteà fiat diuiſio , non poterunt fratres dicere ſe acquiſiuiſſe ſuper his poſſeſsionem,vel aliquod ius,quia frater primogenitus hoc paſſus fuit cauſa fraternitatis & communionis. & ita dicit ſe conſuluiſſe Paul. in l. qui iure. ff. de acquiren. poſſeſ. quem ſequitur Maſuer. in rubr.de poſſeſſo. §. item ſoror.

Tertiò ſi frater maior natu , vel ſocius adminiſtrauerit res communes 172
longo tempore,non acquirit quaſi poſſeſsionem,quia iure familiaritatis &
amicitiæ feciſſe cenſetur.Bar.& alij in d.l. qui iure. Alber. Brunus in conſi. 173
xciij.in cauſa.colum.ij.in mater.feud.

Quartò

174 Quartò infertur, quod ſi amicus fuerit in domo alterius amici hoſpitatus per xxx. aut xl. annos, non videtur acquiſita quaſi poſſeſsio hoſpitato, quia hoc non fecit iure ſuo, ſed iure cuiuſdam amicitiæ & familiaritatis, & ſic animus deeſt vtendi,& acquirendi.l.& habet.§.hoſpites. ff. de precat. l. ſi mulieri.quibus modis vſusfruc.amittat.Ioan.Fabri.in §.æquè. col.vij.Inſtitu.de actio.Floria in l.ſeruitutes.in magna,col.vij.de ſeruitu.Io. Maria. in l.ſi certis annis.in fi.C.de pact. Car. conſ.xxxviij. dominus Comes. Ancha. conſ.clvij.ſummæ prudentiæ.in fin.

Amicus hoſpitatus cum amico longo tẽpore non acquirit poſſeſſionem.

175 Quintò, ſi quis ſolitus ſit ire ad vineas alterius cauſa comedendi racemos,non acquiritur quaſi poſſeſsio, quia iure familiaritatis fit, vt ſunt ſoliti clerici ſancti Mauricij Vienæ ire die ſancti Symphoriani,vt teſtatur Guido Papæ in ſtatuto,ſi quis per literas.in verb.vel quaſi poſſeſsione.in fi. vbi limitat, quando longiſsimo tempore, niſi appareret de proteſtatione, vt ibi. ſed ego puto etiam quòd longiſsimo tempore vix ius acquiritur.

176 Sextò, ſi nobilis fuerit tractari ſolitus die feſto in domo presbyterali curati per xl.annos, ſi poſteà alius curatus nolit illum recipere, non poterit cogi:nam hoc fuit ratione amicitiæ & familiaritatis, vt vidi, nec iſte nobilis poterit remedium poſſeſſorium adducere contra curatum. Caro. Ruin. conſ.v.viſo proceſſu.col.vj.num. 13.in iiij.vol.

Curatus feſto die parochiæ non tenetur nobiles vel alios hoſpitio recipere.

177 Secundus caſus eſt, per actus, qui iure facultatis fiunt, nulla acquiritur quaſi poſſeſsio.l.fluminum.§. fin. & l.Proculus. ff.de damn.infecto. Iaſ.in l. quominus.col.v.in j.quæſt.Bar.ff.de fluminib.

Actus iure facultatis non præbent poſſeſſionẽ.

178 Ex quo infertur, quòd ſi quidam acceſſerint ad coquendum panem ad furnum alicuius, etiam per centum annos, non per hoc eſt acquiſita quaſi poſſeſsio illi, vt cogere eos poſsit ad coquendum in ſuo furno, nec ad prohibendum alium facere furnum, vt docet Petrus Iacobi. in ſua practica. titul.libellus ſuper furno.colum.iij.& ſequen. Ioan. Fabri,& alij in d. æquè. colum.vj.Inſtitu.de actio Panorm.in capitul. ex parte. colum.ij. de conceſ. præben.& in ca.ſuam.de Simo.Cæpol.in tract.de ſeruitu. vrbano.prædior. capitul.v.rubric.de furno.Guido Papæ in deciſione.Delph.quæſt. ccxcviij. vtrum.

Coquere panem in ſuo furno nobilis cogere nõ poteſt aliũ.

179 Vbi dicit quemlibet poſſe furnum facere in ſua domo quamuis Bartol. ibidem alium habeat,niſi ipſe priuilegium haberet,& ſequitur Iaſ.conſilio. clxj.in cauſa.in ij.vol.idem dicens in torculari.

180 Secundò, ſi quis iuerit ad molendinum alterius per longiſsimum etiam tempus, tamen non poterit cogi ad molendum in prædicto molendino, quin poſsit ad aliud accedere, nec per hoc tempus quo acceſsit, acquiſita eſt quaſi poſſeſsio, teſte Bal.in l.j.colum.ij.C.de ſeruitut.& aqua.& conſilio ccccx.quæritur.in v.vol.Pan.in c.quòd tranſlationem.col.ij.de offic.lega.& in c.Abbate ſancti.de verb.ſignific. Iacob.à Sancto Georg. in tract.feudor. in verb.& cum molendinis.col.iij.

De molendino.

181 Tertiò, quamuis ab vno lanione & macellario quis longiſsimo tempore carnes emerit, non tamen poteſt cogi ab illo emere, quin ab alio poſsit, nec quæſitum eſt aliquod ius illi cogendi huiuſmodi emptorem, capitul.

De macellario.

ſignificante.de appel.& ibi Docto.

De religioſis ſolitis eleemoſynam accipere.

Quartò, religioſis non eſt acquiſita quaſi poſſeſſio ex eo, quòd ſoliti 182
ſunt recipere eleemoſynas per centum annos ab aliquibus, vt docet Bald. conſi.cclxxvij.in quadam.in ij.parte.

Ex vſu hauriendi aquã ex puteo, an acquiratur poſſeſſio.

Quintò, non eſt quaſi poſſeſſio acquiſita vicinis alicuius putei ad hau- 183
riendum aquam, licèt longiſsimo tempore hoc eis permiſerit dominus putei, quia hoc iure facultatis factum extitit, de Ripa in ca. cùm eccleſia. col.ix.de cauſ.poſſeſ.vbi idem etiam dicit in Tabernatio.

Venandi poſſeſſio an prohiberi poſſit cũ piſcatione.

Sextò, nunquàm acquiritur quaſi poſſeſsio in his, niſi à die prohibitio 184
nis: vnde ſi populus de Balbanicis non exercuerit venationem, aut piſcationem longiſsimo tempore, tamen Baro non poterit eum prohibere venari, piſcariúe, cùm ſit de iure gentium, niſi aliquoties volentes venari, prohibuerit, & ipſi acquieuerint dictæ prohibitioni.

*Ideo dixi quod ſi in die feſto S. Iuliani fiat prohibitio ſolita, ne venētur, 185
& ipſi ſe opponant, non acquiritur quaſi poſſeſsio Baroni. probat text.in l. iniuriarum.in fi.cum l.ſequen.ff.de iniur.& Deci.conſi.cxxvij.in cauſa. col. j.& Iaco.in tract.de feu.in verb.& cum venationibus.colum.ij.& in verb.& piſcationibus. in fin. quia natura iſtorum actum conſiſtit in actu prohibitiuo.Bald.in l.j. C.de ſerui.& aqua.facit gloſſ.in l. qui luminibus. de ſerui.vrbano.prædio. Alberi.Brunus.conſil.xxxv.in cauſa.col.ij.ac conſil.xcix. in cauſa, in materia feud.

Niſi ille qui facit actum, declarauerit ſe illum facere iure ſuo, tunc per 186
vnum actum acquiretur quaſi poſſeſsio.Alex.conſi.vlti. conſideratis.in fin. vol.j.Deci.conſi.ccxv.in cauſa.colum.penult.

Idem ſi quis haberet priuilegium hoc faciendi, conſuluit Iaſ.conſi. 187
clxj.in cauſa. colum.in iij. in primo volumi. dicam in titulo *des chaſſes*, in Ordina.reg.

Poſſeſſio per vnum actũ quando acquiratur.

Tertius caſus per vnicum actum, qui non ſolet fieri, niſi à poſſeſſori- 188
bus eius iuris, acquiritur quaſi poſſeſsio, quia ſuo iure tunc cenſetur is facere, vt præſentare ad eccleſiam vacantem vel conferre, hoc non ſolet fieri, niſi quis ius habeat.c.conſultationibus. de iure patro. capi.cùm eccleſia. de cau.poſ.Bal.conſi.xxxij.quidam nobilis.in fi.in j.vol.Feder.conſi.ccxxxiiij.ſuper primo.Panor.conſi.liiij.caſus contingentia.in j. vol.Roma. conſil. cccxj.in caſu.in fin.Barba.conſi.lxviij.illud.in iij.volu.Socin.conſi.cclviij.in cauſa vicariæ.colum.j.cum ſeq.in ij.vol.Deci.conſil.cxxvj.in cauſa.& conſi. ſeq.ac conſi.cxxxiiij.viſo puncto.Rochus de Curte in tracta.de iure patro. in verb.competens.q.xv.& ſeq.Ioan.de Selua.in tractat.de benefi.in ij.parte.quæſtio.vij.

Collatio vel præſentatio ſine effectu nihil prodeſt.

Item ſi ſemel interfuerit electioni Epiſcopi. per hoc enim acquiritur 189
quaſi poſſeſsio eligendi.capitul.querelam.de electi.capitu.cùm eccleſia. de cauſa poſſeſ.capitul.dilecto.de præbendis Doctores.in capitul. bonæ. ij. de poſtul.prælator.

Quod eſt verum, quando is cui collatum eſt beneficium, vel præſentatus gauiſus eſt eo beneficio illo iure, & ſic habuit effectum.Docto.in c. 190

cum

cùm de beneficio.de præb. in vj. & in c.dilecto.Bar.in l.j.§.hoc interdicto. ff.de iti.actu.priu.l.j.§.quæſitum.de aqu.quo.& æſti.Doc.in c.cum olim.de cauſ.poſſe.Barb.conſ. lxviij.illud.in fi.vol. iij. alioqui nihil proderit illa collatio vel præſentatio,quæ non habuit effectum:vt dicam in praxi benefi.

191 Et per immiſsionem vnius tigni in parietem tuum acquiritur quaſi poſſeſsio ſeruitutis tigni,quia non ſolet fieri niſi ab habentibus ius. l. ſicuti.§. ſed ſi quæratur.ff.ſi ſeruit.vendic.

192 Niſi ille actus fieret ex gratia & permiſsione, vt pulchrè tradit Barba. conſ.lxviij.illud in medium.col.vlt.in iij.vol.

193 Quartus caſus, quando actus poteſt fieri tam per modum facultatis vel amicitiæ, quàm iure ſuo, tunc plures actus requiruntur, qui facultatis vel amicitiæ excludant præſumptionem.§.ſi verò.ibi, bis vel ter. quid ſit inueſtitu.l.j.§.hoc interdicto.vbi Bar.ff.de itine.l.vt primum.de ſerui.vt pote ire per fundum vicini poteſt fieri per viam facultatis, ſi via publica ſit deſtructa.l.ſi locus. §.j.ff. quemadmodum ſer.ami.aliquando iure ſuo, vt quando ſeruitus eſt impoſita. l. j. ff.de ſerui.ruſti.præd. Floria.in l.ſi ſic.quemadmo. ſerui.amit.

Actus qui iure facultatis & iure ſuo fieri poſſunt.

194 Et bonus iudex conſiderare hoc habet habita frequentia actuum,qualitate,& coniecturis,vt docet Ioan.Fab.in d.§.æquè.col.vij.de actio.inſtit. & Pan.in c.cùm eccleſia.col.iiij.de cauſa poſſ.& proprie.

195 Intellige quòd in quibus caſibus ex vnico actu queritur quaſi poſſeſsio, non cenſetur tamen acquiſita quoad alios actus diuerſæ ſpecies: vnde acquiſito iure præſentandi non cenſetur acquiſitus actus eligendi, vel alius, cùm iſta ſint diuerſa.c.cum illis.§.cùm autem.de præben. in vj. *quia tantum præſcriptum,quantum poſſeſſum, & non vltra.* Bart. in l.*cùm de in rem verſo*.col. vlt.ff.de vſur.c.fi.de offi.Arch.c.cùm in tua.& ibi Pan.in ij.notab.de dec.& in c.dilectus.de capel.monach.

Poſſeſſio in vno non requiritur in alio.

196 Si tamen nullus poſsideret, ex vnico actu acquiritur quaſi poſſeſsio in aliis actibus etiam diuerſis.c.j.ſecundum vnum intellectum.de relig. domibus.Flor.in l.ſeruitutes.magna.col.vj.ff.de ſerui. Roch. Curtius in tract.iuris patronatus.in verb.competens. q.xv.

197 Secundò limitetis,quando exercens actum haberet titulum,vt pote, ſi à Rege fuerit caſtrum donatum cum mero,miſto imperio, & iuriſdictione, ſi exercuit iuriſdictionem in vno actu, acquirit quaſi poſſeſsionem in aliis, etiam in quibus nullum habuit exercitium.l.arboribus.§.de illo. vbi Bar.ff. de vſufru.Soc.conſ.clviij.abundè.col. penul.in ij. vol. & conſ. clxxxvij. col. vj.ibidem.Purpurat.in l.imperium.nu.46.verſ.ſecundò limitetis.ff. de iuriſdic.om.iudic.& ſuperius ſcripſi.

De iuriſdictione acquirẽda in alia ſpecie, quam vſus fuerit.

198 Tertiò ad alias perſonas etiam extendetur hæc conceſsio: vnde ſi Rex conceſſerit nobili vt vectigal exigere poſsit à tranſeuntibus, ſi quiſquam de nouo veniat,& tranſeat,ab eo vectigal exigi poterit. Bal. in l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſerui.vendi.Cuma.conſ.clviij.viſis.in fi.& Deci.conſilio. ccxv.in cauſa.col.xxxiij.Iaſ.in l.iij.§. fi.de acquir.poſ. † vide quinque declarationes

199 per Feli.in c.auditis.col.vj.de præſcrip.

Poſſeſſio quomodo nobis quæratur per alios.

Poſtremò videndum eſt, quomodo nobis quæratur poſſeſsio per alios,& in hoc faciendi ſunt duo caſus. Primus, aut quæritur per illos,qui non ſunt in poteſtate,aut per illos,qui in noſtra poteſtate ſunt.

Procurator domino poſſeſſionem acquirit.

Primo caſu per liberam perſonam acquiritur nobis poſſeſsio, ſi ipſa 201
mandatum acquirendi habeat, & noſtro acquirat nomine, vt procurator l.j.§.per procuratorem.ff.de acqui.poſ.l.quod meo.ibidem.Bar.in l.j.§.nunciatio.col.ij.cum ſequen.ff.de noui ope.nuntia.l.qui mihi donatum.colum. vlti.de donatio.

Si autem mandatum non habeat acquirendi,vt negotiorum geſtor,no- 202
tarius,nuntius,& alij:tamen mihi acquirere poſſeſsionem poſſunt, ſi illam nomine meo apprehendant,& ego poſteà ratum habeam,l.communis ſeruus. §.j.ff.de acqui.poſ.l.ſi procurator.j.ff.de acqui.rerũ. domi.l.ſolutum.§. per liberam.de pigno.actio.Fulg.conſi.ccxxxij.in propoſita.col.j.

Vnde ſi nuntius acquiſierit poſſeſsionem nomine Titij,& non appareat 203
de ratificatione illius,hæredes eo mortuo non erunt poſſeſſores.quod eſt notandum,vt conſuluit Decius conſi.ccxxvj.magiſter Ioannes.colum.ij.& Bolog.conſi.xxxix.idcircò.col.ij.& ſequent.vide Guidonem Papæ limitantem in conſi.xiij.in cauſa domini.& Bal.conſi.ccxxxviij.licet ſint diuerſæ.in v. vol.Doct.in l.j.C.per quas perſo.

Requiritur etiam quòd apprehenſa fuerit, & quæſita poſſeſſio nomine 204
meo:alias non poſſum habere ratũ,quod nomine meo non eſt geſtum.reg. ratũ.de reg.iur.in vj.l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ff.de neg.geſt.gl.in c.mulieres. de ſentent.excommunic.Iaſ.in l.prætor.§.hoc interdictum.ff.de noui oper. nuntia.

Et ſic oportet vel probare mandatũ, vel quòd nomine meo acquiſierit 205
& quòd ego poſteà approbauerim, & ratam illam habuerim acquiſitionem.per gl.in l.j.§.ſed & ſi.vbi gl.ff.de vi & vi arma.Docto.in d.l. communis ſeruus.in fin.de acqui.poſ.

Ceſſio procuratoris non requiritur hodie.

Item requiritur ceſsio procuratoris,l.poſſeſsio.§.final.ff. de acquirenda 206
poſſeſsio.Iaſon limitat in l.nam & poſteà. in §. iuſiurandum. ff. de iureiurand.*hodie in hoc regno non curamus de huiuſmodi ceſsione, ſed ſine illa ſolemus agere in forenſi iudicio poſt procuratoris acquiſitionem.*

Filiusfami. et ſeruus patri & domino poſſeſſionem acquirunt.

Secundus caſus eſt in poſſeſsione quærenda per illos, qui ſunt in po- 207
teſtate noſtra:& in hoc dicendum eſt,quòd per ſeruum, monachum, vel filiumfamiliàs, acquiritur domino, Abbati, aut patri ex cauſa peculiari etiam ignorantibus : quod prodeſt ad vſucapionem, l.j. §.item acquirimus.cùm §.ſequenti.& l.quicquid.& l.peregrè.§. quæſitum. ff. de acquirenda poſſeſsione.* Quia voluntate noſtra intelliguntur poſsidere, cum 208
eis peculium habere permiſerimus,d.§. item acquirimus.capit.bonæ.& ibi Decius.de appellationib.Ioan.Crotus in repetitio. l. ſi is qui pro emptore.colum.xxij.de vſucapio.ff.

Si tamen habuerint animum acquirendi poſſeſsionem patri, vel alte- 209
ri,alioqui non,d.l.j.§. hæc quæ de ſeruis.& ibi plenè Alex.& alij.

Idem ſi ipſe pater, vel alius habuerit animum acquirendi per filium,
vel alium 210

vel alium,alioqui non quæretur.l.quemadmodum.ff.de acquir.poſſ.& d.§. hæc quæ de ſeruis.

211 Quod intelligendum eſt ſi iuſtè filius, vel ſeruus acquirat, per l. quod ſeruus.ff.de acqui.poſ.l.Pomponius.in fi.ibidem.quia iniquiſsimum eſt patrem vel dominum ex iniuſta cauſa locupletari.l.iij.§.ex furtiua.ff.de pecul. quia illud generale mandatum, quod tacitè à iure habet acquirendi ex re peculiari, non extenditur ad illicita.l.ſi procurator.ff. de condict.indebi.l. ſi pater.quæ in fraud.credit.Iaſ.in l.videamus.ij.notab.ff. de iureiuran.

Iniuſte acquiri nõ debet.

212 Item præter etiam rem peculiarem per filium & alios ſubiectos acquirimus poſſeſsionem etiam ignorantes.l.ſi ſeruus.ff.de preca.& l.j.§. hæc quæ de ſeruis.ff.de acqui.poſ.

213 †Quod eſt verum, ſi nomine noſtro acquirunt, & ex cauſa, ſed hoc caſu ſola poſſeſsio nobis acquiritur, non vſucapio, niſi ſciuerimus, & voluerimus præſcribere: ſed ex re peculiari etiam nobis ignorantibus acquiritur vſucapio.gl.in l.j.C.de acqui.poſ. & hæc poſſeſsio plurimum habet iuris, vt ſcribit gl.in c.cùm noſtris.de conceſ.præben.

214 Omnis autem poſſeſſoria materia ad tria interdicta redigitur, videlicèt ad interdictum adipiſcendæ poſſeſsionis, retinendæ, & recuperandæ: vt in §.ſequens.de interdict.in Inſtit.

Tria ſunt potiſſima interdicta.

215 Interdictum adipiſcendæ poſſeſsionis datur ad acquirendum poſſeſsionem de nouo, quam aliquis anteà non habuerat.§.adipiſcendæ.de interdic. in Inſtit.

216 Et quãuis poſſeſsio poſsit acquiri per interdicta, acquiritur tamen etiam per legem ciuilem, & ſic per edictum diui Adriani, & alias pleraſque leges.

217 Vnde in patria iuris ſcripti ſi hæres inſtitutus velit acquirere poſſeſsionem hæreditatis, aget remedio l.fi.C.de edicto diui Adria.tollen. vbi inſtitutus in teſtamento non raſo, nec cancellato debet mitti in poſſeſsionem bonorum, quorum eſt hæres.

Praxis.l fi. C. de edicto diui Adria.

218 †Idem in interdicto quorum bonorum, & legatorum, l.j.ff.quorum bon.& lega.declarat Pan.in c.paſtoralis num. 11. & ſeq. de cauſ. poſ. quamuis de conſuetudine generali Regni Franciæ mortuus ſaiſiat viuum, & ſic hæres eam acquirit conſuetudinario iure, & poteſt agere interdicto vti poſsidetis: vt inferius dicetur art.ix.

219 Etiam hæc acquiſitio poſſeſsionis, & interdictum acquirendæ locum habent in beneficiis, teſte Io.Fab.in d.§.ſequens.de interdict. in Inſtitut.& Pan.in d.c.paſtoralis.num.14.

220 Nam quamuis poſſeſsio verbalis fuerit per archidiaconum data, inducendo in poſſeſsionem inſtitutum: iuxta c.ad hæc. de offic.archi. vel per alium, vt in c.authoritate.de inſtit.tamen oportet corporalem & naturalem cum effectu habere, in quibus opus erit interdicto adipiſcendæ, ſicut dicitur de ſaiſito, qui poteſt agere remedio l. fi. C.de edict. diui Adria. tollen. Pau.& Alexand.in l.ſi ſorori.C.de iure delib. & ſuus petit fideicommiſſum confirmari immiſtione, l.apud Iulianum.§.idem Iulianus.ff.ad Trebel.

221 Ergo acquiritur poſſeſsio tam per interdicta, quàm per leges ciuiles, vt ſi quis rem vacantem apprehendat, §.feræ.& §.nullius. de rer. diuiſi. in Inſtitut. & §. hoc amplius. ibidem. l. j. ff. pro derelict.l. qui agros. C.de

Poſſeſſio per leges ciuiles ac pretorias acquiritur.

omni agro deſert.lib.xj.l.fi.ff.de rei vendi. Et retinetur quoque per leges: vt per nuntiationem noui operis.l.de pupillo.§. meminiſſe. & in l. prætor. ff.de noui oper.nuntiat.dicam inferiùs artic.ij.

Necnon recuperatur poſſeſsio tam per leges,quàm per interdicta,per l. 222
indebiti.§.ſed ſi nummi.ff.de condi.indebit.l.extat. ff. quod met.cauſa. l. ſi me.de rebus credit.l.j.§.ſi vir.de acquir.poſſeſ.l.& ideò in fi.de condict.fur. l.j.cum l.ſeq.de tritica.cum aliis multis.

Et licet Doct.iſta confundant putantes per interdicta ſolùm poſſeſsio- 223
nem adipiſci,retineri,vel recuperari, præceſſerunt tamen remedia ciuilia ad hęc tendentia ſecundum varia tempora,quæ diuerſum agendi modum, & tempus præſtituerunt:vt dicam in gl.ij.arti.ij. infrà eo. his nunc contentus ero,alia ſuo loco reſeruans.

CHARLES *vij. Artic.Lxx. des premieres.*

Articulus primus.

ITEM, & pource que pluſieurs grands fraudes & abus ſe commettent de iour en iour ès cauſes de complaintes en matiere de ſaiſine, & de nouuelleté, & que ſouuentesfoys les complaignans, apres qu'ils ont fait executer leurs complaintes, & ſequeſtrer la choſe contencieuſe, obtiennent de nous lettres de reliefuement, par ce qu'ils n'ont prinſe leur complainte dedans l'an & le iour du trouble, qu'ils pretendent pourſuyuir & conduire leur complainte, comme s'ils euſſent fait executer leurdite complainte dedans l'an, & le iour dudict trouble: Nous, pour obuier auſdits abus, auons ordonné & ordonnons qu'incontinent que tel reliefuement ſera preſenté au iuge (ſoit en noſtre Cour de Parlement, ou par deuant quelconque autre iuge de noſtre Royaume) que le iuge remette l'oppoſition en l'eſtat qu'elle eſtoit parauant la ſequeſtration, & l'en laiſſe iouir iuſques à ce que les parties oyes autrement en ſoit ordonné par recreance ou diffinitiue. Et en outre que ſi le iuge trouue que par fraude ou dol icelle complainte ait eſté executée, ou le reliefuement impetrée, qu'il puniſſe le delinquant, ainſi qu'il verra eſtre à faire par raiſon.

GLOSSA PRIMA.

Vſus interdicti vti poſſidetis quam frequens in regno Fräcia.

SCIENDVM eſt hic tractari de interdicto retinendæ 1
poſſeſsionis,quod eſt in hoc regno frequentiſsimum, quia nullus vult dicere ſe poſſeſsione priuatum, ideò omnes practici Franciæ ſolent in hoc interdicto concludere, teſte Ioã. Fabr. in §. retinende. de interdict. in Inſtit. & quia multæ fraudes in his indies committuntur, ideò introductus eſt hic text.ad eas compeſcendas.

Retinendæ

2 Retinendæ igitur poſſeſsionis gratia comparata ſunt interdicta, per quæ eam poſſeſsionem, quam iam habemus, retinere volumus, quale eſt vti poſſidetis, & vtrum vi, vt Iul. Pau. ait lib. recepta ſenten. quinto. titul. de interdictis. quamuis vtrobi in ff. vocetur.

Vtrũ vi, vel vtrobi interdictum.

3 Quod interdictum retinendæ quia frequens eſt ob id plena manu proſequendum duxi. Et Iuriſconſul. vocant illud vti poſsidetis interdictum, eo quòd Prætor in albo ſolebat affigere, vti poſsidetis, ita poſsideatis. l. j. ff. eo. & ſic denominationem ſumpſit à primis edicti verbis, ſicut alia ferè interdicta, vt docet Alciat. in lib. ij. pareg. c. vlt.

Vti poſſidetis interdictum cur ſic appellatur.

4 Pragmatici Franciæ vocant caſum, vel cauſam nouitatis, ſiue ſaiſinæ & nouitatis, vt eſt in ſtylo Parlam. rubr. de cauſa nouita. in j. parte. Gallicè vocamus *complainte en matiere, ou en cas de ſaiſine, & nouuelleté.* vt hic.

5 *Complainte* ideò dicimus, quia conqueritur is, qui in poſſeſsione turbatur, de turbante, & ob id querelam proponit, quæ dicitur *complainte*, & ſic non datur ex officio iudicis, niſi poſtulatum fuerit à parte, l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infect. vt docet Io. de Kalaguerio in interpreta. legis Regiæ de nouis diſſaiſinis in ſtylo Parlam. antiq. Lugduni impreſſo.

Complainte en cas de ſaiſine, vnde dicatur.

6 *En cas de ſaiſine*, eo dicimus, quia ſaiſito & in poſſeſsione exiſtenti datur hoc remedium, non verò ſpoliato, l. j. & iij. ff. vti poſside. Et cuicunque poſſeſſori competit, ſiue ſuperficiario, vel vſufructuario, ſiue iuſta ſit poſſeſsio, ſiue iniuſta, verùm ſuperior erit, qui iuſtam cauſam habebit, l. ij. & iij. §. cæterùm. & l. fi. ff. vti poſsidet.

Nouitatis remediũ datur cuicunque poſſeſſori.

7 *Nouuelleté*, ob id etiam dicitur, quia pro noua turbatione poſſeſsionis datur, & non poſt annum. l. j. §. j. ff. vti poſsid. vnde poſſeſsio noua intra annum dicitur, vt abundè ſcripſi in l. ſylua. §. noualis. ff. de verb. ſig. & habetur in ſtylo Parlam. §. j. e. ti.

Nouitatis cauſa vnde dicatur & quis eius ſit inuentor.

8 Alicubi legi Simonem de Buci inueniſſe hanc nouitatis materiam, vt nunc in iudiciis exercetur, vt dixi artic. ix. gloſſ. j. de ſentent. executor. ſuprà in primo Tomo.

9 Et ſuper hoc interdicto, & recuperandæ fuerunt editæ duæ leges Regiæ, quæ ſucceſſerunt in locum horum interdictorum. Et vocabantur leges ſuper caſu nouitatis, & de nouis diſſaiſinis: atque condictione ex illis legibus olim agebatur, vt docet Ioan. Berbe. in viator. iuris. in practica legum Regiarum, & Aufrer. in ſtylo Parlam. in rub. de cauſa nouit. & de modo procedendi ſuper nouis diſſaiſinis. vbi Io. de Kalaguerio. addit ſcholia quædam, quæ omiſſa ſunt in ſtylis impreſsis Pariſ. licèt ea habeam in impreſsis Lugduni. De remedio reintegrandæ poſſeſsionis ſcripſi in tracta. de ſenten. executor. art. v.

Caſus nouitatis & de nouis diſſaiſinis quæ duo interdicta cõprehẽdãt.

10 Item notandum, quòd hæc poſſeſſorij retinendæ cognitio duo habet capita, primum, & ſecundum. In primo tradit cuſtodia rei contentioſæ, quæ ſi decernatur à iudice alteri partium, recredentia vocatur: ſi verò non parti, ſed cuidam tertio, tunc dicitur ſequeſtratio, l. ſequeſter. ff. de ver. ſig. & vtroque caſu ſub manu Regia res poſsideri intelligitur, & authoritate prætoris. De hac manu Regia vide text. in l. ij. ff. de orig. iur. ſcripſi in §. j. de no

Capita duo poſſeſſorij.

de nominatio. Regi. in Concordan. & in §. j. de ſentent. executor.

Sequeſtratio ante litẽ cõteſtatam petenda eſt.

Et cautus quis eſſe debet, ne initio hæc duo omittat, ſcilicèt ſequeſtrationem & recredentiam ſimul petere, quia ſi omiſerit initio petere ſequeſtrationem, non poterit eam poſt litem conteſtatam requirere, vt habetur in ſtylo Parlam. tit. de cauſa nouita. §. item ſi iuxta caſum. & inferiùs dicam. 11

Manus tenentia quomodo & quando intentetur.

Secundum caput eſt, in quo recipiuntur teſtes ab vtraque parte ſuper poſſeſſione, & inſtrumenta producuntur. Et iudex his viſis manutenet in poſſeſſorio vnam partem, & remouet manum Regiam ad omne aliud impedimentum, & iſtud plenum conſtituit poſſeſſorem. 12

Cui ſecundo capiti pulchrè conuenit interdictum. Vti poſſidetis, ita poſſideatis. Cuius edicti verba nihil aliud ſonant, quàm quòd iudex profert in ſententia huius pleni poſſeſſorij, cùm dicit, *nous maintenons, & gardons:* &c. *en poſſeßion & ſaiſine,* &c. Et initio omnia hæc duo capita ſolent ſimul his verbis requiri: † *Tel demande eſtre maintenu, & gardé en poſſeßion, & ſaiſine de la choſe, dont eſt queſtion, & autres poſſeßions pertinentes, & en cas de delay la recreance luy ſoit adiugée, pour iouyr de la choſe contentieuſe, pendant le proces, par maniere de prouiſion, comme ayant le plus cler, & euident droict: & que ce pendant pour la conſeruation du droict des parties, & obuier* quòd ad arma non proſiliant, *que la complaincte ſera preallablement fournie, & la choſe contencieuſe ſequeſtrée, & regie ſoubs la main du Roy, commiſſaires mis bons & ſoluables, qui en ſachent rendre bon conte, &* reliqua, *quand, & à qui il appartiendra, & que chacune deſdites parties ſoit contrainte à reſtablir ce qu'il aura prins, & leué de la choſe contencieuſe, ès mains des commiſſaires qui ſeront commis,* &c. 13 14

Libellus in poſſeſſorio retinenda

Cõcluſiones obſeruandæ in interdicto retinendæ.

Ex hoc patet ſequentia in libello debere impetrantem petere, vt iudex ſuper his ſuam interponat ſententiam. Primò quòd pars à turbatione deſiſtat, & in futurum non turbet, & ad intereſſe turbationis illatæ condemnetur. Bar. in l. j. §. interdictum. ff. vti poſſidet. 15

Satiſdationẽ in poſſeſſorio nõ exigit vſus hodiernus.

Secundò, quòd ſatiſdet de obſeruando præmiſſa, l. j. in fi. C. vti poſſide. Sed hæc ſatiſdatio non ſolet in hoc Regno præſtari, ſed ſolet dici in libello, quòd pars aduerſa indebitè turbat, & de nouo: alioqui non tenebitur aduerſarius reſpondere, imò commeatum petere poterit, & manus Regia auferetur, & ipſe reus ſaiſitus remanebit, eo quòd impetrans non exprimendo prædicta, formam caſus nouitatis non ſeruauit. 16

Tertiò ſolet peti, quòd impedimentum, vel impedimenta auferantur. no. Inn. in c. bonæ. de appel. 17

Quartò, quòd pars reſtabiliat ea quæ accepit ab anno citrà, vt inferiùs dicetur. 18

Areſtum.

Quintò ſolet addi libello, quòd aduerſarius condemnetur ad reſtituendum ablata, & damna, intereſſe, ac expenſas. Hæc praxis traditur in l. pe. ff. de aqua quotidia. & æſtiua. Bar. in d. l. j. §. interdictum. vti poſſidet. Io. Ferra. in practi. ſua. in forma libel. pro poſſeſ. turbat. in verb. ad ceſſandum. & anno 1514. die xxvij. Nouembris ſic fuit in Parlamento iudicatum. 19

Clauſulæ tres in literis nouitatis.

Et ſic tres ſunt clauſulæ in literis nouitatis circa caſum oppoſitionis. Prima, quòd res ponetur ad manum Regiam. Secunda quòd impe- 20

dimenta remouebuntur. Tertiò, quòd percepta à partibus reſtituentur, & reſtabilientur, his verbis: *Et en cas d'oppoſition la choſe contentieuſe miſe en la main du Roy, comme ſouueraine, la nouuelleté, troubles, & empeſchemens oſtez, & reſtabliſſement fait de ce que prins, & leué aura eſté.*

21 Item nemo regulariter cogitur oſtendere titulum ſuæ poſſeſsionis, l. cogi. C. de peti. hæred. niſi diceret ſe ſaiſitum aliquo iure, quod non poteſt in perſonam ſuam cadere, vt in iure exigendi vectigal, c. ſuper his. de verb. ſig. l. eum qui. cum l. ſeq. vbi dixi. illo titul. ff. & tunc antequàm pars aduerſa reſpondeat, titulum ſeu priuilegium oſtendere tenetur: vt fuit iudicatum pro Cancellario de Rochefort, contra maiorem & iuratos ſancti Quintini, vt eſt in ſtylo Parlamen.

Poſſeſſor quando cogatur oſtendere titulũ ſuæ poſſeſſionis.

Areſtum

22 Præterea poſſeſsio non acquiritur in feudis ſine domini inueſtitura, glo. & Pan. in c. authoritate. de inſtitutio. Doct. in c. ceterùm. de iudi.

Feudi poſſeſſio nõ acquiritur ſine inueſtitura.

23 Et impoſitio manus Regiæ fit ſtatim poſt literarum manutenentiæ impetrationem, à qua manus Regiæ impoſitione non appellatur: vt docet Ioan. Gallus. in q. per Areſta. q. xxviij. Item no. eo quòd non aufert poſſeſſionem ab eo, qui eam habet. ſed præcipuè ad ius vnicuique conſeruãdum eſt introducta. Boër. in §. iiij. de iuriſdict. om. iudi. in Conſuetu. Bitu. poſt Henr. Boïc. in c. examinata. de iudi.

Manus Regia quando imponitur et ab ea non appellatur.

24 Aliquando hæc Regia manus non apponitur niſi verbo tenus, vt in Baptiſmo, in ſepulturis, in miſsis, ſi fortè quis ſibi aſſerat horum poſſeſsionem, vel quaſi, & tantum valebit in huiuſmodi incorporalibus verbalis manus Regiæ impoſitio, quantum Realis in corporalibus.

Manus Regia interdũ verbaliter ſolum apponitur.

25 Vltimò tenendum eſt, quòd ſi inter duos dominos de mero agatur imperio, ſeu de alta iuriſdictione, recredentia neutri adiudicabitur: ſed iudex ponet ab initio commiſſarium, qui gubernabit pro iure maioris imperij, vt dicunt, *par main ſouueraine.*

Recredẽtia quando non detur.

Dedans l'an & iour du trouble.

GLOSSA II.

1 ET SIC agere quis debet intra annum. & diem turbationis, quia interdicta ſunt annalia, l. j. in fi. ff. de interdict. vt dico artic. ſequen.

Intentandũ eſt poſſeſſorium intra annum.

2 Videndum eſt nunc (cùm quotidie de turbatione in forenſi iudicio contendatur) quis dicatur alium turbare, ad hoc vt poſsit experiri interdicto vti poſsidetis? Reſpon. turbare dicitur is qui inquierat, impedit. ne re mea liberè vtar. l. vim facit. ff. de vi & vi arma.

Turbare alium quãdo quis dicatur.

3 Quod contingit fieri multis modis. Primò, quando aduerſarius negat me poſsidere rem controuerſam, dicendo ſe verum eſſe & ſolum poſſeſſorem, l. j. §. ſed ſi inter. ff. vti poſſide. ibi, alteruter ſe magis poſsidere affirmat, gloſſ. vltim. in l. extat. quod metus cauſa. Bartol. in l. ſi priùs. in v. oppoſitione. ff. de noui oper. nuntiat. Matthæ. de Afflictis in deciſ. Neapoli. cccxciiij. eccleſia. in ij. dubio. & ita iudicatum fuiſſe per ſententiam Regiam aſſerit, quia per negationem res efficitur dubia. l. fin.

Res dubia per negationem.

l.fin.C.quib.ad liberta.proclama. non licet. & turbare eſt metaphoricè di-
ctum, quaſi obſcurum facere, an agens poſsideat. ſic ait Alexan. conſilio.
liiij.viſo proceſſu.in fi.volumi.v.gl.in l.extat.ff. quod metus cauſa. Bald. in
diſputat.incipien.accuſatus de vi turbatiua.col.ix.ver.in contrarium. † Fa- 4
cit quod ſcribit Specul.in titu.de emphyteu.§.nunc aliqua. verſic. lxv. vbi
etiam Bal.ver.ſi emphyteuta.vbi dicunt quòd ſi emphyteuta negat domi-
no poſſeſsionem,dicitur interuertere illam, & tanquã re malè vtens debet
expelli.probat Boër.in §.xiij.in fi.de conſuetu.feudi. in conſuetu. Bituri. &
Cornæus conſi.cxiij.circa col.j.vol.j.

Quod eſt verum, quando quis negaret aduerſarium poſsidere, & ſe 5
ſolum poſsidere affimaret: ſecus ſi ſimpliciter negaret illum poſsidere,
quia tunc non daretur interdictum.glo.in l.j. §. huius. in verb. affirmat. ff.
vti poſsidetis.vt aſſerit Innocen.in capitu.ij.volum.ij.in fin.& ſeq. de in in-
tegrum reſtitu.Bal.in l.ordinarij.colum. v. verſicu. deinde quæro ego ago.
nu.12.C.de rei vendic.& l.non abs re.colum. j. vnde vi. dict. deciſ. Neap.
cccxciiij. eccleſia. Alex. conſi. lij. viſo teſtamento. colum.ij. in ij.volumin.
Soci.conſil. lix. viſis actis. colum. vl. in iiij. vol. etiam ſi bona fide quis ne-
garet.Felyn.in cap.licet.xij. no.de proba. per cap. cùm ad ſedem. de reſtit.
ſpoliato.

Et hoc ſi ageretur ciuiliter,ſecus ſi criminaliter, quia tunc ſola non ſuffi 6
cit negatio:etiam ſi aſſereret ſe poſsidere.Cuma. & alij in l.ſi prius. colum.
iij.num.9.de noui oper.nun.& ita conſuluit collegium Floren.teſte. Berta-
chi.in verb.turbare.

Colonus quando dicatur turbare dominum.

Secundò turbare dicitur colonus dominum, quando alteri tradit fru- 7
ctus,vel penſionem, vel quando alteri promittit tradere contra domini
voluntatem, per l.quamuis.§. j.ff.de acquir. poſſeſ. Bald. eſt huius ſenten-
tiæ in l.cùm nemo.colum. ij. C. eod. & Fely. in dict. capitul. licèt.nota.xij.
de probatio. dicens idem quando non vult reſtituere domino poſſeſ-
ſionem.

Recipiens fructus rei meæ turbare me dicitur.

Tertiò recipiens fructus rei meæ,etiam per vim me abſente dicitur me 8
turbare,& non ſpoliare,vt aſſerit Bal.in l.poſt ſententiam.col.vlt.C.de ſen-
ten.& interlo.om.iudi.& Alex.in l.colonus.ff.de vi & vi arma.Guido Papæ
conſi.lxij.pro deciſ.ac Fely.in d.cap.licet.

Quartò,auferendo aliquid de re mea turbare me dicitur,l.ſi duo.§.item 9
videmus ſi actor.ff.vti poſside.Inno.in cap. licet.colum. iij. extrà. de reſtit.
ſpolia.& cap.licet.de probatio.

Aſſerens ſe habere ſeruitutem in re mea.

Quintò,aſſerens ſe habere ius,vel ſeruitutem in re mea,quia res non eſt 10
mihi libera,l.j.§.hoc interdictum.vbi Bar.& l.ſi duo.§.ſi vicinus. ff.vti poſ-
ſi.l.ſicuti.§.Ariſto.vbi gl.ff.ſi ſerui.vendice.hoc expreſsè docet Bar.in l.Mæ
uius.§.fundo.in fi.ff.de lega.ij.

Impediens me vti ſeruitute vel re mea.

Sextò,impediens me vti ſeruitute fundi, turbare me dicitur, in l. ſicuti. 11
§.Ariſto.ff.ſi ſerui. vendi.Bar.in l.j.§.hoc interdictum. ij. gloſ. & in l. vna.
C.vti poſside. † Quod eſt verum, quando ſeruitus habebat cauſam con- 12
tinuam,alioqui contrà.Barto. & alij. ibi, & quando dicatur habere cauſam
per

ſam perpetuam, docet gloſ. & Bartol. in l. ſeruitutes. magna. ff. de ſerui.

13 Septimò impediendo arare, vel colere fundum vel fructus percipere, l. vim facit. §. j. ff. de vi & vi arma. l. ſi duo. §. item videamus. in fin. vti poſsid. gloſ. in l. vna. C. eod. Bald. conſ. ccccxlvj. ſciendum. col. j. in iij. vol. *Impediens arare, & colere fundũ turbat.*

14 Octauò, ſi quis prohibeat me re mea vti, l. ſi duo. vbi gloſ. & l. ſicuti. §. Ariſto. vbi gloſ. & Flo. & Bart. in d. l. j. §. hoc interdictum. ij. & ſic quando aliquis inhibetur per literas, ne vtatur ſua poſſeſsione, illa dicitur turbata *Inhibitio turbare an cenſeatur.*

15 poſſeſsio, teſte Innoc. in capitul. licet. co. iij. de proba. †vel ſi quis ponat ſepem, aut murum, aut foſſam faciat, vt non poſsim tranſire per fundum, in quo iter habeo. Guid. Papæ in ſtatuto, ſi quis literas, in verb. vel quaſi. verſ. vlterius etiam quæro, & tunc licitum eſt frangere ſepem, & foſſam replere, ad tuendum quaſi poſſeſsionem. Innoc. & alij in ca. j. de immuni. eccleſ. l. ſi alius. §. belliſsimè. & l. fi. §. ſi ad ianuam. ff. quod vi aut clàm. Bart. in l. j. §. interdictum. col. ij. vti poſ. *Ponens ſepẽ turbat, quã frangere licet.*

16 Etiam iniuriarum agi poſſet, ſi quis me prohibeat, ff. de iniur.

17 Nonò, ſi intrat poſſeſsionem rei meæ tanquam in rem ſuam, vel me inuito. l. diuus. ff. de ſeruitu. ruſtico. præd. teſte Bart. conſ. cxij. quidam accuſatus. & Bald. conſilio ccccluj. in 3. volum. Cornæ. conſ. xciiij. viſo proceſſu. col. iij. in iij vol. *Intrãs poſſeſſionem rei meæ me inuito turbare dicitur.*

18 Etiam ſi dominus eſſet extra rem illam, l. j. cum gloſ. & ibi Bal. C. vbi de poſſeſ. agitur. Alexan. in l. ſi de fundo. ff. de vi & vi. arma, facit l. ſi ſeruus. C. quod cum eo.

19 Maximè ſi poſt prohibitionem domini quis ingrediatur: nam tunc iniuriarum tenetur, l. iniuriarum. in fin. ff. de iniuriis. gl. in l. diuus. ff. de ſeruitut.

20 ruſticor. prędior. †niſi ingrediens poſſeſsionem proteſtaretur ſe non ingredi poſſeſsionem animo occupandi eam de nouo, ſed animo ſuam continuandi poſſeſsionem. Floria. in l. quicquid. ff. communia prædior. & hoc proteſtari eſt vtile.

21 Decimò, vendendo rem meam, & alteri tradendo quis me turbare dicitur. gloſ. ij. & Bart. in d. l. ſi duo. glo. pen. in l. malè agitur. C. de præſcrip. xxx. annorum. *Vendẽs rem meam turbat.*

22 Vndecimò, ſi quis prohibeat me in meo ædificare, turbat me, dict. l. ſi duo. §. hoc interdictum. ff. vti poſsid. *Prohibens ædificare turbat.*

23 Duodecimò, qui laborat, aut ſerit in meo fundo me ibidem exiſtente, l. vim facit. ff. de vi & vi arma. glo. in §. quorum. in gloſ. vlt. de interd. in Inſtit. Bart. conſ. cxij. Alex. conſ. cxxxiij. viſo. n. 7. in j. vol. *Laborans in meo, vel incidens arbores turbare dicitur.*

24 Decimotertiò, incidendo arbores, vel colonum meo laborantem nomine impediendo, aut penſionem ſoluere inhibendo, l. nam & ſi ramos. ff. quod vi aut clàm.

25 Idem ſi ſoluatur ſcienter alij quàm domino. Bald. in l. cùm nemo. C. de acquirenda poſſeſ.

26 Decimoquartò, qui eligit, aut præſentat, ſeu inſtituit alium me in poſſeſſione præexiſtente: vt docet Inn. in c. audita. col. j. de reſt. ſpo. idem ſi noluit recipere inſtitutum ab alio. Inno. in c. cùm eccleſia vulterana. de electio. *Præſentãdo in beneficio fit turbatio.*

27 Nos tamen non ſolemus agere contra præſentantem, eligentem, vel

vel cõferentem, aut inſtituentem: ſed cõtra inſtitutum & prouiſum ab alio.

Prohibens cẽſum mihi ſolui, turbat me.

Decimoquintò, in incorporalibus, quando quis prohibet mihi cenſum 28
ſolui, aut vectigalia, penſionem, aut reditus, vel ſi procurauit, quòd mulio-
nes ſoluere volentes vectigal aliò tranſeant, vel ipſi volunt hæc iura perci-
pere. Doct. in c. querelam. de elect. & Guid. Papæ in ſtatuto, ſi quis per lite-
ras. in verb. quaſi. verſ. qualiter fiat turbatio. poſt Io. Fab. in §. retinendæ. de
interd. in Inſt. Guid. Papæ in ſtatuto, ſi quis. in verſ. vel quaſi. ver. qualiter
fiat turbatio. & Maſuer. eo. ti. §. item ſi dominus. num. 99.

Opponendo fit turbatio

Decimoſextò, ſe opponendo pars dicitur me turbare. Ioan. Fab. in l. vna. 29
col. iij. verſ. ſed quæritur. C. vti poſſid. & Aufrer. in ſtylo Parlam. in j. parte,
tit. de cauſ. nouita. §. item vbi commiſſarius. Maſuer. in rub. de poſſeſ. §. item
& prædictum. quia mihi dicitur contrarius, & contra me ponere, ſeu con-
traria ponere, ideò me turbare dicitur.

Inducẽs operarios in rẽ meam turbat.

Decimoſeptimò, turbare etiam quis dicitur, inducẽdo agricolas in poſ- 30
ſeſſionem rei meæ tanquam ſuæ. Alex. in addi. ad Bar. in l. in rem. §. tignum.
ff. de rei vend. vbi gloſ. no. dicit fabros in re aliena laborantes excuſari ante
denuntiationem. probat Dec. in l. velle non creditur. ff. de reg. iur.

Decimooctauò, qui me ignorante, & abſente ſciens ingreditur meæ rei 31
poſſeſſionem, turbare me dicitur, quia in mea ciuili poſſeſſione, quam ani-
mo retineo, me impedit. l. clàm poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poſ.

Ingrediens poſſeſſionem me abſente turbat.

Vſurpãs alienũ officiũ dicitur turbare.

Decimononò, ſi quibuſdam ſpecialiter data ſit facultas vendendi vi- 32
num, carnes, coquendi panem, vel quid aliud agendi, ab eo intelligas qui
poteſtatem habeat hæc concedendi, ſi demum alius in præiudicium con-
ceſſorum, aut vendat, aut quid aliud agat, dicitur hos ciuitatis communes
opifices turbare. Doc. in c. ſignificante. de appel. de Ripa in c. cum eccleſia.
col. xj. de cauſ. poſ.

Delẽs arma alicuius turbat.

Vigeſimò, ſi quis deleat arma, vel inſignia alterius, dicitur illius turbare 33
poſſeſſionem, teſte Fel. in c. iij. loco. col. j. de proba.

Et ſubditi delentes arma ſui domini tanquam rebelles ſunt puniendi. 34
Dom. in c. quemcunque. xxx. diſt. quia ſic dominum videntur velle ſua pri-
uare ditione, quam in eos habet. Præpoſi. ibi, niſi dominus eſſet proditor, l.
eorum. ff. de pœn. Ro. ſin. ccccccclxvj. an arma.

Et clerici qui fundatoris arma delent, puniendi ſunt arbitrio iudicis, l. 35
quæ libertatem. vbi Bartol. ff. de ope. public. Et is qui inſignia in eccleſia
ponit per gloriam, meritum perdit, ſecùs ſic, vt incitet alios. Domi. in c. duæ
ſunt. xlv. diſt. per gl. & in dubio non cenſetur facere per gloriam, arg. l. meri-
to. ff. pro ſocio.

Moleſtia quæcunque inducit turbationem.

Vigeſimoprimò, turbatio fieri dicitur per quemcunque moleſtiam, & 36
impedimentum. §. retinendæ. Inſt. de interd. Bart. d. conſ. cxij. Pet. de Ferrar.
in ſua prac. in forma libelli pro turbata poſ. in verb. ac præſentialiter turbat,
necnon & generaliter per quemcunque actum, quo quis non ſinit liberè,
& quietè noſtra poſſidere, l. vim facit. ff. de vi & vi ar. l. vim. quod vi aut
clàm. Guid. Papæ conſ. lxij. pro deciſione. in j. dubio. & contradictio iudi-
cialis ſufficit ad inducendam turbationem. Alexan. conſ. lxxxviij. quoniam.
col. penul. num. 16. in v. vol.

Vltimò

Reſiſtendo turbamus.

37 Vltimò,reſiſtendo quis dicitur me turbare,teſte Bal.in l.j. in princip.per illum text.C.de teſtib.Alex.in addi.ad Bar.in l.amplius.in verb. quæſtio.ff. rem ratam habet.

38 Alij plures ſunt modi turbationis, qui vix compræhendi poſſunt, quia plura ſunt negotia,quàm vocabula,l.ſi quis in fundi.ff.de legat.j.Bart.conſ. cxij.quidam accuſatus. col.j. dicens,quòd turbatio eſt quædam ſpecies delicti:includit enim in ſe moleſtiam,& impedimentum in re §.retinendæ.de interdict.in Inſtitu.facit l.ſi ſeruus.j.ff.de actio.

Modus & qualitas turbationis exprimenda.

39 Item tenetur quis exprimere modum, & qualitatem turbationis, niſi ex actis appareret, vt pote quia pars oppoſuit, vel negauit actorem poſsidere. Bart.in l.j.§.interdictum.circa fi.ff.vti poſsid.Bal.in ca.licet.col.ij.de proba. Alex.in l.colonus ff.de vi & vi arma. Bolog. in add.ad Io.Ana. conſ. xlviij. circa.& Fel.in d.c.licet xij.no.

40 Et duo ſubſtantialia probari debent,videlicèt ex parte agentis poſſeſsio, ex parte verò conuenti turbatio,ſeu inquietatio,teſte Bal.in d.diſput.accuſatus.col.ix.ver.in vti poſsidetis.

Animus in turbãdo requiritur.

41 Tamen ille non dicitur turbare, qui non habet intentionem turbandi, ſed per errorem hoc facit,vt not.in l.ſi duo. in princ.ff. vti poſsid.Bal.conſ. cccclxiij.ſtatuto.col.ij.in iij.vol.& in q.incip.accuſatus.col.xj.verſ.ij. quæro. vbi dicit,quòd ſi quis putat ſe poſsidere,& turbat alium, qui ſimiliter arbitratur ſe poſsidere,neuter iſtorum delinquit.

Iudex non debet prohibere poſſeſſoribus non vti ſua poſſeſſione.

42 Quia ante declarationem iudicialem nemo tenetur ius ſuum indiſcuſſum relinquere.l.illud.ff. de peti.hæred. vnde nec ipſe prætor debet prohibere poſſeſſoribus,ne ad poſſeſsionem accedant.allegat.§.ſuper hoc.in auth.vt nul.iud.colla.ix.ſed eſt in §.ſeq.incip.& hoc peruenit.& Inno. in c. in præſentia. de proba. Petr. de Ferra. in forma libelli pro turb. poſſeſ. in verb. animo, & intentione: & ſic ſufficit erroris in iudicio facta declaratio,

43 †niſi eſſent vicini,qui ea quæ ſunt vicinorum,ſcire præſumuntur.ca. quoſdam de præſumpt.l.j.§.j.ff.de flumi.l.ſi ita.de fund.inſtru. Bald. conſ.cxliiij. præſuppoſito.col.ij.in j.vol.

Turbãs quomodo puniatur.

44 Nota quòd temerarius turbator tenetur actione iniuriarum, & criminaliter accuſari poteſt, l. ſeruus. j. ff. de act.& obl.ſecundum Bald.in ca. licet. colum.ij.de proba.qui allegat gloſſ.ſing.in l.vltim.ff.de priua.delic.quæ parum probat.ſed eſt gloſſ.expreſſa.in l.ſi duo.in gloſſ. j.ff. vti poſ.idem Bald.

45 conſilio ccccxiij.quoniam data.in ij.volumin. † quod eſt verum,poſtquam iudex impoſuit ſilentium perpetuum turbanti, ſecus quandiu contendunt & dicunt ambo ſe eſſe poſſeſſores,vt docet Bald.d.q.accuſatus.colum.x.

Criminalis accuſatio nõ intẽtatur ex ſola turbatione.

46 Sed in hoc Franciæ Regno neutiquam vidi criminaliter accuſari ex ſola turbatione,nec agi iniuriarum eo ſolo nomine,verum ad expenſas, damna, & intereſſe condemnari ſolent, vt inferiùs dicetur artic. xj. officium tamen

47 iudicis poteſt implorari,teſte c.in deci. Neapo. q.xcvj.† & ſi turbando vim inferret publicam, poſſet criminaliter puniri, vt per totum tit. ff. ad legem Iuliam de vi publi. nec poterit iudex imponere perpetuum ſilentium turbanti,niſi hoc fuerit petitum.teſte Iacob.in l.ſolemus. col.j.ff.de iudic. nec in forenſi iudicio ſolet peti in hoc Regno Franciæ.

FRANCOYS I. Article LXI. des publiées M. D. xxxix.

Articulus ſecũdus.

QV'IL ne ſera receu aucune complainte apres l'an, tant en matieres prophanes, que beneficiales, ſinon qu'il apparuſt eſdictes matieres beneficiales le defendeur n'auoir tiltre apparent pour iuſtifier ſa poſſeßion.

GLOSSA PRIMA.

Nouitas nõ intentatur poſt annũ.

REGVLA ergo eſt, quòd non recipitur quis in materia no- 1
uitatis, & interdicti vti poſsidetis poſt annum, nec regulariter in aliis interdictis, l.j. in fin.ff. de interdict.& l.j.vti poſsidetis, quia prætoris officium, qui iſta introduxit, erat annale, §. eas. Inſtit. de perpe.& tempor.act.vt apparet per Feneſtellam in tractat. de magiſtratib.Roman.per Liuium,& alios hiſtoriographos.

Imò curia Franciæ tuetur poſſeſſorem, etiam ſi de proprietate ad aduer- 2
ſarium ſpectante appareret, vt aſſerit Guido Papæ, deci.ccccclij. in materia. Licèt ſecùs de iure in cap. ad decimas.de reſtit.ſpoliat.lib.vj.ca.cùm eccleſia.de cauſ.poſ.

Noua turbatio nouũ inducit remedium.

Poteſt tamen quis perpetuò agere ne turbetur, quia turbatio ſemper in- 3
ſtar, licèt intereſſe turbationis præteritæ non poſsit peti, niſi ab anno, Bart. in l.j.in fi.in princ.ff.vti poſsid. quemadmodum etiam ratione nouæ turbationis poteſt ſemper agi, quoties videlicèt quis turbatur, non habendo rationem ad primam turbationem.Doct.in dict.l.j.

Unde vi & vti poſſidetis intra annum intentatur.

Siue ſit interdictum vti poſsidetis, ſiue vnde vi, & ſic ſiue in caſu noui- 4
tatis, ſiue in diſſaiſina, vel reintegranda poſt annum agi non poteſt per iſtum text.ibi, *ne ſera receu aucune complainte,* quia verbum querela *complainte*, vtrumque comprehendit: vt ſcripſi ſuperiùs art.j. *& aucune*, aliqua, etiam comprehendit omnem, vt ſcripſi in l.j.ff. de verborum ſignific. per gloſſ. in cle.vna, de foro competen.

Rei perſecutio etiã extrà annum intentatur.

Poterit etiam agere poſt annum ad rei perſecutionem.l.iij.§.fi.ff.de tab. 5
exhib.& l.j.in princ.de vi & vi ar.interdicta enim, quæ rei continent perſecutionem, vel ex maleficio dantur, perpetuò competunt, d.l.j.& l.in honorariis.ff.de act.& obli.

Tamen in his caſibus raròagimus interdictis, ſed actionibus rei perſe- 6
cutoriis, vel imploramus officium iudicis.

Reſtitutio in nouitate non cõceditur.

Ad hæc poſt annum non poteſt quis in integrum reſtitui, niſi egerit in- 7
tra annum, quia ius eſt acquiſitum alteri, vt ſcripſi in §. declarantes. titulo de mand.apoſt.in Concord.& quia hic prohibet recipi, etiam ex partis conſenſu hoc non fiat: quia hic negat omninò, *ne ſera receu*.facit gloſ.in cap.j. de regu.iur. in vj.veruntamen ſi partes eſſent concordes nullus contradiceret, cùm hoc ad partium vtilitatem ſit introductum, per conſequens illi poſſunt renuntiare.tex.in c.ſi diligenti.de foro competenti.

Annus quomodo computatur.

Et hic annus computatur à die adeptæ poſſeſsionis ab aduerſario, quia 8
ante non dicitur fatigari, nec turbari, per ſolam impetrationem beneficij, & literarum, niſi executio interuenerit.arg.clem.j.de reſcrip.ſcripſi in verb.

duobus.

ui,vel Præpoſiti,& inter iſtos eſt præuentionis ius, vt patet in titulo *des Se-*
neſchaux,ordina.xxvij.artic.xix.ſecùs in ſimplici ſaiſina, & quando per cita-
tionem agitur, quo caſu coram iudicibus quoque aliis ordinariis agi pote-
rit,etiam non Regiis,vt eſt in magno ſtylo Cancellariæ.

22 Decima, reſtituere pars ſeu reſtabilire in caſu nouitatis tenebitur res
quas recipit,tam actor quàm reus.At in ſimplici ſaiſina non, ſed is qui rece-
pit, vſque ad finem cauſæ percipiet, quia nihil innouabitur lite penden. vt
23 per totum titu. vt lite penden. † Vnde ſi impetrans literas in caſu nouitatis
eas perperàm exequatur,pars aduerſa non debet ſe opponere, alioqui tene-
retur accepta reſtituere, ſed debet poſteà citare impetrantem ſuper turbata
poſſeſsione,& tunc non reſtituet accepta : quod eſt vtile,& hoc habetur in
magno Conſuetudinario.

Reſtituere quando in poſſeſſorio quis teneatur.

Opponere quado quis non debeat.

24 Vltima differentia, quòd in ſimplici ſaiſina ſufficit ciuiliter poſsidere : in
caſu verò nouitatis & ſaiſinæ, & naturaliter & ciuiliter regulariter poſside-
re oportet. Vnde ſi me abſente quis ingrediatur poſſeſsionem rei meæ eam
poſsideat per annum, poſteà ſi me reuerſum recipere in poſſeſsione recuſet,
de iure is abſens ratione ciuilis poſſeſsionis in ſimplici ſaiſina obtinebit: ſed
in caſu nouitatis is, qui per annum & diem pacificè de facto poſſedit, teſte
Ioan.Fab.in §.quod autem.de vſucap.in Inſtitut. Et ita ſeruant Curiæ Fran
ciæ,vt docet Guido Papæ in deci.Delphi.quæſtio.ccccclij. & ſic concilian-
tur opiniones diuerſæ inter Doctor.emiſſæ in dict.l. clàm poſsidere. §.fin.ff.
25 de acquirend.poſ.& l.naturaliter.§.j.ibidem. † Imò Curiæ Franciæ tuentur
poſſeſſores,etiam ſi alterius proprietatem eſſe conſtet : licèt de iure,capitu.
cùm eccleſia.de cauſ.poſ.capit.ad decimas.de reſtit. ſpoliat. in vj. donec pe-
titorio actum fuerit,l.ordinarij.C.de rei vendic.

Ciuilis poſſeſſio prodeſt ad ſimp'icem ſaiſinā intentandam.

Poſſeſſio quātum valet etiā contra dominum.

26 Non omittendum hoc ſingulare in hac materia,quòd ſaiſina non admit-
titur contra Regis ſupremum imperium,& vt dicunt,ſuperioritatem,no.ca.
ſuper his.de verbo.ſignific.

Saiſina non admittitur contra Regem.

27 Vnde non recipitur alius iuſticiarius dicens ſe eſſe in poſſeſsione cogno-
ſcendi contra reos læſæ maieſtatis & falſæ monetæ, qui caſus, & ſimiles ad
Regem tantum ſpectant in hoc Regno, & eorum cognitio : vt vidi ſemper
obſeruari:& ſic eſt in regiſtris Curiæ ſtatutum.

28 Ad hæc eſt regula in regno trita,quòd Rex nuſquam litigat diſſaiſitus.

29 Quartò conſeruatur iuſta poſſeſsio per ſaluagardiam, quæ à Rege impe-
trari ſolet his ferè verbis. *Henry,&c. à noz iuſticiers &c.A la ſupplication de*
tel,affermant ſe doubter de pluſieurs perſonnes ſes hayneurs & malueillans, pour
certaines, & vrayes ſemblables preſumptions & coniectures, nous vous man-
dons, que ledict ſuppliant, auec ſa famille,droits,choſes, poſſeßions,& biens quel-
conques vous prenez, & mettez en, & ſoubz noſtre protection, & ſauuegarde
eſpecial, à la conſeruation de ſon droict tant ſeulement ,& le maintenez & gar-
dez en toutes ſes iuſtes poſſeßions, droits, vſages, franchiſes, libertes, & ſaiſi-
nes, eſquelles vous le trouuerez eſtre, & ſes predeceſſeurs auoir eſté paiſiblement,
& d'ancienneté &c.

Saluagardia inetur poſſeſſorem iuſtum.

30 Primò hæ literæ diriguntur magiſtratibus , non verò apparitoribus,
quia cauſæ cognitionem requirunt: alias abuteretur ſeruiens iſtas literas

Saluagardia & nouitas quomodò differāt.

exequens,& in poſseſsionem mittens impetrantem de facto, vt cenſuit Senatus anno 1517.die 2.Martij.& fuit condemnatus viator ad expenſas,damna,& intereſse,qui aliquem poſseſsione priuauerat, ſed literæ in caſu nouitatis apparitoribus dirigi ſolent.de hoc plenè ſcripſi in tract.de reſc.viij.q.

Areſtum.

Nouitatis literæ ob ſolas minas non impetrandæ.

Ad hæc literæ in caſu nouitatis non ſolent concedi, ſi minæ vel verba 31
interceſſerint,nec pro futuris, niſi de facto quis alium turbet: ſecùs in literis ſaluagardiæ,l.non quemadmodum.ff.de iud.

Caſus nouitatis in loco contentioſo exequẽdus.

Præterea caſus ſaiſinæ & nouitatis in loco contentioſo exequi ſolet,lite- 32
ræ verò ſaluagardiæ vt plurimùm in loco iudicij.not.in l.denuntiamus.C. de his qui ad eccle.confug.

Item opponens ſe literis in caſu nouitatis admittitur, ſed in literis ſalua- 33
gardiæ vix,quia iſtæ gratiam Principis continent: & indultum a Principe beneficium non eſt alicui auferendum, nec opponendum,vel calumniandum.de reg.iur.indultum.& ſi opponat,dicetur ei dies coram iudice, qui de cauſa cognoſcit,& cui literæ diriguntur.

Saluagardia etiam poſt xx.annos.

Inſuper hæ literæ conceduntur etiam ſi quis turbetur poſt decem vel vi- 34
ginti annos, vt eſt in literis, ibi, *vous le maintenez es iustes poſſeßions, eſquelles vous le trouuerez eſtre, & ſes predeceſſeurs auoir eſté paiſiblement, & d'ancienneté &c.* † Literæ verò nouitatis intra annum, ſaiſinæ intra decem, hæ vero 35
quandocunque quis turbari timet, & moleſtari, & ſic poteſt ſuſtineri concluſio, quòd poſſeſſorio retinendæ poteſt poſt decem annos agi per hanc ſaluagaldiam, non per interdictum.

Socius in ſocium quomodò remediis poſſeſſoriis vtatur.

Præterea ſocius etiam communis fundi poteſt ratione huius ſaluagar- 36
diæ petere ſe manuteneri,& inhibere ſocio,ne ipſum impediat: non tamen poterit ſocio prohibere vſum fundi, cùm ſit dominus communis,& non eſt in eo dare partem. Bar. in l.in prouinciali.§.j.de noui operis nunt. Maſuer. eod.titu.§.item ſocius.

Colonus, inquilinus, et ſimiles iuuãtur remediis poſſeſſoriis.

Item detinens, vt colonus partiarius, & conductor etiam ad modicum 37
tempus,ac inquilinus ad conſeruationem eorum detentionis poſſunt vi huius ſaluagardiæ inhibere illi,à quo turbari timent,ne eos impediat: & ſi non deſtiterit, vel impedimentum amouerit, petent illud auferri per viam citationis, vt aſſerit Maſuer.eodem tit.§.item pro ſola.nume.43.quod itidem eis permitteretur per caſum nouitatis.per l.iij.ff.vti poſsidetis.

Interdicta ad cõſeruãdum ius,nõ ad de nouo concedendum.

Quemadmodum etiam in pleriſque aliis conuenit ſaluagardia cum aliis 38
remediis poſſeſſoriis, vt ſicut generaliter interdictum retinendæ tuetur poſſeſſorem,ita hæc ſaluagardia nihil noui iuris tribuit, ſed ius legitimum conſeruat, ideò in his literis dicitur, *le maintenez, & gardez en toutes ſes iuſtes poſſeßions*, & ſic in iſtis poſſeſsionibus debet manuteneri.l.ſi ſeruus.C. quod cum eo.Doct.in l.ſi.C.de edicto diui Adria.tollen. † Iuſta autem poſ- 39
ſeſsio dicitur legitima, non vitioſa, videlicèt non vi, clàm vel precariò habita,l.j. in fin. cum l.ſeq.ff.vti poſ. declaraui in l.iuſta interpretatione.ff. de verborum ſignific. & in vim harum literarum ſubditi alibi quam coram ſuis iudicibus cõueniendi non ſunt,vt iudicauit Senatus anno 1518.die 3.Maij. do.Charmolue & Montolon aduocatis poſtulantibus, cùm à meridie cauſæ tractarentur.

Iuſta poſſeſſio.

Item

duobus.§.j.de manda.apoſto. in Concord. & fortè ſua collatione non iuua-
bitur pars,nec turbabit poſſeſſorem,ſi non adipiſcatur poſſeſsionem & exe-
quatur ſuam prouiſionem.

Tant en matieres prophanes que beneficiales,

GLOSSA II.

1 ET SIC æquiparat hic materias beneficiales prophanis,
vt in horum vtriſlibet teneatur quis agere in caſu nouita-
2 tis intra annum : † ſed ad ſimplicem ſaiſinam poteſt agi in
prophanis vſque ad decennium, in beneficiis verò vſque
ad triennium,per titu.de paci.poſſeſ.

Saiſina rei prophanæ differt à re eccleſiaſti-ca.

3 Sed res controuerſa non ponetur ad manum Regis,nec ſequeſtrabitur,
nec locus erit recredentiæ , ſed plenum tantùm poſſeſſorium diſcutietur:
nec ad intereſſe pars condemnatur, ſed ad expenſas ſolùm, vt dicunt prag-
matici,& inferiùs dicetur.

4 Notandum eſt, quòd is qui turbatur in poſſeſsione, quadruplici ſolet
vti remedio hodie in praxi, licèt de iure congeſſerim alibi triginta remedia
poſſeſſoria retinendæ: ſed quibus prætermiſsis ea duntaxat quatuor refe-
ram,quæ inter noſtræ ætatis pragmaticos verſantur.

Turbatæ poſſeſſionis quatuor reme-dia.

5 Primum eſt per ſimplicem citationem remedium,vt potè,ſi quis turbe-
tur, conueniet turbantem coram iudice ordinario ſine literarum impetra-
tione per apparitorem. & hoc dicunt *par ſimple adiournement*, & concludet
in materia turbatæ poſſeſsionis,& vt deſiſtat,& condemnetur ad expenſas,
& hoc modo poteſt agi etiam poſt annum,vt inferiùs dicetur.

6 Secundum remedium eſt per ſimplicem ſaiſinam,& tunc impetrantur li-
teræ Regiæ, quibus impetrans narrat factum, & concludit, vt ſequitur his
verbis, *Diſant que depuis vingt ans en ça, & de toute ancienneté, tel auoit accou-
ſtumé à perceuoir telle rente iuſques puis deux ans en ça, que leſdits tels auroyent
refusé,comme encores font, payer ladicte rente audict demandeur, pourquoy a requis,
& requiert à l'encontre dudict defendeur eſtre maintenu, & gardé en poſſeßion &
ſaiſine,qu'il eſtoit au temps de la poſſeßion dudict payement de ladicte rente, & con-
clud tout pertinemment en matiere de ſimple ſaiſine. Et neantmoins ledict defendeur
eſtre condẽné à payer,& continuer ledict droict auſdits quatre termes,auecques deux
années d'arreraiges eſcheuz au iour S.Remy dernier paßé,auecques deſpens,*&c.

Libellus in ſimplici ſaiſina.

7 Tertium eſt,caſus nouitatis,& ſaiſinæ, in qua concluditur, vt dixi ſuprà
artic.j.gloſ.j.

8 Quo loco notandæ ſunt differentiæ, & vtilitates inter caſum nouitatis,
& ſimplicis ſaiſinę,& quando agitur per ſimplicem citationem.Nam quan-
do agitur vti poſsidetis,ſiue caſu nouitatis debet intra annum agi. *depuis an
& iour en ça.*computãdum à die turbationis,vt ſuperiùs ſcripſi. gl.proxima.

Differẽtia inter tria remedia poſſeſſoria.

9 Sed in ſimplici ſaiſina, & citatione agitur etiam poſt annum, vſque ad
decẽ annos,vt ſuperiùs ſcripſi. Verùm poſt decẽ annos pars deſinit habere
animũ poſsidendi,ergo poſteà agi non poteſt,l.peregrè.ff.de acq.poſſeſsio.
10 Videtúrque diuerſitatis hæc eſſe ratio, quòd ſaiſina ſimplex à lege ſit

induɫta,d.l.clàm.§.fi.& l.peregrè.ff. de acquir. poſ. Sed interdiɫtum à prætore inuentum eſt,vt per totum titul.ff.de inter.

Simplex ſaiſina cur non protēdatur ad xxx. an.

Et durat triginta annis, ſicut regulariter alia remedia à lege introduɫta. 11
Inſt.de perpet.& tempor.aɫtio.ſed non poteſt in poſſeſsione, eo quòd animus in ea magis exteriori aɫtu poſsidendi deprehenditur adeſſe, vel non, quàm in dominio, quòd etiam quia magni eſt emolumenti, ideò multò tenacius ipſa poſſeſsione nobis inhærere voluerunt, cùm ſcilicet poſſeſsio parui admodum ſit præiudicij, nimirum ſi non vltra decennium protendatur,l.momentaneæ.C.qui legit.perſo.hab.ſtand.in iud.

In ſimplici ſaiſina ad expēſas tantū fit cōdemnatio: ſecùs in nouitate.

Secunda eſt differentia: quia in caſu nouitatis viɫtus condemnatur ad 12
expenſas,damna,& intereſſe, vt habetur art. xj. infrà eod. vbi hoc expreſsè ſtatuitur:in ſimplici verò ſaiſina,& citatione ad expenſas tantùm,inſequendo l.properandum.§.ſinautem alterutra.C.de iud.

Manus Regia nō apponitur in ſimplici ſaiſina.

Tertia eſt, quod ſi turbatus ſimplici agat ſaiſina, vel citatione, res non 13
ponitur ad manum Regiam, nec ſequeſtrabitur, cle. vna. de ſeque. poſ.& fruɫt. in caſu verò nouitatis ſic, vt patet hic. & in ſtylo Parlam. eod.tit. de cau.nouita.& ſuperiùs dixi.

Attētata in re ſaiſita quomodò reuocanda.

Quarta,ea quæ fiunt poſt manum Regiam appoſitam reuocantur, tan- 14
quam attentata, & innouata, & attentans punitur, ſicut in cauſa appellationis. capitul. non ſolùm. de appel. in vj. † quod non procedit in ſimplici 15
ſaiſina,& citatione,ſed is qui reperietur in poſſeſsione, remanebit vſque ad finem cauſæ.

Deliberādi nō datur dilatio in nouitate.

Quinta,ſi per citationem vel ſaiſinam poſſeſsio fuerit introduɫta,aduer- 16
ſarius habebit dilationem ad deliberandum, vt dicunt practici *delay d'auis,* ac dilationem demonſtrationis faciendæ gratia,& vt dicunt *de veue.*

Sed in cauſa nouitatis non, quia ſolet hic caſus nouitatis exequi in loco 17
contentioſo.Ergo non eſt opus alia demōſtratione,quia res eſt ſatis oſtenſa,l.j.in fi.ff.de dote præleg. ſi tamen non fuerit mandata executioni, & (vt vocant pragmatici)*ramenée à effeɫt,*poteſt pars eorum dilationem petere.

Dilatio authoris laudādi in ſimplici ſaiſina.

Sexta differentia eſt, quòd in ſimplici ſaiſina dilatio ad laudandum au- 18
thorem ſuum habetur,prout diɫtum fuit infrà de dila.art.ij.Sed in caſu nouitatis iſta dilatio non ſolet dari,vt ibi.

Succūbēs in vno remedio poſſeſſorio an excludatur ab alio.

Septima, qui ſuccumbit in caſu nouitatis, non eſt excluſus à ſimpli- 19
ci ſaiſina, ob id eam intendere poterit. Nam qui non eſt poſſeſſor annalis, non ſequitur quin ſit intra decem annos, ideò nec exceptio rei iudicatæ oberit,l.cùm quæritur.cum l.ſequen.ff. de except. rei iudic. ſecùs econuerſò,quia eſſet bis de poſſeſsione quærere,teſte Maſuer.eod.titul. §. item aliquis. num.53.

Teſtes ad futurā rei memoriā quādo poſſint examinari.

Oɫtaua, in caſu nouitatis pars poteſt requirere, vt teſtes valetudinarij, 20
& ſenes audiantur ad perpetuam rei memoriam. per capitul. final. vt lit. non conteſt. Secùs quando proceditur per ſimplicem citationem, vel ſaiſinam: quia tunc lite non conteſtata non debent audiri teſtes, ſicut nec in alia materia, quia poterit lis conteſtari, & poſteà teſtes audiri,vt in titul. vt lite non conteſta.

Iudices nouitatis.

Nona, caſus nouitatis non intentatur, niſi in curia Seneſchalli, Bailli- 21
ui,vel

40 Item exprimitur ad conſeruationem ſui iuris tantùm,non ergo vult ius nouum illi dare:nam multa conſeruantur, quæ fieri prohibentur, l.patre.ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. & Bal. in §.fin. de prohib.feudi alien. per Lothar.dicit eſſe interdictum conſeruandæ poſſeſsionis, quod non eſt verum,ſed hoc eſt remedium conſeruandæ poſſeſsionis,quod differt ab interdicto,de quo in l.j.C.de ſucceſ.edict.de Ripa in fin. præfa. de cauſ. poſ. vide aliud remedium de pacifi.poſſeſ. tract.ſeq.artic.vj.

Sinon qu'il apparuſt eſdittes matieres beneficiales le defendeur. n'auoir tiltre apparent pour iuſtifier ſa poſſeſsion.

GLOSSA III.

1 EX HOC patet, regulam generalem (quòd poſt annum quis non recipiatur ad intentandum remedium nouitatis) habere locum indiſtinctè tam in prophanis, quàm eccleſiaſticis.

Annalia ſunt interdicta regulariter, fallit vt hic.

2 † verum quoad beneficiales conditor addit exceptionem, ſcilicèt quòd etiam poſt annum liceat præfatam nouitatem intentare, cùm notorium eſt reum nullum habere titulum apparentem ad iuſtificandum ſuam poſſeſsionem,

3 † quod ea ratione potiùs introduxit in beneficialibus,quàm in prophanis, quia ſcilicèt in his poſteà in petitorio coram iudice laico tractando,cuncta moderantur.

Nouitas in beneficiis cur vltra annum protendatur.

4 Sed in materia beneficiali iudices tantùm eccleſiaſtici de petitorio in hoc regno cognoſcunt, eò voluit hic text. ſpecialiter poſſeſſorium extendere, vt iudices laici etiam de poſſeſſorio beneficiorum (cuius ſolius ſunt ipſi,vt dicunt capaces)poſsint quoque poſt annum cognoſcere, ſi defenſor non habeat apparentem titulum ad iuſtificandum ſuam poſſeſsionem.

5 Et ſic apparet non poſſe impetrari literas in caſu ſaiſinæ & nouitatis contra annalem poſſeſſorem, ſi (vt dixi) habet apparentem titulum. Apparentem dico verum titulum, vel coloratum, ſeu prima facie validum: & hoc caſu coloratus ſufficit, ſicut poſt triennium,vt in decreto de pacific. poſſeſſor. patet in l.finali.C.de edicto diui Adriani tollendo.Declaraui in tractatu de pacific.poſſeſſor.quis titulus dicatur coloratus.

Coloratus ſeu apparẽs titulus quis dicatur.

6 Et apparere debet iuſtus iudici de poſſeſſorio cognoſcenti, per iſtum text. ibi, *ſinon qu'il apparuſt.* Et quod udex laicus poſt annum in poſſeſſorio audire poſsit conquerentem in materia beneficiali, patet, quia etiam ſententia ſuper re ſpirituali in petitorio non tranſit in rem iudicatam ſicut in matrimonio.capit.lator.& ibi Fely.colum.vj.in x.declara. de re iudi. gloſ. & Doctor.in cap.j.de conceſ. præben. multò fortiùs ante ſententiam audiri pars poterit,vt hic.Et in dubio iudex debet in his potiùs audire, quàm reiicere,ne vitioſus ingreſſus ſuſtineatur.cap.vno vbi not.de eo qui mit. in poſ. libro vj.hoc ſequitur Domi.conſil.cxxxvij.ſuper iſto.colum.penulti. Et non vidi communiter iudices reiicere iſtos conquerentes niſi magnus adſit fauor pro poſſeſſore.

Iuſtus titulus iudici debet apparere.

Et ſi

Hospit Real Biblioteca

Iudicis arbitrium in iudicandis titulis quo ad poſſeſſorium.

Et ſi iudici vitioſus titulus defenſoris videatur,audiet partes,& manute- 7
nebit meliorem habentem titulum.cap. ex inſinuatione. vbi etiam. Doctor.
de procurator.
Si verò videat titulum poſſeſſoris prima facie validum , & iuſtum, titu- 8
lum verò conquerentis inualidum, reiiciet conquerentem, condemnando
illum ad expenſas,& repellet eum ab effectu impetrationis literarum.
†Quid ſi iſte reiectus videat ſe bono iure tutum in petitorio ? agere poterit 9
coram iudicibus eccleſiaſticis. vt in capit.j. per totum.de cauſ.poſſeſ.vide
quæ dico artic.j.infra ti.proximo.

Querela nouitatis requirit nos fuiſſe poſſeſſores.

Et ſic requiritur , quod is qui impetrat literas manutenentiæ in caſu no- 10
uitatis , poſſideat.l.j. §.interdictum autem poſſeſſorem prædij tuetur.ff.vti
poſſid.§.retinendæ.de interdict. in Inſtit. Guido Papæ in deci.Delphi.quæ
ſtio.cccccliij.in materia.vbi dicit ſufficere ſiue verè poſſideat. ſiue ex inter-
pretatione iuris , vel conſuetudinis, vt mortuus ſaiſit viuum. † Adeò quòd 11
hæredes in hoc regno Franciæ ſine apprehenſione hæreditatis ſunt poſ-
ſeſſores vi conſuetudinis.contra l.cùm hæredes.ff.de acquiren.poſſeſ.vt in-
feriùs dicetur.articu.ix.

Querela nouitatis quã poſſeſſionẽ requirat.

Sufficit etiam quòd poſſideat ſiue ciuiliter,ſiue naturaliter tantùm. Bart. 12
in dict.l.j.in princ.& §.interdictum.vbi dicit ſtatutum loquens de poſſeſſio-
ne turbatiua intelligi de ciuili.Alexand.conſ.lxxx. examinato.colum.penult.
volu.ij.Allegat.Bal.in l.j.C.communia de vſuca.facit l.clàm poſſidere.§.qui
ad nundinas. ff.de acquiren.poſ. † quod eſt verum in ſaiſina ſimplici, ſecus 13
in caſu nouitatis.vt docet Maſuer.in eo.titu.§.item pro ſola. allegat. Bart. in
l.cotem.§.qui maximos.ff.de publica.dixi ſuprà in gloſ.ij. vide alia requiſita
in hoc interdicto infrà artic.viij.

Probanda quomodo ſit poſſeſſio.

Quomodò probari poteſt hæc poſſeſſio? Reſpond.ſi quis probet ſe poſ- 14
ſediſſe ante litem conteſtatam,& ante turbationem illatam per aliquod tem
pus , & ſe adhuc poſſidere , etiam ſi alleget tantùm nunc poſſidere ſufficit:
quia præſumitur continuata poſſeſſio , cùm in ſolo animo conſiſtere poſſit.
gloſ.& Doctor.in l.ſiue poſſidetis. C.de proba. Cyn. & alij in l.non ignora-
bit.ad exhib.Petrus Ferrarien.in ſua practic.in forma lib.pro turba.poſſeſ.in
verſicul.hodie.Ioan.de Amicis,conſilio lxiiij.pro parte Antonelli.

Extrema duo poſſeſſionis quomodò probãda.

Et interdicto vti poſſideris requiritur quod actor probet ſe habuiſſe poſ- 15
ſeſsionem rei contentioſæ per vltimas annatas , vt practici dicunt, vel vlti-
mos expletus:& poſſunt dici vltimæ, tres proximè elapſæ. vt docet Maſuer.
in ſua praxi in titulo de poſſeſſorio.in princi.
Et in probanda continua poſſeſsione ſufficit probare duo extrema ha- 16
bilia, principium & finem, & tunc medium præſumetur. gloſ.in capit.volu-
mus.xvj. q.iiij.& in capitu. accedens. de conuer. coniugator. quam probat
Matheſila. ſingula. cxvij.not. mirabilem. & Corſet. in ſingul. incip. poſſeſ-
ſio poſſeſsionis. & Felyn. in capitulo inter.colum. tertia.de fide inſtrumen-
torum. Ioan. Franciſc. Balb. in repetitio.l. Celſus. colum. xliij. & ſequent.
ff.de vſucapionibus. † Et aliis modis poſſeſsio probatur , vt per Alexan- 17
drum conſil.cxviij.in cauſa colum.penulti.in ij. volumi. & conſilio cc. viſo.
ibidem.Barba.conſil.xxiiij.clementiſsimum.volumi.iiij. Dec. conſilio lvj. in
cauſa

cauſa & conſi.ſeq. Carolus Ruinus, conſil.lxviij.in cauſa.volum.ij. & xliiij. in iudicio.volum.iiij.

18 Intellige probandum eſſe nos fuiſſe poſſeſſores, & in poſſeſsione tempore litis conteſtatæ, quando alius probaret ſe medio tempore poſſediſſe, alioqui ſufficiet probare nos poſſediſſe tempore turbationis: quia præſumitur poſſeſsio continuata. Aret. in dict.§.retinendæ. colum.iij.& Matthæ. de Afflict.quæſt.cccxciiij.eccleſia.in deciſ. Neapol.poſt. poſt Bal.in d.l.non

Poſſediſſe tempore litis conteſtatæ quando probãdum.

19 ignorabit. † Et in ſpoliatione quomodò probari poſſeſsio debeat, ſcribit Guid.Papæ in ſtatuto, ſi quis.in verb.probata poſſeſsione. ſcripſi in titu.de amatis in Concordia.

20 Cauere tamen debet impetrans caſum nouitatis, ne dicat ſe ſpoliatum, quia eſſet ſibi contrarius, & ideò reiiciendus.l.j.C.de fur. Si tamen pars in libello exprimeret aliqua verba ad turbationem, & alia ad ſpoliationem pertinentia, tunc concluſio libelli eſſet inſpicienda, vt ſi ad manutenendum ſe in poſſeſsione concluderet, iudex hoc ſecundum probata proſequatur, & decidat.l. fin.C.qui ad lib.perue.non poſ.Guid.Papæ expreſsè in ſtatuto, ſi quis.in verb.vel quaſi.ver.quæro ſpoliatus.

Spoliatio an poſſit allegari in cauſa nouitatis.

21 Item à tempore nouitatis impetratæ quis ceſſare debet ab ædificando & alio opere faciendo, alioqui condemnabitur ad demoliendum.c.ſignificantibus. & ſeq.de noui oper. nun. ita iudicauit Senatus pro Ioan. Fred. tutore contra do. Gabrielem de Chaſtu. nec debet alicui permitti à iudice etiam cautione data de demoliendo, nec quidem in vim literarum Regiarum, quibus fuit priuatus do.Gabriel, anno 1514. die 27.Nouẽbris: quia melius eſt in tempore occurrere, quàm poſt exitum vindicare.l.j.C.quan-

Nouitate impetrata ceſſandũ ab opere.

Areſtum.

22 do liceat vnicuique ſine iudi. ſe vindicare. † Et quia in hoc interdicto non dantur niſi duæ prouiſiones. Prima eſt furnimenti. Secunda recredentiæ: & poſteà fertur ſententia ſuper pleno poſſeſsorio, vt inferiùs dicam.

23 † Tamen ſi dubitetur quantum quiſque frumenti receperit, poterit pendente proceſſu iudex condemnare partem ad declarandum cum iuramento: vt iudicauit Senatus pro Epiſcopo Catalaunen. contra habitatores dictæ ciuitatis, anno 1528. die 23. Decembris.

Prouiſio duplex in caſu nouitatis

Areſtum.

24 Audiui à quibuſdam dicanicis in poſſeſſoriis negatiuis non dari, niſi recredentiam vt ſi quis dicat ſe eſſe in poſſeſsione, quòd talis non capiat fructus ex tali horto ſine licentia ſua. Et in poſſeſsione ne talis ingrediatur talem fundum ſine facultate, & conceſsione, & in aliis negatiuis, vide alias limitationes in §. declarantes. in verb. ſucceſſores. de mand. apoſtol. in Concord.

Recredentia ſola quãdo detur.

IDEM, *Arrticle LXIII. Ibidem.*

ET ſeront toutes inſtances poſſeſſoires de complainte, ou reintegrande vuidées ſommairement, les preuues faites tant par lettres, que par teſmoings dedans vng ſeul delay arbitré au iour de la conteſtation, & ſans plus y retourner par relieſuement de nos Chancellieres, ni autrement.

Articulus tertius.

GLOS

GLOSSA I.

Summariè decidi debent cauſæ poſſeſſoriæ.

PRIMO ſtatuitur hic, vt inſtantia poſſeſſoria, ſiue in cauſa nouitatis, ſiue in materia reintegrandæ poſſeſsionis ſummariè expediatur, & hoc eſt iuri conueniens, vt l.ordinarij. vbi Doctor.C.de rei vendicat.l.momentaneæ. ibi, mox. & l.meminerint.ibi,illico.C.vnde vi.l.vna.C.ſi à momenta.poſſeſ. fuerit appella. Bartol. in extrauagan. ad reprimendum. in verb. ſummariè. Bald.in l.incerti.C. de interdi.Alexand.conſilio lxvj.viſis.colum.j.in v.volum. 1

Et ſummariè dicitur breuiter,prout declarat clement.ſæpè.de verborum ſignifica.& Bartol.in dicto verb. ſummariè ſcripſi viginti effectus in tractatu de ſentent.executor. articul.ix.gloſ. ſecunda. in primo Tomo.commenta. in has Conſtitu.reg. 2

Dilatio vnica in poſſeſſorio.

Secundò, quòd probationes fieri debent intra vnam dilationem, quæ eſt arbitraria pro conſuetudine, & in ſtylo curiarum, à qua ſi fuerit nimis arcta, appellari poterit. capit. prætereà. de dilatio. vnde allegatur gloſ.ſingularis,in l.j.in verb.petiturus.C.quorum bono.dicens poſſeſſoria eſſe ſummaria quoad actorem, tamen plena probatio per eum fieri debet. † ſecùs in reo,vt declarat Lanfranc.in repetitione clementinæ,ſepè.colum.ij.de verborum ſignificatio.& Alexand.conſilio cxxxix.circa primum.colum. vltima. in vj.volum.†In Curiis tamen Franciæ ſeruatur æqualitas in actore & reo, prout fieri debet. per regul. in iudiciis. de regul.iur.in vi.maximè in probationibus.Bartol.in l.de die.in princip.ff.qui ſatiſda. cogan.Barba.conſil.xxv. clementiſsimum.colum.ij.in iiij.volumine. 3 4 5

Probatur poſſeſſorio p teſtes: & inſtrumenta.

Tertiò, probationes in materia poſſeſſoria poſſunt fieri tam per teſtes, quàm per inſtrumenta, vt hic *tant par lettres, que par teſmoings.* in exercendis enim litibus eandem vim obtinet fides inſtrumentorum, quàm depoſitiones teſtium.l.in exercendis.C.de fide inſtrument.Soci.conſi.lix.viſis actis.in iiij.volum. 6

Recredentia nō patitur atteſtationes.

Quod eſt verum in pleno poſſeſſorio, ſed in recredentia non recipitur probatio per teſtes,ſed tantùm per literas:vt plenè ſcripſi in §.j. de ſentent. execu.in Ordina.reg. 7

Dilatio ſecunda ad probādum in poſſeſſorio non datur.

Quartò,etiam per literas à Cancellariis impetratas non poterit ſecunda concedi dilatio, ſed à magna Cancellaria reciperetur, quia Rex non facilè poteſt per ſuam conſtitutionem ligari.l.digna vox.C.de legi. 8

Quintò, iudex debet arbitrari dilationem, & eam concedere à conteſtatione litis, id eſt, ſimul facta conteſtatione. ibi,*arbitre au iour de la conteſtation.* 9

Conteſtatio an fiat in poſſeſſorio.

Item ibi, *par conteſtation*, patet,quòd in cauſa poſſeſſoria fit conteſtatio, quod probatur in §.quorum.in fin.Inſt.de interd.ca. ij. vt lite non conteſta. & in l.tigni.§.ſi quis.cum ſeq.ff.ad exhib. gloſ. & Bartol.in d.l.vna.C. ſi de momen.poſ. Bald.in l.j.C.ſi per vim. & in d.l.incerti. q.xiij. gloſ.& Doctor. in cap.conſultationibus.de offi.delega. Alexand.conſ. ij. in iij.vol. col.iij. & Roma.conſil.ccxx.circa primum.colu.j. Aufrer.q.ccxxvj.& l.properandum. in princip. ibi, ſuper poſſeſsione. iuncto verb. poſt litem conteſtatam.C. de iud.& ita communiter tenetur,teſte Salice.in dict.l.vna.C.ſi per vim. Et ita in 10

ita in curiis Franciæ ſeruatur, etiam in interdicto recuperandæ poſſeſsionis:quamuis Ioan. Andr. & alij multi contrarium teneant in d.ca.conſultationibus.

Et puto in his conteſtationem fieri, quando contrariæ allegantur poſſeſsiones,& vnus negat alterum poſsidere. *Conteſtatio in poſſeſſorio.*

CHARLES VII. Articul. LXXI. des premieres.

ITEM, ordonnons,que ſi les complaintes contiennent reliefuement, que les executeurs d'icelles ne procedent à la ſequeſtration reale des choſes contentieuſes, ains facent les adiournemens par deuant les Iuges, auſquels la cognoiſſance en appartient, ou eſt commiſe, leſquels parties ouyes appointeront ſur le tout, ainſi qu'il appartiendra par raiſon. Articulus quart⁹.

GLOSSA VNA.

1 SVPERIVS dictum fuit articul. primo, quòd poſtquàm res erat ſequeſtrata, vna pars, quia non propoſuerat interdictum intra annum,impetrabat literas à Rege, & releuabatur, vt non obſtante lapſu anni procederetur: nunc verò ſtatuit, quòd ſi literæ querimoniæ contineant releuamentum, quòd apparitor, ſeu executor illarum non procedat ad ſequeſtrationem cauſa non cognita,ſed remittat cauſam per citationem ad iudicem,ad quem cauſæ cognitio ſpectat,qui partibus auditis ſuper omnibus decidet. *Declaratio ſuperioris primi articuli.*

2 Ratio huius tex.eſt, vt nihil ſine cauſæ cognitione fiat, & in hoc corrigitur hic articulus, quia hodie apparitor non poteſt rem ſequeſtrare, & ſi fiat non valet, quia ſine cauſæ cognitione non fit ſequeſtratio, vt iudicauit Senatus hoc anno 1551. & in tractatu, de ſequeſtrati. abundantiùs ſcribam inferiùs. *Sequeſtratio nō fit ab apparitoribus. Areſtum.*

3 Item notandum eſt, quòd querela nouitatis non impetratur ſuper officiis dominorum, ab eo.qui eſt deſtitutus, quia dominus hoc iure ſuo facere potuit, cùm hæc officia quaſi precariò poſsideantur, & ideò ſunt ad nutum reuocabilia. *Querela nouitatis non habet locũ in officiis dominorũ,niſi in quatuor caſibus. Areſtum.*

4 Sed in caſibus ſequentibus pars deſtituta poterit implorare iudicis officium contra illam deſtitutionem: vt cenſuit Senatus anno 1513. die xiij. Iulij.

5 Primus igitur caſus eſt,ſi fauore matrimonij datum fuerit officium,quia ſic eluſum redderetur matrimonium, quod eſſe non poteſt. nam iſte qui duxit ea lege vxorem,onera matrimonij ſuſtinere non valeret,quæ quidem ſunt magna, & grauia.l. pro oneribus. C. de iur.dot. quæ pleroſque inducunt coniugatos ad multa contra conſcientiam perpetranda. *Caſus quibus officialis domini intẽtat nouitatem.*

6 Secundò, quando remunerationis gratia: & ſic cenſuit Senatus anno 1513. die xij. Iulij, quia hoc ſpeciem habet compenſationis non donationis,l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de petitio.hæred.facit l. ſi pater.in fi.ff. de *Officiũ in remunerationẽ cõceſſum non reuocatur. Areſtũ.*

donationib.

Officiũ emptum à domino cenſetur irreuocabile.

Tertiò, quando emit officium, tunc quoque non poterit deſtitui, per 7
tex.in capit.vno.de natu.feu.Bald.in l.qui ſe patris.col.viij.C.vnde liber.ne videlicèt quis ex aliena iactura locupletetur.l. nam hoc natura. ff. de condict.indeb.& recipiendo ex eo pecunias videtur dominus cum eo contrahere,ne eum officialem deſtituat vendendo ei vſum officij. per Benedi.in c.Raynutius.in verb.duas.nu.36.cum ſeq.de teſta.

Quartò, cum hac lege datum eſſet, vt quandiu viueret hic officiarius, 8
reuocare eum non liceret,tunc conuentio ſeruanda eſt, l.iuriſgentium.§. prætor ait.ff.de pact.contractus enim ex conuentione partium legem accipiunt, l.j.§.ſi conueniat.ff.depo.l.contractus.de reg.iur.

Officiales Regij ſunt perpetui.

Officiales verò Regij perpetui ſunt, nec ſine cauſa deſtitui debent, e- 9
tiam ſi ad beneplacitum Regis conſtituti ſint, quod durat vſque ad mortem.c.ſi gratioſè.de reſcript.in vj.Bal.in l.Iuriſperitos.ff.de excu.tuto.

Nam poſtquam eos creauit, ordinarij ſunt, & iure proprio iuriſdictio- 10
nem habent, l.j.ff.de offic.eius. & id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro à nobis auferri non poteſt.per regul. iuris.& maximè, quia dominium & magiſtratus æquiparantur,l.qui furere.ff.de ſtatu.ho. & ſicut Princeps dominium rei non poteſt auferre ſine cauſa.gloſ.in l.ij.C.de precib. imper.offer. Doct.in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur.c.quæ in eccleſiarum.de conſtit. facit quod Gagui.refert,Reges Franciæ ita contraxiſse cnm ſuis ſubditis : quibus contractibus Reges ligantur, c.j.de probation.ſcripſi in præfa.ad titu. de colla.† Ideoque ſicut Princeps rem, & vineam alterius auferens pecca- 11
ret, vt de vinea Naabot ſcribitur : ita & qui officiales ſine cauſa priuaret: non mirum igitur ſi deſtituti poſſint vti iuris remediis atque poſſeſſoriis: vt alibi plena manu ſcripſi.

IDEM Article Lxxij. Ibidem.

Articulus quintus.

ITEM, ordonnons qu'en cauſes de complaintes en matiere de ſaiſine, & nouuelleté,en cauſes d'applegemens, & contr'applegemens,nul ne ſoit rceeu à plaider par retenue, mais playderont les parties à vne foys,& à toutes fins.

GLOSSA PRIMA.

Aduocatorum prolixitas reſtringenda.

VT breui decidantur cauſæ reſtringit veterum aduocatorum 1
prolixitatem, per hæc verba conſtitutionis, ibi, *nul ne ſoit receu à playder par retenue &c.*quæ nõ ad iudicem, ſed ad partem referuntur, quippe aduocati non ſine magnis partium impenſis, & cauſæ retardatione longa ambage verborum, & prolixa oratione cauſas protrahebant, retinendo ſemper ſibi aliquid ad dicendum : hanc igitur aduocatorum propteruitatem ad magnum partium commodum, & totius Reipublicæ tranquillitatem moderatur: vt in poſterum quicquid, quod ad cauſæ ſuæ vtilitatem pertinere

tinerè videat, id quodcunque ſit vna oratione perſtringere, & qua poterũt
breuitate ſingula comprehendere curent: vt dicit text. ibi, *à vne foys, & à*
toutes fins, quibus pulchrè conſonant ea, quæ not. per Doct. in l. & an ea-
dem. §. actiones. ff. de excepti. rei iudic.

2 Sed quæro quid poſsit opponi contra iſtum impetrantem literas in ca-
ſu nouitatis? Reſpond. cùm dies dicitur opponenti ad allegandum ſuæ
oppoſitionis cauſas, eo die poteſt opponens allegare litiſpendentiam, ſi
ſit, vel præuentionem in poſſeſſorio alibi factam inter eaſdem partes, &
de eadem re, & ſic excluditur nouus impetrans, l. cum quæritur. ff. de ex-
cepti. rei iudic. vt lite penden.

Oppoſitiones in nouitate, vt litiſpendentia.

3 Vel ſi ſit aliquis priuilegiarius cauſam petet remitti ad Conſiliario ſup-
plicationum, vel ad alium iudicem ſuum, videlicet ad Conſeruatorem pri-
uilegiorum, c. Romana. §. contrahentes. de foro compe.

4 Quod eſt verum, ſi dum primò ſe oppoſuerit non allegauerit aliquam
oppoſitionis cauſam, vel dixerit ſe, *à toutes fins s'oppoſer:* nam ſi opponendo
vnicam cauſam allegauerit, alias non poterit adducere, nec exceptiones
dilatorias, nec peremptorias: quia expreſſum facit ceſſare tacitum, l. cùm
ex filio. ff. de vulgari.

Oppoſitio generalis præualet ſpeciali.

5 Necnon poteſt opponens afferre alias fuiſſe iudicatum ſuper hac poſ-
ſeſsione, & exceptio rei iudicatæ nunc competit. c. vno. de lit. conteſta. in
6 vj. & d. l. cùm quæritur. cum l. ſeq. de exception. rei iudica. † Tamen pars
aduerſa poterit dicere ſe poſſediſſe per annum, & vltra, à tempore areſti.
Et ſic ſaiſina acquiri poteſt etiam poſt areſtum, quamobrem nec poſt an-
num erit exequendum, antequam partes opponentes audiantur.

Saiſina poteſt acquiri etiam poſt areſtum.

7 His itaque caſibus, & aliis, quibus oppoſitio iuſta reperitur, annullatur
ſecunda executio, & condemnatur impetrans in expenſis. teſte Berber. in
viator. iuris. in pract. leg. Regiar.

Oppoſitio iuſta operatur expenſarum adiudicationem.

8 Profert etiam opponens, & baptizat (vt dicanicorum verbis vtar) con-
trarias poſſeſsiones, videlicèt quòd ipſe eſt, qui poſsidet, non impetrans:
vel ſi aduerſarius poſsideat, quòd vi, clàm, vel precariò poſsidet. l. j. ff. vti
poſsid. & hoc poſteà licebit iuſtificare: vt docet Ioan. de Kalaguer. in titu.
de mod. proceden. ſuper nouis diſſaiſ. in ſtylo Parlamen.

Baptizat opponens cõtrarias poſſeſſiones.

9 Item adducere poteſt, quòd poſt annum & diem fuit turbatus, vt ſupe-
riùs tit. proximo dictum fuit, vel quòd aduerſarius ab anno non poſſedit, d.
10 l. j. vti poſsidetis. † Nec ad rem pertinet huc deducere ſaiſinam illam, quam
paſsim exercet Rex pro iure ſui imperij, & vt dicunt *par main ſouueraine:*
quia hæc retentio ad ſolam conſeruationem iuris partium tendit, non ad
11 acquiſitionem poſſeſsionis: † Ideò nec Rex acquirit ſibi poſſeſsionem, etiã
ſi per decem annos poſſederit iure maioris imperij.

Rex non acquirit poſſeſſionem iure maioris imperij poſſidendo.

12 Item quando eſt controuerſia inter pares Franciæ, tunc res controuer-
ſa remanebit in manu ſuperiori, & (vt dicitur) *en la main du ſouuerain, i. du*
Roy, & demùm cauſa finita totum reſtituetur victori, vt in magno conſue-
tud. quem vocant *l'inſtruction de practique* ſcribitur.

Manus Regia ſaiſit res controuerſas inter pares Franciæ.

13 Quemadmodum etiam ſi ſit controuerſia in caſu nouitatis inter ſubdi-
tum & Regem, res controuerſa ponetur in manu Regia, tanquam ſupre-

Nouitas inter Regem & ſubditũ.

ma.& gallicè dicitur, *en la main du Roy comme ſouueraine*, & eo caſu eligetur
vnus bonus parterfamilias, gallicè vocant *preud'homme*, qui rem controuer-
ſam reget nomine vtriuſque: & † ſic plus conceditur in Regem, quàm in 14
priuatum dominum: nam in eum non habet locum querela nouitatis, ve-
rùm hic intentari poteſt à ſubdito contra Regem.

Subditus an poſſit in dominũ literas nouitatis obtinere.

Item opponi poteſt, quòd impetrans eſt ſubditus illius, contra quem im 15
petrauit literas nouitatis, ſubditum appello ratione iuriſdictionis altæ, &
infimæ, qui de conſuetudine non recipitur in caſu nouitatis contra domi-
num ſuum, & gallicè dicitur, *entre ſeigneur & ſubiect, n'a point de nouuelleté*, in
ſtylo Parlamen. in rub. de cauſ. nouita. §. item ſi ſubiectus. Maſuer. in ſua
praxi.eod.tit.§.item ille qui.

Confeſſoria & negatoria inter dominum & ſubditum.

Sed habet quidem locum actio confeſſoria & negatoria vtilis, vel of- 16
ficium iudicis, vel alia remedia, de quibus Bart.in l.j. §. huius autem. ff. vti
poſſidetis. Panormit.& alij in capit.conquerente. de reſtitutione ſpoliato-
rum.

Nouitas inter dominũ & ſubditum ratione tertij.

Areſtum.

Niſi eſſet nouitas inter dominum, ſubditum, & alium ſimul, tunc ratio- 17
ne tertij conſiſteret.arg.l.ſi communem. ff. quemad. ſerui. amit. ſic cenſuit
Senatus Pariſ. vt refert.Ioan.Gallus, in q. per areſta. q. clxxxiiij. Item xiiij.
die.& q.xxvj.anno quo ſuprà.Maſuer.in §.item ſi dominus iuſtitiarius. tit.
de poſſeſ. † Et in curia ſuprema ex cauſa audiretur ſubditus etiam contra 18
dominum.vt eſt in magno Conſuetudinario.

Regius tantum iudex de poſſeſſorio cognoſcit.

Opponitur etiam, quòd is qui cognoſcit, non eſt iudex competens, vt 19
quia non Regius etenim alij iudices non recognoſcunt de poſſeſſoriis, ſe-
cundum conſuetud.regni.Ioan. Sanxon in Ordina. Turo. articul. xxij. ſu-
periùs dixi.

Reſtabilimentum fieri debet, vt quis recipiatur ad oppoſitionem.

Ad hæc antequàm iudex competens recipiat partis oppoſitionem, 20
reus tenetur reſtituere ſublata cum effectu, ſeu fictè, vt dicunt figuraliter,
ſuper quo primitus eſt attendenda literarum querimoniæ forma, & ſe-
quenda, per l.diligenter.ff.manda. cap. cùm dilecta. de reſcript. in quibus
intelligas quòd opponens ſemper debet ſe dicere ſaiſitum, alioqui non eſ-
ſet contradictor legitimus.

Procuratorium generale nõ ſufficit ad oppoſitionem.

Areſtum.

Præterea ad allegandum iſtam oppoſitionem, non recipitur procurator 21
generalis, niſi ſpecialiter ſit conſtitutus ad comparendum coram commiſ-
ſario: vt teſtatur Io.Gallus fuiſſe deciſum in hoc Senatu, in quæſtio.per are
ſta.q.clx.plenè ſcripſi in Concorda.in glo.penulti.de elect.derog.
†Sed coram commiſſario exequente caſum nouitatis admittitur ad ſe 22
opponendum pro illo, qui eſt citatus, quilibet de familia, etiam ſine pro-
curatorio.l.j.in fi.C.ſi per vim.Maſuer.eod. titu. §. item coram commiſſa-
rio.vbi etiam dicit pro non citato non recipiendum quenquam ſine pro-
curatorio, quia ibi nulla neceſsitas imminet.

Querimonia contra querimoniã nõ habet locum.

Areſtum

Manus Regiæ impoſitio quando petenda.

In ſuper reus ſe opponere debet, nec admitteretur idem ipſe ad impe- 23
trandum in actorem alias querimoniæ literas: nam querimonia contra que-
rimoniam non recipitur, vt cenſuit Senatus Pariſ. prout refert Ioan. Gal-
lus in quæſtion.per areſta. quæſtion. cxiiij. † Imò ſi opponens primo co- 24
gnitionis die non petierit manum Regiam apponi, pars ſeu impetrans
ſemper

ſemper poſsidebit, & vtetur re, pendente proceſſu, vt ſeruant curiæ Fran-
25 ciæ. † Tamen ratione alterius impedimenti, is contra quem defectus fuerit conceſſus in caſu nouitatis, poterit de nouo conqueri: vt cenſuit Senatus ſecundum Aufrer. in tract. areſto 18. Item quòd deficiens.

Areſtum.

26 Item opponi poteſt, quòd ſuper bonis mobilibus non datur hoc interdictum, ſed pro rebus ſoli, l. j. §. j. vti poſsid. niſi illæ res mobiles ad nos perueniſſent ex ſucceſsione alicuius, etiam ſi hæc poſſeſsio tota nonniſi mobilibus conſtaret, tunc quoque fuit approbata querela nouitatis à Senatu anno 1522. & die 23. Iulij, contra hæredes cuiuſdam Matiſconenſ. pro quadam vidua donatrice omnium bonorum.

Querimonia nouitatis ſuper rebus mobilibus quando detur.

Areſtum.

27 Et idem quando actione vniuerſali, vel generali deberentur: Ideò auditus fuit conquerens in caſu nouitatis pro conqueſtibus mobilibus ſibi donatis, anno 1541. vel quando accederent res mobiles, & cohærerent immobili: vt ſi quis ſe diceret eſſe in poſſeſsione domus, vnà cum mobilibus in ea exiſtentibus, vel in poſſeſsione fundi cum fructibus ei cohærentibus, aut collectis, l. ſi aliena. ff. de vſucapionib. l. j. §. vtique. & §. ſequen. de vi & vi armata. Maſuer. eodem titu. de poſſeſſor. §. item caſus nouitatis.
28 † Necnõ per interdictum vtrobi, quod *adueu* Gallicè dicitur: vt docet Imber. in Inſtitut. Foren. libro primo. §. deinceps.

Donatarius pro mobilibus intentat nouitatem.

Vtrubi interdictum.

29 Item licebit parti ſe opponere pro quota aliqua parte rei ſaiſitæ, & tunc cogetur declarare quàm partem velit controuertere, vt demum iudex manu teneat impetrantem quoad alias partes. l. qui ſeruum. §. qui in iure. ff. de interrog. act. Maſuer. eod. §. item & quia nu. 22.

Opponitur nedũ de tota re ſaiſita, ſed & pro parte illius.

30 Tamen interim ſaiſiri poteſt ea tota res: & ad manum Regiàm poni, etiã ſi litigetur tantùm ſuper dimidia parte hæreditatis, vel tertia, ſed partibus auditis decernet iudex, quòd impetrans leuabit fructus ex parte rei non controuerſæ.

32 Item ſi priuatus ceperit animal dans damnum intra mei domini territorium, caſum nouitatis intentare potero, quia me turbat in mea iuſtitia. vt in mag. Conſuetud. habetur.

Dominus intentãs nouitatem pro ſua iuriſdictione.

Cauſes d'applegemens, & contr'applegemens.

GLOSSA II.

1 IN PATRIA conſuetudinaria vtuntur his vocaulis, *applègemens, & contr'applegemens*, quæ vt intelligantur ab his, qui ſunt in patria iuris ſcripti, declarare non verebor. Et tribus modis dicitur *applegemens*. Primò interdictum quorum bonorum.
2 Secundò interdictum vnde vi.
3 Tertiò modo dicitur oblatio illa cautionis à ſubdito præſtari ſolita domino, qui aliquam eius rem ſaiſiuit, vel ſaiſite fecit, & petit ſubditus vt manus iniecta in rem tollatur, offerens defendere contra dominum.

Applegement, quot modis dicatur, & vnde.

4 † Fit etiã hæc olatio corã apparitore, vel iudice, quã ſi recuſet admittere iudex, aut non concedat manus leuationem, tunc vel appellat ſubditus, vel

tuetur ſuum ius coram iudice, & hoc applegementum dicitur *applegement de refuz de pleige* , lis ſuper hac rę mota cauſa applegementi nuncupatur: & propriè hic modus dicitur *applegement à pleige*, gallico vocabulo pro cautione vel ſatiſdatione.

Contrapplegemēt quid ſit.

Contr'appleigement, tot modis dicitur: nam eſt idem quòd defenſio contra applegementa illa, & *contr'appleiger,* nihil aliud eſt, quàm defendere contra applegementum. Itaque in his cauſis vt in cauſa nonitatis ne quid retineatur litigando, ſed omnia ſemel in iudicium deducantur, ſtatuitur hic.

IDEM Artic. VII. touchant le ſtyle.

Articulus ſextus.

ITEM à certaines ordonnances faiſans mention qu'on ne reçoiue aucuns en fourniſſement à part, adiouſtons, & ordonnons peine d'amende arbitraire contre les infracteurs d'icelles, ſelon l'exigence du cas.

GLOSSA VNA.

Pœna arbitraria quomodo intelligatur.

QVIA interdum leges non plenè ſeruantur, niſi adiiciatur 1
pœna, ideò hic adiungit pœnam arbitrariam iudicis arbitrio imponendam. Ne verò ideò voluntariam omninò intelligas, id eſt, pro iudicis voluntate infligendam, ſed pro arbitrio ratione meriti vel culpæ: ideò dicit text. *ſelon l'exigence du cas* : ſicut canones menſuram temporis in agenda pœnitentia pro vnoquoque crimine non præfigunt, videlicèt vt de ſingulis dicant qualiter vnumquodque peccatum emendandum ſit, ſed magis in arbitrio ſacerdotis intelligentis relinquendum ſtatuunt. capitulo menſuram. de pœniten. diſtinctio. primo capitul. Deus. de pœnitent. & remiſsio. itaque reſpiciendum eſt iudicanti, ne quid aut duriùs, aut remiſsiùs conſtituatur, quàm cauſa depoſcit. nec enim aut ſeueritatis aut clementiæ gloria affectanda eſt, ſed perpenſo iudicio, prout quæque res expoſtulat ſtatuendum eſt: planè in leuioribus cauſis promptiores ad indulgentiam iudices eſſe debent, in grauioribus pœnis ſeueritatem legum cum aliquo benignitatis temperamento ſubſequi. Marcellus in l. reſpiciendum. in princ. ff. de pœnis.

IDEM Article LXXIIII. des premieres.

Articulus ſeptimus.

ITEM, & pource qu'en telles matieres de ſaiſines & de nouelleté, qui ſont matieres poſſeſſoires, puiis aucun temps en ça l'on a procedé, comme l'on feroit es matieres petitoires, & que telles matieres poſſeſſoires, & de nouuelles deſſaiſines doiuent eſtre traictées, & decidées le plus brief, & peremptoirement que faire ſe peult: car apres les parties, ſe bon leur ſemble, peuuent proceder ſur le peti-

toire:

toire & que par les fuytes & delays, que les parties prennent en telles matieres, & la longueur des plaidoyries les procez ſont comme immortel: & les heritages ſequeſtrez ſouuentefois en tournent en ruyne & deſolation, dont en aduient ſouuentesfois grand dommage à nous & à la choſe publicque de noſtre Royaume, & à tous nos ſubiets. Et auſsi puis aucun temps en ça l'on a pris vne forme eſdites matieres de nouuelles deſſaiſines, que l'on ordonne examen de teſmoings eſtre fait ſur la recreance, combien que les parties en telles matieres ſe puiſſent expedier par titres: dont les procez ſont moult retardez, & les parties grandement endommagées: Nous voulans pourueoir auſdits inconueniens, auons ordonné & decerné, ordonnons & decernons que d'oreſnauant en toutes telles matieres poſſeſſoires & de nouuelles deſſaiſines, tant complaintes qu'applegemens, affin que les choſes ſequeſtrées ne viennent en ruine & deſolation (comme elles ont fait au temps paſſé) que la recrãce ou iouiſſance des choſes contentieuſes ſera adiugée par les lettres, & titres des parties, ſans les mettre ſur ce en aucune preuue: ſinon que ce ſoit cauſe, où il n'y ait nulles lettres ne titres, & que ſans preuue de teſmoings ne puiſſe eſtre expediée en recreance.

GLOSSA PRIMA.

1 HIC ARTICVLVS prætermiſsis eius præfationibus ſtatuit recredentiam literis, & titulis adiudicandam parti, ſine alia probatione, niſi talis eſſet cauſa in qua nullæ eſsẽt literæ vel tituli, & quando recredentia iudicari non poſsit ſine probatione teſtium. De hac materia multa ſcripſi in §.j.de ſentent.execuſ. quæ hic non repetam, vbi etiam mala, quæ ex ſequeſtratione proueniunt, refero. *Recredentia fit ex literis & titulis.*

2 Sed quia hic text. facit mentionem de poſſeſſorio & petitorio, ideò videndum eſt quid dicatur poſſeſſorium? Reſp. quando agitur de poſſeſsione alicuius rei, & materia poſſeſſoria cum cauſa vertitur ſuper poſſeſsione. gl. & Doct. in l.fin.C.qui legit.perſo. ſtandi. Panor. & alij rub. de cau. poſſ. ſic & iſtæ ordinationes tractant hanc materiam poſſeſſoriam. *Poſſeſſoriũ quid.*

3 Petitorium verò dicitur, cùm de dominio agitur, & proprietate ſeu iure rei, vel eius reſtitutione, teſte Specul. in titu. de petitori. §. primo. Doct. in l.naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. poſſeſsio. & probatur in l.is qui deſtinauit. ff. de rei vendicatio. Carol. Ruyn. conſilio clxiiij. quamuis ex his. col. iij. nume. 7. in v. volum. plenè Fernan. vir egregius, & doctor Tholoſa. in interpretat. dict. §. nihil commune. in ij. præfa. ff. de acquir. poſſeſſ. *Petitorium quid ſit.*

4 Vnde Lanfran. in repetitio. clementi. vnicæ. columna prima de cauſa

poſſeſsio.ait aduocatũ in hoc cautum eſſe debere.nam ſi quæſtio ſit de poſ
ſeſsione, vt ſi quis dicat ſe poſsidere,& petat manuteneri, tunc dignoſcet
eſſe poſſeſſorium: ſi verò dicat ſe dominum, & talem declarari,tunc peti-
torium eſſe.

Concluſio libelli inſpicitur ad diſcernẽdum poſſeſſorium à petitorio.

Et ad hoc diſcernendum concluſio libelli, non narratio debet inſpi- 5
ci,ſicut concluſio contractu s.l.ſi voluntate.C. de reſcinden.vendit.Bartol.
in l.Aurelius.§.Sticho. ff.de liber.legat. & in l.ſi oleum. in fin. cum l.final.
de dolo.Bald.in rubric.C. ſi certum petat.Alexandr. conſil.cxxj.viſo pro-
ceſſu.col.ij.& iiij.in primo volumi.& conſil.cxvij.viſo.in ij.volumine. Iaſon
in §.omnium.colum.xvj.de actionib.in Inſtitut.& in l.ſi prius.numer.33.ff.
de noui operis.nuntiat.

Rationes iſtæ ſunt etiam aſsignatæ in cap.j.&c.viij.& alijs in locis tract. 6
de ſentent. execut.& in tracta.de cauſ.poſſeſ.benefi.vbi reliqua de hac tra-
ctabuntur materia inferius.

Differẽtiæ inter poſſeſſorium & petitorium.

Quo loco non erit alienum ſubnectere aliquot differentias inter mate- 7
riam poſſeſſoriam,& petitoriam: nam poſſeſſoria ſummariè, petitoria ple-
nariè tractari debet,vt ſuperiùs diximus,artic.iij.

Sequeſtratio an habeat locũ in petitorio.

Secunda ſequeſtratio fit ſuper poſſeſſorio, ne partes ad arma veniant.l. 8
æquiſsimum.ff. de vſufruct. & res ponitur ad manum Regiam in hoc re-
gno,vt dictum fuit,ſed in petitorio ſequeſtratio regulariter eſt prohibita,l.
vna.C. de prohib.ſequeſtratio.ſcripſi in tract.ſeq.infrà.

Poſſeſſoriũ facit ceſſare petitorium.

Tertia differentia eſt, quia licèt petitorium fuerit priùs intentatum,ta- 9
men ſuſpendetur, ſi pars velit agere poſſeſſorio, non econuerſo,c. paſto-
ralis.de cauſa poſſeſ.

Cumulatio petitorij,& poſſeſſorij, an fiat.

Quartò, quando poſſeſſorium & petitorium ſimul deducuntur in iudi- 10
cium,prius iudicandum eſt ſuper poſſeſſorio,quàm petitorio,capitulo ij.&
cap. cùm dilectus:&c.cùm eccleſia.de cauſa poſſeſ. hodie verò prohibetur
vtrunque ſimul cumulari,vt dicetur infrà.fallit in vtrobi pro rebus mobili-
bus,in quibus vtrunque ſimul intentatur,nec conſtitutio Regia in hoc ha-
bet locum.

Feriato die an procedatur in poſſeſſorio.

Quinta,ſuper poſſeſſorio poteſt procedi etiam tempore feriato: vt di- 11
cunt quidam,& referunt Do.de Rota.deciſ.ij.de cauſ.poſſeſ. & proprietat.
incipien.tempore feriarum.in nouis.maximè in poſſeſſorio reintegrandæ.
Guido papæ in ſtatut.ſi quis.in verb.clandeſtinè.verſicul.quæro,an reinte-
gratio.quod eſt verum inferiis introductis ad ſolam hominum vtilitatem.
†Secus in feriis ad Dei gloriam,vel Sanctorum introductis.Barto.in extra- 12
trauagan.ad reprimendum.in verbo,ſummariè.col.ij.conſuluit Paulus con
ſil.ccccj.viſo proceſſu.col.ij.in primo vol.

Filiusfami. etiã ſine patris cõſenſu intẽtat poſſeſſorium.

Sexta,adultus ſine curatore,& filiusfamilias abſque patris conſenſu poſ 12
ſunt intẽtare poſſeſſorium,diuerſum eſt in petitorio.l.fi.§.neceſsitate.C.
de bonis quæ liberis.l.fina.C.qui legitimam perſonam.l.vnic.C.ſi per vim.

Exceptiões quæ ſunt admittẽdæ in poſſeſſorio.

Septima differentia, in poſſeſſorio non admittuntur exceptiones re- 14
quirentes altiorem indaginem.l.iij.§.ibidem. ff.ad exhibend.Bartol. & alij
in d.l.final. C. qui legitimam perſonam ſtandi.& in l.momentaneæ. vnde

vi.

15 vj. Sanſon in conſuetud. Turonen. articulo xxvj. rubric. *des retraictz*. † Et dicuntur altiorem habere indaginem, quando non poſſunt diſcuti, nec examinari intra illud tempus, quo principale. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, ſummariè. Ange. in §. æquè. col. xj. in fin. & ſequen. de exceptionib. in Inſtitu. Alexand. in l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebellianum. vel committitur iudicis arbitrio. Et iſta eſt communis, teſte Socyn. conſi. lix. capio. primum. col. ij. in iij. vol.

16 Nos ſeruamus vt in recredentia quidem non recipiantur hæ exceptiones, ſed in pleno poſſeſſorio cauſarum beneficialium ſic: quia de petitorio hi iudices Regij non cognoſcunt.

17 Octaua, in poſſeſſorio quis agit etiam ſine mandato nomine alieno, l. vna. C. ſi per vim. diuerſum eſt in petitorio. l. j. C. de procur. l. nemo alieno. ff. de regu. iur. hæc etiam non vidi ſeruari in poſſeſſorio, vt quis recipiatur in Franciæ curiis ſine mandato: quinimo in vtroque mandatum exigimus.

Mãdato carens, tamen etiam pro alio agit poſſeſſorio.

18 Nona, de iure ciuili à ſententia lata ſuper poſſeſſorio non appellatur, l. vna. C. ſi de momenta poſſeſsion. gloſ. & Doctores. in capitulo primo. de cauſa poſſeſ. ſecus eſt in petitorio, per totum titulum. ff. & C. de appella-
19 tioni. † hodie in forenſi iudicio ſeruatur, vt appellari etiam à recredentia poſsit, nihilominus ſententia mandabitur executioni, non obſtante appellatione, & ſine illius præiudicio, vt Bar. in dict. l. vna. docet. quæ opinio eſt hodie per ordinationem Regiam approbata: vt eſt in articul. v. tit. de ſenten. exec. vbi ſcripſi in primo Tomo commentar. in has Conſtitu. Regias.

Appellatio à ſentẽtia ſuper poſſeſſorio, non admittitur.

20 Decima differentia, quòd ſententia ſuper poſſeſſorio profertur ſuper ipſa poſſeſsione, in petitorio pronuntiatur ſuper dominio, vel iure rei. Bart. in l. j. col. ij. C. quorum bono. Bal. in l. penult. col. ij. ſi à non competenti iudic.

21 Vndecima, in poſſeſſorio non eſt locus reconuentioni: ſecus in petitorio. Specul. in titu. de reconue. §. ij. verſicu. ſed quid ſi agebam. per l. fin. C. qui legiti: perſ. Ioan. Andr. & alij in ca. cùm dilectus. de cauſa poſſeſsio.

Reconuẽtio nõ habet locũ in poſſeſſorio.

22 Duodecima, cauſa poſſeſſoria non eſt ſpiritualis, etiam ſi ſit ſuper beneficio, vel re ſpirituali, teſte Bal. in cap. vno. apud quem vel quos in feud. & in l. penultim. C. ſi à non competen. iudic. Nicol. Milius in verb. ſpiritualis cauſa. quia non continet medullam veritatis. Panormitan. & alij in c. literas. de iuramento calumniæ. Guido Papæ in ſtatut. ſi quis. in verbo, clandeſtinè. verſicu. ſed iuxta materiam. alibi de hoc ſcripſi.

Poſſeſſorium etiam ſuper beneficio nõ ſte ſpirituale.

23 Decimatertia differentia eſt, quòd iudices Regij licèt laici cognoſcunt in hoc regno de poſſeſſoriis beneficiorum, & omnium rerum ſpiritualium, & iurium. Guido Papæ hoc docet q. j. in deciſ. Delphin. & quæſtio. lxxxvj. & q. ccccclij. & conſi. lxviij. & cxlix. Aufre. q. cccclxx. & in repet. cle. j. col. lxxvij. de offi. ordina. Maſuer. in rubr. de iudic. §. item ad iudicem. Benedict. in repetitio. cap. Raynutius. in verbo, & vxorem. nume. 369. de teſtam. & hodie hoc eſt notorium in hoc regno.

Laici cognoſcunt de poſſeſſorio beneficiorum.

24 Tamen nunquàm cognouerunt nec cognoſcunt de petitorio, quod eſt ſpirituale,

ſpirituale,& ad ſpirituales pertinet.Docto.in ca.ij.de iudi.& in c. j. & ij. de cau.poſſeſsio.& propriet.

Ciuile poſſeſſorium prius criminali diſcutiendum.

25 Decimaquarta,ſi cauſa ciuilis & criminalis ſimul concurrant, cauſa ciuilis poſſeſſoria diſcuti prius debet, quàm altera, l. j. ſecundum vnum intellectum. C.de appel.Bald.in addit.ad Spec. in tit. de appel. ver. ego ago. & in diſpu.incip.accuſatus.

Semiplena probatio in poſſeſſoriis.

26 Decimaquinta differentia eſt, quia cauſa poſſeſſoria eſt leuis præiudicij,ideóque ſemiplenæ ſufficiunt probationes:ſecus in petitorio,teſte Bar. in l.j.colum.ij.C.quorum bono.& in l. ij. C. vbi in rem actio exerceri debeat.Matheſila.no.ij.nota quòd in iudiciis. Doct. in cap. cum cauſam. col. ij.de proba.& in conſil. lvj. in cauſa. col. j. vſus tamen forenſis requirit in vtroque probationes ſufficientes.

Teſtium recognitio non expectatur in poſſeſſorio.

27 Decimaſexta, in cauſa poſſeſſoria ſcripturæ ante recognitionem teſtium fidem faciunt.tex.in l.fin.& ibi Bald.in v.opp. C.de edi. diui. Adria. tollen.licèt ſecus in petitorio.auth.ſed nouo iure. vbi Doct. C. ſi cert. pet. l.comparationes. C. de fide inſtru. plenè ſcripſi in tract.de chirograp. recogni.in j.Tomo.

Interdicta pro mobilibus rarò intentantur.

28 Decimaſeptima, remedia poſſeſſoria pro re mobili rarò dantur, ſaltem de conſuetudine, ſine immobilibus, vt ſuperiùs dictum fuit articu. v. ſed petitorium ſic.l.j.§.illud.ff.de vi & vi arma. l. j. §. pet. vti poſſid. quia vilis & abiecta eſt mobilium poſſeſsio.gloſ.in l.rem quæ nobis. ff. de acquirenda poſſeſ.

Regula, dolo facis, non habet locum in poſſeſſorio.

29 Decimaoctaua,regula dolo facis petendo, quod ſtatim reſtituturus es, non habet locum in poſſeſſorio,ſaltem recuperandæ. l. dolo. ff.de doli except.ſecus in petitorio.gloſ.in l.j.C. quorum legato. & regu. dolo. de reg. iur.& in l.j.§.qui vi.vbi Bart.de vi & vi arma. Philip. Franc. in cap.ſi beneficia.de præb.in vj.Angel.in §. j. col. xxij. Inſtit. de except. Vincent.in l. ſi ſocer.§.ſi.ff.ſolu.matri.

Annua sũt poſſeſſoria, & quid in petitoriis.

30 Decimanona differentia, quod poſſeſſoria remedia regulariter poſt annum non dantur.l.j.in fin.ff.de interdict.l.j.vbi Bar. vti poſſid. & ſuperiùs dixi articu. j. & Guido Papæ in ſtatuto ſi quis.in dict. verbo, clandeſtinè. verſic.ſed quid de ſtatuto.ac in deci.Delphina. q. ccccclij. in materia poſſeſſoria. ſed petitoria vſque ad triginta annos plerunque extenduntur, l. omnes.C.de præſcrip.xxx.vel xl.annorum.

Infamiam non irrogat ſentẽtia poſſeſſorij.

31 Vigeſima differentia, quòd ſententia ſuper poſſeſſorio lata non infamat.l.neque.ff.de vi.& vi arma.glo.in l.in interdictis.ff.de interdict. & in l. ceſſat.de actio.& obl.ſecus ſuper petitorio infamante.l.j.& per totum. ff.& C.de his qui notan.infa.

Maritus in poſſeſſorio vxoris agit etiam ſine illius mandato.

Vltima,de conſuetudine in hac patria maritus in perſonalibus & poſſeſſoriis competentibus vxori agit ſine vxore: quod probatur in l.maritus.C.de procuratorib. ſecus in petitoriis & realibus, quia tunc maritus cum vxore agit,& conuenitur, l. doce ancillam. C. de rei vendicatione. & Ioan.Fabr. in §. fuerat. columna prima. de actionibus. in Inſtitu. & in l. prima.C.de bonis maternis. Boër. in §. iiij. de conſuetudine iuris ſtatus perſon.

Actiones

34 Actiones poſſeſſorias voco competentes pro poſſeſsione,quãuis Chaſſa.in conſuet.Burgun.in rub.*des droicts*.§.v.dicat accipi pro actionibus realibus,quæ dicuntur vendicationes : quod non eſt verum, nec inuenitur in iure, quòd actio poſſeſſoria dicatur realis.nam ſi eſſet in rem, aduerſarium poſſeſſorem fateretur, quare de poſſeſsione non ageretur.l.is qui deſtinauit.ff.de rei.vendi.§.omnium.de actionib.in Inſtitu. vnde potiùs hoc caſu dicerem eſſe petitorium, quia hoc tam facile eſt, vt non egeat probatione, ob id miſſum facio.Alias multas proferrem differentias, ſed aliæ omnes, ſaltem quæ obſeruantur,ſub iſtis comprehenduntur.

Actiones poſſeſſoriæ an ſint reales, an verò perſonales.

CHARLES *vij.* *Artic.* LXIII. *Ibidem.*

ITEM, *ordonnons qu'en cauſes de complainte en matiere de ſaiſine & de nouuelleté,dont les exploits contiendront le cas,& auſsi en matiere d'appel,les parties des que la iournée de l'adiournement ſera eſcheüe,& apres la preſentation faicte,ſoyent preſts de playder les cauſes,ſans demander de lay en la matiere:car en icelles matieres les parties doibuent eſtre inſtruictes de leurs faicts.*

Articulus octauus.

GLOSSA VNA.

1 STATVIT quò celerius cauſæ poſſeſſoriæ nouitatis decidantur,vt partes dicto die præſto adſint,& in termino, ne dilationem petant: quia de propriis factis inſtructæ debent eſſe.

Dilatio nõ datur in poſſeſſorio.

2 Quo loco non erit alienum inſerere requiſita in interdicto vti poſsidetis, quibus præhabitis iudiciorum hanc aleã ſubire non tantoperè pertimeſcamus.Primum igitur requiritur eũ poſſidere, qui hoc experitur interdicto.§.retinendæ.de interdict.in Inſtit.vide quæ dixi ſuperiùs artic.ij.

Requiſita in interdicto vti poſſidetis.

3 Secundò, quòd rem ſoli & immobilem poſsideat, l.j. §.hoc interdictum.ff.vti poſsidet. ibi, de ſoli poſſeſſore ſcriptum eſt. datur etiam pro quaſi poſſeſsione iurium.c.licet.de probat.ſiue illa iura adhæreant rei mobili,ſiue non.† Curia enim Franciæ pro quocuuque iure ſaiſinam, ſeu caſum nouitatis recipit, & quaſi omnes cauſæ ſunt de talibus:vt docet Guido Papæ deci.Delphi.q.cccccliij.in materia.quamuis olim inter Doct.controuerſum ſic,in l.ſi certis annis.C.de pact.& in c.querelam.de elect.Guid. Papæ in ſtatu.ſi quis.in verb. vel quaſi. & Ioan. Fabr. & alij in §. æquè. de acti.Inſti.& hoc ſeruatur in Francia.

4

Immobilia an tãtũ veniant in interdictũ vti poſſidetis.

5 Tertiò quòd res ſit talis,in quam poſſeſsio cadat, vel quaſi, d.l.j. §.hoc interdictum.in omnibus etiam poſſeſsionibus, quæ ſunt ſoli ſine dubio locum habebit,dummodo poſsideri poſsint, vt quia res ſacræ poſsideri non poſſunt.l.qui vniuerſas. §.j.ff.de acquirend. poſſeſ. vnde non poſſet laicus petere ſe manuteneri in poſſeſsione percipiendi decimas, vel alia ſpũalia,

cùm

cùm ad ea ſit incapax.c.cauſam.de præſcript.cap.decernimus.de iudic.

Quartò,quòd turbetur, & inquietetur, d.l.j.§.huius autem. & §.illud. 6
& l.vim facit quod vi aut clam.& l.vna.C.ſi per vim vel alio modo.

Qualis poſſeſſio requiratur in nouitate.

Quintò, quòd ille qui turbatur,non poſsideat vi,clam, vel precario: a 7
lioqui non poteſt hoc iuuari interdicto,d.l.j. in fin.ille tamen, qui allegat poſſeſſorem eſſe violentum, vel clandeſtinum, hoc debet probare, non poſſeſſor: vt docet Bart.in l.ij. in fin.ff.de itinere actúque priua. refert Guido Papæ in ſtatu.ſi quis.in verb.vel quaſi.verſi.ſed an hoc caſu.

Poſſeſſionis tempus probandum eſt impetranti literas nouitatis.

Sextò,quod poſsideat tempore litis conteſtatæ,§.ſed hodie.de interdi. 8
in Inſti.glo.in l.extat.ff.quod metus cauſa.Bar.in l.j.in fin.ff.vti poſsid.& in l.vna.C.eodem.Rofred.in ij.parte libelli.rubric.de interdict. vti poſsidetis.
†Quod debet intelligi quando alius probaret ſe medio tempore poſſe- 9
diſſe, alioqui ſufficit probare poſſediſſe tempore turbationis: & per hoc præſumetur etiam tempore litis conteſtatæ poſſediſſe, teſte Areti.in dicto §.retinendæ.& Matthe.de Afflict.in deciſio. Neapolit. cccxciiij. eccleſia. Alexand.conſilio lxxxviij.quoniam.col.ij.in v.volum.Barba.conſil.xxv.clementiſsimum.col.j.vol.iiij.Socy.conſil.lix.viſis actis.col.ij.volu.iiij. † Ratio 10
eſt: nam cùm agamus de poſſeſsione præſumenda, præſens poſſeſsio eſt potior præterita,quia de præſenti poceſsione conſtat per veritatem,de alia non:vt not.Doct.in l.fi.C.de edicto diui Adria.tollen.Bald.conſil.xxxvj.factum ſic ſe habet.in fi.volu.j.& ſuperiùs ad alium effectum ſcripſi.

Anno proximo poſſediſſe requiritur in interdicto vti poſſidetis.

Septimò, quod ab anno citra poſsideat.l.j.in fin.ff.de interdict. ideò in 11
literis ſaiſinæ dici ſolet,*depuis an & iour en ça*,alioqui ad ſaiſinam ſimplicem recurrendum eſſet.de qua ſuperiùs ſcripſi,arti.ij.

CHARLES *viij. Artic. XXII.*

Articulus nonus.

ITEM,ordonnons qu'aux cauſes de complainctes en matiere de ſaiſine & de nouuelleté, dont les exploicts contiendront le cas, & auſsi en matiere d'appel,les parties des ce que la iournée de l'adiournement ſera eſcheüe, & apres la preſentation faicte, ſoyent preſtes de plaider les cauſes, ſans demander delay en la matiere: car en icelles matieres les parties doiuent eſtre inſtruictes de leurs faicts.

GLOSSA VNA.

Saiſina ſine apprehẽſione eſt cõtra ius ſcriptũ.

HIc reperitur, quod fuit ſtatutum, & dictum artic.præceden. 1
veruntamen quia hic de ſaiſina, ſeu poſſeſsione loquimur, ne quod ad vſum forenſem pertinet, intactum relinquam, operæpretium eſſe putaui in medium proferre, quæ ſint hæ perſonæ, quæ in hoc Regno Franciæ ſine apprehenſione vera poſſeſsionis ſunt per conſuetudinem ſaiſitæ,& poſſeſſores.
†Cùm hoc maximè cõtra ius eſſe videatur,quo paſsim traditur, poſſeſsio- 2
nem nõ acquiri,niſi ſic apprehenſa,l.denique.ff. ex quibus cauſis maior.l.

commiſſa.

miſſa.ff.de publ.gloſ.in l.fi.C.de ſac.ſanct.eccl.c.ij.de conſuc. vbi iurium in-
3 terpretes.†nec quidem princeps vendendo transfert poſſeſsionem, nec dominium ſine traditione.Bal.& An.in c.ij.de no.forma.fidel. col.pe.niſi princeps gratiam impertiatur alicui, tunc quidem etiam ſolùm transfert dominium,non autem poſſeſsionem.c.ſi tibi abſenti.de præb.in vi. nam quælibet gratia principis dicitur eſſe priuilegiata.Ioã.And.in c.olim.de verb. ſig. Iaſ. refert conſ.cxlviij.viſo proceſſu.col.ij.num.4.in iiij.volum.

Princeps non tranſfert poſſeſſionem contrahendo.

4 Primùm igitur ſciendum eſt, quòd ſaiſire duo ſignificat. Primò manum iniicere, quaſi rem manu capere, ſeu occupare.text.in c.pe.§.nos igitur. de immu. eccleſ. in vi. declarat belliſsimè do. Tiraquel. in tracta. *le mort ſaiſiſt le vif.* in princ. & actiuè ſignificat.

Saiſire duo ſignificat.

5 Secundò, ſaiſire eſt aliquem poſſeſſorem facere,ſeu transferre poſſeſsionem. Vnde conſuetudo illa vulgata,Mortuus ſaiſit viuum,id eſt,poſſeſſorem facit: & ſaiſina ferè dicitur poſſeſsio, & caſus ſaiſinæ & nouitatis vo-
6 catur interdictum vti poſsidetis,vt ſuperiùs ſcripſi,& paſsiuè. † Hæc igitur eſt conſuetudo generalis in toto regno Franciæ, quòd mortuus ſaiſit viuum,id eſt,poſſeſsio defuncti quaſi coniunctim deſcendit in hæredes.Iuriſconſult.in l.cum miles.ff. ex qui.cau. maio.adeò vt mortuus aperiat oculos viuentis, vt docet Bal. in l.fi.C.commu.de manu.quia moriens facit poſſeſſorem viuentem, ſimulatque moritur, & illa poſſeſsionis continuatio dicitur ſaiſina, & facit poſſeſſorem verum, licet fictus ſit actus, vt ſuperiùs dixi in præfat.titu.huius:alioqui caſum nouitatis intentare non poſſet hic poſſeſſor conſuetudinarius.

Saiſire paſſiuè ſeu trãſlatiuè.

Mortuus ſaiſit viuũ.

7 Sed quamobrem inuenta ſit hæc conſuetudo? Reſpond. vtilitatis publicæ gratia,vt finis litibus breui imponatur, l.properãdum.C.de iud.c.finem. de dol.Etenim vtile eſt tam diuitibus,quàm pauperibus,vt breui lites decidantur, vt hodie decem dierum inteſtitio intantum partes progrediantur, quantum olim via ordinaria vix decem annis cõſequebantur, vt docet Berber.in viator.iuris. in practic.legum Regiar.in prin. Attamen ſatis longa eſt via hodie,ſed non ſicut in petitorio.

Ratio conſuetudin. is quòd mortuus ſaiſiat viuum.

8 Inuenta quoque eſt,ad vitandum tot circuitus adipiſcendæ poſſeſsionis, &vt hæres,vel alius,cui bona delata ſunt,quàm citò fruatur illis bonis,& iudices per poſſeſsionem has cauſas celeriter percurrere poſsint,& quaſi breui manu poſſeſsio perueniat ad hæredes.

9 Et quamuis hæc conſuetudo ſit contra ius ciuile, quia in acquirenda poſſeſsione requiritur apprehenſio,vt ſuperiùs dictum fuit,l.iij. cũ multis aliis. ff.de acqui.poſ.& hæres non habet poſſeſsionem rerum hęreditariarum regulariter,licèt dominium habeat,l.cùm hæredes.ff.de acqui.poſ.

Mortuus ſaiſit viuũ, eſt contra ius ciuile, ſed ſecundũ ius canonicum.

10 Tamen iſtam conſuetudinem approbat ius canonicum:in c.ij.de conſue. nec eam improbat omninò ius ciuile in quibuſdam caſibus,l.raptores.C.de epiſc.& cl.quamobrem iſta conſuetudo ex cauſis grauiſsimis inducta,nequaquam eſt odioſa,vel reſtringenda:imò tanquam perutilis amplianda.

11 Nec ſolent iudices in hoc regno agentem poſſeſſorio ratione hæreditatis ſibi delatæ excludere,quicquid dicant Doct.ſuper hoc.

12 His igitur præmiſsis videamus iam qui dicantur ſaiſiti, ſeu poſſeſſores

Conſanguineus proximus eſt ſaiſitus.

continui ſine apprehēſione per noſtram conſuetudinē? Et primùm de pro-
ximo cōſanguineo, ꝙ ſit ſaiſitus,& poſſeſſor bonorū paternorum,vel ſui al-
terius cōſanguinei,nemo dubitat, ob id non plura de eo differā.citabo tan
tùm Io.Fab.in §.ſumma. de interd. in Inſt.pleraſq; ſuper hoc allegat cōſue
tudines Do. Tiraquel.in ſuo tract.*le mort ſaiſiſt le vif.*

Saiſina extenditur etiam ad quæcunque occupata ꝑ tertium.

Etiam ſi alius occupauerit poſſeſsionem poſt mortem teſtatoris : nam 13
teſtator moriendo miſit eum in poſſeſsionem,quæ ſine facto ſuo ab eo non
poteſt auferri l.id quod noſtrum ff.de reg.iur.hoc docet.Bal.in rub.de cau.
poſ.col.iij.& Alex. cōſ. lxxxij.perſpectis. col.ij.nu.5.in ij.vol.†ſecùs ſi teſta- 14
tor tēpore mortis nō habuiſſet poſſeſsionē: quia tūc quā non habet,in aliū
tranſmittere nō poteſt. Cu.& Iaſ.in l.Pōponius.ff. de acqui.poſ. Sed quā-
cunq; habet,proculdubiò transfert: alioqui conſuetudo eſſet eluſoria, vt
dicit Ia. conſ.lxxxv.quando.in fi.in iij.vol.& ſic fuiſſe iudicatum Medio-
lani refert idem Iaſ.conſi.cxlvi. præſuppoſito.col.j.in iiij. vol.& Bened. in
c.Raynutius.in verb.mortuo.ij. nu.72. & 77.de teſta.& Chaſſa. in conſue.
Burgun.in ti.*des ſucceſsions.*§.j.gl.j.Bello.lib.iiij.ſupputa.c.xv. Et ita vtimur
in noſtra Gallia,teſte Tiraquel.in iij.decla.v.partis , vt hæres poſſeſſorio
agat contra eum,qui occupauit.

Saiſina ſine aliquo actu poſſeſſorio.

Etiam abſq; aliqua immixtione , vel alio actu poſſeſſorio : alioqui ſi re- 15
quireretur apprehenſio ad acquirendum poſſeſsionem,nihil prodeſſet hæ-
redi conſuetudinaria hæc ſaiſina, cùm de iure ſatis continuatum ſit domi-
nium in ſuos.l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.& conſuetudo eſſet eluſoria:contra
l.ſi prætor.ff.de iudi.quicquid dicat Bello.in d.lib.iiij.ſuppu.c.xv. quia hoc
conſuetudo noſtra non requirit,nec ego&c.

Inſtitutus heres eſt ſaiſitus.

Secundò hæres inſtitutus etiam.cenſetur ſaiſitus vi præfatæ conſuetu- 16
dinis,mortuus ſaiſit illum viuū,cui detulit vniuerſam hæreditatē,aut quo-
tam illius partem,& conſuetudo mittit eum in poſſeſsionem.Chaſ.in con-
ſue.Burgun.in ti.*des ſucceſsions.*§.iiij. Bened.in verb.mortuo.ij.nu.78.& 83.
de teſtam.quia venit ex voluntate declarata ab ipſo teſtatore , ſicut exe-
cutor teſtamenti,de quo infrà dicam.

Extranei filius in regno decedentis eſt ſaiſitus.

Amplia procedere etiam in filio extranei in regno decedentis : vt ſi fi- 17
lius talis in regno à muliere regnicola duxerit originem , is de iure ſucce-
dit ſuis patentibus,etiam ſine literis naturalitatis,vt abundè in tract. de lite-
ris natural.in ij.Tomo Conſtit.Regiar.ſcripſi,adducendo areſta. is ergo erit
etiam ſaiſitus.

Adoptiuus filius eſt ſaiſitus.

Imò etiam adoptiuus hæres inſtitutus à ſuo patre adoptante erit ſaiſitus, 18
per hanc conſuetudinē generaliter loquentē:quia verè hæres eſt,ſi ſit in-
ſtitutus vt no.in l.ſi arrogator.ff.de adop.& huius ſententiæ eſt do. Tira-
quel.in xiij.decla.ij.partis.facit l.quidam.ff.de verb.oblig.nam poſtquàm
extraneus eſt ſaiſitus, vt dicetur,ſic & hic adoptiuus.

Legitimatus filius inſtitutus eſt ſaiſitus. Areſtum.

Idem iuris eſt in filio , qui tantùm eſt legitimatus , quia hic nihil à na- 19
turalibus & legitimis differt. §.& quoniam. & §. ſi igitur licentia. in au-
then. quib. mod. natura. effici.legi.colla.vj. & ita iudicauit Senatus Pa-
riſien.vt docet Ioan.Gallus in quæſtio.per areſta.quæſtio. cxlij. dominus
Carolus *d'Eſpagne.*

20 Item etiã ſi eſſet filius emancipatus, & ſic bonorũ poſſeſſor eſt etiã ſaiſitus,quia in effectu hæres eſt.l.j.ff.de bo.poſ.l.in conditionibus.§.ſi patrem. de cõdi.& demõ.§.quos.ti.de bo.po.in Inſti.†Hæreditatis enim nomine venit bonorum poſſeſsio l.hæreditatis.vbi ſcripſi.ff.de ver.ſig.l.j. & l.q patris.C.vnde liber.quia illa ſolẽnitas antiqua in bonorum poſſeſsionibus eſt hodie correcta.l.fi.C.qui admitti.& differentia inter ſuos & emancipatos eſt ſublata.§.nullam.in auth.de hær.ab inteſt.veni.col.ix. *Emancipatus filius eſt ſaiſitus.*

21

22 Etiam hæredis hæredes ſaiſiti erunt cùm Ioã. Fab.dicat hæredem ſaiſitũ in §.ſumma.& in §.retinendæ.de interd.in Inſti.ergo & iſte,quia hæredis nomine omnes veniunt l.hęredis.& l.ſciendum.ff.de verbo.ſigni.& conſuetudo generalis eſt.& ita tenuit Chaſſan. conſi. lxvij. nobilis. col.xxiij. verſ. quintum & vltimum dubium.poſt Spec.in ti.de teſta.§.ſequitur.verſ.ſed pone.& Io.Fab.& Albe.in l.fi.C.de edicto diui Adria.tollen.Bal.conſ.clxxxvj.quia.col.ij.volu.j.vt refert do.Tiraq.in ij.parte declara.v.licèt teneat contrà,eo quòd duæ concurrant fictiones,videlicèt , vt fictè tranſiret poſſeſſio in alium, & fictè eadem poſſeſsio tranſmitteretur.†Sed non video quòd ſit duplex fictio, ac fateamur eſſe plures , veruntamen poſſent concurrere, cum ex diuerſis proueniant,& ad diuerſa tendant.l.ſingularia.ff. ſi cert.peta.Bar.in l.ſi is qui.ff.de vſucapio.& conſuetudo dicit mortuum ſaiſire viuum: ergo primò mortuus ſaiſiuit, & fecit poſſeſſorem primum hæredem, & hic primus hæres moriendo fecit poſſeſſorem ſecundum hæredem,& ſic hæredem hæredis: & ita dicitur in ſubſtituto inferiùs , qui dicitur ſecundus hæres. *Hæredis hæres eſt ſaiſitus.*

23

24 Etiam ſaiſitus eſt hæres ſiue ex aſſe,ſiue in quota.l.ex facto.ij.ff.de hæred. inſt. quia eodem priuilegio & fauore vtitur vterque l.fi.C.de edi.diui Adria.tollen.gl. & Doct.in l.quoties. C.fami. erciſcun. Chaſſan. dict. conſ. lxij.ex verbis.col.penult. *Hæres ex quota parte eſt ſaiſitus.*

25 Vnde filius inſtitutus in ſua legitima erit ſaiſitus , quia hæres veriſsimus eſt in illa, l. j.§. illud. ff. quo.leg.Guid. Papæ q. ccccl viij. in diſpoſitione. Bened.in verb.in eodem teſtamento.j.num.260.de teſtamen. *Filius eſt ſaiſitus i ſua legitima.*

26 Idẽ in hæredibus ſuccedentibus ex conſuetudine in mobilibus, vel in immobilibus,vt vtriq; ſaiſiti ſint in illis bonis,in quibus de conſuetudine ſuccedunt quia non video rationem differentiæ inter iſtos , quia vtrique ſunt hæredes, ergo & ſaiſiti,nimirum ſi poſſeſſorium quotidie proſequantur:vt paſsim in curiis vidi ſeruari. *Mobilium ſeu immobilium hæres eſt ſaiſitus.*

27 Etiam ſi ſub beneficio inuentarij veniant , cùm ſint hæredes,& conſuetudo transferat poſſeſsionem in viuentem, & hic velit eſſe hæres,tamen ſub beneficio l. fin.C. de iur. delibe. Et inducta ad vnum effectum non operabuntur contrarium l.legata.ff.de lega.j.Et ſi hic hæres ſit ad perſoluendum debita hæreditaria d.l. fi. ergo vi conſuetudinis oportuit eum eſſe ſaiſitum: quomodò enim poſſet ſoluere,ſi non eſſet poſſeſſor, nec bona teneret, nec poſsideret? *Hæres ſub beneficio inuentary eſt ſaiſitus.*

28 Parentes quoq; dicerã ſaiſitos de bonis filiorũ, quia nõ minùs piè debetur hæreditas filiorum parentibus,quàm parentũ filiis l. nam & ſi parentibus.in prin.de inoff.teſta.vt tunc itidem filius moriens mittat in poſſeſ- *Parentes ſunt ſaiſiti in bonis filiorum.*

ſionem parentem ſuperſtitem, ſcilicèt ex generali conſuetudine, mortuus
ſaiſit viuum, cùm generaliter loquatur conſuetudo.

Rogatus reſtituere hæreditatẽ eſt ſaſitus.

Idem iuris in hærede rogato reſtituere hæreditatem Titio poſt puber- 29
tatem, vel aliud certum tempus, quia interim hæres eſt, & ſic poſſeſſorio
agere poterit, poſtquam nomen habet, ergo & effectum. l. à nullo. C. de
feriis. † Nec obſtat ꝙ de perpetuo debeat intelligi, l. j. ff. ſi ager vectig. vel 30
emphyteut. petat. l. j. §. hoc interdictum. de fonte. vt ſcripſi in tract. de paci-
fi. poſſeſ. in vj. limit. & hoc aſſerit do. Tiraquel. in iij. declarat. ij. partis. Nam
cùm noſtra conſuetudo non loquatur de perpetuo, ſeu temporaneo, nec
ego addam, ſed dicerem à moribundo ſaiſiri viuum, à primo primum, & à
ſecundo ſecundum: prout ſtatim dicam.

Subſtitutus heres eſt ſaiſitus.

Subſtitutus etiam ſaiſitus erit, quia eſt inſtitutus, l. j. ff. de vulgari. & 31
quemadmodum quilibet moriens ſaiſit inſtitutum moriendo, ita quoque
inſtitutus ſaiſiet ſuum ſubſtitutum moriendo: nec erunt duo ſaiſiti, vt
quidam putant. Inſtitutus enim quandiu viuet, erit ſaiſitus, & ſubſtitutus
poſt mortem inſtitui, vt moriens inſtitutus mittat eum in poſſeſsionem,
& aperiat oculos eius ad videndum ſe poſſeſſorem. † Et ita iudicauit Se- 32
natus Tholoſanus, vt refert Chaſſ. conſil. lxij. ex verbis. col. penul. quia eſt in
locum inſtituti ſubrogatus: ideò eius naturam ſequi debet, l. ſi eum. §. qui
iniuriarum. ff. ſi quis cau.

Areſtum.

Fideicommiſſarius eſt ſaiſitus.

Idem iudicatum fuit in fideicommiſſario Tholoſæ, vt refert Bened. in 33
rep. c. Raynutius. in verb. mortuo. ij. nu. 74. dè teſtament. nam ex benigni
tate canonica transferuntur actiones in eũ ſine reſtitutione. Bal. in c. in præ-
ſentia. de prob. nec eſt diſputandum an ſit hæres, vel nõ, quia conſuetudo lo
quitur indefinitè, ꝙ moriẽs transfert poſſeſsionẽ in viuentẽ, eodem puta
momento, quo de iure transfertur illud dominium, vt ſtatim, & abſque alio
circuitu poſſeſſorio liceat experiri. † Et vt ſummatim dicam, remedia poſ- 34
ſeſſoria intentantur ſtatim in hoc regno, ac ſi ipſo iure aditæ eſſent hære-
ditates, aut reſtitutæ, vt docet Berb. in viato. iuris. in iiij. parte. in practica
legum Regiar. in prin. Nam cùm conſuetudo noſtra loquatur indiſtin-
ctè, & indeterminatè, ꝙ mortuus ſaiſiat viuum, ergo etiam generaliter
intelligenda eſt, ſiue ſit hæres, ſiue fideicommiſſarius, maximè quò vite-
tur circuitus, & vt lites breui perſtringantur, quicquid dicat Boër. in de-
ci. Burdega. q. clvi. an fideicommiſſarij. † His tamẽ caſibus in quibus fidei- 35
commiſſarius ius non haberet, nequaquam eſſet ſaiſitus, vt ſi ante tempus
agere vellet, vel aliàs iniuſtè, & ſic alia opinio fortè intelligi poſſet.

Saiſina tantum operatur, ſicut aditio hæreditatis.

Executores teſtamentorum ſunt ſaiſiti in mobilibus.

Imò etiam executores teſtamentorum ſunt ſaiſiti de bonis mobilibus 36
teſtatoris, & hæc ſaiſina fit per traditionem teſtamenti, quod illis teſta-
tores ſolent tradere: alioqui voluntatem teſtatoris executioni mandare
nõ poſſent, niſi eſſent ſaiſiti. † Sed in bonis immobilibus hæredes: & non 37
executores ſunt ſaiſiti, vt ſtatuit Senatus anno 1374, die j. Septembris, ſi-
ue ſint executores ad pias cauſas, ſiue non. Intellige tamẽ vſque ad concur-
rentiam relictorum, vt docet do. Tiraq. in vj. parte. in vltim. decla. tamen
ſi hæres offerat pecuniam pro ſoluendis debitis liquidis, & de reliquis
cautionem executori, debent bona ei tradi, vt cenſuit Senatus anno

Areſtum.

1498. die

1498.die xxvij.Octobris pro Marquet filio.

Areſtum.

38 Necnon fiſcus,qui ſuccedit deficientibus conſanguineis,& teſtamen-
to,erit ſaiſitus,vt docet Maſuer.in ti.de ſucceſ.§.item ſi nulli.nu.21.per l.ſi
vacantia.C.de bonis vacant.lib.x.

Fiſcus eſt ſaiſitus.

39 Imò etiam in bonis emphyteuticis,& in feudis hæres tam ex teſtamen
40 to,quàm ab inteſtato, & tam in corporalibus, † quàm in incorporalibus
in hoc regno ſe ſaiſitum dicit: vt docet Bene.in rep. d. cap. Raynutius. in
verb.mortuo.ij. nume.71. cum ſeq.de teſtamen.& in verb. & vxorem.nu.
180.quia hæc bona locum patrimonialium in hoc regno habent.Ioã Fab.
in authen.ingreſsi.in fi.C.de ſacro ſanct.eccle. & in §.j. de rerum diui.in
Inſtitu.ſcripſi in arbor.feudor.

Heres vaſſalli,vel emphyteutæ eſt ſaiſitus.

Saiſina eſt rerum corporalium & incorporalium.

41 Et ſiue prædicti ſint maiores,ſiue minores,furioſi, vel ſapientes, quia
præfata conſuetudo generaliter loquitur,& nemini præiudiciũ faciens, vti-
liſq; ipſis ac omnibus,nimirum ſi eos comprehendat,nam ſicut prætor eos
omnes neceſſarios efficiebat,ita conſuetudo poſſeſſores.& hoc tenẽdum,
& obſeruandum eſt,ne ab antiqua practica recedamus: vt cẽſet do. Tiraq.
in xvj.declara.ij.partis. & in vij.declaratione iij.partis.

Minor ac furioſus dicuntur ſaiſiti.

42 Idem dicendum in his, qui ſunt hæredes Epiſcoporum, vel aliorum
clericorum,aut qui ab inteſtato eis ſucedunt ex lege, vel conſuetudine,
c.cùm in officiis. de teſtamen.c.præſenti.de offic.ordina. in vj. Boër. in §.
vj.de teſtam.

Epiſcoporum hæredes ſaiſiti.

43 Et ne diutius immorer,quilibet hæres tam proximus,quàm extraneus
eſt ſaiſitus, cùm conſuetudo in his nullam conſtituat differentiam, ſed
ſimpliciter loquatur de mortuo,vt ſaiſiat viuum,& ideò vxor,quæ ſucce
dit viro ſine liberis & conſanguineis decedenti l.j.cum authẽ.prætereà.C.
44 vnde vir & vxor.†Aut collegium,ſeu monaſterium vel hoſpitale,& quæli-
bet vniuerſitas,quibus delata ſit hæreditas,poſſunt inquã hi omnes age-
re poſſeſſorio ratione huius generalis conſuetudinis.Iſtius ſentẽtiæ eſt do.
45 Tiraquel.in ij. parte, declarat.xiiij. ſicut in fiſco dixi ſuprà. †Nec ſubtili-
tates iuris in hoc ſunt ſeruandæ,quia nihil eſt magis æquitati conſenta-
neum,quàm hoc remedium poſſeſſorium, quod nullum grauat,vtriq; verò
parti quàm pulchrè conſulit,ad expẽſas & vanos litium anfractus vitandos
ideò cenſuit Senatus hæredem eius, in cuius fauorem ſucceſsio fuit renun-
tiata,ſaiſitum,anno 1517.die 17.Nouembris,pro Anthonia du Boys contra
Catharinam,quæ renuntiauerat.

Indiſtinctè quilibet hæres eſt ſaiſitus.

Areſtum.

46 Vnde licèt conſuetudo localis diſponat mortuum ſaiſire proximum ex
illa humanitatis ratione extenderem,vt nedũ proximus ſaiſitus habeatur,
ſed etiam iuuante conſuetudine generali,& communi obſeruatione teſta-
mentarius hæres,quamuis extraneus ſaiſitus intelligatur, ex ea ſcilicèt par
te,in qua poſſet per conſuetudinem inſtitui.

Inſtitutus licèt extraneus eſt ſaiſitus.

47 Nec alia ratione putarem conſuetudines quaſdam locales generaliter
id addidiſſe, nempe, *le plus prochain*, proximum, quam eo quòd rarò fie-
rent teſtamenta in hac patria conſuetudinaria.†Sed non quòd ex eo de-
48 rogatum ſit generali conſuetudini quoad hanc partem, pro qua teſta-
ri poſſunt, quicquid dicat do.Tiraq. & alij ſuper hoc. Nam ita vidi ob-

Mortuus ſaiſit viuũ. le plus prochain, cur addatur le plus prochain.

ſeruari tam in patria iuris ſcripti , quàm conſuetudinaria , cùm videlicèt in vtroq; par ſit ratio , idem fauor vtilitaſq; publica,& priuata.

In ſumma dicendum eſt,quòd hæc conſuetudo ſaiſit,id eſt,poſſeſſorem 49 facit viuũ,ſi mortuus habebat ſcilicèt dominium,vel ius in hæreditate & poſſeſſionem: quia nemo poteſt in alium plus iuris transferre , quàm ipſe habeat.per reg.iuris.& in l.traditio.ff.de acqui.rer.do.

Hæres vſufructuarij non eſt ſaiſitus.

Quapropter non ſaiſit hæredem vſufructuarij, quia vſusfructus mor- 50 te finitur §.finitur.de vſufructu. in Inſtit.

Nec hæredem eius , qui precario habet , quia etiam morte precarium 51 finitur l.cùm precario.ff.de precar.

Hæres non eſt ſaiſitus in re commodata.

Nec commodatarij,aut depoſitarij hæredem ſaiſit, quoad rem depo- 52 ſitam,quia nihil iuris in ea re habuerunt.l.bona fides.ff.depo.idem in colono,& inquilino dicemus l.fi.ff.de vi & vi arma.

Mortuus non poſſeſſor nõ ſaiſit ſuũ hæredem.

Nec mortuus non poſſeſſor , facit poſſeſſorem viuentem , nemo enim 53 dat,quod non habet.l.ſi vniuerſæ. vbi etiam Bar. C. de legatis. Bened.in dict.cap.Raynutius.in verb.mortuo.nume.72.& 77.de teſta.& Boër.deci. clxxij.dominus.numer.14.

Saiſitus hæres an cogatur ſoluere creditoribus

Hic tamen per conſuetudinem ſaiſitus, ſi aliter non ſe immiſceret hære 54 ditati,non eſt cogendus ſoluere creditoribus, ſi declaret ſe nolle eſſe hæredem,quia de iure etiam ſi ſint ſui, & neceſſarij hæredes tamen habent priuilegium abſtinendi à prætore l.neceſſariis.ff.de acqui.hæredit.§.ſui.& ſeq. de hæred.qual.in Inſt.l.j.C.ſi minor ſe ab hære.abſti.quia conſuetudo nõ facit eum ſaiſitum,niſi velit d.l.neceſſariis.l.ij.ff de leg.cõmiſ.idque non niſi in merũ fauorem hæredum eſt introductum: quare non debet in eorũ damnum retorqueri per l. quod fauore. C. de legib. vnde hæres non tenetur legatariis reſpondere , nec ſatisfacere , donec verè realiter ſaiſitus fuerit, & bona habuerit, vt cenſuit Senatus anno 1507. die 9.Aprilis, ante paſcha pro Michaële Cotierio , & Petro Robin.

Areſtum.

LOYS XII. *Artic. LXXXVI. des premieres.*

Articulus decimus.

ITEM, *quand aucune complainte ſera fournie, ſoit en matiere beneficiale, eccleſiaſtique, ou prophane, noz iuges (ſoient Preſidens, Conſeilliers , ou autres noz officiers, qui auront cogneu de la matiere) leurs enfans, & parens ne pourront eſtre commis au regime, & gouuernement de la choſe contentieuſe : mais ſeront tenus de commettre autres gens notables, non ſuſpects, ne fauorables à l'vne n'a l'autre des parties à moindre frais, que faire ſe pourra : ſur peine de ſuſpenſion de leur office, & autre peine arbitraire.*

GLOSSA VNA.

Iudex non debet ſequeſtrare rem apud cõſanguineos.

PRIMO hic ſtatuitur , vt iudices Regij, etiam Præſides 1 Parlamentorum , & Conſiliarij non committant rem contentioſam ſequeſtrationis cauſa filiis , vel parentibus ſuis. filios hic accipimus ex communi vſu , omnes deſcendentes, vt in l. iuſta.& l.liberorum. vbi ſcripſi.ff. de verborum ſignific. †Parens ve- 2

rò

rò generaliter accipitur hic pro quibuſcunque conſanguineis ex commu-
3 ni etiam vſu loquendi,vt ſcripſi in d.l.liberorum. † adeò quòd iſte text.ex-
cludit omnes conſanguineos iudicum tam aſcendentes, quàm deſcenden-
tes etiam affines,eo quòd in affinibus quoque rationes huius text.locum
habent,vt ſtatim dicetur.

Conſanguinei iudicis cur prohibeãtur dari commiſſarij.

4 Ratio eſt,quia hi iudicum conſanguinei non poſſunt facilè cogi à par
tibus ad reddendam rationem,quia iudices ſemper eis fauerent,& ſic fru
ctus rei ſequeſtratæ vſurparent, vel etiam iudices conniuendo cauſam
protrahere poſſent, vt longo tempore iſti conſanguinei reciperent fructus.
5 † & ſic materia delinquendi,ab ipſo iure tantopere reprobata daretur,&
poſſent etiam iudices iſtis immẽſum poſteà ſalarium taxare. Nimirũ ſi prohi
beatur hic ne conſanguinei iudicis recipiant bona ſequeſtrata, & niſi eſſet
hęc prohibitio,vix partes auderent obſiſtere iudici,vel non ſine magno cau
ſæ periculo iudicem in ſe prouocarent: aut ad vindictam, aut ad iram com-
mouerent. Poſſet etiam iudex per manus iſtorum conſanguineorum bona
ſequeſtrata recipere,ideò ſtatuitur hic &c.

Iudex non poteſt committere ſuis conſanguineis. etiam de partium conſenſu.

Pœna iudicis & commiſſariorũ ab eo malè datorum.

6 Et cùm hic text. dicat, *ne pourront,* tollit etiam facultatem, & potentiam
partibus,adeò quòd iudex hoc facere non poterit,etiam ſi partium conſen-
ſus accederet.reg.i.de reg.iu.in vj.capi.j.de cauſa poſſeſ.Bart.in l. vlti. col.ij.
ff.de fer.& ſi fiat,irritum erit, & hic iudices ſuſpendi ab officio vult & mul-
7 cta arbitraria puniri.†itidem conſanguinei puniri debebunt, quia contra le
gem hoc prohibentem fecerunt.l.non dubium.C.de legi.nam ſi conſangui-
neus negotium recuſaſſet,iudex hoc non feciſſet, & veriſimile eſt, quòd in-
ſtigantibus ſuis conſanguineis iudex iſtos commiſerit, & eis inuitis iudex
non demandaſſet.arg.c.conſtitutis.de teſtib.

Quales debeant eſſe cõmiſſarij.

8 Secundò, ſtatuit alios extra iudicium conſanguineos, notabiles com-
mittendos eſſe, id eſt, non viles,probos, & facultatibus idoneos,ꝗ reddere
poſſint rationem,& reliqua de his,quæ recipient.ſcripſi in tract. de ſentent.
execut.artic.xvj.gloſ.xiiij.

Suſpectis nõ debet concedi res ſequeſtrata.

9 Tertiò, iudex bona ſequeſtrata debet committere aliquibus non ſu-
ſpectis partibus,fortè vel ratione inimicitiæ,aut amoris,aut etiam ſi eſſet
dilapidator,aut pauper,qui poſteà fructus conſumptos non poſſet redde
10 re.l.ſi cùm dotem.§. ſinautem.ff.ſol.mat.l.Imperator.ad Treb. † item non
debet committere eos,qui difficilis ſint conuentionis, vt nobiles,diuites,
aduocatos maximè, vel procuratores.l.fideiuſſor.vbi etiam Bar.ff.qui ſa-
tiſda.cogan.quia hi omnia mala nouerunt.l.ab Anaſtaſio.vbi gl. in verb.
morantur.C.mandati.

Fauorabilis nõ debet eſſe commiſſarius alteri partium.

11 Quartò quòd nõ committat huic,qui ſit alteri parti fauorabilis,alio-
qui poſſet alteri litigantium permittere frui lite pendente,quod eſt pro-
hibitum,ideò dicit tex.*non fauorables à l'vne, n'à l'autre des parties.* & ſic nec
conſanguineis vnius partis debet iudex hæc bona committere,quia pro-
hibetur ne ſuſpectis committatur. ibi *non ſuſpectz.* de conſenſu tamen
partium putarem iudicem hoc facere poſſe.

Sumptus fugiendus.

Quintò,quòd iſti cuſtodes,ſeu commiſſarij cõmittantur quam minoribus
12 ſumptibus fieri poſſit, per hæc verba, *à moindre frais que faire ſe pourra.*

Pœna ſuſpẽſionis in iudices.

Sextò,adiicit pœnam ſuſpenſionis, & pœnam arbitrariam ſaltem com- 13
minatur iudicibus contrarium facientibus. Alia ſuper hac materia tra-
ctabuntur in tract.de ſequeſtra.ne plura.

Charles VIII. *Artic. XLIX.*

Articul° vndecimus & duodecim°.

ITEM, *& pource que ſouuentesfois l'on prend complainte en matiere de nouuelleté, ſans grande apparence, & à cauſe de ce ſe meuuent pluſieurs & diuers procez, dont noz ſubiects ſont fort trauaillez: Nous auons ordonné, & ordonnons, que pour reprimer ceſte voye l'on condemne la partie, qui ſuccumbera ès deſpens, dommages, & intereſt, & en amende arbitraire enuers nous.*

Loys XII. *Artic. L. des publiés 1512.*

ITEM, *combien que par autres ordonnances faites par nos predeceſſeurs, ait eſté ordonné, que ceux qui ſuccumberont en matiere de nouuelleté, ſeront condamnez ès dommages, & intereſt: neantmoins pour obuier à la diuerſité des opinions, qui de iour en iour en interuiennent, Nous auons ordonné, & ordonnons, que la partie qui ſuccumbera en matiere de nouuelleté, ſoit condamnée ès deſpens dommages & intereſt. Et outre ceux qui ſans grande apparence auront prins complainte, ſeront condamnez en amende arbitraire enuers nous.*

GLOSSA VNA.

Succumbẽs in nouitate condemnatur ad expenſas &c. Et ad mulctam.

DVO hic deciduntur caſus, Primus, quòd quicunque ſuc- 1
cumbit in cauſa nouitatis debet in expenſis, damnis, & intereſſe condemnari:& hoc in j.articulo.

Secundus caſus eſt,quòd is qui ſine euidẽti cauſa, vt hic 2
ſcribitur, *ſans apparence*, impetrauerit caſum nouitatis, vltra expenſas, damna & intereſſe, condemnabitur etiam ad mulctam arbitrariam Regi applicandam,quia temerè & doloſè litigauit, l.eum quem temerè.ff.de iudiciis. Et ſic cùm hi duo articuli ad idem tendant, eos cõiungere curaui

In recredentia nõ fit expenſarũ cõdemnatio.

Et iſta procedere intelligas in ſententia pleni poſſeſſorij.In recredentia 3
verò,quia adhuc plenè non apparet de bono iure partium, non ſolent iudices Franciæ condemnare partes,nec quidem ad expenſas, ſed reſeruant ad plenum poſſeſſorium,in quo ſolet fieri hæc condemnatio,

Apparẽtia quæ dicatur ſufficiens ad mulctandũ.

An verò ſit magna apparentia, vt ita dicam, iudicum arbitrio relin- 4
quitur,qui de his cauſis cognoſcunt.Si enim videant impetrantem nihil omninò probaſſe, tunc ad mulctam etiam condemnabunt vltra expenſas,damna & intereſſe, quia eſt temerarius litigator.l.eum quem temerè.ff. de iud. & per totum titul. de pœna temerè litigant. in Inſtitu.l.j.§.

calumniatoribus.ff.ad Turpil.

5 Tamen Curia ſuprema interdum ſi bonam fidem videat litigantium, & iuſtam cauſam, adiudicabit plenum poſſeſſorium vni ſine expenſis, intereſſe, & mulcta, vt vidi fieri inter duos Theologos de præbenda Theologali contendentes. Nam Curia vni adiudicauit plenum poſſeſſorium, & ſine ex-
6 penſis, damnis, & intereſſe. † Iudices tamen inferiores hoc vix poſſent, quia non poſſunt tranſgredi has ordinationes, nec leges, vt ſcripſi in præfa. ad has Ordina. in primo Tomo.

Plenum poſſeſſorium ſine expenſis.

7 Item aduertendum eſt, quòd licèt ad expenſas debeat condemnari quis in poſſeſſorio, tamen ſi is qui obtinuit in poſſeſſorio, ſuccumbat poſteà in petitorio, non debet in expenſis condemnari. cap. cùm dilectus. vbi Panor.
8 de cauſa poſſeſ. † Quod eſt verum, quando poſſeſſorium & petitorium vno iudicio, & ſententia deciderentur, vt in c. cùm eccleſia. de cauſa poſſeſ. alioqui contrà, ſi ſeparatim, vt in hoc regno. arg. l. vtique. ff. de rei vend. ſic ſentit Alexan. conſ. lxxvj. in cauſa. in ij. volu. & conſ. xlv. viſa facti. in iij. volu. & conſ. xiij. viſa. in v. vol. Soc. conſ. xcviij. iuſtiſsimè. colum. j. in iiij. volum. quia victus victori debet in expenſis condemnari, l. properandum. §. ſinautem alterutra. C. de iudic.

Expenſæ petitorij & poſſeſſorij concurrentes.

9 Item ſolet condemnari ad expenſas, damna, & intereſſe is, qui produxit inſtrumentem, quod allegatur falſum, & ipſe poſteà deſiſtit ab illo inſtrumento, declarans illo nolle ſe iuuare. Ita fuit iudicatum pro domino de *Montemaire*, contra *Bonauenturam de prouille.* anno 1514. die 18. Maij. Alioqui ſi perſiſteret, quaſi falſarius eſſet puniendus, l. penultim. C. de probationib.

Falſum producens inſtrumẽtum etiam ſi deſiſtat ab eo, condemnatur ad expenſas.

10 Et quæ differentia ſit inter expenſas, damna, & intereſſe, ſcripſi in interpretatio. l. vnicæ. in præfatio. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt proferuntur.

Areſtum.

11 Poſtremò non eſt prætereundum, quòd miſſus in poſſeſsionem ex primo capite recredentiæ, vel ſecundo, videlicèt ex pleno poſſeſſorio, ſi poſteà turbetur, iudex eum tueri debet in ſua poſſeſsione, vt eſt in titu. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſeſ. miſſus eſt.

Miſſum in poſſeſſionem quomodo tueatur iudex.

12 Nec ad commiſſarium id pertinet, ſecundum Maſuer. in ſua praxi. in tit. de poſſeſſor. §. item iudex. nume. 21. allegat gloſ. in cap. ex parte. in gloſ. penulti. de teſtib. quia cõmiſſarius ſuo functus eſt officio ꝑ miſsionem in poſſeſsionem: ergo non poteſt poteſtatem iam finitam iterum reaſſumere, ſicut dixi de executore beneficij, cuius poteſtas expirat facta collatione in Francia, in forma literarum executo. in Concord.

Quæ ſint partes commiſſarij.

LOYS XII. *Artic. LII. des publiées 1512.*

ITEM, *& quant aux arreſts, ou ſtatuts de querelles en autres matieres que beneficiales, auons ordonné & ordonnons, que les Seneſchaux & Baillifz, qui ont accouſtumé de les bailler, ne les commettront plus qu'à noz Iuges ordinaires des lieux: ou ſeront aſſiſes les choſes contentieuſes, ou à quelcun des aduocats des ſeneſchaucées, &*

Articulus decimus tertius.

Bailli

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

bailliages, qui ſoyent graduez, & experimentez, & ordinairement practicans eſdites Cours: leſquels ſe tranſporteront ſur les lieux, & ouyront les parties ſur le premier chef, ainſi qu'il eſt de couſtume: & ſi le commiſſaire eſtoit recuſé, prendra vn adioinct, ſelon l'ordonnance faicte ſur ladicte reformation de la iuſtice de noſtre pays de Languedoc: & leſdictes parties ouyes, ſi ledict commiſſaire non recuſé, ou s'il eſt recuſé, ſi luy, & ſondict adioinct reſaiſiſſent l'vne deſdictes parties, le reſaiſiſſement tiendra, & ſortira ſon effect, & ſera executé: nonobſtant quelzconques appellations, & ſans preiudice d'icelles, & inhibitions faictes, ſans ouyr partie: en baillant toutesfois caution par celuy qui ſera reſaiſy, de rendre, & reſtituer la choſe contentiuſe, enſemble les fruicts qu'il en aura perceus, s'il eſtoit dict, que faire ſe deuſt.

IDEM, *Article LIIII.*

Articulus deci muſquartus

ITEM, *apres la ſommaire appriſe faicte, ſi leſdictes parties, ou l'vne d'icelles requeroit que la matiere fuſt remiſe, & r'apportée au ſiege dudit Seneſchal, ou Baillif, dont ſera emané ledict arreſt, ou ſtatut de querelle, pour eſtre determinée, ou que leſdits commiſſaires ne ſe peuſſent accorder ſur ledict reſaiſiſſement, iceux commiſſaires ſeront tenus faire ledict renuoy par deuant iceux Seneſchal, ou Baillif, à ſon ſiege principal: auquel cas, & auſsi ſi iceux commiſſaires de leur propre mouuement auoyent faict ledict renuoy, & que par iceux Seneſchal, ou Baillif l'vne des parties fuſt reſaiſie, ledict reſaiſiſſement tiendra, & ſortira ſon plein & entier effect: nonobſtant oppoſitions ou appellations quelsconques, & ſans preiudice d'icelles, inhibitions faictes, ou à faire, parties non oüyes, en baillant caution, comme deſſus.*

GLOSSA VNA.

Querela de nouis diſſaiſinis.

HIC articulus cum ſequenti, loquitur de ſpoliationis 1
materia, quam vocamus diſſaiſinam, id eſt ſpoliationẽ: vtrum in patria Occitana erat quoddam areſtum, quod vocabatur de nouis diſſaiſinis, quod valde frequentabatur in beneficiis, ſed fuit in eis ſublatum, vt patet in titu.ſeq.art.xiij. & remanet tantùm in rebus prophanis, vt hic. †Sed in hac patria vtuntur condictione ex cap. 2
reintegranda.iij.quæſtio.j.de qua dixi in artic.v.de ſenten.execut. in primo Tomo commentar.in has Conſtit.Reg. Et quidam ſtolidi pragmatici partibus conſulunt, vt hoc interdicto vnde vi, ſeu querela de nouis diſſaiſinis, agatur

Condictio ex cap. reintegranda. iij. quæſt. j.

agatur, eo quòd eſt remedium fauorabile.

3 Tamen cautus aduocatus debet ſemper, ſi poſsit concludere in turbatione, vt docet Io.Fab.in §.retinendæ.de interdict.in Inſtit. quò reddamus partem aduerſam petentem,& ſic vt probare teneatur: atqui text.in l. fi. C. de rei vend.ait,non curari de iure poſſeſſoris,ſi petitor non probet, & ſemper reus abſoluitur non probante actore,l.qui accuſare.C.de edend.

Adigendus eſt aauerſarius ad petendum.

4 Et primò vult,quod Seneſchali,ſeu Bailliui, qui huiuſmodi literas ſuper ſpoliatione concedere ſolebant, & regulariter omnes, vt ſcribitur in ti. de modo procedendi ſuper nouis diſſaiſinis.in ſtylo Parlament. Et has paſsim quibuſcunque Aduocatis dirigebant pro libito impetrantis; qui eas exequerentur,vult inquam hic text.vt ampliùs non committant, niſi iudicibus ordinariis loci, in quo res ſitæ ſunt, vel aduocatis tribunalis præſidialis experimentatis & doctis.

Spoliationis cauſa quibus ſit committenda.

5 Sed literæ in cauſa nouitatis à Rege, ſeu eius Cancellaria concedi ſolent:vt in ti.de cau.noui.§.j.& §.item in cauſa.in eodem ſtylo.

6 Veruntamen Seneſchallus Nemauſen. & Caſturcen. ex quodam priuilegio etiam has concedere ſolent nouitatis literas.

Literæ nouitatis à Rege tantùm conceduntur.

7 Notandum eſt tamen, quòd impetrans has literas, vel alias debet eas præſentare iudici,cui diriguntur,ſicut mandatum,c.eam te.de reſcri.c. ſi c. de conceſ.præb. in vj. & debet curare,vt deſcribantur, & regiſtrentur,arg. 8 c.cùm ex eo.de pœn.& remiſ. † Nam ſi poſteà eriperentur ab apparitore, regiſtrum Curiæ faceret fidem, & ex regiſtro poſſent iterum haberi. hoc docet Guido Papæ inſtat.ſi quis.in verb.per literas.ver.quæro,obtinui.

Literæ Regiæ cui ſint præſentādæ & quomodo.

9 Secundò hæ literæ dirigi debent ordinariis iudicibus locorum, in quibus res ſitæ ſunt,vel aduocato illius Seneſchalliæ,ſeu Bailliuiæ:ergo plures non debent dari,ſed vnus tantùm,quia in ſingulari loquitur,non in plurali. l.ij.ff.de teſti.reg.plurali.de reg.iur.in vj.

Vnus tātum decernatur cōmiſſarius.

10 Tertiò declarat cuius qualitatis debeat eſſe iſte aduocatus: certè eſſe debet illius curiæ,in qua cauſa agitatur: ergo alterius Seneſchalliæ, aduocato committi non poſſet,quia dicens de vno,de alio negat, l. cùm prætor. ff.de iud.c.nonne,de præſumpt.

Qualis debeat eſſe aduocatus, cui cauſa committitur.

11 Debet etiam gradu eſſe inſignitus,vt Doctor. licentiatus, ſeu baccalaureus, & in electione iudicis eſt aſſumere etiam baccalaureum: cum hic non prohibeatur.nec ſufficit gradus ſine experientia,vt hic, *experimentez*, ſcientia enim & experientia coniunctum in aduocato deſiderantur. §. quorum. 12 in procе. Inſtitut.l.nemini. C. de aduo.diuer.iud.†& licèt aduocati antiqui ſint quandoque minoris ſcientiæ, quàm iuniores, ex longa tamen practica ſunt vtiliores, vt docet Alb. in l. prouidendum. in princ. C. de poſtu. vbi 13 etiam dicit medicum nouum eſſe peſtem in patria: †Ideoque ſolent Scoti, iuuenes medicos in Angliam mittere, vt ibi ſe exerceant in grauem inimicorum perniciem.

Cōmiſſarius debet eſſe graduatus, & expertus.

Aduocati antiqui an iunioribus ſint meliores.

14 Requirit etiam iſte text.vt aſſumatur is aduocatus,qui actu exerceat aduocationis officium, ibi, *ordinairement practicans*, non honorarius tantùm: nam primo loco habentur, qui in actu poſiti ſunt. l. ſecunda. C. vt dig. ordo ſerue. libro duodecimo. nimirum is præfertur, quia actu talis eſt.

Aduocati poſtulantes actu ſeligendi in cōmiſſionibus.

†vnde

Areſtum. †vnde hoc anno 1551. menſe Iulio decidit Senatus contra do. *L'archier,* 15
Conſiliarium in curia Generalium, qui fuerat anteà receptus in curia illa per tres, vel quatuor annos, tamen non exercuerat officium, ſed pater eius, vt ab eo die, quo officium exercuit locus ei daretur, nec præeſſet aliis receptis etiam poſt ſuam receptionem verbalem, eo quòd ipſi priùs exercuerant: & ſic receptus ſuperuiuentis loco, non præcedet alios poſteà receptos, ſi ipſe non exerceat, ſed eius pater, vel alius: vide text. in l. j. & ij. ff. de albo. ſcrib.

Cōmiſſarij probi, nō ſuſpecti. Additur in Ord. linguæ Occitanæ artic. xviij. quòd hi commiſſarij debent eſſe probi, & non ſuſpecti. Alia abundè exprimit hic text. quæ non video ſeruari in curiis Franciæ. Nam hoc iudicibus tantùm committi ſolet: ideò ea miſſa facio. 16

Sententia quomodo ſerēda in poſſeſſorio. Poſtremò ſupereſt in hac materia videre, quomodò ſit in hoc interdicto ferenda ſententia? Reſpon. iuxta conceptionem libelli, l. vt fundus. ff. commu. diuid. c. licet Hely. de ſimo. §. curare. Inſtit. de action. 17

Iudex manutenet poſſeſſorem & manum leuat. Primò debet manutenere poſſeſſorem in ſua poſſeſſione, item expleta amouere ad illius poſſeſſoris vtilitatem: & iſtæ concluſiones in libello ſunt requirendæ, & ſic in ſententia exprimendæ, teſte Maſuer. in titul. de poſſeſſo. §. item ille. num. 33. 18

Actore ſuccumbēte in poſſeſſorio quid reo acquiratur. Si verò neutrum inueniat poſſeſſorem, debet dicere impetrantem malè eſſe conqueſtum, & quòd opponens iuſtè ſe oppoſuit, & expleta ad eius vtilitatem debent amoueri, quia impetrans habetur loco actoris, l. in tribus. cum l. ſe. ff. de iud. & actore non probante reus abſoluitur, l. qui accuſare. C. de eden. † ſed non debet tunc manutenere opponentem, qui non poſſidet, per c. cùm eccleſia, de cau. poſſeſ. ſed expleta & impedimentum leuando tacitè manutenet. 19 20

Item in expenſis condemnari debet is, qui ſuccumbit, per l. properandum. §. ſinautem alterutra. C. de iud. Bart. in l. ſi duo. §. j. ff. vti poſſid. ſuperiùs dictum fuit art. xj. 21

Manutenētia quo ad certos articulos. Adhæc, ſi plures ſint articuli, quorum aliqui probati, iudex in his probatis tantùm debet manutenere impetrantem, vel illum, qui probauit, in aliis abſoluere. arg. l. quidam. ff. ſi certum peta. 22

Proprietas reſeruanda in poſſeſſorio. Præterea in ſententia debet iudex reſeruare ius proprietatis partibus, niſi in beneficialibus, quia hoc eis eſt prohibitum. art. ix. infrà ti. ſeq. 23

An appelletur à poſſeſſorio. Et quamuis in iure controuerſum ſit, an à ſententia ſuper poſſeſſorio lata poſſit appellari: & communiter concluditur non poſſe, per l. vnam. C. ſi à moment. poſ. fue. app. † Ego tamen dico recipiendam eſſe appellationem in Francia: ſed ſi quis appellet à ſententia primi capitis, videlicet recredentiæ, non obſtante appellatione ſententia mandabitur executioni, verum pars appellans poſteà appellationem proſequi poterit, vt abundè ſcripſi in trac. de ſen. exec. art. v. gloſ. iij. & ſuperiùs. 24 25

Appellatio à ſententia pleni poſſeſſorij. Sed ſi quis appellet à ſentētia pleni poſſeſſorij, poterit appellans proſequi appellationem, ſicut in aliis cauſis: quicquid dicat Pet. Iac. in ſua practi. de act. in factum ex inter. vti poſſid. & ſcripſi artic. ix. titul. de ſenten. execu. Alia ſupplebo in tit. ſequen. de his (vt ſoleo) gratias Deo agens. Amen. 26

TRAC

TRACTATVS DE CAVSIS BENEFICIORVM POSSESSORIIS.

* *
*

Des cauſes poſſeſſoires beneficiales.

PRÆFATIO.

1 SCIENDVM eſt, quòd ſicut interdictum vti poſsidetis directum datur pro rebus ſoli, & alia poſſeſſoria multa, l.prima. ff. vti poſside. ita & pro rebus incorporalibus, & pro illa quaſi poſſeſsione, quæ in his eſt tuenda, vtile datur, l.penultima, ff. de ſeruitu.l. ſicuti. §. Ariſto. in fine, ſi ſeruitus vendicetur.l.fin.vti poſsidetis.l. tertia. §. vnde vi. de vi & vi armata. §. primo, de interdict. in Inſtitut. Petrus, Iacobus in practica in titu. de interdict. vtili vti poſsidetis pro ſeruitu. vbi vocat interdicta vtilia, quia directa inuenta ſunt pro rebus corporalibus. gloſ. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Bartolus in dicta l.iij.§.vnde vi.Alexander in l.naturaliter.ff. de acquirend. poſſeſsio. Guid. Papæ in ſtatuto, ſi quis per literas. in verb. vel quaſi. in princi. Bald. conſi. ccccxxv. viſis actis. colum. prima in iij. volumin. Panormitanus & alij in capit.cùm eccleſia. de cauſa poſſeſsio. *Vtile interdictum vti poſſidetis pro incorporalibus directũ pro rebus ſolidatur.*

2 Et ſic quandoquis ceſſat ſoluere per annum decimas, vel cenſum, habebit locum iudicium poſſeſſorium, teſte Ioan.Fabr.in §.retinendæ. col.v. & ſeq.Inſt.de interdict.Aufrer.q.lix.in deciſ.Tholoſa. Decius conſ.cxxxvj. quicquid Legiſtæ dicant in contrarium, hoc ſeruatur in Francia, teſte Pe. Iacob.in ſua pract.rubri. de interdict. vtili vti poſsid. Et Chaſſane. in conſued.Burgund.in rub.*des cenſes*.§.ij. *Vti poſſidetis pro decimis, vel alio iure eccleſiæ datur.*

3 Ratio eſt, quia præſtatio annua habet vim, & naturam rei immobilis, & inter immobilia computatur. text. in auth. de non alien. aut permu. reb. eccle.§. j. colum. ij. ibi, *aut mancipia ruſtica, aut ciuiles annonas.* nam & hæc inter immobilia ſunt numeranda. cle. exiui. §. cumque annui reditus. de verborum ſignifica. gloſſ. in verb. annonas. l. iubemus. C. de ſacroſanct. eccleſi. *Annua præſtatio eſt inter immobilia.*

4 Item iſta incorporalia præſcribi poſſunt, capitul.j.de præſcript. in vj. ca. de quarta.illo titulo l.ſeruitutes.magna.ff.de ſeruitu. ergo poſſunt poſsideri, vel quaſi, cùm ſine poſſeſsione præſcriptio non procedat.ca.cauſam. de *Incorporalia poſſidentur, & præſcribuntur.*

præſcript. l. ſine poſſeſsione, de vſucap. ff.& de reg. iuris. in vj. & ſic poſtquàm hæc poſsidentur, interdicta locum habebunt. † aliqua tamen ſuper 5
his requiſita ſcribit Petr. Iacob. in ſua praxi, in titul. ſuper penſione aliqua ſeu redditu, libellus.& Alex.conſ.xciiij.repetitus.col.j.in vij. volum.& Barbat.conſ.viij.ſapienter.in ij.vol.col.iij.

Nouitas pro poſſeſſione eligendi.

Ex quo infertur, quòd ſi quis turbetur in quaſi poſſeſsione eligendi, po- 6
teſt interdicto vti poſsidetis vti, & caſum nouitatis intentare in hoc Regno.ca.querelam.de electio. vel ſi ſpolietur, agere poterit, vt reſtituatur.ca. cùm eccleſia.de cauſa poſſeſ.Nicol.Milius, in verbo, poſſeſſorio §.xj.

Turbatus in præſentando agit.

Idem ſi quis turbetur in quaſi poſſeſsione præſentandi.c.conſultationi- 7
bus.de iur.patron.Barbat.plenè conſ.lxviij.illud in medium.in iij.vol. Dec. conſ.cxxiiij.& ſequent. & conſ.cxxix. & pro tenui Ioan. Gallus in quæſtio. clxiij.Curia.

Turbatus in decimis.

Poteſt etiam agi ſi quis turbetur in perceptione decimarum. c. ad deci- 8
mas de reſtit.ſpoliat.ſcripſi in meo tractat.de decim.q.x.

Ciues turbati in iure paſcendi agere poſſunt.

In iure paſcendi ſi ciues turbentur, agere hac nouitatis cauſa poſſunt.l. 9
j.in fi.ff.de ſeruitut.ruſtic.præd.l.qui ſeruandarum. in fi. de præſcript.verb. Cæpol. in tract. ſeruitut. tit. de ſeruit. iuris paſcend. Guid. Papæ in deciſi. Delphin.q.ccccclxxiij.ſuprà.& Chaſſan.in conſuetud. Burgun. in rubr. *des foreſtz.* §.iij.& ſequen.

Simplex ſaiſina ratione lecturæ in Theologia competit.

Etiam fuit admiſſus quidam Carmelita ad proponendum ſaiſinam in 10
Parlamento in ſimplici querela ratione lecturæ, ſeu doctoratus in Theologia, quæ res eſt ſpiritualis, & quidam alius ad proponendum ſaiſinam ratione fructuum ſui beneficij in eccleſia ſancti Quintini *en Beauuoys*, teſte Ioan.Gallo in quæſt.per areſta.quæſt.clxiij.fuit aliâs.

Manus Regia in incorporalibus quomodo ponatur.

Tamen quia res incorporalis non poteſt verè poni in manu Regia, ideò 11
verbo & intellectu ponetur, & tantùm proderit, ac ſi verè poſita eſſet, ad hoc vt partes contrarium facientes teneantur: vt eſt in magno Conſuetud. rubr. *des cas de nouuelleté.* verſic. *item main miſe.*

Contra iura nec eſt poſſeſſio, nec præſcriptio.

Nota perpetuò quòd nunquàm acquiritur quaſi poſſeſsio iuris impro- 12
bi, vt concubinatus, vel adulterij, ſeu alterius iuris damnati, vt docet Anto. Burrig.in ca.fi.de cauſa poſſeſſ.refert.Nicol.Milius.in verb.poſſeſsio. quæ. lxx.quantumcunque tempus ſit: nam diuturnitas temporis in his auget peccatum.ca.vltim.de conſtit.c.cum haberet.de eo qui duxit in matrim.quam poll.per adult.

Item electus ante confirmationem non adminiſtrat, ſic nec poteſt cau- 13
ſam nouitatis intentare, & ſe poſſeſſorem dicere: quia anteà non poteſt poſsidere iure. ca. auaritiæ. de elect. in vj. Sic pronuntiauit Senatus anno 1517.die vltimo Iunij, & idem anno 1521. die xviij. Aprilis poſt Paſcha contra Annam *de Gauuay* abbatiſſam *de Boulieu*, pro Maria *de Broc* coëlecta.

Areſta.

Articulus primus.

CHARLES vij. *Article lxxv. des premieres.*

ITEM, *& pource qu'ès procez, & matieres de benefices les droicts*

droits des parties apparent, & doibuent apparoir par leurs lettres & titres: Nous voulons qu'iceux proces ſoyent expediez, decidez, & determinez le plus brief, & ſommairement que faire ſe pourra par les lettres, & titres des parties, & par vn ſeul appoinctement ſur la determination dudict poſſeſſoire ſi faire ſe peut, Et ſi par lettres, & titres le tout dudit poſſeſſoire ne ſe pouuoit promptement adiuger, que la recreance ſoit adiugée par les lettres & titres: & le ſurplus dudict poſſeſſoire ſoit le plus brieuement, & diligemment expedié, que faire ſe pourra.

GLOSSA VNA.

Ex titulis iuſtificari poſſeſſio debet.

1 EX HOC text.colligitur, quòd cauſa beneficiali poſſeſſoria ex titulis iuſtificari, & probari debet. gloſ. in cle. vna. in fine.de cauſa poſſeſsio. & ſic requiritur, quòd poſſeſſor habeat titulum, ex quo poſsit ſuam iuſtificare poſſeſsionē. i. iuſtam facere, & reddere, alioqui non poterit ſe iuuare poſſeſsione & præſcriptione annali, ibi, *pour iuſtifier ſa poſſeſsion.*

In omni poſſeſſorio titulus eſt neceſſarius.

2 Quod procedit tam in poſſeſſorio retinendæ, quàm reſtituendæ nam ſpoliatus petens beneficij reſtitutionem, oportet quòd iuſtificet poſſeſſionem ex titulo, alioqui denegatur ei reſtitutio. [illegible]. ſingul. in clement. vna.
3 in glo.vltim.de cauſ.poſ.niſi lite pendente eſſet ſpoliatus: † quia tunc per viam attentatorum reſtitueretur, etiam non oſtenſo titulo: vt docent domi.de Rota deciſi.ij. de reſtit. ſpolia. incip. fuit dubitatum. in nouis. & ita cenſuit Senatus Tholoſ.vt refert Aufrer.in deciſi.Tholo.quæſtio.xv. Caſſador.in deciſione iij.de reſtitu.ſpoliat.poſt Oldr. conſi. j. & Pau. Pariſien. conſi.xij.in iſto.in iiij. volum.

Reſtitutio per viã attentatorum fit.

Areſtum.

Coloratus ſaltem titulus requiritur in poſſeſſione.

4 Et oportet ſaltem exhibere, & producere titulum coloratum, vt docet Rota deci.vij.de proba.incip.ſi quis dicat.in no. & ſufficit ad colorandum poſſeſsionem, probare eam habitam fuiſſe authoritate ſuperioris, licèt collatio forè fuerit vitioſa. de Rota deci. xvj. de reſtitu. ſpoliat. incip. ſi A. conferatur.in no.& Philip.Franc.in cap.fin. col. ij.de reſtitu. ſpol.in vj. facit capit.cum noſtris. de conceſsio. præb. & gloſſ. in §. ordinarij. in verb.
5 inquirant.in tit.de pacifi. poſſeſſor. in Pragmati. † plus dicens, quòd ex quo non apparet authoritas ſuperioris, eſt euidenter iniuſtus poſſeſſor, cui non competit poſſeſſorium.de Rot.deci.ij. de reſtitu.ſpolia. incip. fuit dubitatum.inno.

6 Tribus modis ſcripſi iuſtificari poſſeſsionem, in tit.de annatis.in vij. regula.in Concord.vbi videre potes.

Poſſeſſio tribus modis iuſtificatur.

Poſſeſſio ex inualido titulo.

7 Vnde non eſt inconueniens etiam in beneficialibus allegare poſſeſsionem habitam iuſtam ex titulo non valido, l.j.§.ſi vir.ff. de acquirenda poſ-
8 ſeſsio. vbi iuſta eſt poſſeſsio, quamuis ex titulo inualido, † quod prodeſt. nam ſi quis acceperit poſſeſsionem ex titulo ſolùm colorato, & proſecutus fuerit proceſſum intra annum, ſi demum poſt annum habeat verum titulum, non eſt neceſſe nouam adipiſci poſſeſsionem, nec poterit tempore

excludi, eo quòd non acceperit poſſeſsionem intra annum computandum ex vero titulo: vt dixi abundè in Concord. in §. declarantes in verb. ſucceſſores. poſt Ancha. in regu. j. de regul. iur. in vj.

Signaturã quãtum iuuet producere.

Item ſi quis produxerit ſignaturam intra dilationem, & poſt dilationem 9
bullam, valebit productio, teſte Bald. in cap. j. de fide inſtru. Hippo. ſingul. cxiij. dictum teſtis.

Dilatio ad bullam producendã, & ad eam de falſo arguendam.

Nos tamen ſolemus petere nouam dilationem ad producendum bul- 10
lam: allegantes diſtantiam locorum, & facilè ſolet obtineri. quam bullam poterit aduerſarius contradicere, etiam ſi ad finem recredentiæ tantùm
producereturr, †necnon falſi arguere, ſi promptas afferat probationes: vt 11
ſi in literis appareant raſuræ, aut alia ratione impugnari poſsit, pro quibus vna dabitur dilatio ad verificandum, & poſteà adiudicabitur recredentia habenti meliorem, & apparentiorem titulum, per l. fi. C. de edict. diui Adri. tol. Maſuer. eod. tit. §. item ſi altera.

Summariè deciditur poſſeſſorium.

Secundò, ſummariè decidi debent proceſſus poſſeſſorij ſuper materia 12
beneficiali. clement. diſpendioſam. vbi gloſ. & Doctor. de iudi. & dixi ſuprà proximo titul. articul. iij.

Tertiò, vna ſolùm dilatio datur ad producendum titulos, vt dictum fuit 13
etiam ſuprà titu. prox. & in titu. de dilat. infrà.

Sequeſtratio rei contentioſæ.

Quartò, ad petitionem partium fiet ſequeſtratio rei contentioſæ, ſeu 14
beneficij, ne partes ad arma ruant. l. æquiſsimum. ff. de vſufru. & vt ſententia promptam & paratam habeat executionem. argu. l. poſt rem iudicatam. ff. de re iudic. Maſue. in ſua praxi tit. de poſ. §. item in omni poſſeſſorio.

Recredentia & ſtatus quomodo differãt.

Quintò, ſi necdum plenum poſsit decidi poſſeſſorium, quia à partibus 15
facta allegantur, quæ probatione indigent, interim iudices recredentiam alteri debent adiudicare, de qua plenè ſcripſi titul. de ſenten. exec. artic. j. &
hæc ſententia momentaneæ poſſeſsionis vocatur recredentia: †niſi ſit lata 16
ſuper beneficiis iure regali collatis, quia tunc vocatur ſtatus: & idem ſi ſuper officiis Regiis ſententia proferatur in Curia Parlamenti, vt docet Aufre. in deciſi. Parlamen. quæſt. lix. & ita ſeruatur.

Sextò, poſteà partibus incumbit facta contraria allegata probare. nam 17
qui dicit, probare debet, l. ei qui. ff. de proba.

Recredentiarius ſuccumbens in pleno poſſeſſorio reſtituit fructus.

Septimò, ſi is cui adiudicata eſt recredentia in pleno ſuccumbat poſſeſ- 18
ſeſſorio, omnes fructus perceptos reſtituere tenebitur, ſicut is qui ex primo decreto miſſus eſt in poſſeſsionem, l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi. C. de præſcript. xxx. anno. c. fi. §. prætereà. de offi. ordi. gloſ. in verb. poſsidebunt. §. itẽ quòd ad dictas. de colla. in pragma. ob id tenetur præſtare cautionem, de qua plenè ſcripſi in tracta. de ſenten. execu. §. j.

CHARLES VIII. *Article vij.*

Articulus ſecũdus.

ITEM *qu'en matiere beneficiale en cas de nouuelleté l'on vuide la recreance par les tiltres, & qu'on y procede par briefs delais, & ſommairement, & de plein, & qu'on ne ioigne aucun examen à futur en matiere de recreance.*

GLOSSA

GLOSSA VNA.

1 ITEM decidi debet recredentiæ ſententia per titulos, & non debet iungi examen ad perpetuam rei memoriam: ſed debet ad plenum reiici poſſeſſorium.

Atteſtationes in recredentia non recipiuntur, nec quidem ad futurum examen iā facta.

2 Et ſicut teſtes non recipiuntur in recredentia, quæ ex ſolis titulis iudicatur, vt proximè dictum fuit: ſic nec teſtificata, & atteſtificationes factæ ad perpetuam rei memoriam, vt hic dicit tex. nam eò prorogabantur proceſſus, & indirectè iudicabatur recredentia ex teſtibus, non ex titulis, ob id ſtatuit non eſſe recipiendas atteſtationes etiam factas ad perpetuam rei memoriam: de quibus in l. in lege Aquilia ſi deletum. ff. ad leg. Aquil. & cap. fin. vt lit non conteſt.

3 Item ad hoc, vt teſtes ad perpetuam rei memoriam recipiantur, requiritur cauſa rationabilis, videlicèt quòd illi teſtes ſint abfuturi, vel morituri de proximo, vtpote ſenes, aut valetudinarij, dict. cap. fin. vt lite non conteſt. & ne probatio deficiat, poſſunt teſtibus interim probare, qui teſtes poſſunt non eſſe eo tempore, quo conditio extiterit, vel probatio fieri debebit, l. in lege Aquilia. ff. ad leg. Aquil

Requiſita vt teſtes recipiantur ad perpetuam rei memoriam.

4 Secundò, requiritur quòd pars contra quam producuntur, citetur ſi citari poſsit. c. fin. & articuli ei oſtendi ſuper quibus debent examinari dicti teſtes, ſi pars hoc petat: vt cenſuit Senatus.

Citanda pars, & quādo in examine ad futurum.

5 Tertiò, ſi pars non fuerit citata, quòd conueniatur intra annum, ex quo conueniri poterit, vel ſaltem renunciatio receptionis teſtium illi fiat. d. cap. fin. verſicu. ſed ſi actor. vt lit. non conteſtat. & glo. in c. ſignificauit. de teſt. l. iij. §. duæ cauſæ. ff. de Carb. edict. ſi fortè pars non timuerit aduerſarij potentiam. arg. c. ſtatutum. §. j. de reſcrip. in vj. Aufre. dec. ccccl xxv. nec ſufficit citatio domi facta ſecuta contumacia: vt docet Maſuer. §. j. de teſta. in ſua practica. Vide Socy. in tracta. de citat. art. q. xxij.

6 Sed priuſquàm examinentur dicti teſtes ad futuram rei memoriam, iudex debet interloqui eos eſſe tales, videlicèt ſenes, aut valetudinarios, vel aliam cauſam adeſſe: teſte Guid. Papæ in conſil. ccxxxj. abſolui. per gloſ. magnam. in fin. in dict. l. in lege. Aquilia.

7 Quartò, iſti teſtes ita examinati non debent iterum examinari, licèt ſuperſtites ſint poſt litis conteſtationem, vt iudicauit Curia parla. Pariſ. ſicut refert Aufre. Areſto. 20. item quòd in quadam. licèt Maſue. in §. ij. de teſta. dicat iterum examinandos ſuperſtites, ſi pars non conſentiat quòd prima examinatio proſit. Hoc ex cauſa fieri poterit, ſi iudici viſum fuerit.

Teſtes non iterum examinātur in futuro examine.

8 Quintò, iſtud examen debet fieri à iudice competente: & ordinarius ad hoc dicitur competens. & delegatus ab eo, capitu. cùm P. tabelli. & capit. ſi inſtrumenta. de fid. inſtr. ſic conſuluit do. Gem. conſil. iiij. in cauſa. col. j. & ita iudicauit Senatus pro d. Ioanna *Paterte*, contra dict. Io. *Godin*. in magno Conſilio Præfectum anno 1519. die 15. Iulij: vt eſt in areſtis Aufer. in ſtylo Parla. ccccvj. & hoc ſi fiat à iudice lite iam cœpta: ſecùs ſi authoritate literarum Regiarum ad id impetratarum. nam is ad quem diriguntur literæ, poterit, quæ vt plurimum ad iudices ordinario Regios dirigi ſolent, & antequam lis intentata ſit, fieri poteſt per literas Regias potiſsimùm.

Areſtum. Iudex competens examinis ad futurum quis. Areſtum.

Criminalia non patiuntur examen ad futurum. Areſtum.

Sextò,in ciuilibus iſtud examen ſolet fieri,non in criminalibus, d.cap.fi. 9
ibi,cùm ciuiliter eſt agendum.vnde anno 1519.die xiij.Decembris fuit dictum bene appellatum & malè iudicatum per Locum tenentem ciuilem Pariſ.qui admiſerat magiſtrum Petrum Creſpin ad faciendum examen de futuro, quamuis ageretur de crimine falſi, & antequàm interrogatus fuiſſet reus,hoc pro magiſtro Matthæo le Turc præpoſito Pontis hare.

Affirmāda ſunt facta examinis futuri.

Septimò, poterit pars petere, vt facta ſuper quibus teſtes examinari de- 10
bent,affirmentur,vt fieri ſolet:quòd ſi non fuerit ab initio petitum, in quacunque parte litis peti poterit:vt cenſuit Sena.anno 1542.die vlt.Iunij.

FRANCOYS Article XLVI. des publiées M.D.XXXIX.

Articulus tertius.

QVES matieres poſſeſſoires beneficiales, l'on communiquera les tiltres dés le commencement de la cauſe: pourquoy faire le Iuge baillera vn ſeul delay competant, tel qu'il verra eſtre à faire,ſelon la diſtance des lieux: & par faute d exhiber, ſe fera adiudication de recreance,ou maintenuë ſur les tiltres,& capacitez de celuy,qui aura fourny, qui ſera executée,non obſtant l'appel, quand elle ſera donnée par nos Iuges reſortiſſans ſans moyen en noſdites Cours ſouueraines.

GLOSSA VNA.

Litis initiū quando dicatur.

STATVIT quòd in principio cauſæ exhibeatur titulus ab 1
vtraque parte:ſed quando dicatur cauſæ initium? Reſpond. aliquando citatio dicitur initium, l. hac lege. C. de proxi. ſacra.ſcrin.lib.xij.& gloſ.in clem.j.de iud.

Interdum litis conteſtatio,§.ſi verò apud.in auth. de litig. 2
coll.viij.no.Doct.in l.j.C.de iud.initium exponit Iuriſcon.in l.quamuis.j.ff. de furt.faciendi furti tempus. Etiam accipitur initium poſt citationem, & antequàm iudex perueniat ad alios actus cauſæ,arg.l.continuus.ff. de verb. obligat.

Et principium exponit gloſ.poſt litem conteſtatam,in l.pen.§.omne igi- 3
tur.C.de rebus credit.

Hic autem accipitur initium pro illa dilatione, intra quam hoc fieri de- 4
bet,nempe poſtquàm in primo citationis termino partes comparent,iudex concedit eis dilationem ad communicandum ſuos titulos, & hoc dicitur in hoc tex.

Secundò,ad hoc datur vnica dilatio.ibi, *baillera vn ſeul delay*, ergo duas 5
dilationes concedere non poterit, cùm hic prohibeatur: alioqui dilationes ſunt arbitrariæ, l. j. C. de dilat.dicam in titul.de dila. inferiùs. & ſi excluſus propter lapſum dilationis quis ſit, ſolent impetrari ab eo literæ Regis, vt infrà dicam.

Competens quando dicatur.

Tertiò requiritur, quòd iudex competentem dilationem concedat, ibi, 6
competant. Et competens dicitur pro diſtantia locorum.ibi, *ſelon la diſtance des lieux*.facit tex.in ca.cùm ſit Romana. de appell.ibi, ſecundum locorum diſtantiam, & perſonarum, & negotij qualitatem. Et ſi nimis arcta concedatur,appellari poterit.c.j.de dilatio.

Quartò,

Recredentia ex apparentioribus adiudicatur.

7 Quartò, ſi vna pars non exhibuerit titulos,aut titulum , alteri exhibenti adiudicabitur recredentia ſuper his titulis : quia tunc apparentiorem cenſetur habere titulum,cum altera nullum producat:ſicut minus ſolutum intelligitur,etiam ſi nihil eſſet ſolutum.l.minus.ff. de verbor. ſigni. ſic minus apparens,vbi eſt nullus.

8 Et ſic in recredentia iudices duo maximè debent videre titulos partium,& earum capacitatem.c.ordinarij.§. in conferendis. de of. ord. §. inquirant. de pacifi. poſ. in Pragma. dixi in ti.de pacifi.poſ. & adiudicare recredentiam debent habenti apparentiorem titulum ſi capax & idoneus ſit, alioqui non.per c.grauem. de præb.

Recredentia eſt executoria.

9 Quintò,illa recredentia mandabitur executioni non obſtantibus appellationibus & oppoſitionibus , quando erit prolata à iudicibus Regiis , à quibus immediatè ad Parlamentum appellatur. de quo ſcripſi in tract. de ſent.art. j.ex quo alia ſupplere poteris,& iſte articulus ibidem repetitus eſt. ar.iiij.vbi alia ſcripſi.

IDEM Article xlvij. Ibidem.

Articulus quartus.

ET apres que les parties auront conteſté, & eſté appointées en droiſt, leur ſera baillé vn ſeul brief delay pour eſcrire, & produire, qui ne pourra eſtre prorogé,pour quelque cauſe que ce ſoit.

GLOSSA VNA.

Vnica dilatio ad ſcribendum & producẽdũ.

1 HIC ſtatuitur vnam dilationem dandam ad ſcribendum , quæ partes ſcribere voluerint , & ad producendum , ſcribere partes ſuper hoc rationes poſſunt ad mouendum iudicem,& iura quibus moueri poterit , & ad impugnandum titulum , vel titulos partis aduerſæ, & ad excuſandum & ſaluandum ſua iura , & prohibetur ne ſecunda detur dilatio,vel ne prorogetur ex aliqua cauſa.facit tex.in l.j.in fi. C.de dila.ibi, non facilè ampliùs quàm ſemel, nec vlla trahendi arte ſciant eſſe tribuendam.

Prorogatur dilatio ex æquitate.

2 Item licèt hic tex.dicat non poſſe prorogari ex aliqua cauſa, hoc eſt valde rigoroſum , ideò non ſeruatum:nam ſi iuſta ſubſit cauſa, prætor ſubuenit.l.j.ff.ex quib.cauſ.maio.ſic & noſtri iudices Galliæ.

Facilius eſt prorogare datam dilationem, quã nouam concedere.

3 Sed an poſſit dari ſecunda dilatio?quod non videtur , imò nec dilationis dabitur prorogatio , cum tex.exprimat & prorogationem , quæ facilius poteſt fieri,quàm noua conceſſio.c.cum olim abbas.de offi.deleg. Ergo & nouam conceſſionem prohibuiſſe videtur arg.auth. multomagis.C. de ſacroſ.eccl.Saltem renouare & prorogare æquiparantur. l. iiij. ff.de dam. infect.& hoc prohibet iſte tex.dicens,*vn ſeul brief delay.*

Prorogatio dilationis quando concedatur.

4 Et hæc prorogatio non debet fieri,niſi cauſa cognita. l. fi. ff. de fer. & ſi fiat , vel ſecunda detur dilatio , erit ipſo iure nulla,per l.fin.vbi text. aufert potentiam,& ſic conſuluit Bar.conſ.xcvij.in quæſtione prædicta, vbi etiam dicit non vitiari dilationem,ſi dicat iudex,conceſſimus pro prima,ſi poſteà aliam non præſtet.Alex.conſ.cj.viſis omnibus.col.ij.in v.volu.

Nõ niſi parte petente ſit prorogatio.

5 Item parte non petente non poteſt prorogari,vel dari noua dilatio, & ſi ex officio data ſit,non valebit.l.j.C.de dila.& c.fi.iij.quæſt.iij.Bald.in l.fi. ff. de fer.ſic conſuluit Socin.conſ.xlvij.in præſenti.col.iij. nu. 3. in iiij. volum.

Prorogatio abſente parte facta nō valet.

6 Nec valeret prorogatio parte abſente facta, & ea non citata, ſecundum Soc.vbi ſuprà:tum quia requiritur,vt dixi,cauſæ cognitio,l.ij.ff. de re iudi. ergo & citatio,l.in cauſę.§.cauſa cognita.ff.de min.Lud.Rom.conſ.ccxxvj. vltra.& Doct.in l. iiij. §. ſi quis condemnatus. ff. de re iud. poſt Lucam de de Penna in l.apud eum.q.iiij.C.de omni agro deſer. lib.xj. & iſta opin.de ſtylo Curiæ approbatur,quæ non conſueuit dare dilationem,vel proroga re eam ſine partis vocatione,teſte Boë.in deciſ.Burd.q.ccxciiij.plerunque. ſi contrarium fiat,appellatione ſubueniendum erit,c.j.de dila.gl.in §.quem terminum.in verbo,prorogetur.de auth.ſacr.Conci.in Pragma.Fel.in cap. quod ad conſultationem.col.vj.de re iu. Alex. in l.in pecuniariis. ff. de fer.

Parlamentum nouam dilationem concedit.

7 Curia tamen Parlamenti ex cauſa poterit prorogare, vel nouam concedere dilationem,vt docet Boër.in deciſ.Bur. q. ccxciiij. plerunque. & hoc facere ſolent cauſa dictante.

Prorogatio non fit niſi pendēte niſi pendēte dilatione.

8 Et prorogatio debet fieri pendente dilatione:alioqui non valet, l.ſed ſi manente.ff.de preca.vt plenè ſcripſi in titu. de prorog. dila. ad recipiendū & publicandum concordata.in Concord.Franciæ.

FRANÇOYS *Article xlviij. ibidem.*

Articulus quintus.

ET *auront communication de leurs productions dedans trois iours: & de huictaine en huictaine apres pourront bailler contredits & ſaluations:autrement n'y ſeront plus receus : ainçoys ſera le proces iugé en l'eſtat, ſans autre forcluſion, ne ſignification de requeſte & ſans eſperance d'autre delay par lettres de reliefuement, ny autrement.*

GLOSSA VNA.

1 HIC ſtatuitur dilatio ad oſtendendum & communicandum ea, quæ producta fuerunt à partibus, quæ tamen dilatio non exactè ſeruatur,& quia de hac dicetur in ti.de dilatio. non vlteriùs proſequar.

Literis releuamenti dilatio conceditur.

Item in eo quod ſtatuitur,quòd non detur dilatio, etiam per literas releuamenti,eſt nimis rigoroſum,ideò non ſeruandum, quia æquitas rigori præferri debet,l.placuit.C.de iud.& vidi in Parlamentis dari etiam ſine literis Regiis,& literas à Cancellariis concedi ex cauſa.

CHARLES VII. *Article* LXXVI.

Articulus ſextus.

ITEM, *& pource que pluſieurs eſdictes matieres beneficiales s'efforcent chaſcun iour, ſoubs couleur, & moyen de noſtre Pragmatique Sanction, obtenir pluſieurs mandemens, & impetrations, dont s'enſuyuent grandes inuolutions de proces, & grand' multitude de cauſes en noſtre Cour de Parlement, & autres nos Cours: Nous voulans pourueoir à l'indemnité de nos ſubiects, & à ladicte multitude de cauſes, & reprimer en ceſte partie tous inconueniens, & abuz, voulons & ordonnons, qu'es impetrations qui ſeront d'o-*

reſna

doreſnauant baillées en nos Chancelleries, ou ės commißions qui ſeront requiſes par deuant nos Seneſchaulx & Baillifs, les impetrans & requerans ſoyent tenus declairer certainement les qualitez des benefices, & cauſes, & les moyens eſquels & par leſquels ils pretendent noſtredite Pragmatique Sanction eſtre enfrainte, & que les mandemens, ou commißions ne ſoyent octroyées, ſinon que la matiere ſelon les choſes données à entendre, touche noſtredite Pragmatique Sanction. Et voulons, & ordonnons, que ſelon la grandeur des matieres, & les difficultez, qui vrayſemblablement peuuent cheoir en icelles elles ſoyent commiſes en icelle noſtredite Cour au regard des grands benefices, difficultez, & matieres: & par deuant nos Seneſchaux & Baillifs: quant aux autres, en leurs ſieges principaux: & eſquels aura affluence de notable conſeil. Et en outre ordonnons, que les executions de nos mandemens, ou commißions de nos iuges en ceſte matiere ſoyent faites en toute honneſteté & moderation, & deüe information precedente faite par nos iuges: ſinon que la matiere requiſt grand celerité pour doubte d'abſence, ou fuyte de perſonnes, tranſport de titres, ou publication ſcandaleuſe, au preiudice de noſtredicte Pragmatique Sanction. Eſquels cas les informations & exploits pourront eſtre faits par nos ſergens: leſquels tantoſt, & ſans delay ſeront tenus icelles informations bailler, ou enuoyer par deuers noſtredite Cour, ou nos iuges, pour en eſtre promptement decidé & determiné, en puniſſant treſeſtroitement les impetrans, ſi par faux donné à entendre, ou autrement, vexation eſt donnée aux parties ſans cauſe: & les ſergens, ſi dol ou fraude, ou autre faute eſt trouuée en leurs informations & exploits. Et voulons le principal deſdites matieres eſtre ſommairemẽt, & brief determiné en iugeant, & decidant ſur la tranſgreßion ou infraction de noſtredite Pragmatique Sanction, & puniſſant les tranſgreſſeurs. Et s'il appert par la diſcußion du procés la matiere ne toucher noſtre Pragmatique (ſuppoſé qu'en icelles chéent autres difficultez) nous voulons les parties eſtre miſes hors de procés, & remiſes pour proceder, ou il appartiendra, & les impetrans eſtre punis & condemnez ės interests des parties & amende: ſelon l'exigence des cas, & qualitez des perſonnes: pourueu qu'il n'y ait matiere de Regale, ou autre, dont la cognoiſſance appartienne ſeulement à nous, & à noſtredite Cour.

GLOSSA

GLOSSA PRIMA.

Impetrans contra pragmaticam, vel concordata quid agere debeat.

HIC articulus, quia loquitur de Pragmatica, quæ eſt abroga- 1
ta, videretur etiam abrogatus: verùm quia Concordatum ſu-
brogatum eſt in locum Pragmaticæ, ob id iſta quæ hic dicun-
tur, habent etiam hodie locum in ipſo Concordato: vt ſcripſi
in Concorda.in titu.de pacific.poſ.

Primò iſte text.dicit multos proceſſus generali in Curia, & inuolutio- 2
nes proceſſum fieri ob tot, & tantas literarum impetrationes contra Pra-
gmaticam: ob id ſtatuit, quòd ſi quis impetret literas, in quibus narret par-
tem aduerſam feciſſe contra Pragmaticam, vel Concordata ſuper benefi-
cio, debet exprimere qualitatem beneficij. probatur in capit. ad aures. de
reſcriptis. ſcripſi in forma manda. in verbo, pro expreſsis. in Concorda.

Item qualitatem cauſæ, & modos, per quos in Pragmaticam aduerſariũ 3
quid egiſſe putat, argu.c.vt circa.de elect.in vj.

Cauſæ magnæ dirigũtur Parlamentis.

Et quòd aliàs non dentur iſtæ commiſsiones, niſi narrata tangant Pra- 4
gmaticam, aut Concordatum.

Præthereà eò qualitates beneficiorum exprimi vult, vt in magnis benefi- 5
ciis literæ dirigantur Parlamentis, vbi tractari debent.

Quæ dicantur magna beneficia? Reſpond. arbitrio Curiæ relinquitur, 6
ſicus arbitrio iudicis, cap. ſtatutum. §. inſuper. de reſcrip. in vj. gloſ. in authẽ.
præthereà. C. vnde vir & vxor.

Cauſæ beneficiales vbi ſunt tractãdæ.

Si verò beneficia non fuerint magna, literæ poſſunt, & debent dirigi Se 7
neſchallis, & Bailliuis, vt tractentur in tribunali principali, & vbi erit af-
fluentia conſilij: vnde dicit textus in capitulo ſtatutum. in principio quòd
cauſæ iſtæ beneficiales debent tractari in locis inſignibus, & vbi eſt peri-
torum copia. Bald. in capit. nonnulli. colum. vltima. de reſcriptis. & Floria.
in l. penultima ff. de iuris & fact. ignoran.

Igitur iſta duo copulatiuè requiruntur, ſcilicèt, quòd ſit locus inſignis, 8
ſeu ſedes principalis, & ibi ſit copia peritorum: nec alterum ſufficeret: vt
docet Angel. conſilio lxj. quæritur. columna prima & Docto. in capitulo
ſtatutum. Et ideò Rex Franciſ. in titulo *des Baillifs.* ordina. 27. articulo xiij.
his verbis ſtatuit: †*Et à ce que les benefices ne demeurent longuement litigieux,* 9
pour les maux, ruynes, & incommoditez, qu'en prouiennent, ordonnons que noſdits
Baillifs, Seneſchaux, & autres nos iuges reſſortiſſans en noſdites Cours ſans moyen,
en ayent la cognoiſſance totale en premiere inſtance, & non leſdits Preuoſts.

Literæ de pacificis poſſeſſoribus quãdo ſint impetranda.

Alia eſt impetratio literarum, quas vocant, de pacificis poſſeſſoribus, 10
illas impetrare debet (ſi ſapit) is qui turbatur in poſſeſsione, vel iure be-
neficij poſt triennium: quia in regula Cancel. & in decreto de paci. poſſeſ-
ſo. in Concor. habetur, quòd pacificus beneficij poſſeſſor poſt triennium
non debet moleſtari, nec in petitorio, nec in poſſeſſorio: vnde ſi conue-
niatur

niatur quis ſuper iure beneficij, fortè ſi quis dicat ſe de illo beneficio prouiſum, tunc contra eum triennalis poſſeſſor has impetrabit literas directas illi iudici, coram quo eſt conuentus.

11 Nota tamen requiſita. Primò oportet quòd is, qui vult has literas impetrare, habeat titulum verum, vel coloratum: ita habetur in d. reg. & in decreto, quod probari videtur in l. Sulpitius. ff. de dona. inter vir. & vxor. ibi, ſi color, vel titulus (vt ſic dixerim) donationis. ergo hic poſſeſſor requiſitus ſuum debet exhibere titulum, ſuper quo fundantur literæ, etiam ſi moleſtans ſuum non exhibuerit, vt ſcripſi in titul. de pacificis poſſeſſoribus in Concordat. allegans ibidem areſtum.

Requiſita in literis de pacificis poſſeſſoribus.

12 Secundò requiritur, quòd pacificè poſſederit, & ſine lite. ita eſt in textu regul. Cancell. vnde ſi moleſter ab eo, cum quo litigaui per triennium, non poſſum has literas impetrare contra illum: ſi verò litem iniërim cum Titio, & cum Caio non, ſi ipſe poſt triennium me moleſtet, poſſum his iuuari literis, quia pacificè poſſedi quoad eum: vt plenè ſcripſi in tracta. de pacificis poſſeſſor. in iij. limita. num. 164. & ſequen.

Pacifica poſſeſſio requiritur in triennali poſſeſſore.

13 Tertiò, quòd non ſit violentus huiuſmodi impetrans, vel alias inhabilis. Triginta perſonas inhabiles conſcripſi in tract. de pacific. poſſeſſoribus. in iiij. limita quas hic non repetam.

Occupans vi non poſſidet.

14 Quartò requiritur, quòd poſſederit prælaturam, aut beneficium eccleſiaſticum: ſecùs ergo ſi officium prophanum, vel temporale, vt in xj. amplia. dixi in tractat. de pacificis poſſeſſoribus, nu. 69. cum ſequen.

Triennalis poſſeſſio in beneficiis nõ prophanis iuuat.

15 In officiis verò Regiis, poſſeſſor poſt quinquennium non debet moleſtari per ordi. Regiam, quæ eſt in nouis. in ti. *Que les officiers Royaux apres cinq ans ne ſeront moleſtez en leurs eſtatz.* Idem anno 1544. die penu. Octobr. fuit dictum pro Iacobo *Muſſard*, notario Caſtelleti, qui poſſederat officium notariatus per quinquennium, contra Petrum *Maheul*.

Quinquennalis poſſeſſio in officiis Regiis prodeſt.

Areſtum.

16 Quintò, requiritur triennal s poſſeſsio completa & continua, non interpolata, cle. vna. de ſequeſtra. poſ. & fructuum. & ſolet dici in his literis, ibi, *auroit iouy dudit benefice paiſiblement par trois ans continuels, & conſecutifs.* facit c. cùm de beneficio. de præbend. in vj.

Cõtinua debet eſſe poſſeſſio triennalis.

17 Sextò, quòd per tres vltimos annos: vt patet in dictis literis, ibi, *& meſmes par les trois dernieres années*, &c. quia vltima poſſeſsio attenditur: vt ſcripſi ſuprà, & in dicto tractat. de pacificis poſſeſſoribus. in v. limitatio. num. 266. cum ſequent.

Triennalis poſſeſſor ex vltimis annis diiudicatur.

18 Septimò, iudex comprobando has literas ſolet dicere, *auons interiné, & interinons les lettres &c. & en icelles interinant auons fait, & faiſons inhibitions & defences à tel N. ſur peine &c. appliquer au Roy noſtre ſire, qu'il n'ayt à troubler, ne empeſcher, ne tenir en proces ledit impetrant pour raiſon dudit benefice en petitoire ou*

Comprobatio literarũ de pacificis poſſeſſoribus

19 *poſſeſſoire &c.* † ex his videtis quomodò per has literas Regias de pacificis poſſeſſoribus conſeruatur, & retinetur eidem poſſeſsio, qui pacificè poſſedit per triennium completum. Alia abundantiùs tractaui in tract. de pacifi. poſſeſſoribus. in Concord. ibi, cuilibet liberum eſt videre, ne ſit hic neceſſarium repetere.

Et en

Et en outre &c.

GLOSSA II.

Moderamen adhibendum in comprobandis literis Regiis.

ITEM vult, vt iudices cum honeſtate & moderamine ad literarum procedant executionem, videlicet vt priùs inquirant de infractione pragmaticæ allegata, & non alias, niſi materia celeritatem requireret, vt potè quia pars vult fugere, & ſe abſentare. 1

Acceleratio proceſſus ex multis cauſis.

Vel de titulorum furtiua ſublatione agatur, quos pars vult aliò deferre. argu.l.ſi quis ex argentariis.§.fi.cum l.ſequen.ff.de eden. 2

Aut ſi agatur de publicatione ſcandaloſa Pragmaticæ Sanctionis,per ea quæ ſcribit Felinus in c.nihil prodeſt.de reſcrip. 3

Informationes breues per apparitorem fieri poſſunt.

In quibus ſupradictis caſibus informationes fieri poterunt breui per apparitorem, qui eas tenebitur ſtatim ad Curiam deferre, ſi eius authoritate, vel ad alium quemcunque iudicem, cuius ſcilicèt decreto factæ ſunt. authore capit.q.xiij.& q.lv.in ſuis deciſio.Neapol. 4

Item dicit iudices debere punire impetrantes, ſi falsò allegauerint aliquem commiſiſſe contra Pragmaticam, ſi non ſit verum, idem ſi contra Concordata. 5

Seruientes puniendi.

Et ſeruientes etiam puniendos decernit, ſi dolo aut fraude informationes confecerint, vel aliam culpam, vel mendam in informationibus fecerint:hi enim omnia temere conſueuerunt, l. defenſionis.in fine. C. de iure fiſci.libro decimo. 6

Impetrans iniuſtè mulctatur.

Et demum vult, quòd ſi non appareat de tranſgreſsione, quòd puniat partem impetrantem ad intereſſe partis, & ad mulctam,pro qualitate cauſæ,facti & perſonarum.l.eum quem temerè.ff.de iudic. 7

In quibus Parlamentum remittit ad ordinarium.

Item licèt aliæ fuerint dubitationes, tamen Curia debet eas remittere ad ſuos iudices,ſi non agatur de infractione Pragmaticæ,vel Concordatorum,quia tunc appellatur tanquam ab abuſu ad Parlamenta,quæ ſunt protectores Concordatorum: vt patet in titul. de pœna temerè venientium contra Concordata. 8

Ius Regaliorum in Curia Parlament. tractatur.

Vel niſi agatur de iure regaliorum, quod ius tantùm à Curia ſuprema Pariſienſ. diſcutitur in magna claſſe, & deciditur, vt ſæpius vidi ſeruari, etiam ſi de patrimonio Principis agatur, ad cameram domainij cognitio ſpectat:vt patet in titul.ſuprà *de la chambre du domaine du Roy.* 9

CHARLES VIII. *Article lxix.*

Articulus ſeptimus.

ITEM *des matieres beneficiales & eccleſiaſtiques qu'on introduict en noſtredicte Cour par appellations extraordinaires, & autres voyes obliques, que noſtredicte Cour promptement, ſommairement & deplein les vuyde, & auſſi autres incidens par le moyen deſquels telles matieres s'introduiſent en icelle Cour, & renuoyent le principal de la matiere en Cour d'Egliſe, ou de ſa nature elle doibt eſtre traictee: En gardant toutesfoys nos droicts, & des iuges ſeculiers de noſtre Royaume touchant les poſſeſſoires.*

GLOSSA

GLOSSA VNA.

PRAECIPIT vt cauſæ beneficiales introductæ per appellationes extraordinarias,vel aliâs : per obliquas vias:promptè, ſummariè,& de plano à Parlamentis expediantur, & incidentia, & poſteà Parlamentum remittat cauſam ad Curiam eccleſiaſticam,vbi ex natura ſua tractari debet. Et quòd cauſæ eccleſiaſticæ coram iudicibus eccleſiaſticis tractari debeant,eſt text.in c.decernimus.& ca. fi.de iudic.clemen.diſpendioſam.illo titulo.cum aliis multis ſimilibus.

Appellationes extraordinariæ breuiter ſunt decidendæ à Parlamentis.

En gardant toutesfois noz droits, & des iuges ſeculiers de noſtre Royaume touchant les poſſeſſoires.

GLOSSA II.

1 DICVNT enim iudices ſeculares Regij ſe poſſe cognoſcere ſuper poſſeſſoriis beneficiorum, & iurium ſpiritualium per priuilegium Martini Papæ deſcriptum à Guid. Papæ deciſ.j.per quod nullum ius Regi concedi videtur, ſed habitum conſeruatur. † Inualuit tamen in hoc regno vſus &
2 conſuetudo, vt docet Aufrer.in tract.de poteſt.ſecu.ſuper eccl.in ij.reg.limita.xxiiij.quamuis de iure Epiſcopi & eorum officiales de ipſo poſſeſſorio cognoſcere valeant.per text.iuncta gloſ.in verb.obtinuerat.c.inter.de fide inſtrum.c.fi.de iudic.vbi Doctor.

Regij iudices an cognoſcant de poſſeſſorio beneficiorum.

Conſuetudo cognoſcendi de poſſeſſorio beneficij apud iudices Regios.

3 Et ſic iudex qui cognouit de poſſeſſorio,regulariter debet cognoſcere de petitorio rei prophanæ c.j.& ij.de cauſa poſ. & ita iudicauit Senatus pro iudice Montisferrandi, qui iudicauerat ſuper poſſeſſorio, licèt res & partes alibi iacerent, videlicet à *Luſſon*,ideò ille iudex debebat cognoſcere,& pars ob hoc appellauit à locũ tenẽte Montisferrandi, qui pronuntiauerat ſe cogniturum de petitorio:& Curia bene iudicatum pronuntiauit,eo quòd de poſſeſſorio priùs cognouiſſet,anno 1526.die 7. Martij. † ſe-
4 cùs in materia beneficij,in qua iudex laicus cognoſcit de poſſeſſorio,& eccleſiaſticus de petitorio,quia laicus non eſt capax petitorij,cap.cauſam.vbi Doctor.de preſcrip. cap.cauſam.ij.qui filij ſint legiti.abundè ſcripſi in cap. j.de cauſ.poſſeſſ.

In prophanis idem eſt iudex poſſeſſorij & petitorij.

Areſtum.

In beneficialibus ſecùs.

FRANÇOIS *Article* VII. *des publiées* M.D.XXXIX.

ET *pource qu'il-s'eſt aucunesfois trouué par cy deuant ès matieres poſſeſſoires beneficiales ſi grande ambiguïté, ou obſcurité ſur les droits & tiltres des parties,qu'il n'y auoit lieu de faire aucune adiudication de maintenue à l'vne ou à l'autre des parties, au moyen de-quoy eſtoit ordonné,que les benefices demoureroyent ſequeſtrez, ſans y donner autre iugement abſolutoire, ou condemnatoire ſur l'inſtance poſſeſſoire, & les parties renuoyés ſur le petitoire par deuant le iuge eccleſiaſtique:*

Articulus octauus. & nonus.

IDEM *Article. LVIII.*

Nous auons ordonné, & ordonnons, que doreſenauant, quand tels cas ſe preſenteront, ſoit donné iugement abſolutoire au profit du defendeur, & poſſeſſeur, contre lequel a eſté intentée laditte inſtance poſſeſſoire, & le demandeur, & autres parties deboutées de leurs demandes & oppoſitions reſpectiuement faictes, requeſtes & concluſions ſur ce prinſes, ſans vſer de renuoy par deuant le iuge d'Egliſe ſur le petitoire, ſur lequel ſe pouruoyeront les parties, ſi bon leur ſemble, & ainſi qu'ils verront eſtre à faire, & ſans les y aſtraindre par ledit renuoy.

GLOSSA VNA.

Sequeſtrum vſque ad petitorium cõtingebat prorogari.

REFERT quòd olim iudices propter difficultates inuentas 1
in materia beneficiali, & ſuper titulis partium pronuntiabant beneficia remanſura ſub ſequeſtro, & cauſam remittebant ad iudices eccleſiaſticos: vnde hoc erat valde pernicioſum: nam longa vacatio ipſa erat valde eccleſiis damnoſa, capit. quàm ſit. de elect. in vj. ideò in articu. ſequent. hoc corrigit.

Quãdo commẽdetur beneficium.

Sed de iure interim committi adminiſtratio idoneæ perſonnæ poſſet, c. 2
cùm dilecta. de reſcript. & vbi Epiſcopus non poteſt conferre, vt pote quia deuolutum eſt ius ad ſuperiorem, tunc poterit deputare adminiſtratorem idoneum, donec à Papa fuerit prouiſum, teſte Pano. in c. cùm nobis olim. per illum tex. in vl. no. de elect. & arg. c. regenda. x. q. j.

Adminiſtrator beneficij nõ gaudet decreto de pacificis poſſeſſoribus.

Et is adminiſtrator non iuuabitur decreto de pacificis poſſeſſoribus: 3
quia non habet titulum perpetuum, & tenebitur prouidere nominatis, vt ſcripſi in tracta. nomina. quæſt. viij. nume. 30.

In dubiis quid agendũ iudici.

Quomodò iudex debeat iudicare, quando iura partium ſunt obſcura, 4
gl. & Doct. in l. Neſennius. ff. de neg. geſt. dicunt rem diuidendam. & iudicium ruſticorum ſequendum. vide tamen quomodò hoc fieri poſsit, per Barb. in proœ. cle. §. hæc ſanè. col. xxix. Bauer. in §. fi. col. j. de vul. & Dec. in c. j. vlti. no. de proba. & conſil. ccccxlv. in caſu. col. j. & abundè per Boër. in dec. Burdegal. q. xlij. alia. in fi. & q. ccxxxix. & in prædicta.

Actore nõ probante reus abſoluitur etiam in beneficiis.

Ex hoc tex. colligitur regula quòd actore non probante reus abſolui de- 5
bet l. qui accuſare. C. de eden. c. vno. vt eccleſ. benefi. c. fi. de iureiuran. c. inter. in fi. de fide inſtrum. l. negantes. de act. & oblig. §. ſacramentum. de conſue. recti feudi. §. retinendæ. Inſti. de interd.

Quæ regula procedit etiam in beneficiis. c. olim. de reſc. vbi Doct. ca. ex 6
literis. vbi Fel. de proba. de Rot. dec. iij. incip. actore nihil. de re iud. in nouis. de Ripa in lib. ij. reſpon. de reſc. Reſp. xxv. in hoc iudicio. Roma.
conſi. cccxlvij. quoad articulũ. †Etiam ſi vterq; eſſet actor, & reus, tunc etiã 7
poſſeſſor venit abſoluendus, vt hic docet Inn. & Pano. in c. cum contingat.

de officio delegati.quorum ſententia ſeruatur hic.

8 Et in expenſis condemnabitur actor,quia malè fecit turbando rerum,ſi
de iure ſuo docere non poterat.Ita ſtatuitur hic, quamuis contrarium te-
neat Rot.in dec.j.de re iudi.incip.ſi in cauſa.in no. Primæ tamen opinioni
videntur adhærere iidem de Rot.dec.xj.eo.ti.de re iud.incip.licèt actor.in
nou.tum quia victus victori in expenſis eſt condemnãdus,l.properandum.
§.ſinautem alterutra.C.de iud.tum etiam quia impetrans non probauit,
quod obiecit,ob id eſt condemnandus,quia temere litigaſſe videtur,l.eum
quem.ff.de iudi.& in §.j.& per totum.Inſtit.de pœna teme.litigan.& hoc
eſt clarum in hoc regno.per iſtum text.

Turbans in expenſis cõdemnatur.

9 Imò etiam ſi conſtaret reum & poſſeſſorem nullum ius habere,quia de
iure rei non curamus,l.fi.C.de rei vend.gl.& ibi Phil. Peru.in c.vno.de eo
qui mittitur in poſſeſ.lib.vj.de Rota deciſi.xj.de cauſ.poſſeſ.& propriet.in-
cip.nota quòd vbi.in antiq.vbi dicunt hoc procedere, ſi reus haberet ſal-
10 tem poſſeſsionem coloratam † ſecùs ſi omninò vitioſam,vt per vim,clàm,
vel precario,l.j.& l.ſi duo.ff.vti poſsid.

Actore non probante, reus etiam nihil iuris habens abſoluitur.

11 Et procedit tam in petitorio, vt c.olim.de reſcript.& c.vno.vt eccleſia-
ſti.benefi.quàm etiam in poſſeſſorio,vt illi adiudicari poſſeſsio debeat,qui
poſsidet,vt hic.

12 Sed cùm vterque poſsideat in interdicto vti poſsidetis,l.j.ff.vti poſ.cap.
licet.de prob.quomodo procedetur? Reſpõ.ille dicetur poſſeſſor,qui con-
uenitur, & actor qui ad iudicium prouocauit, l.in tribus.ff.de iudi.& ſic
conuentus abſoluetur.

Reus in interdicto vti poſſidetis, dicitur is, qui conuenitur.

13 Etiam ſtante probationum æqualitate, haberet locum iſte text.vt poſ-
ſeſſor & reus ſit abſoluendus,per tex.in c.ex literis.de proba.c.inter.in fin.
de fi.inſtr.vbi Doct.quia promptiora ſunt iura ad abſoluendum, quàm ad
condemnandum, l.Arrianus.ff.de act.& oblig.& l.fauorabiliores.ff.de re.
14 iur.Hippol.in l.vnius.§.in ea cauſa.ff.de quæſtio. † Imò etiam ſi probatio-
nes actoris in modico excederent, adhuc reus eſſet abſoluendus,teſte Pa-
nor.in c.iij.de prob.& Doct.con.cccccl xiiij.in cauſ.col.j.Matheſila.no.xvij.
nota quòd quandocunque.

Vterque actor & reus quando ſit abſoluẽdus.

15 Si tamen pars aduerſa probauerit iſtum poſſeſſorem incapacem, tũc ne
vitioſus ad beneficia detur ingreſſus, ca.vno.de eo qui mit.in poſ.in vj.ſe-
queſtrabitur beneficiũ,& partibus ad cõtraria facta probãdũ dilatio dabi-
tur,vt fuit in Senatu cõcluſum an.1548.relatore d.*de la Roſerie*.die.2. Maij.

Areſtum.

16 Et iſta ſententia abſolutoria erit definitiua ſuper poſſeſſorio,adeò quòd
actor non poterit ampliùs agere poſſeſſorio,ſed petitorio,& repelletur ex-
ceptione rei iudicatæ, ſi agere vellet poſſeſſorio.& hoc tenet gloſſ.& ibi
Bal.col.iiij.in authent.qui ſemel.C.quomodo & quando iudex. Fel.decla-
rat in capit.aduerſario.col.iiij.de excep.& Hippol.Marſil.ſingula.clxix.nota
eſt regula.

Actore nõ probante reus eſt abſoluendus definitiuè.

17 Et tunc dicitur definitiua, quando datæ ſunt dilationes agenti ad pro-
bandum,vel terminus ad agendum præfixus,alioqui fertur ſententia abſo-
lutoria ab obſeruatione iudicij, quæ propriè non eſt definitiua, vt docent
Aret.& Alexand.in l.qui accuſare.C.de edend.& Felin.in cap.eccleſia.de

Sententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij.

conſt.Doctor.in l.properandum.§.j.C.de iudi.

Intellige quòd reo petente hæc abſolutoria ferri debet, quia in omni 18
actu iudiciali,iudex procedit,ſi pars petat,l.iiij.§. hoc autem.ff.de dam.in
fect.l.ad peremptorium.vbi Bar. & Iaco.ff. de iud.gl.in l. ſancimus. in ver.
per contumaciam. C.ad Treb.& hoc ſolent partes in libello petere, & ſi
non appareret de petitione,an valeret ſententia,decidit Bar.in l. vna. C.
vt quæ deſunt aduoc.& ibi Alex.& Fel.in c.pe.de.iudi.

Reus ſumens onus probãdi abſoluitur etiam ſi non probauerit.

Etiam ſi reus aſſumpſiſſet in ſe onus probandi, fertur ſentia pro reo. 19
per gl.in l.circa.ff.de probat. & releuandi actorem ab onere probationis,
nam hoc caſu etiam abſoluendus eſt reus,quia in beneficiis debet proba-
tio tituli fieri ab eo, qui vult obtinere.c.in litetis.de reſtitu.ſpoli.vbi Pa-
nor.gl.vlti.in clemen.vna.de cauſ.poſſeſ. quicquid dixerint Bal. & alij in
d.l.qui accuſare.C.de edend.

Si tamen iudex actore non probante poſſeſsionen rei adiudicaret actori, 20
valeret ſententia,& opus eſſet appellatione per l.argentarius.§. cùm autem.
ff.de eden.Fel.in c.eccleſia.col.ix.verſi.ſextò limita.de conſti.

Hæc regula procedit etiam in cauſa appellationis, in qua ſi itiden actor 21
nihil probauerit,reus abſoluetur,vt docent do.de Rota in deci.ix. incip.
licèt actum ſit in partibus.de re iudicat.in nouis.

Vide limitationes huius regulæ per Specu.in tit. de prob.§.probare. 22
verſi.nunc ad propoſitum & Doct.in d.l.qui accuſare.ac Hippo.in l.de mi
nor.§.j.ff.de quæſtionibus.& in l.vnius in ea cauſa.ibidem.

Laicus decidens poſſeſſorium beneficij nõ remittat pro petitorio ad eccleſiaſticos.

Prohibet etiam hic, ne partes remittantur ad iudices eccleſiaſticos, 23
quia partes poterunt ad petitorium accedere, ſi bonum eis videatur, &
ideò non ſunt ad hoc adſtringendæ: quia ſi videant,quòd non iudicaret
aliter iudex eccleſiaſticus, quàm iudicauit ſecularis, tunc non ibunt ad
eccleſiaſticum, alioqui malè facerent: ſed ſi videant in petitorio multa
eſſe deducenda, quæ in poſſeſſorio non adduxerunt, tunc finito poſſeſſo-
rio, de iure permittitur intendere petitorium coram eccleſiaſtico,cap. fi.
de iudic.& cap.ſignificauerunt.de teſtib. Anto.in cap. paſtoralis. colum.
vij. de cauſa poſſeſsio.

Abſolutus in poſſeſſorio beneficij an poſſit iura beneficij exigere.

Quæro,ſi iſte qui obtinuit abſolutionen,petat iura beneficij,an tenea- 24
tur oſtendere titulum?Reſpon.quãdo is qui agit,habet poſſeſsionem recen
tem, debet probare titulum,intereſt enim eorum, contra quos agit, vt ſol-
uendo liberentur.de Rota dec.i.de reſtit. ſpoliat.incip.poſſeſſor. in no.al-
legant Inno.in c.quia in cuncti. in glo. videlicet plures. de conceſſ. præ-
bend.in vi.quia iuſtam ignorantiam habet pars,an talis ſit,ideò talẽ ſe pro-
bare debet l.non ignorat.C.qui accuſ.non poſſ.& ex tali recenti poſſeſ-
ſione non præſumitur bona fides, nec iuſtus titulus. not. Inno. in cap.ij.
de in integrum reſti. ſecùs ſi longo tempore poſſederit per l. cogi. C.

Sententia in poſſeſſorio vim tituli habet.

de petit.hære. † Sed cùm in ſententia dicatur, *auons maintenu & gardé,* 25
maintenons & gardons en la poſſeſſion du benefice, &c. ſententia ei erit pro
titulo ad perſecutionem iurium beneficij, nec poterit ei obiici res inter
alios acta &c.quia non agitur de titulo & poſſeſsione beneficii contra de-
tinentes aliqua iura beneficij, vt putà decimas, ſed de iuribus & dependen-
tibus

tibus:& ſi eſſet ſimplex adminiſtrator, poſſet iura nomine eccleſiæ perſequi, etiam nullum habens titulum, ſicut in petitione hæreditatis.l. vlti. C. de petit. hæredita. quantò magis cùm ſententiam habet, quæ pro veritate, & vero titulo habetur. reg. res iudicata. de regu. iur. l. ingenuum. ff.
26 de ſtatu homi. † in petitorio autem non ſufficeret oſtendere ſententiam pro ſe latam, ſed in poſſeſſorio ſecùs ad colorandum titulum, quia non eſt veriſimilè, quòd palatium pro aliquo iudicaſſet, niſi de iure ſuo docuiſſet: vt ſcribit Fely. in c. cùm venerabilis. colum. x. numer. 29. de excepti. & Hippo. in tract. de probat. improbatio. ſententiæ, verſicul. modò tranſeo ad aliam ſpeciem.

In petitorio non.

27 Secundò, requiritur ad hoc vt edere titulum quis debeat, quòd patiatur controuerſiam in beneficio, ſecùs ſi poſsideat. Domi. in c. j. col. iiij. de
28 conceſ. præben. in vj. & Anto. Capit. in deciſi. Neapo. q. vj. † vbi dicit longum tempus eſſe decem annorum: Putarem ego ſufficere ſe poſſediſſe per tres annos, quia tunc iuuatur decreto de pacific. poſſeſſo. vt patet in illo titu. in Concord. & in tractat. meo de pacifi. poſſeſ.

Titulus beneficij quãdo ſit exhibendus.

29 Idem ſi probaret ſe obtinuiſſe ſententiam recredentiæ, vel pleni poſſeſſorij. Nam illam oſtendendo, non tenetur probare alium titulum proſequendo iura beneficij: quia non eſt veriſimile quòd iudex adiudicaſſet poſſeſſorium contra iura, cùm iuſtificari ex titulo debeat poſſeſsio. glo. in clemen. vna de cauſ. poſſeſ. & ſuperiùs ſcripſi. & Fely. in dict. c. cùm venerabilis Doctor. in c. vno de eo qui mit. in poſſeſ. in vj.

Sententiã ꝓ titulo allegare ſufficit.

FAANÇOYS *Article LIX. des publiées. 1539.*

NOVS *defendons à tous nos iuges de faire deux inſtances ſeparées ſur la recreance & maintenue des matieres poſſeſſoires, ains voulons eſtre conduictes par vn ſeul procés, & moyen, comme il eſt contenu es anciennes Ordonnances de nos predeceſſeurs ſur ce faictes.*

Articulus decimus.

GLOSSA VNA.

1 VVLT vt iudices in vna inſtantia & vno proceſſu decidant recredentiam, & plenum poſſeſſoriũ. duos faciebant olim quidam iudices proceſſus, & duas inſtantias: & prolata ſententia recredentiæ, de nouo inchoabant proceſſum ſuper pleno poſſeſſorio, quòd prohibetur hic, vt breuior ſit proceſſus, & finis litibus imponatur. cap. finem. de dol. & contuma. & ne lites ſint immortales. l. propeRandum. C. de iud. † hic tamen non vult prohibere, quin ſeparatim pro-
2 feratur recredentia, & quin appelletur à recredentiæ ſentẽtia, ſed ſi appellatum fuerit, iudex appellationis, quamuis ſit alterius inſtantiæ. l. per hanc. C. de tempo. appella. poterit decidere vel recredentiam, vel etiam plenum
3 poſſeſſorium, ſi non poſsit fierit ſine atteſtationibus, † & iſte. §. habet locum quando poteſt ipſe proceſſus decidi, vt pote quia non allegantur facta probanda teſtibus, alioqui ſeparatim decidetur recredentia à ſententia

Recredentia & plenum poſſeſſorium vno iudicio ſunt terminanda.

pleni poſſeſſorij.† & non dicit iſte text. quòd proferatur vna ſententia tantùm ſuper pleno poſſeſsorio, ſed quòd ſimul deducatur, & ſi poſſeſſorium plenum decidi poſsit ſine teſtibus, decidatur: ſi minus, quòd ſequeſtratio & ſententia recredentiæ proferantur. 4

Manutenere præſupponit poſſeſſionem.

Verbum hoc, manutenere, præſupponit poſſeſsionem, ideò quando petitur quis manuteneri, agitur de poſſeſsione retinenda, & ſic in cauſa nouitatis, & vti poſsidetis, teſte Barb.conſi.lj. ſcripſit.col.xx. vol.j.per tex. in cle.vna.§.porrò.ibi, honorem & ſtatum manuteneret.de iureiur.Bal.in l. licèt.C.loca.col.ij.quæſt.iiij. 5

Quod videtur verum præſupponere poſſeſsionem ex parte petentis ſe manuteneri, ſed non ex parte aduerſa, ſed tantum turbationem. Bald. conſi.cx.pōderatis.in iij.vol.nam interdictum vti poſsidetis, datur etiam contra non poſsidentem, dummodò turbet l.j. §. reſtituendæ. vbi Bart.& Bald.ff.vti poſsidetis. 6

Promittens rem manutenere in eodem ſtatu ad quid teneatur.

Et quando quis promiſit rem in eodem ſtatu manutenere, ad quid teneatur, plenè tradit.Bal.conſ.cxlv.caſus talis. in iij. vol.& conſ.cx. vbi dicit manutenere qui promiſit, tenetur in eodem ſtatu rem tenere. 7

Iuſta poſſeſſio an manutentio dicatur, contra Budæ.

Quamuis Budæ.in Foren videatur quam nos dicimus, *maintenue*, iuſtam poſſeſsionem vocare, tamen non video qua authoritate motus. nec enim iurecon. ſic accepiſſe video, in l.ij.ff. vti poſ. nec alibi. ideò non moleſtum ſit, ſi nos iuxta terminum gallicum manutentionem vocemus, ſicut manumiſsionem, quandoquidem his tetminis vti cogit me Dicanicorum frequentiſsimus vſus. † & latinè manutenere tueri dicitur, l.j.§.j.ff. ne vis fiat ei, qui in poſſeſ.miſ. fruſtrà enim (inquit Iurecon.) prætor in poſſeſsionem mitteret, niſi miſſos tueretur, & prohibentes venire in poſſeſsionem coërceret. Et tueri gal. *garder & maintenir*, propriè dicitur. vnde ſolent hæc verba duo coniungi, *garder & maintenir*, in ſententia. † In interdicto retinendæ non quæritur an iuſta, vel iniuſta poſſeſsio ſit, nec quicquam intereſt, cùm plus iuris habeat is, qui poſsidet, eo quòd poſsidet, quàm qui non poſsidet. hæc Iurecon. in l.iuſta.vti poſsidet. quare *maintenue*, non poteſt dici iuſta poſſeſsio, cùm iudex etiam non iuſtè poſsidentem tueatur. dicam pleniùs in l.iuſta interpretatione.ff.de verb.ſignific. 8 9 10

FRANÇOIS *Article LXIIII. des publiées. 1539.*

Articulus vndecim⁹.

Si pendant vn proces en matiere beneficiale l'vn des litigans reſigne ſon droict, il ſera tenu faire comparoir en cauſe celuy, auquel il aura reſigné: autrement ſera procedé à l'encontre du reſignant, tout ainſi que s'il n'auoit reſigné, & le iugement qui ſera donné à l'encontre de luy, ſera executoire contre les reſignataires.

GLOSSA VNA.

Sententia poſſeſſorij lata in defunctum nō eſt executoria contra illius hæredem.

DE IVRE ſententia lata in interdicto vti poſsidetis contra defunctum, non mandatur executioni contra hæredem illius, qui non poſsidet vi, clam, vel precariò: quia iuſtè poteſt hæres poſsidere, & ſuo nomine tantum tenetur l.de eo.§.hæres.ff 1

res.ff.ad exhibend.Innocen.in cap.abbate. colum. ij. de verborum. ſigni.
Nec poſſeſsio defuncti in hæredem continuatur l. cùm hæredes. ff. de ac-
quirenda poſſeſ. Bald.expreſsè in dicta l.de eo. §.hæres.ſic iudicatum fuit
in magna Camera Neapol. vt refert Matth. de Afflict.in deciſio.Neapoli.
quæſtio. cxlv.lata fuit.Panormi.Felyn.& Paul.Pariſ. in ca. veniens. in fin.
de præſcriptio.

2 Tamen per ſententiam latam contra Titium compeſcetur hæres eius
turbans victorem, ſaltem per actionem iudicati, teſte Ioann.Fabr.in.§.re-
3 tinendæ.col.xiij.verſicu. ſed an hæredi.de interdict.in Inſtitut. † quia o-
mnia interdicta ſunt in rem ſcripta.l. prima.§. penultimo.ff.de interdi.ſe-
quitur Cap.in deciſio.Neapoli. quæſtio. j. facit l. ſi duo.in principio.ff. vti
poſsid. Sic ſententia lata contra reſignantem non exequetur contra reſi-
gnatarium, quia res inter alios acta aliis non præiudicat. vt in rubric.C.
illo titu.patet, & in l.j.ibidem.

4 Sed hic ſtatuitur, vt ſententia exequatur etiam contra reſignatarium,
tum propter ipſius reſignantis factum , & fortè malam fidem , & fraudis
vitandæ cauſa, quia paria ſunt poſsidere , vel dolo deſinere poſsidere.l.
qui dolo.de reg.iur .ff.& l.ſi quod dolo.& l.ſinautem.§.j.de rei vendi.reg.
5 pro poſſeſſore.de reg.iur. in vj. † Tamen ſententia poſt triginta annos nõ
poteſt executioni mandari, quia illi præſcriptum eſt.l.fin.C. de præſcrip.
trigin. annor. Bald.in l.creditor. C .de pactis.& ita fuit iudicatum in ma-
gna Curia.Neapol.vt patet in deciſio. ccxlv.magnifici.in fin.& deciſ.ccc-
xlvj.ſunt anni.

Sententia poſſeſſorij eſt executoria contra reſignatarium.

6 Item qui alienat iudicij mutandi cauſa,tenetur ad intereſſe,& damna
ex hoc prouenientia.l.iij.& per totum,de aliena.iudic.mutan.ff.& præſu-
mitur dolo facere quando rem alienauit pendente iudicio, & poſſeſsionem
tranſtulit.c.j.de alienat.iudic.vbi Panormi. & alij. ſic & hic reſignans , ob id
exequi ſententiam poterit etiam contra reſignatarium,qui fortè eſt frau
dis conſcius.argumen.l.ex facto.de negotiis geſtis.

Alienans cauſa mutãdi iudicij tenetur ad id quod intereſt, & ad damna.

7 Et ſicut morte mandantis finitur mandatum, l.à procuratore. C.man-
dati.ita per reſignationem: cùm iſta à iure æquiparentur. capitul. ſi pro-
pter. de reſcrip. in ſexto. clementin. ne Romani.de electìon.& quia am-
plius iſte procurator non poteſt proſequi nomine reſignantis, cùm nul-
lum ius habeat,nec nomine reſignatarij,quia non eſt ab eo conſtitutus,&
ſic defici. mandatum : vnde non valent de iure geſta cum illo procura-
tore. capitul. in noſtra. de procuratoribus. ſic firmat Philip.Probus, in
8 capitul. fina.numero trigeſimoſecuno. cum ſequent. de renunria. † Sed
hic confirmatur ſententia lato cum reſignante , ac ſi lata eſſet eum reſi-
gnatario , nec poterit opponi contra procuratorem , quòd non erat
procurator : quia approbando reſignationem , & omnia ſequentia ap-
probare videtur. per textum in l. ad rem. & l. ad legatum.ff. de pro-
curatoribus.

Mãdatum expirat per reſignationem.

Sententia contra reſignãtem valet.

9 Ex hoc text. ſequentia colligi poſſunt. Primò requiritur quòd aliquis
reſignauerir.ibi *reſigné.*

10 Secundò,quòd reſignauetit pendente proceſſu,alioqui ſi ante proceſ- *Pendẽte pro*

ceſſu reſignãs declarare debet cui reſignauerit.

Areſtum.

ſum reſignauerit,non habet locum iſta ordinatio , ſed ſufficit reſignanti conuento declarare eum cui reſignauit. tex. hic,*pendant vn proces,* & ibi litigans.Et ita iudicauit Senatus ann.1544.15.Ianuarij,poſt prandium.& in magna camera fuit annullata ſententia conſiliariorum ſupplicationum poſtulante do. Roberto aduocato : nam per litis conteſtationem dicitur quaſi quidam contractus inter actorem & reum l.iij.§. idem ſcribit .ff. de pecul. vnde qui deſiit poſſidere poſt litem conteſtatam : adhuc remanet obligatus, vt reſpondere teneatur , ac ſi poſſideret l. ſinautem.§.j.ff.de rei vend.ſed ante litem conteſtatam,non.

Reſignatarius poſt recredẽtiam ad quas expenſas teneatur.

Notandum eſt, quando reſignãtio facta eſt poſt recredentiam , quòd 11
tenetur reſignatarius ad omnes expenſas etiam factas ante reſignationem, nec ſubrogabitur , niſi omnes ſoluat expenſas:ſecùs ſi ante recredentiam fuerit reſignatum,quia tunc ſolùm ad expenſas ſui temporis tenetur , & quas ipſe fecit & hoc probatur , quia in mala fide videtur eſſe recipiendo beneficium oneratum,ſuper quo videt ſententiam:ideò tenetur. ſecùs ſi non eſt lata ſententia,quia res tranſit cum ſuo onere l. alienatio.ff.de contrahen.empt.

Areſta.

Ita iudicauit Senatus anno 1540.die 13. Aprilis , in magna camera po- 12
ſtulantibus *Corlieu & du Boys*.& idem iudicauit anno 1542.die xj.Maij.inter magiſtros AEgidium *Durand.* & Petrum *Combaut.*

Tertiò , quòd reſignauerit ius in beneficio prætenſum, alioqui ſi liti 13
ceſſerit,non procedit hic tex. ibi,*reſigné ſon droict*,probatur per Doct.in l. poſtquam liti.C.de pact.

Reſignãti quid agendum vt liberetur ab expenſis litis.

Quartò, hic reſignans tenetur facere comparere illum , cui beneficium 14
reſignauit,ibi *il ſera tenu faire comparoir*, ſed quomodò,cùm nullus ad factum teneatur ,ſed ſuccedit obligatio ad intereſſe l.ſi quis ab alio.in fi.ff. de re iudic.Reſpon.iſte reſignans declarabit in iudicio ſe renunciaſſe, & petet vt citetur reſignatarius,& vt ſuſcipiat cauſam, & iudex illi reſignanti concedet,vt citetur,& iſte procurabit, & poſteà cùm reſignatarius petet ſe ſubrogari in locum reſignantis,tunc liberatus erit.reſignans ab expenſis in poſterum faciendis.

Recredentia ex contumacia.

Sed ſi reſignatarius nolit comparere , iterum citebitur , & demum ex 15
contumacia adiudicabitur recredentia parti aduerſæ reſignantis.

Poterit tamen hic reſignatarius comparere etiam per procuratorem 16
cùm hic non adſtringatur , vt perſonaliter conpareat : & de iure quilibet poteſt comparere per ſe,vel procuratorem l.fi.C.de procur.vbi Iaſ.multas limitaiones ſcribit tex.& glo.in c.ij.de procu.

Contra reſignantẽ procedítur quouſque declaret ſuũ reſignatarium

Sententia cõtra reſignãtem eſt executoria contra reſignatarium.

Si verò reſignans nihil dicat de ſua reſignatione , duo hic ſtatuuntur. 17
Primò , quòd procedi poteſt contra reſignantem,ac ſi non reſignaſſet, & ſic tenebitur ad omnes expenſas, damna & intereſſe , ratione fraudis , & quia dolo deſiit poſſidere vt ſuperius dixi.

Secundò quòd ſententia lata contra reſignanten, erit executoria contra 18
reſignatarium,tum ne ſententia ſit eluſoria.l.ſi prætor.ff.de iudic.tum cauſa fraudis vitandæ,& quia ſubrogatus eſt in locum reſignantis. ideò naturam eius ſapere debet.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.

Item

19 Item in ſententia debet iudex, dicere ſi videat impetrantem malè impetraſſe caſum nouitatis, vel non bene probaſſe poſſeſsionem, quòd impetrans malè & perperàm conqueſtus eſt,& opponens iuſtè ſe oppoſuit,& expleta debent amoueri,quæ amouemus ad rei opponentis vtilitaten, condemnantes impetrantem ad expen.damna & intereſſe, teſte Maſuer.in tit. de poſſeſ.§.item illi qui.dixi in §.ſi ſuprà tit.proximo.

Sententiā condemnatoria in malè impetrātem.

20 Et ſicut per adeptionem ſecundi beneficij vacat primum,c. de multa. de præb.Io.And.in c.in noſtra.de reſcr.quia tacitè renuntiatur primo capiendo ſecundum c.gratia.de reſcr.in vj. cle. gratiæ. illo tit. ita & fortius renuntiatur liti & cauſæ ſuper primo motæ, etiam ſi pars proteſtaretur quòd non intendit renuntiare.Inno. & Ant.in c.in noſtra.vt refert Nico. Milius in verbo, renuntiare non intelligitur. alia dicam in praxi beneficiali in reſignationis reſcripto.vide etiam quæ ſcripſi in.§.declarantes.in verb.ſucceſſores.de mand.apoſto.

Adeptione ſecundi beneficij renūtiatur liti ſuper altero.

FRANÇOIS *Article LXIX.*

Apres le poſſeſſoire intenté en matiere beneficiale,ne ſe pourra faire pourſuyte par deuant le iuge d'Egliſe ſur le petitoire, iuſques à ce que le poſſeſſoire ait eſté entierement vuidé par iugement de pleine maintenue, & que les parties y ayent ſatisfait & fourny, tent pour le principal, que pour les fruicts, dommages & intereſt.

Articulus duodecim⁹.

GLOSSA VNA.

1 ISTA ordinatio deprompta eſt ex quodam areſto prolato anno 1512.die 2.Auguſt.contra Dauid de *Boßigne* pro Dioniſio *Iobert* requirente in cauſa beneficiali ſanctæ Radegundis Pictauienſ.

Areſtum.

2 Itaque prohibet, ne pars proſequatur petitorium coram iudice eccleſiaſtico, niſi integrè poſſeſſorium fuerit deciſum à iudice ſeculari, etiam quò ad plenum poſſeſſorium. Iſta deciſio probatur in l. ordinarij.C.de rei vend. & in l.incer. C.de inter.vbi priùs intentari poteſt, & decidi poſſeſſorium,& poſteà petitoriū,& ſi antequàm lis ſit finita ſuper poſſeſſorio,intentetur petitoriū, peruerſio ordinis vnius cauſæ ad aliam vitiat proceſſum,ſi exceptio opponatur c.cùm dilectus.de ordi.cogn.l.ſi mancipiū.§.j. ff.de euict.gl.in l.ij.C.cōmu.diui.Lāfran.in cle.vna.de cau.poſſeſ. verſic.nunc iuxta præmiſſā materiā.Et in hoc tex.requiritur ꝙ ſit deciſum integrè plenū poſſeſſorium.ibi,*entierement*.integrum dicitur quod eſt ſine diminutione l.ſilua.§.integra.ff.de verb.ſignifi.vbi plenè ſcripſi.

Poſſeſſoriū oportet omninò deciſum eſſe ante petitoriū.

3 Et ſic poſt recredētiæ ſententiā nō poſſet altera pars conuolare ad petitorium per hunc tex.ibi, *entierement*. imò ſi appellatū ſit à pleno poſſeſſorio, vel à recredētia, opus eſt quòd cauſa appellationis etiam finita ſit. de Rota deci.i.incip.intentato.de cauſ.poſſeſ.& propriet.in nouis.

Appellatio in poſſeſſorio impedit petitorium.

4 Et requiritur quòd partes ſatis fecerint. ibi,*ſatisfaict*. l. ſatisfactionis. ff.de

Petitorium non

inueniaõ ñ niſi poſſeſſo rio ſatiſfactum ſit. ff.de verb.ſigni.vbi dixi abundè,& hoc verbum ſatiſfactionis latiùs patet, quam ſolutionis,l.iiij.§.ait prætor.ff.de re iud.& hic dicit *ſatisfaict quant au principal*.quia ſi percipiebas fructus talis beneficij, cuius poſſeſsio fuit mihi adiudicata,non debes audiri,niſi poſſeſsionem vacuam reliqueris,& quòd poſsim fructus percipere ſine onere.

Ceſſio an habeat vim ſatiſfactionis Vnde ſi pars ceſſerit bonis,quia fructus quos percipit ex beneficio non 5
valebat reſtituere,putarem illam recipiendam in petitorio,quia authoritate iuris ſatisfecit.nam ceſsio vim habet ſatisfactionis.vt in ca.Odoardus.de ſolut.& §.fi.de actio.Inſtit.& ſic fuiſſe iudicatum mihi relatum fuit. Alioqui is qui nihil haberet non poſſet ſuum perſequi beneficium.vide quæ ſcripſi in tract.de ſen.exec.arti.viij.gl.v.in fin.† & tunc putarem partem te- 6
neri cautionem præſtare iuratoriam de reddendo fructus, per ea quæ ſcripſi in art.j.de ſen.exec.in gl.*caution*.

Petitorium requirit omninò ſatiſfactum fuiſſe poſſeſſorio Tertiò quòd pars etiam quæ vult proſequi petitorium quoad principa- 7
le ſatisfecerit,videlicèt quòd ſi habebat poſſeſsionem beneficij,quòd eam dimiſerit aduerſario : † ſicut non poteſt obtineri clamor ſecundus, quod 8
gallicè practici vocant,*expoſer la clameur ſeconde*, niſi primus integrè ſit executus, & primo ſatisfactum fuerit : vt in artic.j.tit.*des lettres de clameurs*. Sic nec petitorium intentari,niſi poſſeſſorium plenè deciſum fuerit, & executio perfecta fuerit.

Petitorium an poſſit eſſe ſine poſſeſſorio, & contrà. Quartò,ꝙ fructus parti reſtituerit iuxta condemnationem:poteſt tamen 9
eſse poſſeſsorium ſine petitorio,per.l.ij.in fi.ff.ſi ſer.ven.& ibi Pau.& in l.j. communia præd.& hoc eſt ſæpiùs in regno, & poſſunt partes renunciare poſſeſſorio,& intentare petitorium,c.paſtoralis.vbi Doc.de cauſ.poſ. † ſed 10
poſtquàm eſt intentatum poſſeſſorium,non poſſunt partes remeare ad petitorium non deciſo poſſeſſorio, tum quia intereſt iudicium ſecularium & populi,vt aliquis poſsideat interim.Etiam quia hic tex.dicit,*ne ſe pourra faire pourſuite*,& ſic tollit partibus etiam poteſtatē,gl.in reg.j.de regu.iur.in vj.

Expenſæ &c.poſſeſſorij perſoluēdæ ſunt, vt veniamus ad petitorium. Areſtum. Quintò,quòd damna & intereſſe ſolueritːnihil dicit tex.de expenſis,ſed 11
tamen etiam expenſas tenetur ſoluere, antequàm recipiatur coram iudice eccleſiaſtico,vt cenſuit Senatus Pari.anno 1543.die 22. Nouembris in magna Camera contra iudicem eccleſiaſticum, qui contrarium iudicauerat,& fuit dictum abuſiuè,& perperàm ab eo iudicatum.

Cautio dāni non liquidi. Areſtum. Tamen ſi damna non fuerint liquida,pars tenetur de damnis non liqui- 12
dis cautionem præſtare antequàm procedatur ſuper petitorio, etiam in cauſa prophana, per tex.in l.ſtatuliber rationem.ff.de ſtatulib.ſic iudicauit Senatus anno 1544.die xiij.Maij.

Expenſis etiam non ſolutis poteſt cōdemnatus ſe defendere. Vltimò, poterit pars quæ ſuccubuit, ſed defendere etiam ante ſolutio- 13
nem expenſarum:quia iſte tex.loquitur *de pourſuyuir*.vnde ſi tres erant partes in poſſeſſorio, & vna obtinuit, poſteà altera ex victis citet tam victorem,quàm victū coram iudice appellationis, poterit victus appellationem proſequi antequā ſoluat, quia ipſa pars non perſequitur, ſed altera,& ipſa pars dicitur reus,& neceſſe habet ſubire iudiciū,l.inter ſtipulantē.§.ſi Stichum.ff.de verbo.obli.niſi pars eſſet fraudis conſcia.ar.l.ex facto.ff.de neg. geſt.vel niſi fuerit fraus huic ordinationi.l.fraus.ff.de leg.alia multa ſcripta

inuenies

inuenies in artic.vj.tit.de ſentent.exec.vbi iſte artic.eſt repetitus.

Loys XII. *Article L I. des publiées 1512.*

ITEM, *pource que pendant les procez poſſeſſoires, qu'on appelle en noſtredict pays de Languedoc, & reſſort dudit Toloſe, arreſts ou ſtatus de querelles, les parties contendantes on fait, & font chacun iour pluſieurs forces, violences & excez, meſmement pour prendre, & perceuoir les fruicts des choſes contentieuſes, ſoyent benefices ou autres: au moyen de quoy à en noſtredicte cour infinis procez en matiere d'excez: Nous pour euiter les pors d'armes, voyes de fait, forces, violences, & autres excez deſſuſdits, auons ordonné, & ordonnons que deſormais leſdits arreſts, ou ſtatus de querelles n'auront plus de lieu en matiere beneficiale: ains ſi aucun pretendoit droit en vn benefice de quelque qualité qu'il ſoit, & qu'il die eſtre troublé en la poſſeßion d'iceluy, il pourra prendre (ſi bon luy ſemble) vne complaincte en cas de ſaiſine, & de nouuelleté, & la faire r'amener à execution.* Articulus decimuſtertius.

GLOSSA VNA.

1 HIC ſtatuitur ne in iuriſdictione ſeu reſſortu Parlaměti Tholoſani in beneficiis partes vtantur ſtatuto quærelę: ſcilicèt impetrabant partes literas directas iudici, aduocato, vel alij cuidā dicanico & practico illius curiæ, qui adibat locum cōtrouerſum, & ibi audiebat partes ſuper poſſeſsione etiam contraria, & verbo mittebant partes in poſſeſsionem, & demum cauſam remittebant ad auditorium, vbi pleniùs cognoſcebatur, vt eſt in Ordinatio. linguæ Occita. pleniùs ſcriptum, & in ſtylo Parlamenti impreſſo Lugduni tit. de modo procedendi ſuper nouis diſſaiſinis: ſed hodie hæc tolluntur hic. *Statutum querelis ſublatum.*
2 † & qui turbatur in poſſeſsione beneficij, caſum nouitatis intentare poteſt, qui caſus in auditorio cauſarum deciditur, & non in loco controuerſo. & quia prætextu illius ſtatuti partes multa vi, & nefariè per portum armorum perpetrabant, non immeritò illud ſuſtulit.

3 Portum armorum crimen noſtri dicunt priuilegiatum, eò quòd iudices Regi tantùm de illo cognoſcunt: nam vſus armorum inſcio Principe eſt interdictus. rubri. vt vſus armo. inſcio Principe. &c. lib. xj. C. vnde qui arma portat, videtur offendere Principem. Ideò illius iudices intercipiunt cognitionem etiam contra clericos, vt teſtatur Aufrer. in tracta. ſuo de poteſta. ſuper eccle. & Bernard. Lauret. ante eum in tracta. Caſus in quibus &c. alibi fortè annotabo. *Armorum vſus priuilegiatus.*

FRANÇOYS *Article* LX. *des publiées 1539.*

Articu lus deci m⁹ quar tus.

NOVS *defendons à tous nos ſubiets pretendans droict, & tiltre és benefices eccleſiaſtiques de noſtre Royaume, de commettre aucune force ne violence publique eſdits benefices, & choſes qui en dependent: & auons des à preſent, comme pour lors, declairé & declairons ceux, qui commettront leſdites forces, & violences publiques, priuez du droict poſſeſſoire, qu'ils pourroyent pretendre eſdits benefices.*

GLOSSA VNA.

Vis publica in beneficiis prohibetur.

PROHIBET ne vlla vis publica inferatur in beneficiis, ne- 1
que in dependentibus ab ipſis, & pœnam imponit, quæ erat
omiſſa in articul. præceden. Nam violentia eſt legibus inimica,
cap. Chriſtiani. xj. quæſt. j.

De vi publica & priuata in beneficiis cognoſcit magnum conſilium.

Vim publicam vocat hic cum armis l. j. & per totum. ff. ad leg. Iuliam. 2
de vi publica. vim priuatam ſine armis vt ad legem Iuliam de vi priuata.
vnde ſtatutum fuit à Rege Franciſco, quòd de his violentiis ſuper
beneficiis commiſsis magnum conſilium cognoſceret, vt infrà de euoca.
articul. iiij. quod tamen edictum fuit reuocatum, articul. ſequent. ibidem
ſcripſi.

Vim inferẽtes in beneficiis priuãtur iure poſſeſſorio.

Secundò, declarat eos, qui vim publicam, & ſic armatam commiſerint, 3
priuatos omni iure poſſeſſorio, quia nõ ſpectat ad laicum priuare benefi-
cio, ideò dicit iure poſſeſſorio nam qui non poteſt dare, nec auferre, &
qui non poteſt condemnare, nec abſoluere l. iij. ff. de re iudic. & ſicut com-
mittentes vim in rebus prophanis re priuantur, vel tantundem præſtant,
l. ſi quis in tantam. & per totum. C. vnde vi. ſic & in beneficiis ille qui vim
committit publicam, priuatur iure poſſeſſorio. adeò ꝙ adiudicabitur re-
credentia, & plenum poſſeſſorium alteri parti, & tunc opus erit petito-
rio agere coram iudice eccleſiaſtico.

Violento bonum ius habenti, an poſſit adiudicari beneficium?

Quæro ſi iudex ſuper petitorio videat iſtum, qui vim commiſit, habere 4
bonum ius in beneficio, nonne poterit ei adiudicare beneficium videtur
poſſe, quia violentus non priuatur hic, niſi poſſeſſorio. Contrarium crede-
rem, quia de iure violentus repriuatur, in qua vim commiſit. d. l. ſi quis in
tantam. & in beneficiis priuatur etiam iure, in c. eum qui. de præben. in vi.
& ſic iſte nec petitorio nec poſſeſſorio poterit agere.

Violentia prohibetur in beneficiorum dependentibus.

Item licèt princeps non poſsit tollere ius. dominij, etiam in prophanis, 5
l. quoties. C. de precib. Imper. offeren. l. fi. ſi contra ius. tamen poteſt ius
poſſeſsionis tollere, & facere, vt tractetur de petitorio omiſſo poſſeſſo-
rio, vt docet Alex. conſil. liiij. viſo. col. j. in v. volu. & Panor. in cap. in lite-
ris. colum. viij. de reſtitut. ſpoliato. refert Anto. Capit. in deciſio. Neapol.
quæſtio. lxix. numer. 13.

Item prohibetur vis fieri non ſolùm in beneficiis, ſed etiam in depen- 6
dentibus ab ipſo beneficio. † Dependere à beneficio cenſentur decimæ, 7
domus

domus beneficij, & fructus beneficij: vnde ſi ſuper his vis inferatur, etiam iure poſſeſſorij priuatus eſt violentus, vt hic: quia eadem deciſio habet locum in dependentibus,quæ in re principali,cle.fi.de iud. & idem in acceſſoriis ſtatuitur ius,quòd in principali,l.cùm principalis. ff. de reg.iuris. reg. acceſſorium.de reg.iur.in vj.idem in connexis dicunt. Doct. in c. tranſlato. de conſti.facit l. qui tutor. ff.de admi. tuto.l. apud Iulianum. §. antiſtia. ad Trebel.Bar.in l.eum.de neg.geſt.& in l.ſolent.de ali.& cib.leg.ca. cùm ſingula. de præb. Hipp. ſing.cclj. connexorum.Boër.in conſ.poſito poſt conſue.Bitu.vide tamen Doct.in d.c.eum qui.de præb.in vj.

LOYS xij. *Article lxxxv. des publiées M.D.IX.*

ITEM, *& à ce que noſdits Baillifs, Seneſchaux, & autres nos iuges reſſortiſſans ſans moyen en nos cours, puiſſent plus ſeurement proceder au iugement deſdites recreances, auons enioinct & enioignons à noſdicts iuges, qu'ils appellent auec eux, ſix ou quatre (pour le moins) des Conſeillers, ou Practiciens de leurs ſieges & auditoire, non ſuſpects ne fauorables à l'vne n'a lautre deſdites parties: Leſquels ſeront tenus auec noſtre dict iuge, de ſigner la ſentence, ou dictum d'icelle.*

Articulus vltimus.

GLOSSA VNA.

1 HIC articulus à me fuit elucidatus in tracta.de ſent.execu. ob id ad illud bone lector te remitto: veruntamen proſequendo ſemper noſtram materiam videamus hic, quomodò poſſeſsio amittatur:& ſuperiùs art.pen. diximus amitti per vim publicam illatam,quod procedit in immobilibus.

Quibus modis poſſeſſio amittatur.

2 Secundò,hic poſſeſsio rerum mobilium amittitur ſimulatque res in cuſtodia noſtra eſſe deſinit,l.iij.§. Nerua.ff. de acquir. poſſeſ.quia rei mobilis vilis & abiecta eſt poſſeſsio.l.ſi rem mobilem.illo titul.

Mobilium poſſeſſio quãdo amittatur.

3 Tertiò, in poſſeſsione rerum immobilium amittenda requiritur corpus & animus,ſicut in acquirenda, l. iij.§.in amittenda.& l. quemadmodum ff. de acquir. poſ. quia ea quæ in conſtruendo requiruntur, & in deſtruendo. authen. econtra. C. de repu. nam omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur,per eas & diſſoluitur,c.j.de reg.iur.in antiq.

Immobiliũ poſſeſſio quomodò amittatur.

4 Et ſic furioſus poſſeſsionem non amittit, quia animo caret, vt ibi,& l. ſi is qui animo.ibidem.

Furioſus nõ amittit poſſeſſionem.

5 Vnde ſi me abſente rem, quam per me poſsideo, quis ingrediatur animo acquirendi poſſeſsionem,eam acquirit naturalem, & ego illam naturalem amitto, l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas.ff. de acquiren.poſ. vide Car.Ruin.conſ.lviij.ſuper eo.colum.ij.in iij. volum. & conſ. xxviij.ibidem. & conſ.xxxviij.ibidem.

Naturalis poſſeſſio quomodò amittatur.

6 Ciuilis verò poſſeſsio animo perditur, quando animum amplius poſsidendi habere deſino,l.quemadmodum.& l.ſi quis vi.§.j.ff.de acqui.poſ.

Ciuilis animo perditur.

7 Vel quando quis me expellit de re, quam poſsideo, & ego amitto animum poſsidendi,dict.l.ſi quis vi.

8 Aut ſi aduerſarius prohibuerit dum ego volebam accedere ad fun-

dum.l.ſi id quod.§.vltim.ff.de acquiren.poſ.

Idem ſi timore perterritus dominus non auſus eſt præ timore ad rẽ ſuã 9
accedere:quia videbat eã occupatã, & timuit repulſam pati. text. & ibi gl.
in l.iij.§.ſi quis nuntiet.ff.de acquiren.poſſ.& agebatur de poſſeſsione ipſa.
†Secus ſi propter inimicitias perſonales aliquis poſſeſsionem occupaſſet, 10
glo.in l.licet.C.de acquir.poſ.Iaſ.conſi.xcj.viſis.in iij.vol.col.penult.

Rei decem annis relicta poſſeſſio amittitur.

Item ſi per decem annos relinquam rei meæ poſſeſsionem, eam amitto, 11
quia præſumitur animum ampliùs non durare,& ſic ciuilis perditur,l.pere-
grè.& l.ſi is qui.vbi glo.ff.de acquir.poſ.& l.furtum. §.fundi.de vſuca.& §.
quod autem.in Inſti.illo tit.l.j.C.de ſer. fug.& l.licet.C.eo. & iſta eſt com-
munis opinio,teſte Alex.conſi.xciiij.viſis.col.iij.in v.volu.& ſic poſteà non
poteſt agi etiam ſimplici ſaiſina:vt ſcripſi.in tit.proxi.ſuperiùs.

Forma rei mutata perditur poſſeſſio.

Ad hæc perditur poſſeſsio,ſi rei forma fuerit in aliam mutata, vt veſti- 12
mentum ex lana factum,l.qui vniuerſas.§.j.ff.de acquir. poſſ. & ibi tradun-
tur alij modi amittendi poſſeſsionem in text.

Colono meo moriẽte, vel dolo relinquẽte poſſeſſionem, an eam amittam.

Interdum poſsideo per alium,vt per colonũ,& ſeruũ,aut filiũ, & tũc ſi 13
illi moriantur,aut vnus,amitto poſſeſsionem, vel ſi fuerit effectus furioſus,
aut alias ſine fraude ceciderit à poſſeſsione, & alius eam apprehenderit, l.
ſi id.§.j.& l.ſi de eo.ff.de acquir.poſ.Bal.in c.licet cauſam. col. 8. de proba.

Si verò colonus meus per fraudem & malitiam poſſeſsionem alteri tra- 14
dat,patiendo eum poſsidere, ego amitto poſſeſsionem naturalem, l. fi. vbi
gloſſ.C.de acquir.poſ.Crottus in repe.l.ſi is qui pro emptore.col.lxv. cum
ſeq.ff.de vſucap.in verſi.ſecundus caſus.

Idem ſi ex deſidia & negligentia ipſe perdat poſſeſsionem, tunc etiam 15
eam amitto,l.ſi colonus.vbi glo.& Docto.& l.peregrè.ff.de acquir.poſſ.

Cõdictio ex l.fi.C.de acquir.poſ. ad quid detur.

Et in his caſibus poterit agi condict.ex l.fin.C. de acquir. poſſ. ad recu- 16
perandam illam poſſeſsionem, ne malignitas coloni, vel deſidia domino
præiudicet quoad effectum,qui ſtatim recuperabit, quod amiſit, l. iij.§.in
amittenda.ff.de acquir.poſ.vbi Vinc.Herc. iſtam dicit eſſe communem.

Amitto vtrãque poſſeſſionem deiecto eo, qui meo nomine poſſidebat.

Item perdo naturalem & ciuilem, quando is qui meo poſsidet nomine, 17
fuit deiectus,l.peregrè.§.quibus.& l.ſi quis vi.ff.de acquiren.poſ.

Ad hæc amitto poſſeſsionem,quando is qui meo nomine poſsidet, in- 18
ficiatur ſe meo poſsidere nomine, ſed ſuo, tunc interuertit poſſeſsionem,
& ego vtramque amitto,quam ipſe ſibi acquirit, l. iij. §. ſi rem. & l. ſi quis
rem.ff. de acquiren.poſ.l.non abs re.C.vnde vi.

Et tunc datur nobis remedium reſtitutorium, l.ſi quis conductionis. C. 19
loca.& l.cùm fundum.ac l.colonus.ff.de vi.& vi arma.

Iuriũ quaſi poſſeſſio quo modo amittatur.

Poſtremò,ſi exiſtens in poſſeſsione iuris non agit, cùm primùm ſcit il- 20
lud ius occupatum contra turbantem, ſolo animo videtur poſſeſsionem
ammittere, & poſteà non habebit interdictum vti poſsidetis, niſi ex iuſta
cauſa amiſiſſet, vt pote valetudine detentus, aut alia iuſta cauſa. Inno. in
cap.ij.in j.gloſ.de reſti.in integ. Flor.in l.loci corpus. §. ſciendum. ff. ſi ſer-
uit.vendi.Alios modos conſcribit Hoſti.in ſumma.de cau.poſ. §. fi. ibi vi-
deri poteſt.& per Pet.Iac.in ſua praxi titu.de poſſ. Finem faciens, Deo de
his gratias ago perpetuas.Amen.

TRACTATVS DE SEQVESTRIS, SEV COMMISSARIIS REI CAPTAE, ET ſaiſitæ deputatis.

Des ſequeſtres & commiſſaires à la choſe ſaiſie deputez.

FRANÇOYS *Article lxxxij. des publiées* 1539.

QVE *tous ſequeſtres, commiſſaires, & depoſitaires de iuſtice commis au gouuernement d'aucunes terres, & heritages, ſeront tenus les bailler à ferme par authorité de iuſtice, parties appellées, au plus offrant & dernier encheriſſeur: qui ſera tenu de porter les deniers de la ferme iuſques en la maiſon des commiſſaires, & d'entretenir les choſes en l'ſtat, qu'elles leur ſeront baillées, ſans y commettre aucune fraude ne maluerſation, ſur peine d'amende à la diſcretion de iuſtice.*

GLOSSA PRIMA

1 QVOS Iuriſconſulti ſequeſtros, ſeu curatores bonis datos vocant, in l. ſequeſter. ff. de verborum ſignificationi. vbi ſcripſi, & in titulo ff. de curatore bonis dand. nos vulgò dicere ſolemus commiſſarios, qui in multiplici ſunt differentia. quidam ſunt auditores, ſeu commiſſarij in limine, ſeu in veſtibulo, quos gallicè, *commiſſaires à la barre*, vocamus, qui partes audiunt in Parlamento, cùm opus eſt, & quando illis eſt datum negotium, quos Budæus vocat diſceptatores, ſed rectiùs fortè vocarentur auditores diſceptatorum, ſeu litigatorum auditores, ſicut auditores in Rota. *Commiſſariorum varia ſpecies.* *Diſceptatores.*

2 Alij conſtituuntur pignorum captorum curatores, & commiſſarij, vt hi qui rem captam authoritate iudicis cuſtodiunt, & regunt: de quibus in clementina vna. de ſequeſt. poſ. & fruct. & inferiùs abundè tractabo. *Curatores pignorum.*

3 Alij ad inquirendum ſuper aliquo crimine deſignantur: & hos vocant quæſitores, vel quando ad audiendum teſtes ſunt præfecti, vocantur inquiſitores. de quibus in rubric. *des commiſſaires pour faire enqueſtes.* inferiùs ſcribam, in tit. de inquiſitor. *Quæſitores.*

4 Alij ad iudicandum, & hos vocat Budæ. recuperatores, & aliis multis *Recuperatores.*

modis gallicè vocantur. Sed Budæ. vocat commiſſarium, Curiæ legatum, diſceptatorem, ſeu recuperatorem: nos contenti noſtris legalibus vocabulis, & praxis erimus.

Sequeſter quis dicatur.

Hi omnes ferè nomine ſequeſtri comprehenduntur, ſed declarationis 5
gratia plura conſcripta ſunt vocabula. Sequeſter enim dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt. l. ſequeſter. ff. de verb. ſignifi. & hi vocantur etiam depoſitarij iuſtitiæ, apud quos authoritate iudicis & curiæ, res deponitur: de quo ſcripſi in tract. de liter. obliga. artic. v. & in tract. de ſent. executo. articu. j. & artic. viij. in Ordinat. Regi. in primo Tomo.

Sequeſtratio triplex.

Notandum eſt, quòd triplex eſt ſequeſtratio, voluntaria, neceſſaria, & 6
mixta. Voluntaria eſt, quæ fit ex conuentione & voluntate partium, de qua in l. intereſſe puto. ff. de acquiren. poſ. & iſta ſemper eſt permiſſa, l. j. ff. depoſi. l. ſi ſoluturus. de ſolut. quia ſi partes ſunt concordes, quid ad iudicem? l. j. §. inde. ff. de noui oper. nunt.

Rixæ fugiendæ gratia fit ſequeſtratio a iudice.

Neceſſaria eſt, quę præcepto iudicis, vel magiſtratus, & interdum ex of- 7
ficio iudicis fit, vt ſi ipſe videat aliquos ad rixam paratos, tunc poteſt ex officio eos compeſcere, & rem ſequeſtrare, l. æquiſsimum. ff. de vſufr. & eò dicitur neceſſaria, quia partes habent neceſſe eam ſubire. poſtquàm iudex eam eſſe faciendam decreuerit, vel Ordinatio Regia, de qua infrà dicam: vt eſt in hoc regno Franciæ regulariter ratione legis Regiæ.

Curato nolente ſeruire beneficio ſequeſtrantur fructus.

Secundò, fit ex officio iudicis deſeruiente ſequeſtrationi, vt pote, ſi cu- 8
ratus nolit ſeruire beneficio, vel negligat, poteſt iudex tunc ſequeſtrare fructus non obſtante appellatione, c. peruenit. ij. de appellat.

Tertiò, huiuſmodi ſequeſtratio nonnunquam fit ad petitionem ſeque- 9
ſtri, quando vult dimittere officium, & rem ſequeſtratam, & quando hoc fiat, docet l. ei apud. §. fin. ff. depoſi. ſcripſi. abundè in tractat. de ſent. exec. artic. j. in j. Tomo comment. ad has Conſtitut. Reg.

Pars petit ſequeſtrationẽ rei fieri.

Quartò, ad petitionem partis fit, ſi iuſta ſubſit cauſa, l. vna. C. de ſeque- 10
ſtra. pecu. Curt. in tract. de ſequeſt. q. j. in fin. & an ſequeſtrum in manu tertij confitentis ſe debitorem valeat: quòd non, probat multis rationibus Bald. in conſil. cxcv. punctus talis eſt. in j. volum.

Differentia inter ſequeſtrum & depoſitarium. Areſtum.

Tamen ſequeſter, à depoſitario ſimplici differt, ideò pragmatici addide- 11
runt depoſitarium iuſtitiæ, qui idem eſt cum ſequeſtro: nam ſequeſtrum fit, quando eſt controuerſia, d. l. ſequeſter. gloſ. & Doctor. in capitul. examinata. de iudic. vnde ſequeſtrum factum non auditis partibus annullauit Senatus anno 1510. die vj. Februarij, contra Seneſchallum Picta. pro Ioanna *de la Ghaſſine*. † etiam hoc anno 1551. prohibuit idem Senatus ſecretariis, 12
& aliis, ne literas ſubſcriberent, concederéntve, per quas apparitoribus mandaretur, vt ſequeſtrationem facerent, cùm in hac cauſæ cognitio verſetur. Sed depoſitum poteſt fieri ſine aliqua lite, & controuerſia, Cardinal. in dict. clement. vna. quæſt. xv. eod. titu. per text. in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. petat.

Sequeſter poſſidet &

Secundò, quia ſequeſter poſsidet, depoſitarius non, l. licet. ff. depoſi. 13

Tertiò

14 Tertiò,ſequeſtratio à pluribus fit. l. propriè.ff.depoſiti. & dict. l. ſequeſter.depoſitum verò ab vno etiam fieri poteſt:vt firmat Curt.in eo.tract.q. v.quod dicunt verum Doct. in ſequeſtratione voluntaria, ſecus in neceſſaria.Pan.& alij in d.c.examinata.de iud.

non depoſitarius.

15 Sed dicite,quòd ab vno,& pluribus depoſitum fieri poteſt. l. licet.l.j. §. quòd ſi rem.& §.ſi duo.ff. depo. ſequeſtratio verò non niſi à pluribus. d. l. licet.ff.depo.& inſolidum videtur vnuſquiſque depoſuiſſe, quod aliter eſt, cùm communem rem plures deponunt,vt ibi,& dicta l. ſequeſter.

16 Quartò ſequeſtratio ſine partium conſenſu fieri poteſt ſola iudicis authoritate: vt ſuperiùs ſcripſi. & dict.l.licet. ſecus eſt in depoſito: vt l. j. ff. depoſi.

17 Quintò,depoſitum reddi debet ad ſolam partis deponentis petitionem. l.j. & per totum. ff. depo. ſequeſtrum non ſine iudicis mandato. quia nihil tam naturale,quam vnumquodque diſſolui eo genere, quo colligatum eſt. l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.& Bal.in l.fi.C.de bon.auth.iudic.poſſ.firmat, ſequeſtrum ad ſolius iudicis mandatum ſine partium conſenſu rem reddere non teneri.quam ſententiam ſequitur Curt. q.vlt.

Mădatum iudicis requiritur ad recuperandă rem ſequeſtratā.

18 Sextò ſequeſter ſalarium recipere poteſt vt inferiùs dicetur,artic.iij. depoſitarius non, vt in l.ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet.ſcribunt iurium interpretes. Alias differentias ex inferiùs ſcriptis hic deſcribere liberum eſt, aliáſque inuenire,ſed nunc iſtis contentus ero.

Salariū recipit ſequeſter, nō depoſitarius.

19 Sequeſtratio neceſſaria ex legis vel iudicis neceſsitate non priuat quem ſua poſſeſſione, quod ſecus eſt in voluntaria. Bart.& Doctor. in l.intereſſe puto.ff.de acquir.poſſ.plenè Alexan.conſ.xciiij.viſis & ſæpius.in v.volumi. Et ideò Henric.Boïc.in c.examinata. de iud. dicit,quòd manus Regia appoſita rei contentioſæ non priuat quem ſua poſſeſſione. ſequitur Ioan. de Selua.in tract.de benefi.in ij.part.q.ix. & hoc firmum eſt in forenſi iudicio, & inter pragmaticos: quia id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro à nobis auferri non poteſt.l.id quod.ff.de reg.iur.

Neceſſaria ſequeſtratio non priuat quē ſua poſſeſſione.

20 Et alia eſt ſequeſtratio miſta appellata,quæ authoritate legis, vel iudicis fit,de voluntate tamen partium:vt in hoc regno communiter fieri ſolet.

Miſta ſequeſtratio quid.

21 Sed hæc quando fieri debeat?Reſpon.iudex non debet ad ſequeſtrationem alicuius rei, vel iuris, ſeu ad oppoſitionem manus Curiæ procedere, niſi ſequentia interueniant. Primò oportet,quòd conſtet ſaltem ſummariè de iure illius,qui ſequeſtrum petit.l. cùm proponas.C. de bo.autho. iudic. poſsid.l.ſi is à quo.ff.vt in poſſ.leg.Nam ſi is,qui petit ſequeſtrum, nihil iuris habeat,ſequeſtrum non fiet, & ſic ante productionem titulorum in materia beneficiali non fit. debet tamen peti ante litem conteſtatam, alioqui petens poſteà non audietur: vt docet Maſuer. titul. de poſſ.§.item per ſtylum parlamen.num.58.

Sequeſtrū decerni quādo debeat.

Ante litē cōteſtatam fit ſequeſtratio.

22 Secundò,pars debet vocari,quia ſua intereſt,& omnis cuius intereſt,eſt vocandus.l.de vno. ff. de re iudic. aliter ſequeſtratio nullius erit momenti. Doctor.in d.l.de vno.& in d.l. vnic.C.de ſeq.pec. Et fuit pronuntiatum in Senatu.an.1510.die vj.Februarij, ne res inauditis partibus ſequeſtraretur.

Vocandæ ſunt partes ad decernēdum ſequeſtrum.

Areſtum.

23 Tertiò requiritur, quòd ex parte vnius ſuſpitio appareat, teſte Guid.

Suſpitio par

tis inducit ſequeſtrũ.

Papæ in decifio. Delphina.q.ccxlvj.iudex non debet. Sed in hoc regno ap-
pareat ſuſpicio,vel nõ,authoritate legis Regiæ fiet, & hoc decernet iudex.

Areſti.

Quartò , quòd hoc decernatur à iudice : vnde ſequeſtratio facta inter 24
duos non cenſetur quo ad alios facta:ideò fuit executio apparitoris annul-
lata,in qua ſequeſtrum fecerat inter omnes, licèt tantùm ſequeſtratio eſſet
inter duas partes facta,an. 1518.die vlt.Mart.ſuper eleemoſynaria de mare.

Commis au gouuernement d'aucunes terres, & heritages.

GLOSSA II.

Commiſſarius quis dicatur.

EX hoc text. patet hos commiſſarios dici, quibus eſt data 1
adminiſtratio rei,& eius regimen pendente lite, & ſic pro-
priè ſequeſter dicitur,vt ſuperiùs ſcripſi.

Cõmiſſarij quãdo dentur.

Et vidi dubitari quando iſti commiſſarij dantur ? Reſp. 2
per ordinationem tunc deſignantur , quando res eſt capta
iudicis authoritate,quia ſcilicèt illa res interim negligeretur: ob id iſte tan-
quam curator illis bonis datur,& ſequeſter, ac vt pars tædio affecta ſoluat,
vel proſequatur,ac ſtare iudicio cogatur,ca. iiij. de dolo.ſicut olim diceba-
tur de iudicis decreto,in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de damn.infect.

Prohibita regulariter ſequeſtratio.

De iure tamen facienda eſt regula, quòd regulariter ſequeſtratio prohi- 3
bita eſt,l.vna.cum rub.C.de prohib.ſequeſtr.pecu. Ratio eſt,quia penden-
te lite quis non eſt ſua priuandus poſſeſsione,ca.j.vt lit.pendent. ca.j.de ſe-
queſt.poſſeſ. oportet enim debitorem primò conuinci, & ſic deinde ad ſo-
lutionem pulſari,l.vna.C.de ſequeſt.pec.Boër.in quæ.clxxij.Domi. Vita.in
deciſ.Burd. & quia ſequeſtratio eſt ſimilis executioni,quæ non fit ex abru-
pto,l.j.C.de exec.rei iudic.Bal.in c.j.col.iij.de ſequeſt.poſ.& fruct.vbi octo
aſsignat rationes,quæ in idem ferè reincidunt.& quãuis rub.C. de prohib.
ſequeſtr.pec.loquatur in pecunia,tamen pecuniæ appellatione rem ſignifi-
cari Proculus ait,l.pecuniæ.ff.de verb.ſig.vbi abundè ſcripſi.

Litigioſæ rei ſequeſtrum fit.

Primò fallit, quando eſſet ſtatutum, ordinatio , vel conſuetudo in con- 4
trarium:vt in hoc regno, in quo ſtatim atque litigatur ſuper aliquo benefi
cio interdicto retinendæ, tunc ſequeſtratur beneficium, ne partes veniant
ad arma,iuxta l.æquiſsimum.ff.de vſufruct.

Annalis pacifica poſſeſsio excludit ſequeſtrum.

Quod tamen intelligas procedere,niſi altera partium poſſediſſet per an- 5
num integrum pacificè, vt tunc quidem non ſequeſtretur, ſed ſuper pleno
poſſeſſorio procedatur,vt paſsim videmus ſeruari:quia tunc demum quan-
do incertũ eſt, quis poſsideat in interdicto vti poſsidetis , res ſequeſtratur.
Bal.in c.j.col.ij.de ſequeſtr.poſſeſſ.per c.quia res xj. q.j. qui conſulit poſſeſ-
ſori vt proteſtetur ius ſuum ſaluum fore, tam in poſſeſsione , quàm in pro-
prietate, per l.interdum. ff. de acquir. poſſ. dixi ſuprà in tract.de excuſ. ſeu
exon.in fin.quando facienda ſit proteſtatio.

Sequeſtratione bona dilapidantur.

Secundò fallit ex cauſa , vt pote ſi dubitetur de dilapidatione fructuum 6
lite pendente,fiet ſequeſtratio, quando reus non erat ſoluendo. l. Impera-
tores.in fin.ff.de appel.Aufre.in deci.Tholoſ.q.ccccIxxvij. & Panor. in c.ij.
& fin.de ſequeſtr.poſſeſſ.& fructuum. vbi dicit, quòd quando æquitas, vel
cauſa

cauſa debet mouere iudicem ad ſequeſtrandum,poteſt fieri ſequeſtratio:& ſic iſta limitatio poteſt extendi ad alios caſus, & alios omnes comprehēdit. eos ergo enumerare ſuperfluum eſſet:quamuis gloſſ.& Doct.in d.l.vna. C.
7 de proh.ſequeſt.pec. †& ibi Cur.in ij.no.ſcribunt viij. limita. & Doct. in d. c.ij.& anteà Hoſt. in ſumma. de ſequeſtr.§.& an ſit licita.xv. caſus conſcripſerunt.Facit quod ſcribit Alex.conſ.clxiij.circa.in vj.vol.

8 Et in quibus caſibus ſequeſtratio concedi poteſt, in illis die feriata fieri poterit, etiam in honorem Dei, ſi periculum ſit in mora, teſte Bald.in d.l. vna.& Iaſ.in l.fideiuſſor.§.fin.ff.qui ſatiſd. co. quod intelligerem verum in ſequeſtratione rei mobilis, *quam vocant areſtationem*, ſecùs in re immobili, quæ non fit,niſi die quo litigatur: & ſolet ſententia ſequeſtrationis in iudicio proferri,alioqui non ſuſtineretur in Francia.

9 In caſibus verò quibus prohibita eſt ſequeſtratio,poterit tamen pars petere rerum & fructuum deſcriptionem fieri,ad hoc vt quantitas fructuum, & rerum faciliùs probari poſsit. Bart.per illum text.in l.j.§.fin.ff.de vent. in poſſ.mit.& in d.l.vna Bal.in c.j.de ſequeſtr.poſſ.& fruct. & in l.ſi fideiuſſor. §.fin.ff.qui ſatiſd.cog.vbi Alex.& Iaſ.Curt.in q.j.tract.num.5.& ſeq. vbi limitat,videte ibidem. *Deſcriptio rerū fit ceſſante ſequeſtro.*

10 Et ideò,inquit Iuriſconſultus, quòd ſi fructus agri pendente appellatione depopulētur ab aduerſario, æquum ſibi videri fructus apud ſequeſtrum deponi.l.Imperatores. in fi.ff. de appel. imò vidi iſtam deſcriptionem permitti,antequàm ſequeſtratio fieret ſuper vno beneficio.

11 Item iſtum curatorem bonis datum non tenetur dominus recipere in inueſtituram:vt cenſuit Senatus anno 1544.die j.Decembris. *Areſtum.*

12 Poterit etiam hic commiſſarius dari ſeu ſequeſter, tam inter duos, qui iure regaliorum proſequuntur beneficium, quàm ſi alio iure : vt iudicauit Senatus anno 1540. die xiiij. Febr. inter Caſtin Oliuier, & Ioannem Machereau, quia inter illos non eſt diuerſa ratio : & quia ordinatio eſt lex generalis,quæ omnes comprehendit,l.leges.C.de legib. *Areſtum.*

13 Notandum eſt, quòd poſtquàm iudex decreuerit ſequeſtrationem faciendam, illa ſententia non obſtante appellatione executioni mandabitur, per l.Imperatores.in fi.ff.de appel.Bal.& Roma.in l.ſi fideiuſſor.§. fi. ff.qui ſatiſda.cogan. quia præſumitur fuiſſe appellatum, cauſa executionis impediendæ,& differendæ.l.ſatis apertè.j.C.de falſis.Pan.in c.ij. de ſequeſt.poſſ. & fruct.& hoc iure vtimur in Francia. *Sētētia ſequeſtri executoria eſt.*

14 Et debet proferri præcedente ſummaria cognitione. §. ſi verò etiam. in auth.de exhib.reis.col.v. Bald.in l.ſi oleum. in princip. ff. de dol. Matth.de Afflict.dec.Neap. xcviij.pulchrum.vt ſuperius dictum fuit in j.gloſſ.

15 Et ſi forma in ſequeſtratione non fuerit ſeruata,tunc erit ſubueniendum per appellationem:vt docet Luc.de Penna in l.pen.§. ſuper his. C.de erog. mili.anno.lib.xij.

16 Sed in hoc regno Franciæ ex quo ſequeſtratio fit vigore Ordinationis Regiæ,ab ea appellari non poteſt in illis caſibus, in quibus fieri debet, ſi ſeruata forma fuerit, quia à lege vel ordinatione non appellatur. l. ſi qua mulcta. ff. de verborum ſignificat. & ſi appelletur, nihilominus executio *Appellatur in ſequeſtro ob nō ſeruatā formam in eo.*

fiet non obſtante aliqua appellatione, & ſine eius præiudicio: vt ſcripſi in
tract.de ſent.exe.artic.j. † veruntamen vidi appellari,& appellationem ad- 17
mitti, quando commiſſarius erat datus ſeu ſequeſter beneficio, & Archi-
diaconus prætendebat per deportum (quem vocant)poſſe recipere fructus
Deportus gratia appellatur à ſequeſtro.
beneficij primi anni vacationis. † vel poterit etiam Archidiaconus habens 18
illum deportum ſe opponere dationi illius ſequeſtri, & melius faciet, alio-
qui ſi præciperet iſtis commiſſariis ſub pœna excommunicationis, vt eum
Areſtum.
non impedirent,abuti iudicauit Senatus anno 1534.die xj. Februa. videte
Ruzeum in tract.Regal.priuil.52.& ſeq.

Inuitus quis an cogatur acceptare ſequeſtrum.
Dubium verò frequenter contingit, an inuitus ſequeſter teneatur acce- 19
ptare ſequeſtrum,& rem gubernandam ſuſcipere? Reſpon.non,per l. fin. §.
ſinautem.vbi Angel. C. de bo.autho.iud. poſſ. c. examinata.de iudic.quia
non eſt officium authoritate publicum.gloſ.& ibi Iaſ.in l.fideiuſſor. §.fi.ff.
qui ſatiſd.co.ſed eſt officium voluntarium,non neceſſarium.Barto.in l. liti-
bus.in fin.C.de agri.& cenſi.libr.xj.& ſuperiùs dixi per iſtum text. † hodie 20
multi inueniuntur ſequeſtri, & receptores ſemper ad recipiendum anhe-
lantes, ſed in rationnm redditione ſemper litigantes, & pauci hodie recu-
ſant hoc munus propter lucrum tacitum,quod ſperant, quod Itali vocant,
la robe,dicentes,*qui non robo,na robo.*

Volũtarius ſequeſter à principio poſtea fit neceſſarius.
Nota tamen, quod poſtquam ſequeſter voluntarius hoc ſuſcepit onus, 21
non poteſt ſine iuſtiſsima cauſa relinquere rem ſequeſtratam, ſed authori-
tate iudicis partibus vocatis hoc facere debet, cùm earum intereſſe poſsit.
l.ei apud quem.§.fin.ff.depo.Bald.in rubr.C.depo.in fin. quod tunc pote-
rit,quando damnum pateretur.l.fi.§.ſinautem.C. de bo.auth. iudic.poſsid.
Sequeſter non exoneratur niſi vocatis opponentibus.
†vnde quando licitatur res immobilis Titij, & plures ſe opponunt, ſi hæc 22
ſequeſtratio de iudicis mandato conceſſa fuerit alicui commiſſario, ſeu ſe-
queſtro, ſi Titius conueniat cum principali parte, adhuc non poterit præ-
cipere commiſſario, vt rem ſequeſtratam reddat, niſi omnes opponentes
conſentiant,& iudex permittat propter intereſſe opponentium. Et hoc fuit
Areſtum.
pronuntiatum in hoc Senatu anno 1542. die xviij. Aprilis poſt Paſcha,
nempe quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, per regulam iu-
ris,quod omnes.de regul.iuris.in vj.

Sequeſter quomodo ſit conueniendus.
Item poſtquàm voluntariè rem ſequeſter recipit, ex quaſi contractu 23
obligatur,vnde tenetur actione præſcriptis verbis.l.ſi oleum.in princ. ff.de
dolo.& ibi Bar.niſi expreſsè ſe obligauerit,vt ſolet in Francia, tunc actione
ex ſtipulatu tenetur.

Depoſitarius iuſticiæ cogitur ſub pœna carceris.
Et hodie in regno Fràciæ ratione obligationis, ſi non reddat rationem, 24
& reliqua reſtituat,in carcerem coniicietur, quia depoſitarius iuſtitiæ dici-
tur,à quo manu militari res auferri poteſt.l.qui reſtituere. ff.de rei vend. &
Senatus alias annullauit executionem,quæ facta erat recipiendo cautiones
horum ſequeſtrorum ſine ſubmiſsionibus, & his obligationibus, quæ in
Francia fieri ſolent,& in carceres coniicietur die feriata etiam in honorem
Dei,teſte Bald.in c.j.col.ij.de ſequeſt.poſſ.imò ſi vineas incultas reliquerit,
ſeu fundos, aut oliueta, ad intereſſe & damna eo nomine condemnatur: vt
vidi ſæpiùs in curiis Franciæ iudicari.

Seront

Seront tenus les bailler à ferme par authorité de iuſtice, parties appellées.

GLOSSA III.

1 NOTANDVM ex hoc text.quòd ſequeſter tenetur rem apud ſe depoſitam locare,requiſitis ſeq.Primò requiritur, quòd ſit ſequeſter rerum immobilium.ibi,*terres ou heritages.*

Officium ſequeſtri.

2 Secundò,quòd hanc locationem faciat authoritate iudicis, cuius iudicio rem habet:ergo non ſufficeret, ſi authoritate præpoſiti datus eſſet commiſſarius, vt locaret authoritate Seneſchalli, aut alius quamuis ſuperioris iudicis, & ſi res ſequeſtrata ſit tempore petitura, poterit iudex ſtatuere, vt res vendatur partibus auditis & vocatis, ſed ſequeſter hoc ſolus facere non poſſet,quamuis periculum ad eum ſpectet. Maſuer. docet in titu.de poſſeſ.§.item ſi res.num.55.dicens.idem in creditore inchoata executione,per l.prætor ait. §.ait prætor.ff.de bonis author.iudi.poſ.& l.ſi magiſtratus.ff.de priuileg.credit.

Locari debet res ſequeſtrata & cuius authoritate.

3 Tertiò,requiritur locationem fieri partibus auditis, aut vocatis: poſſunt enim lædi in locatione fructuum huius rei, ob id vocandæ ſunt, per l. de vnoquoque.ff.de re iudicat. Nam poſſet commiſſarius gratiam pretij facere in locatione, minùs fortè locando, quod non faciet partibus præſentibus,ſaltem ita facilè.

Locatio rei ſequeſtrata fiat partibus auditis.

Au plus offrant, & dernier encheriſſeur.

GLOSSA IIII.

1 QVARTO declarat hic textus cui debent locari iſtæ poſſeſſiones datæ ſequeſtris?Reſpond.plus offerenti,& licitanti, nec in hoc debet facere gratiam pretij ſequeſter, alias de ſuo reddere tenetur.

Offerenti plus locari debent res ſequeſtratæ.

2 Et hi commiſſarij, ſi plus offerant,rem conducere poterunt, tum quòd non prohibeatur hic:ergo concedi videtur,l.cùm prætor.ff. de iudi. & ipſe locare aliis poteſt.cap.ij.de ſequeſtra. poſſeſſ.& fruct.ſed ideò hic ſtatuitur, ne ipſi maiorem fortè mercedem habere velint, & vt liquidum ſit, quid poſſit ex illa re haberi.

Commiſſarij ipſi plus offerentes locare poſſunt rem ſibi ſequeſtratã.

3 Limitatur in parte, vel in prætendente ius in re ſaiſita, & capta, vt licèt plus offerat, tamen eidem non debet locari res ſequeſtrata, alioqui nunquam partes poſſeſſionem relinquerent,ſed plus offerrent,& lites protelarent,nec poſſent ſequeſtri vti re ſequeſtrata, nec vnquam partes cognoſcerent bonam fidem.

Saiſita res non poteſt conduci ab ipſamet parte.

4 Ideò cenſuit etiam Senatus viduam non recipiendam ad locationem bonorum mariti, cuius bona capta erant, & ipſa ius aliquod prætendebat, anno 1537.die 29.Nouembris,contra viduam Antonij de Marbli pro magiſtro Io. *Briſſouet*,& inter dominum Gabrielem *d'Alegre*, & Comitiſſam de *Irigni*,die vij. Septembris, 1528.ac nouiſsimè inter vidnam Ioan.*Pradal*, & Stephanum *Pradal*,die octaua Februarij,anno 1543.

Areſtum.

Areſtum.

Qui

Qui ſera tenu de porter les deniers de la ferme iuſques en la maiſon des commiſſaires.

GLOSSA V.

Conductores deferre debent mercedem ipſis cõmiſſariis.

PROVIDET hic,quid iſtarum rerum conductores facere 1
debeant,quòd ſcilicèt pecuniam ex locatione debitam deferre ad commiſſarios teneantur:& hoc eſt introductum ne, cõmiſſarij pro quærenda pecunia deſiderent aliquod habere ſalarium. vide in l. item illa.ff.de conſtitu.pecu.vbi Bart.& Doctores.

Commiſſarius conductor ſeruat mercedem locationis.

Et ſi commiſſarius conduxerit,ipſe fructus recipiet, & vendet, ac pre- 2
tium cuſtodiet,l.litibus.verſic.iterum per officium iudicis fructus vendantur, & pretia eorum ſecundum dictum modum deponantur. C. de agri. & cenſib.libro vndecimo.& l.is cui.§.qui legatorum.ff.vt in poſſeſſ.legat. Nã poſtquàm commiſſarius in locatione certum pretium promiſit,ad illud tenetur,& non ad aliud.

Et d'entretenir les choſes en l'eſtat qu'elles leur ſeront baillées.

GLOSSA VI.

Cõductores in ſuo ſtatu ſeruent rem ſequeſtratã.

ITEM vult,vt iſtæ locationes fiant ea lege, vt conductores in 1
eo ſtatu rem ſeruent, in quo eſt:& hoc eſt introductum, quia multi commiſſarij pro reparationibus multa calculabant non vera,ideò ad illud euitandum conductores ad reparationes neceſſarias tenentur, & meliùs eſt modicum habere pretium vltra has reparationes & impenſas neceſſarias,quàm omnia conſumere, & hoc eſt iuris. nam ſicut vſufructuarius rem ſaluam reddere debet, §.j. de vſufruct. in Inſtitut.ſic & fructuum conductor,& iurare tenebitur ſe hoc facturum, antequàm rei adminiſtratio detur,l.vltim.in fin.C.de bonis authoritate iudicũ poſsiden.facit l.ſi magiſtratus.ff.de priuile. creditor. ſed in Francia non iurat, ſed ad hoc ſe obligat coram iudice, & hæc conductio in pecunia fieri debet,non in vino,frumento, ſeu alia ſpecie: vt cenſuit Senatus in magna claſſe,ſeu camera anno 1533.die xviij.poſt prandium.

Conductor an iuret de ſeruando rẽ in ſuo ſtatu.

Conductio in pecunia fieri debet.

Areſtum.

Sans y commettre aucune fraude,ne maluerſation,ſur peine d'amende à la diſcretion de iuſtice.

GLOSSA VII.

Licitatio noua fit cũ dolus primùm interuenit.

SI enim fraudem in his locationibus commiſſarij commiſe- 1
rint,puta gratiam pretij faciendo, denuò res licitabitur, per l. in venditione. §. ſi quis fructus. ff. de bonis authoritate iudicum poſsiden.& ipſi actione doli tenebuntur.l.tertia.§.ſi executor. ff. de negotiis geſtis.ac multa arbitraria pro delicti & doli qualitate, & quantitate punientur;vt hic.

Solent aliis multis modis commiſſarij fraudes committere, quibus iu- 2
dex,coram quo agitur,obuiare debet,& commiſſarios punire, l. in fundo. ff.de rei vendicat.

Idem

IDEM *Article lxxxiij. Ibidem.*

QVE *leſdits ſequeſtres & commiſſaires ſeront tenus le iour dudit bail à ferme, faire arreſter par iuſtice la miſe, & deſpence, qui aura eſté faite pour le bail d'icelle ferme, en la preſence des parties, ou elles deuëment appellées.*

Articulus ſecũdus.

GLOSSA VNA.

1 OPTIMVM remedium, vt fraudem committere non poſsint commiſſarij: nam ſolebant olim commiſſarij ſcribere ſe multa impendiſſe in his locationibus, & ad vocandum partes, & ad iudicem, & alia, & poſteà partes non recordabantur, & neceſſe erat his ſequeſtris credere: ob ib ſtatuitur hic, vt iſtæ impenſæ diſpungantur poſt locationem factam, & concludantur inter partes, & iudex illas impenſas approbet: poſteà in computatione nulla difficultas erit. facit l. magis. §. item prætor. ff. de rebus eorum.

Impenſæ ſequeſtratiõis quomodo ſint computandæ.

2 Et ideò vult quòd eo ipſo die, quo *le bail à ferme*, id eſt, locatio fit licitatori, ne ſcilicet temporis diuturnitas inducat obliuionem, aut fallat memoriam, quæ labilis eſt, l. peregrè. ff. de acquirenda poſſeſ. quòd inquam, eodem die ſcribantur impenſæ factæ ad licitationem faciendam, & locationem rei captæ, & ſaiſitæ, & aliæ omnes impenſæ, & concludantur à partibus, & approbentur, vt poſteà in computatione nulla poſsit eſſe controuerſia inter commiſſarium & partem quæ obtinebit: & eſt optima prouiſio. Si tamen Parlamentum videat Eccleſiam indigere reparatione, adiudicabit dimidiam fructuum partem pro reparationibus, vt docet Aufre. in areſto, 225. item in eodem.

Areſtũ quãdo res ſequeſtrata reparatione indiget.

IDEM, *Article lxxxiiij. Ibidem.*

ET *ne pourront ſur les deniers de la ferme faire autres frais & miſes, ſinon qu'il leur fuſt ordonné par iuſtice parties appellées: & partant rendront les deniers de la ferme, ſans aucune deduction.*

Articulus tertius.

GLOSSA PRIMA

1 ETIAM alio prouidetur remedio contra commiſſarios, ne pecunias, quas recipiunt, deglutiant, quod olim facere ſolebant: nempe pro eorum arbitrio hi curatores impenſas faciebant, vt vix aliquid ab eis extorqueri poſſet: ob id ſtatuitur, quòd nihil impendere poſsint ſine iudicis authoritate, & decreto.

Impẽdi nihil debet ad commiſſario niſi cum iudicis decreto & partibus vocatis.

2 Secundò, quòd partibus vocatis hoc decernatur, quia iudex, ſi non vocarentur partes, poſſet cum commiſſariis colludere in præiudicium illarum, & quia de illarum præiudicio agitur, ob id vocari debent, per l. nam ita. ff. de adopt.

3 Tertiò, quòd ſi aliqua impendant ſine iudicis decreto, quòd illa non poſsint deducere, nec computare, per textum in l. ait prætor. in fine, ibi neque

Deductio non fit impenſæ factæ

in ſequeſtro ſine decreto iudicis.

neque enim ſine permiſſu eius debet diminutio fieri.ff.de iure deliberan.& in l.litibus.C.de agrico.& conſ.lib.xj. licèt contrarium videretur de eo qui miſſus eſt in poſſeſsionem ex primo decreto,per l.prætor. §. quod ait.ff. de bonis author.iud.poſsid.Ro.declarat ſingula.ccccviij.tu habes.

Tamen Salic.in l.vna.C.de prohibit.ſeque. pecu. dicit ſequeſtrum con- 4
ducere poſſe vnam domum neceſſariam pro cuſtodiendis fructibus, l. is cui.§.qui legatorum.ff.vt in poſ. lega. & poſteà in ratione reddenda poteſt deducere penſionem illius domus conductæ, quia in dãno eſſe non debet.

Sed quia hic conductor recipit rem captam promiſſo aliquo pretio,
ideò ipſe debet omnes expenſas facere, & pretium liquidum promiſſum 5
reddere,vt dictum eſt ſuperiùs articul.proximo.

FORS de ce qu'ils auront ainſi frayé comme deſſus,& de leurs ſalaires raiſonnables,apres ce qu'ils auront eſté ainſi taxez par iuſtice.

GLOSSA VNA.

Deductio quarum impenſarũ permittatur in ſequeſtro.

DVOS hic excipit caſus, in quibus ſequeſter poteſt, quod 1
impendit deducere, & computare. Primò illos ſumptus & impenſas quas iudicis authoritate & decreto fecit.

Secundò, ſuum ſalarium rationabile, poſt tamen iudicis 2
taxationem, deducere poteſt, & ſic à iudice taxari ei debet ſingulis annis.arg.l.vnicæ.C.de præb.ſal.lib.x.& l.mulier.ff. de capt. & hoc fit ne patiatur damnum.l.fin.C.de bonis author.iudic.poſsid. Alioqui nullus vellet rem recipere, & operam gratis accommodare: vnde conſuluit Barb. conſilio.lxxj.illud.in iiij.volum. pro nobili viro Thoma, eum à Rege Franciæ ſalarium conſequi debere, eò quòd ciuitas Aſtenſis apud eum fuiſſet ſequeſtrata.

Commiſſarius vnicus dandus in ſequeſtro,nõ plures.

Vnde infertur, quòd vbi ſequeſtrum fieri poteſt, vnus ſequeſter ſeu 3
commiſſarius ſufficit,cle.vna.eo. tit.ibi, apud aliquam perſonam idoneam, tum ne duplex ſalarium illis detur, tum etiam quia res meliùs per vnum, quàm per plures communis regitur. Nam (vt trito fertur adagio) Segniùs expediunt commiſſa negotia plures.glo.in l.iij. ff. de adminiſt.tutor. §.j. de ſatiſd.tuto. in Inſtitu.Et hoc tenet Ioan.And.in addi. ad Specu. in rubr.de ſequeſtr. dicens iudicem ex cauſa poſſe ſubrogare alterum in locum demortui,vel negligentis,ſeu dilapidantis.Idem Cardina.in cle.j.quæſt.xxiiij.
de ſequeſt. †De conſenſu tamen partium vidi etiam duos eligi, quod fieri 4
poteſt.argum.l.j.ff.de iure delib.

Cõſenſu partium plures poſſunt eſſe cõmiſſarij.

Areſtum.

Sed quia in vna cauſa tres fuerant dati, reprobauit Senatus anno 1533. 5
die xij. Maij. Nam plures eligi eſt valde damnoſum partibus,niſi bona eſſent in diuerſis locis & prouinciis, tunc in qualibet prouincia conſtitui vnus ſequeſter poterit.argu.l.ex facto.in magna. ff. de hæredib. inſt. & tres tantùm legati in vna legatione conſtitui debent.l.ſciendum. in fi. ff. de legationib.vnde placuit Senatui, vt vnus, vel duo ad ſummum conſtituerentur in quolibet loco,in quo bona ſita eſſent anno 1524. die xx. Martij, poſtulantibus aduocatis *Du four,& Morelon.*

Areſtum.

IDEM

IDEM, *Article CV. Ibidem.*

Articu
l⁹ quar
tus.

Et quant aux ſequeſtres ordonez par iuſtice, &c.

GLOSSA PRIMA

Commiſſariorum due ſpecies.

ET SIC duplex eſt ſequeſter, quidam voluntarius, qui ex voluntate & conuentione partium datus eſt, de quo in l.intereſſe puto.ff.de acquir. poſ. & l.ſequeſter.de verb. ſignificat.neceſſarius, qui ex legis vel iudicis decreto datur, vt hic, & l.æquiſsimum.ff.de vſufruct.& ſuperiùs in princip.dixi de ſequeſtratione alia, quæ miſta eſt.ſic ſequeſter dici poteſt.

Seront tenus les parties dedans trois iours apres la ſentence conuenir des commiſſaires.

GLOSSA II.

Ordo in ſequeſtro obſeruandus.

1 EX HOC text.notanda ſunt ſequentia requiſita in hoc articu. Primò, quòd ſententia lata ſit.ibi, *la ſentence.*

2 Secundò, quòd partes poſt ſententiam cõueniant de ſequeſtris: ergo vtraque pars.

3 Tertiò, quòd infrà tres dies, *dedans trois iours.* & non computatur dies ſententiæ, ibi, *apres la ſentence.*

4 Quartò, quod in vnum commiſſarium & ſequeſtrum conueniant, & in eo conſentiant.ibi, *conuenir de commiſsaires.*

5 Quintò, poſt tres dies tenentur partes dimittere rem ſequeſtratam ſub pœna amiſsionis illius rei, vt ſequitur.

Et apres leſdits trois iours paſſez, ſoit qu'ils ayent conuenu, ou non, ſeront tenus les poſſeſſeurs, ou detenteurs des choſes contentieuſes, laiſſer la detention, ou occupation des choſes ſequeſtrées, ſur peine de perdition de cauſe.

GLOSSA III.

1 ITEM hic ſtatuit, quòd ſiue partes conuenerint intra tres dies de ſequeſtro, ſiue non, tamen tenebuntur poſſeſſores rerum, relinquere ſequeſtris poſſeſsionẽ vacuam ſub pœna amiſsionis cauſæ. clem. vna. de ſequeſt. poſ. & fruct.

Poſſeſſores tenentur relinquere ſequeſtris poſſeſſionẽ vacuam.

2 Sed non dicit, quid fiet, an dabitur ſequeſter? Reſpond. quòd à iudice tunc eligetur elapſo termino.l.in venditione.§.fi.ff.de bonis authorita.iudi. poſsidend. Et ſi ante dederit iudex, quàm partes conueniant, perperàm datum declarauit Curia ſuprema, anno 1531.die 23. Aprilis.

Iudex dat ſequeſtrum ſi partes nõ
Areſtum.

3 Item quòd poſſeſſor teneatur poſſeſsionem vacuam iſti ſequeſtro relinquere, probatur in clementina vna.verſic.& nihilominus.vbi dicit partem recuſantem ius amittere, & contrahere excommunicationem, ipſo tamen iure non amittet cauſam, niſi iudex per ſententiam hoc declaret. quod non poteſt facere iudex laicus in beneficialibus, quia non poteſt priuare beneficio is, qui non poteſt dare, l.iij.ff.de re iudic.

Vacua poſſeſſio tradẽda eſt ſequeſtro ſub pœna amiſſionis cauſe.

Laicus priuat quando poſſeſſorio beneficij, petitorio an priuari debeat.

Et ſic iudex laicus poterit tantùm poſſeſſorio clericum priuare, non verò iure, quod habet in beneficio. Ideò petitorio poſteà experiri poterit, in quo videbitur, an illo caſu debeat etiam amittere ius, vt in ſequeſtratione, & tunc adiudicabitur etiam petitorium poſſeſſori: alioqui ſi caſus ille, in quo fuit priuatus poſſeſſorio, non mereatur priuari petitorio, is ſuccumbet in petitorio, qui obtinuit in poſſeſſorio, per cap. cùm eccleſia. de cauſa poſſeſ.

Iudex an teneatur de ſequeſtro, qui non eſt ſoluendo & quando.

Eſt tamen differentia, quia ſi ſequeſter ſoluendo non ſit, ſi de par- 5
tium voluntate receptus fuerit, non tenetur iudex, ſed partibus impu-
tandum eſt, qui talem elegerunt, ſicut de ſocio dicit text. in §. fi. in Inſti.
de ſocieta. ſecùs ſi ex iudicis ſolius authoritate electus fuerit: quia tunc in
ſubſidium iudex (cautionibus prius excuſsis) tenetur: ſicut de eo, qui dat
tutorem pupillo, l. j. ff. de magiſtra. conueinend. §. pe. de ſatiſda. tuto. in In
ſtit. † vel ſi ad vnius tantùm partis inſtantiam, non ſoluendo datus fue- 6
rit, de dolo illa pars tenebitur in ſubſidium, id eſt, ſi ſequeſter vel eius fi-
deiuſſor ſoluendo non fuerit, l. ſi oleum. ff. de do. Et an certificatores te-
neantur, qui deponunt & aſſerunt fideiuſſores idoneos, ſcripſi abundè in
tracta. de ſenten. execut. artic. j. in gl. *caution.* † & an ſi aliquis lite pendente 7
diſsi per fructus, res poſsit ſequeſtrari: decidit Aufr. deciſi. Tholoſa. quæ
ſtio. ccccclxxvij. non poſſe, ſi pars illa ſoluendo ſit alioqui contrà, c. fin. de
ſequeſtra. poſſeſ.

Pēdēte lite ſi quis diſsipet fructus, an petatur ſequeſtrū.

IDEM Article cvj. Ibidem.

Articul° quintus.

Et pour le reſtabliſſement des fruits ſera tenu le condemné r'apporter par ſerment la quantité de ce qu'il aura prins deſdits fruits, & ſelon ledit rapport en faire reſtabliſſement promptement, ſur peine ſemblable, de perdition de cauſe.

GLOSSA VNA.

Reſtitutio omnium eſt faciēda in ſequeſtrū.

QVANDO iudex ſequeſtrationem faciendam præcipit, ſtatue 1
re ſolet, vt quilibet reſtituat ea, quæ percepit ante ſequeſtrum,
vt cuſtodiantur vincenti, & is qui eſt condemnatus ad reſti-
tuendum, & reſtabiliendum, tenetur iurare, quid, & quantum
receperit, & ſecundum hoc iuramentum tenebitur reſtituere, & ſtatim
ſub pœna amiſsionis cauſæ hoc facere tenetur.

Et ſic primò requiritur in hoc text. condemnatio iudicis, *à reſtablir*, & 2
ad deponendum ea, quæ pars receperit.

Dato ſequeſtro, poſſeſſor iurare debet & reſtabilire.

Secundò, quòd is iuret ſe tot fructus recepiſſe, videlicèt viginti ſex- 3
taria fruměti, ideò paratum ſe dicat ea reſtabilire, & deponere in mani-
bus ſequeſtri. Nam vbicunque lex, vel ordinatio dicit, vt ſtetur dicto dam-
num paſsi, vel alterius, intelligitur cum iuramento, arg. l. hac edictali. §.
his illud. C. de ſecun. nup. Ange. in repeti. l. ſi vacantia. C. de bonis va-
can. libr. x. refert. Soc. in cap. fin. §. quod ſi ſuper. colum. iij. verſic. ſecun-
da dubitatio. vt lite non conteſta. vt ſi ſtetur dicto officialis dicentis ſe
inueniſſe ludentes, vel damnum dantes, intelligitur ſi iurauerit, teſte

Alexan.

Alexan.in l.qui bona.§.qui damni.ff. de damn. infect. & ita voluit iſte text. quòd pars iuraret,quos fructus recepiſſet.

5 Vnde inferunt Doctor. quòd ſi perſona ſit infamis, non debet ſtari iuramento illius.Alex.in l.qui bona.§.qui damni.col.ij. & Iaſ.in l.ſi quando. C. vnde vj. ſed hic putarem quemlibet iurare poſſe, vt hic text. permittit, ſed ei non creditur,vt in §.ſeq.vbi permittitur parti probare contrarium.

Iuramento infamis nõ eſt ſtãdum.

6 Tertiò,requiritur,quòd ea quæ recipit,reſtituat, & ea quæ dicit ſe recepiſſe,deponat apud ſequeſtrum.ibi, *en faire reſtabliſſement*,&c.

Poſſeſſor in ſequeſtro debet omnia reſtituere.

7 Quartò, quòd hoc ſtatim faciat.ibi, *promptement*, hoc eſt arbitrio iudicis relinquendum,vt docui art.ij.tract.de præco.

8 Quintò, comminatur pœnam amiſsionis cauſæ : hoc tamen non fit ipſo iure,ſed ſi iudici viſum fuerit poſt plura præcepta,vt vſus forenſis habet.

Amittit cauſam qui nõ reſtituit ſequeſtro.

IDEM *Article cvij.* *Ibidem.*

Et ſera neantmoins permis à la partie qui aura obtenu ledit ſequeſtre informer de la quantité & valeur deſdits fruits outre ledict rapport par ſerment, & le condemner au contraire, au peril toutesfoys de l'amende ordinaire enuers nous, & autant enuers la partie contre celuy qui ſuccombera.

Articulus ſextus.

GLOSSA VNA.

1 SVPERIVS in articul. proximo voluit condemnatum ad deponendum ea bona, quæ ante ſequeſtrum receperat, poſſe iurare quæ bona habuerat,& ea reſtituere, ſeu deponere apud ſequeſtrum: ſed hic dicitur quòd ſi plures receperit fructus, quàm iurauerit recepiſſe, an pars poſsit probare alios multos fuiſſe perceptos, quos ipſe non eſt profeſſus:& iſte text.permittit parti, quæ obtinuit probare poſſe, & alteri parti contrarium.

Probatio obtinẽtis in ſequeſtro cõtra iuramẽtum poſſeſſoris.

2 Sed quando hoc poſsit probari?Reſpon.text.quando pars obtinuerit: & ſic poſtquàm altera pars per ſententiam ſuccumbuerit, per quam adiudicati ſunt parti fructus.Nam tunc ſua intereſt agere,cũ fructus ſint ei adiudicati,anteà verò non,quia fortè ſuccumbet.Ideò iſte text.dicit,*qui aura obtenu ledict ſequeſtre.* & ſi pars ſtatim poſſet probare, impediretur proceſſus principalis, & poſteà fortè in recredẽtia ſuccumberet.Ideò tutius eſt quòd pars obtineat,& poſteà poterit probare,vt hic: licèt iſte tex.dicat, quòd ſe-
3 queſtrum obtinuerit.

Et ſic tollit hic articulus dubium de l.non erit. §.dato iureiurando, non aliud quæritur,quàm an iuratum ſit.ff.de iureiurando. per quam videbatur non poſſe probari contra iuramentum partis.Reſpon. quando iuramentum delatum eſt à parte parti, nihil aliud quæritur, ratione conſenſus partis deferentis:ſed in iuramento à lege delato vel ab ordinatione, vt hic,ſeu à ſtatuto,poteſt probari contrarium,licèt conſuetudo,vel ordinatio iuramẽtum deferat.Bal.in l.j.C.de rebus creditis. Alexan.in l.qui bona.§.qui damni. ff.

Probatio cõtra iuramẽtũ quãdo poſſit fieri.

de damno infect.refert Iaſon.in dict.§.dato. & hic articul. permittit vt pars poſsit probare contra aſſertionem.

Iuramẽtum vnius nõ eſt integra probatio.

Nam iuramentum vnius non eſt integra probatio, l. iuriſiurandi. C. de 4
teſtib.c. licèt vniuerſis, illo tit.Ideò integra probatio ex aduerſo recipi debet,& prævalere probationi minus integræ.argu.l.admonendi.ff.de iureiurand.& c.fin.illo tit.vnde ſi in aliqua diſpoſitione defertur iuramentum alicui, illi iuramento non ſtatur,ſi probetur contrarium.text.in c.propoſuiſti. de proba.vbi Pan.poſt gloſſ.in j.no.

Iudex niſi pꝛtẽte parte nõ admittit probationẽ cõtra iuramentum.

Et ſic per iſtum tex.patet iudicem non poſſe recipere probationem con- 5
tra partem ex officio non petente altera parte,vt hic.*permis à la partie,* quicquid dicant Doct.in l.ſi quando.C.vnde vj.& in dict.§. damni.Innocen. & Ioan.And.in c.quia propter.§.illud. de elect.

Item ſuperiùs in articul.proximo non dicitur, quòd pars iuret ſuper va- 6
lore fructuum, ideò poterit pars probare, quòd ſextarium valuit tali anno decem libris, & modius vini ſex. & idem in valore aliorum fructuum, ſed quantitas tantum fructuum fuit aſſerta,quam accepit.

Valor fructuum quomodo probetur.

Et probabitur per librum, in quo ſingulis diebus mercatus conſcribi 7
ſolet rerum valor,vt habetur in titul.*des fruicts,* in Conſtitu. reg. vbi alia de his dicentur,interim de his finem faciam.

Sed videndum eſſet, qui poſsint dari ſequeſtri ſeu commiſſarij, vide or- 8
dinatio.ſequentem.

FRANCOYS XII. Article LXXXVI. des premieres.

Articulus ſeptimus.

ITEM *quand aucune complainte ſera fournie, ſoit en matiere beneficiale,eccleſiaſtique,ou prophane,nos Iuges, ſoyent Preſidens, Conſeillers, ou autres nos officiers, qui auront congneu de la matiere,leurs enfans & parens ne pourront eſtre commis au regime & gouuernement de la choſe contentieuſe: mais ſeront tenus de commettre autres gens notables non ſuſpects, ne fauorables à l'vne ne à l'autre des parties, à moindre frais que faire ſe pourra, ſur peine de ſuſpenſion de leur office,& autre peine arbitraire.*

GLOSSA VNA.

Mãdato cuius iudicis ſequeſter reſtituat fructus.

NVNC videndum eſt, ſequeſtri coram quo iudice rationem, 1
& reliqua reddere teneantur? Reſpond.ſequeſter de mandato illius iudicis,ex cuius ſententia fuit electus, rem reſtituere tenetur.l.fi.§.penul.C.de bonis authorit.iud.peſsiden.

Etiam ſi ſit clericus: & poteſt cogi per iudicem illum ſecu- 2
larem, cuius ſententia fuit ſequeſtrum factum, & quia tunc non proceditur contra iſtum clericum per modum iudicij, ſed executiuè in conſequentiam officij ſuſcepti,teſte Bal.in l.acceptam.col.j.C.de vſuris.Bal.& Iaſon.in l.fideiuſſor.

3 qui ſatiſdare cogantur. †Et ſi eius mandato reſtituat. ſtatim eſt liberatus. Quod eſt verum, ſi hoc parte præſente, vel citata factum fuerit. Bald. in l.fi.C.de bonis authorita. iudic. poſſidend.Curtius in tracta.de ſequeſtra. quæſtio. vlti.refert.Imò etiam dicit Aufrer.in tracta.de poteſta.ſecul. ſuper eccleſiaſt.perſo.regul.ij. fallen. xiiij. quod clerici deputati à iudice. ſeculari ſequeſtri poſſunt ab eodem iudice compelli ad reddendum rationes, & reliqua, quia non debent acceptare officium ſeculare, ſi nolunt ſecularibus ſubeſſe. capitul. ſecundo.ne clerici vel monach. ſecularibus negot. ſe immiſceant. rationem tamen reddent coram iudice proximo illius loci, vbi recepit fructus, vt cenſuit Senatus anno 1521. die decima Decembris, pro Aymaro appellante contra Robertum appellatum.

Præſento parte vtraque ſequeſter ſoluens liberatur.

Areſtum.

4 Et finito ſequeſtro non debet, nec poteſt ſequeſter compelli ad reddendum omnes fructus,quos recepit, ſed imprimis debet citari ad reddẽdum rationem, qua reddita,præcipietur ei,vt reliqua reddat:alias ſi ante rationem redditam eidem præciperetur, vt omnes fructus redderet, grauaretur:quia ab executione non eſt incipiendum,l.j.C.de execu. rei iudic.

Rationes prius reddendæ à ſequeſtro, antequam fiat præceptum reſtituendi.

5 †Et quia expenſas poteſt deducere,vt ſuprà dictum eſt,per clemen.vnam ibi, ſupereſſe contingerit. Et ita fuit in hoc Senatu iudicatum anno 1541.die vlti.Februar.in magna Camera. & de rationibus ſcripſi in l.boues. §.j.ff. de verbor.ſigni.itidem alia plura de hac materia docui,in tractat.de ſenten.executo.

Areſtum.

6 Demum quando officium ſequeſtri finiatur ? Reſpon. quando datus eſt pendente lite,ea finita,expirat quoque eius officium, quia ceſſante cauſa,ceſſat effectus,c.cùm ceſſante.de appel.

Finiatur quando ſequeſtri officium.

7 Item ſatiſdatio facit ſequeſtrum ceſſare,gloſſ.in l.fideiuſſor. §. fina.ff. qui ſatiſdare cogantur.l.fin.C.de ord. cognitio. Limitatur in caſibus deſcriptis per Curtium in tracta. dc ſequeſtra.quæſtio.xiiij. vbi etiam tradit alios caſus,in quibus releuetur ſequeſtrum, & quæ ſatiſdatio requiratur & Bartol.in dict.l.litibus.& Curtius quæſtionæ xix. Barbat.conſilio vnde
8 cimo.illud.columm.decima. in ſecundo volumi. dicit, † quod ſatiſdatio duo continere debet, videlicèt quòd fructus non conſumet, l. diuus.ff. de petitione hæreditatis. & quòd illos fructus ad iudicis mandatum reſtituet.argument.l. ſi oleum.ff.de dolo. Bald. in cap. olim.numer. 4. de reſcriptis.

Satiſdatio facit ceſſare ſequeſtrum.

Satiſdatio duo continere debet.

9 In regno Franciæ cùm Ordinationis authoritate ſequeſtratio fieri debeat, etiam ſi pars offerat ſatiſdationem, non ceſſabit ſequeſtrum, etiam altera parte inuita in rebus immobilibus : in mobilibus verò cautione data ſolet res adiudicari domino. & ita vidi ſeruari in forenſi iudicio. & dixi plenè in tracta. de literis obligatoriis. articul. ſexto. gloſ. tertia.

Satiſdatio in Francia non impedit ſequeſtrum fieri.

10 Poſtremò, ſequeſter in prima cauſa datus, durabit etiam pendente appellatione. per textum in d.l. litibus.C.de agric. & cenſi.lib. vndecimo.& l.fideiuſſor.§.final. ibi, vel lis finem accipiat.ff. qui ſatiſda. cogantur.& clementina vna. ſequitur Curtius in tractatu de ſequeſtrat. quæ-

Pendente lite etiam in cauſâ appellationis durat primus ſequeſter.

ſtione xviij. Addendum eſt tamen, quòd ſi officium clauſtrale ſequeſtretur, tunc ſequeſter quoad ſpiritualia debet deputari religioſus, quoad temporalia alius. Si verò Prioratus clauſtralis non ſit diuiſus à menſa, ſed eſt communis, eo caſu religioſi illius monaſterij dabuntur ſequeſtri, qui poſteà reddent rationem vincenti: vt cenſuit Senatus pro Prioratu de *Long-pont* anno 1534. die 29. Ianuarij.

Religioſi an poſſint eſſe ſequeſtri.

Areſtum.

Alias multas poſſem hic congerere quæſtiones, ſed tam ratione prolixitatis vitandæ, quàm etiam quia eas tantùm deligo & ſcribo, quæ in foro quotidiè verſantur, ideò alias nunc miſſas faciens, gratias de his ſummo Ieſu Chriſto ago, qui in trinitate perfecta viuit & regnat per ſecula. Amen.

TRACTATVS DE DILATIONIBVS VTILIS ET QVOTIDIANVS.

Des delais.

1 VT A DEFINITIONE incipiam, mihi videtur dilationem ſic deſcribi poſſe. Dilatio eſt quædam temporis ad aliquid agendũ aſsignatio,ſeu prorogatio. quãuis Cy. aliter definiat in l.j. C.eod. & Bal. in capit. quoniam contra. colum.vj.nume.45.de prob.ſic dicens: Dilatio eſt termini aſsignatio, ne precipiti via quis teneatur ſe defendere. quibus definitionibus vel potiùs deſcriptionibus omiſſis, quia parum in praxi curantur,ad alia pertranſeo. *Dilatio quid.*

2 Dilationum multæ ſunt ſpecies,vt docet Hoſtien.in ſumma de dilati & aliquando multas alias congeſsi, quas parum etiam ad ſeriem huius negotij pertinere videò: ideò conſultò eas miſſas facio, proſequar tantùm dilationes in tex.conſcriptas:igitur ad tex.pergo. *Quotuplex ſit dilatio.*

CHARLES VII. *Article XLI. des premieres.*

ITEM, *que nulle cauſe ne prendra delay contre quelconque perſonne que ce ſoit, qu'elle ne ſoit deliurée ſelon l'ordre des preſentations, ſinon pour cauſe d'abſence, pour cauſe de la choſe publique,ou autre grande vrgente & neceſſaire cauſe. Et enioignons aux aduocatz & procureurs, que contre ceſte preſente noſtre Ordonnance ne facent requeſte.* Articulus primus.

GLOSSA VNA.

1 STATVTVM eſt in titul.de præſenta.quòd omnis appellans tenetur ſe præſentare in Parlamento, alioqui contumax reputabitur,articu.j.de præſent. quod limitat Aufrer. in *Præſentatio debet eſſe ſpecialis.*
2 multis caſibus in titu.de præſen.§.j.† & debet illa prȩſentatio eſſe ſpecialis & expreſſa contra ſingulos,contra quos cauſam agit,alioqui illa generalitas,præſento me in omnib⁹ cauſis, parit obſcuritatẽ,&non valebit.l.ita fidei.ff.de iure fiſci. & præſentatio facta contra vnum,

non prodeſt contra alium,quia res inter alios acta.non prodeſt,nec præiudicat, vt declarat titulus, res inter alios acta.

Decidātur cauſæ ſecundum ordinē præſentationum. Vnde hic ſtatuitur,quod omnes cauſæ decidantur ſecundum præſentationis ordinem,nec dilatio in contrarium dari debet:nam qui prior eſt tempore,potior eſt iure.per regul.iuris,& priùs ſua cauſa terminari debet, c.vt debitus,de appel. 3

Dilatio cauſa abſentiæ datur. Limitatur ratione abſentiæ cauſa reipub.tunc dilatio dabitur. illæſum enim ius per id tempus,quo quis Reipublicæ operam dabat, vel aduerſo caſu laborabat, manere debet.nec nō & aduerſus eos ſuccurritur , ne vel obſit,vel proſit,quod euenit.l.j.ff.ex quib.cauſis maio. †Abeſſe Reip.cauſa intelligitur,& is,qui ab vrbe profectus eſt, licèt nondum prouinciam exceſſerit,ſed & is qui exceſsit,donec in vrbem reuertatur.l.abeſſe.ibidem. Reipublicæ cauſa abeſſe eos ſolos intelligimus,qui nō ſui commodi cauſa, ſed coacti abſunt.l. Reipublicæ. ibidem. † tamen non verè dicitur Reipublicæ cauſa abeſſe ille,qui ſui priuati negotij. cauſa in legatione eſt l. non verè.ibidem.nec qui dolo malo abeſt.l.item hi. ibidem. vel qui data opera.ibidem in l.ſequent. 4 5 6

Reipub.cauſa quis abeſſe intelligatur.

Dilatio ex vrgēte cauſa. Secundò limitatur ex cauſa vrgente & neceſſaria, vt ſi ſit in vinculis, vel ſi à militibus,& apparitoribus obſeruatur, vel in hoſtium poteſtate ſit: tunc quoq; dilatio concedi poterit,vt non ex ordine cauſa decidatur l. ſuccurritur.cum l.ſequen. & l.item ei ff.ex. quib.cau. maior. 7

Magna cauſa abſentiæ quæ dicatur. Idem ex alia magna cauſa.Magnam cauſam hic voco,iuſtam,vt Iuriſcon. in l.in fi.ff.ex quib.cauſ.maior.vt pote ſi metu abſuiſſet.l.ij.in fin.ibidem. †& metus cauſa abeſſe videtur,qui iuſto timore mortis,vel cruciatus corporis conterritus abeſt, & hoc ex affectu eius intelligitur, ſed non ſufficit quolibet terrore adductum timuiſſe, ſed huius rei diſquiſitio iudicis eſt.l. metus.ibidem· 8 9

Probabilis cauſa abſentiæ quæſit. Idem ſi quis ex cauſa probabili abfuerit, putà ſtudiorum cauſa,fortè procuratore ſuo defuncto.l.necnon.ff.ex quibus cauſis maior. 10

Vltimò probet iſte text. aduocatis & procuratoribus,ne ſupplicationes porrigant contra hanc ordinationem,quia iuſta petenda ſunt. l.ij.ff. de his qui ſunt ſui,.vel alien. iur.alioqui contrarium petenti poſſet dici, valde ſtultaeſt petitio tua.l.Domitius.ff.de teſtament. 11

Prohibitio facta aduocatis extenditur ad litigantes. Sed hic non prohibet partibus,ergo partes hoc poſtulare poterunt. Reſpon.prohibendo aduocatis,& procuratoribus,qui nomine partium petunt, videtur per conſequens prohibuiſſe quoque partibus. l. ad legatum. & l. ad rem.ff.de procurat. ſed iſtis ſpecialiter prohibet,quia iſti cauſam agunt. & proſequuntur. vnde cùm iſti ſoleant huiuſmodi ſupplicationes concipere,& præſentare,hoc illis prohibet,non tamen excludens pares.& per iſta habebitur materia præſentationis expedita additis his quæ Aufrer. tractat in titul. de præſentation. faciend.in Parlament.in ſtylo. & quæ inferiùs dicam eodem titulo. 12

Articulus ſecūdus.

CHARLES VIII. *Articl. LXV. det premieres.*

ITEM, *& que durant les gueres & diuiſions de noſtre Royaume*

yaume, les parties ont demandé pluſieurs delaiz de garant de veüe, ou de ſommation de garant. ou autres ſommations, & diſoient qu'au dedans des delaiz, qui leur auoient eſté baillez, ils n'auoient pou faire leſdites ſommations ou veüe, ainſi qu'auoit eſté appoincté par noſtredicte Cour: parquoy les procez ont eſté moult allongez & differez: Nous voulans abbreuier les litiges & proces d'entre noz ſubiects, conſiderans que par la grace de noſtre ſeigneur nous auons expellez & deboutez noz ennemis de noſtre Royaume, & que l'on peut aller par noſtre Royaume ſeurement, auons ordonné & ordonnons, que doreſenauant en noſtre Cour de Parlement ne ſera donné qu'vne dilation pour garant, pour veüe, ou pour ſommation de garant, & que temps & eſpace ſera baillé ſuffiſant aux parties, pour faire adiourner leurs garans, ou faire leſdiſctes ſommations ou veüe: durant lequel temps la partie, à qui ſera donné ladicte dilation, ſera tenue faire les adiournemens & exploits en tel cas appartenans: autrement elle en ſera deſcheue de tous poincts, s'il n'y a grand & vrgent empeſchement, ou cauſe, qui doyue mouuoir noſtredicte Cour à donner vn autre delay.

GLOSSA PRIMA

1 ISTE articulus tractat de duabus dilationibus, videlicèt de dilatione, quæ euictionis gratia conceditur, quam noſtri *garand* vocant: altera eſt dilatio quæ demonſtrationis cauſa datur, quam dicanici *veüe* nominant, vt in his non detur præterquam vna dilatio, niſi ex cauſa, vt etiam ſcribitur in ſtylo Parlament. titul. de defectu ſuꝑ actione reali. §. item ſi poſt veutam, & in titul. de dilat. quæ datur pro garando. & Maſuer. in titul. dilat. §. item & pro garando. *Garendi & veuta vnica dilatio datur.*

2 Sciendum eſt, quòd ſi aliquis poſsideat rem alieno nomine, ſi ab eo petatur, poteſt nominare eum, à quo rē habuit, & ei litē denūtiare, ꝗ laudare authorē vocant, & Iuriſconſ. & Imperatores in l. tenetur. §. ſi tibi iter. ff. de actio. empt. & in l. authore laudato. C. de euict. & in l. ij. de in litem dando tutore. 3 †Laudare autem priſca lingua eſt nominare, & nominatim vocare in iudicium defendendi cauſa. l. Herennius. ff. de euiction. quod nos ſummare dicimus. Budæ. ibi. Is itaque qui conuenitur. vt defendat mihi rem, quā præſtitit, & cuius euictionem timeo, vocatur author laudatus in l. ſecunda. C. vbi in rem actio. exercer. debeat. & dict. l. authore laudato. *Laudare authorem quid ſit.*

4 Vulgo tamen hic author laudatus vocatur *garand.* nam defendere dicitur garentire. tex. & ibi Doct. in c. vno. §. j. de lege Corradi. Arb. in rub. C. de euict. & *Garend* deducunt quidam à verbo Hæbraico גרה Garah, quod eſt miſcere litem, quòd is qui conuenitur, vult miſcere litem cum ſuo authore. nos verò dicimus eſſe gallicum vocabulum. *Etimologia huius nominis gal. garand.*

Aduer

Aduertendum eſt quòd praxis habet nominationem & ſummationem, 5 Nominationem vocant *garand* ſimpliciter, ſeu *garand formel,* Summatio eſt denunciatio, de qua in l.j.C.vbi in rem act.& inferiùs dicam differentias.

Nominatio & ſummatio quid.

Et eſt inuenta hæc denominatio ſeu denũtiatio de iure in fauorem tam 6 nominantis, quàm nominati: primò in fauorem nominantis, qui fortè non vult litibus inuolui, nec habet inſtrumenta, per quæ rem controuerſam defendere poſsit, niſi nominatus defendat, nec re euicta poſſet poſteà agere, l. emptor fundi.C.de euict.Bal.in l.ij.C.vbi in rem actio.

Nominatio ad quid eſt inuenta.

Nominati etiam eſt fauor, quia de re ſua agitur, ideò facultas defenſionis rei ſuæ dari ei debet, l.defenſionis facultas.C.de iure fiſc.lib. x. l.j. §.ſi quis eo.ne vis fiat ei. 7

Sed quis poſsit nominare & nominari videamus. Et reſpon. ille debet 8 laudare ſeu nominare alium, qui alieno poſsidet nomine. Vnde colonus, commodatarius, & depoſitarius poſſunt hanc nominationem facere, q͞a ſibi non poſsident, c.fi.§.in aliis. vt lit.non conteſt.l.non ſolùm. in fi.ff.de vſucap.l.rei commodatæ.ff.commod.l.j.depo.

Nominare quis poſſit & nominari.

Idem in aliis, qui alieno poſsident nomine, & nullum ius habent in re, 9 quæ petitur. Nam ſi quis conueniatur ſuper iure, quod habet, non poteſt alium nominare.gloſ.in dict.c. fin. quia ipſe poſſet pro ſuo iure agere ſic, & defendere ſe tenetur.

Quod eſt verum, ſi actio intentata reſpiceret illud ius: vnde emphyteu- 10 ta, vaſallus, ſuperficiarius, feudatarius, fructuarius, maritus & ſimiles non poſſunt dominum nominare, ſi cõueniantur ratione iuris ad eos pertinentis: † ſecus ſi conuenirentur ratione iuris ad eos non pertinentis.gl.& Doct. 11 in l.ij.C.vbi in rem.& in l.locum.§.j.vbi gl.ff.de tab.exhi.

Quãdo laudentur authores.

Procurator ergo datus ad negotia poteſt nominare dominum ſuum, 12 quia alieno nomine poſsidet, & poteſt interrogari an eius dominus poſsideat, l.non ſolùm.de procurator.c.dilectus.de procurat.

Procurator nominat ſuum dominum.

Etiam procurator ad lites poteſt dominum nominare, ſi ipſe non ſit in- 13 ſtructus, vt dominus eum inſtruat.argument.l.ſed & hæ.§.penul. ff.de procurator.Hoſtien.in c.fi.vt lite conteſta.

Tamen procurator conſtitutus non poteſt nominare ſine ſpeciali man- 14 dato alium tertium, quàm conſtituentem: quia per talem actum videtur transferri dominium in nominatum. ar.no.in l.j.ff. pro derelict. ſaltem poſſeſsio poſſet in alium trãsferri. per l.fi.ff.de rei ven. & ſicut ad renuntiandũ exceptioni peremptoriæ requiritur ſpeciale mandatum. Bartol. in l.fin.in princ.ff.quæ in fraud.cred.Alex.in l.pactum curatoris.C.de pact.quia videtur quandam inducere donationem, l.ſi quis delegauerit.ff.de noua.quæ à procuratore fieri non poteſt.c.fi.de offic. vicar. in vi. & huius eſt ſententiæ Soci.in c.fi.§.fi.artic.ij.vt lite non conteſt.

Procurator an poſſit nominare alium tertiũ quàm dominum.

Idem dicemus in procuratore, qui ſuſcipere defenſionem nõ poteſt, ſeu 15 (vt dicam) garandiam, niſi ſpeciatim ad hoc fuerit conſtitutus. Ita habetur in ſtylo Parla.ti.de dil.quæ datur pro garendo.§.item ſi garendus.

Procurator an poſſit ſuſcipere garandiam.

Ideò neceſſe eſt apponere hanc clauſulam in procuratoris cõſtitutione, 16 *donnant & ottroyant audit procureur plein, & ſpecial pouuoir, & authorité de faire*

Clauſula procuratorij ſuæ garãdiæ.

adueu

adueu ou deſadueu ſur garantie. Alias mandatum non teneret, vt ordinauit curia anno 1523. vt eſt in ſtylo. Item ſi garendus, & ſic iudicauit Senatus vt in ſtylo, areſto 52. *Areſtum.*

17 Addendum eſt quòd hæc nominatio in iudicio fieri debet à conuento, vt in l.ij. C. vbi in rem acti. ſed laudans teſtari debet, quòd ſi laudatus nolit defenſionem ſumere, quòd ipſe proponere intendit ſuas defenſiones, & rationes, ius ſuum deducere: alioqui non reciperetur ſine proteſtatione. *Nominatio in iudicio quomodo facienda.*

18 Sed in quibus rebus hæc nominatio ſeu laudatio facienda ſit? Reſpond. tam in rebus immobilibus, quàm mobilibus. tex. iuncta. gloſſ. in §. fi. c. vlt. vt lit. non conteſt. & in d. l. ij. l. qui concubinam. §. ſi hæres. ff. de leg. iij. quia rationes prædictæ habent locum tam in mobilibus, quàm in immobilibus, ne abſenti fiat præiudicium, & quamuis l. ij. loquatur de immobilibus, *Nominatio in quibus rebus poſſit fieri.*
19 † non negat tamen, quin in mobilibus ex paritate rationis locum habeat. auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet.

20 Etiam habet locum hæc nominatio in rebus poſſeſsis alieno nomine, quia hæc iura incorporalia pro immobilibus habentur, l. ſi aliena. §. j. ff. de vſucap. Bartolus in dict. l. ij. *Nominatio in iuribus.*

21 In poſſeſſoriis verò non habere locum laudationem dicit gloſſ. in l. datio. §. j. ff. de acti. emp. in verb. continetur. Bartol. & alij. in l. venditores. ff. de verb. obl. Fel. in c. edoceri. col. iij. de reſcri. Sic cenſuit Senatus anno 1534. *Laudare authorē in poſſeſſoriis an liceat.*
22 die xiij. Iulij, in magna claſſe me præſente. † ſed licèt non habeat locum nominatio, ſummatio tamen locum habebit, niſi promiſſa eſſet ratione poſſeſsionis, vt docet Cępol. cautel. xcvij. tria faciunt. & hoc intelligitur quando res eſt euicta, ſed quando res petitur etiam quo ad poſſeſsionem, dominus debet poſſeſſorem defendere, & liti aſsiſtere, & expenſas dare. l. empt. & l. ſi controuerſia. vbi Bald. C. eod. *Areſtum.*

23 Idem in actione mixta conuentus dominum nominare poterit, ex eo quòd naturam actionis realis habet, & eadem videtur ratio, per l. etiam. §. ſi quis abſentis. ff. de peti. hæred. Peru. in ca. diſpendia. col. ij. de reſcrip. in vj. *In actione mixta quomodò laudemus authorem.*
24 † & ſolet ſic concludi contra authorem laudatum, *& garand formel, pour à ce que le garand garantiſſe la choſe pour raiſon de laquelle il eſt pourſuyui par le demandeur, & faire ceſſer ladicte pourſuyte, & à faute de ce faire, condemnē ès deſpens dommages & intereſtz, que ledict demandeur en matiere de garand, & defendeur au principal à ſouffert & ſouſtenu, ſouffrira & ſouſtiendra par faute de ladicte garantie,* &c. *Cōcluſio cōtra authorē.*

25 In actionibus autem perſonalibus non habet locum nominatio, quia actio perſonalis afficit perſonam conuentam, & non rem, & ſemper aduerſus eundem locum habet, l. actionum genera. §. j. ff. de acti. & obli. per dict. l. ij. quæ vult hoc in reali procedere, & ſic non in perſonali. *Nominatio nō habet locū in perſonalibus.*

26 Quod eſt verum in nominatione quoad effectum declinandi iudicij, ſecùs quoad effectum vt poſsit de ſuis iuribus informari Bart. in l. ij. per text. in authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor.

27 Ideò in his perſonalibus dicimus ſummationem habere locum, non autem garandum, quæ ſummatio poteſt fieri in quacunque parte litis, *Summatio garandi locum habet.*

vnde

in perſona-libus & quo modo fiat. vnde ſi plures ſint inſolidum obligati, & vnus eorum conueniatur inſoli-dum, poteſt requirere alios correos debendi, vt dicunt, *ſommer la pourſuyte contre luy faite pour le deſdommager, pour leurs pars & portions.*

Cõcluſio in ſummatione. Et ſic ſolet concludere: *Que l'appellé en ſommation face ceſſer la pourſuyte,* 28
que faict le demandeur principal, ou que ledict ſommé enſeigne, & baille defences peremptoires, auec tiltre prouué, & argent pour ſe defendre: autrement à faute de ce faire, proteſte de recouurer ſur ledict ſommé tous les deſpens, dommages & intereſtz. 29

Et ſi requiſitus dederit nominanti defenſiones, ſi poſteà ſit opus eas probare, adhuc debet requiri hic author, vt eas probationes ſubminiſtret: alioqui non agetur de euictione, ſi reus præfatis non petitis ſuccumbat.

In delictis non eſt laudandus author. Item in delictis non poteſt quis ſuum authorem vocare, nec excuſatur 30
quis laudando & nominando authorem. l. non ideò minus. C. de accuſ. l. ſi quis ab alio. §. item ſi filiusfamilias. ff. de calum. & in ſtylo Parlam. tit. de dilatio. quæ datur pro garendo. §. item in delictis.

Niſi hoc fecerit iuſtitiam exercendo. tunc enim (dum non alias doloſè 31
fuerit verſatus) excuſatur quis mandato domini, per regulam iuris, quod quis mandato. & hoc ſi dominus approbet illud factum, l. ſermo. §. cùm prætor. ff. ad Trebel. §. ſed hoc, in dict. ſtylo. facit l. ad ea. ff. de regulis iuris. Bart. & alij in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniur.

Fiſcus promittens duplã, ſi rem euinci contigerit, quomodo teneatur. Prætereà ſi fiſcus promiſerit duplum, ſi res fuerit euicta, non tenetur niſi 32
ad ſimplum & rei æſtimationem. per text. in l. ſi procurator. ff. de iure fiſc. Bal. in l. j. C. de hæred. vel acti. vend. refert Matthæ. de Afflict. in tract. de iure Protomiſ. no. ix. in fin. §. niſi quis.

Idem in aliis ſeruamus de conſuetudine regni, niſi dolus interuenerit 33
vel calumnia, quia alias non ſolent iudices condemnare authores, niſi ad litis æſtimationem, & non ad duplum: ſed ad damna & intereſſe in reſciſione contractus fundata ſuper dolo, non datur nouatio nec garandum: quia

Areſtum. dolus eſt perſonalis, vt cenſuit Senatus an. 1535. die Martis poſt quaſimod.

Euictio non habet locũ in beneficiis Item beneficiatus non agit euicto ſibi beneficio contra collatorem, teſte 34
Inn. in c. quia diuerſitatem. de conceſſ. præb. col. ij. inſtar donatoris. l. Ariſto. ff. de don. l. ad res donatas. ff. de ædi. edict. niſi quando teneretur eidem conferre, vt in vim mandati apoſtolici, & nominationum. per text. in c. inter. de præben. ſcripſi in tract. nominati. q. xix. verſ. ij.

Veüe.

GLOSSA II.

Petẽs rem debet eam determinare. CERTVM eſt quòd actor petens rem, debet eam deſignare 1
& oſtendere, l. ſi rem. ff. de rei vend. l. ſi irruptione. §. j. finium regun. c. ij. de lib. obl. vt reus poſsit deliberare, an velit cedere, vel contendere. l. j. ff. de edendo. & vt iudex ſententiam profe-rat certam. §. curare. de action. in Inſtit.

Petita res quomodo ſit deſignãda. Primò, itaque in libello duo ſaltem fines rei petitæ deſignari debent, l. 2
forma. ff. de cenſi. Et ſi non ſufficiant, debet res ipſa ad oculum demon-ſtrari,

ſtari,& ad digitum,vt dicit Specu.in tit.de acto. §. j. verſic. item petenti.& Iac.in l.non poteſt videri.ff.de iud.per l.ſi rem. ff.de rei vendic. vnde iudex vocato reo debet in rem præſentem venire & oſtenſionem facere : quod ſi denegetur,appellari poteſt.c.ſignificantibus.de appel.Bart.& alij in l.j. col. ij.ff.de eden. & vulgò dicitur debere fieri, *de bout en bout, de long en long, à l'œil, & au doigt, & l'on doit monſtrer les quatres bournes, & les quatres quignes de chacune part.*l.de pupillo.§.j.ff.de noui oper.nunti.

3 Et hæc oſtenſio peti poteſt tam in reali, quàm in poſſeſſoria, ſiue ſit res mobilis, tunc ad iudicium deferri debet, & exhiberi.vt per totum titu. ad exhib.imò ſi aliquis fuerit deprædatus iuxta villam, & neſciat latronum nomina, poteſt petere vt omnes de villa cogantur ſeipſos exhibere coram iudice,vt latrones cognoſcantur, & ita adigentur omnes petente Regio procuratore. Alber.in l.cùm ſi exhibuiſſent.ff.de publican.

Oſtenſio rei in quibus fieri debeat.

4 Et ſic ſeruatur inter amrigeros, quando delictum aliquod perpetraſſe dicuntur.

5 Si ſit res immobilis, ad eam itur, & illius oſtenſio fit. ca. ij. de libel.obl. quod vt Budæ.in annot. in Pandect. dixit, in rem præſentem venire eſt: vt vulgò dicunt veutam facere : ſed poteſt quis in rem præſentem venire, & tamen non fiet ei rei demonſtratio, ideò opus eſt in rem præſentem venire, demonſtrationémque facere: vt docet text.in l.de pupillo. §. qui nunciat.ff.de noui aper.nun.ſcripſi in l.verbum facere.ff.de verb.ſignifi.

In rem præſentẽ venire pro ventam facere non bene cõuenit,cõtra Budæum.

6 Idem ſi quis petat ius ſeruitutis itineris, vel aliud. debet enim oſtendi qua in parte, cum in multis partibus fundi iter fieri poſſit. l. ſi cui. ff.de ſeruitu.

Oſtenſio in ſeruitutibus.

7 Vnde ſi quis petat alicuius rei reditus , tenetur oſtenſionem rei facere, ſuper qua eos petat, niſi petat cenſum ſuper bonis rei conuenti, tunc nulla fiet demonſtratio,quia reus ſatis eſt certus de ſuis bonis, & eum qui certus eſt,amplius certiorare non oportet,per regul.iuris,Bened.in repetiti. capit. Raynutius.in verb.& vxorem.num.312.de teſta.

Reditum vel cenſum petẽs an rẽ demõſtrare cogatur.

8 Limitatur in actione vniuerſali:vt ſi petatur hæreditas cum pertinentiis, tunc non eſt neceſſe ſingulas res deſignare,ſed ſufficit oſtendere locum inſignem & principalis hæreditatis,l.iiij.& l.ſi quo tempore.ff.de peti.hæred. quia in ſententia non ſolùm venient ea, quæ poſſidebantur tempore litis conteſtatæ,ſed etiam ea,quæ poſteà,vſque ad ſententiam. per d. l. iiij. ideò in executione fiet illarum rerum declaratio,c.ij.de libel.oblat. Aufrer. eod. tit.in ſtylo.§.fallit.dicit ita à Senatu iudicatum.

Hæreditatẽ petens nõ adigitur ad particularem rei demonſtrationem.

8 Idem ſi ageretur actione in factum ex re iudicata, tunc non peteretur oſtenſio, quia veriſimile eſt, quòd ſatis fuit demonſtrata, antequàm fuerit ſuper ea iudicatum,& certa lata eſt ſententia:vt per totum titul. C. de ſent. quæ ſine cert.quanti.§.curare.de act.in Inſtitu.

9 Item ſi quis petat rem ſatis ſuis limitatam finibus, & declaratam, tunc alia non fiet oſtenſio, quia rei demonſtratæ fruſtrà adiicitur demonſtratio. l. j. in fi.ff.de dot.præleg.Bartol.in l.demonſtratio.q.vij.ff. de condit.& demonſtr.Alex.conſ.xxxviij.in v.volum.c.tua.de cohab.cler.& mulier. Socin. conſ.lxxxix.in cauſa.col.j.in j.vol.& conſ.ij.in iiij.vol.

Rei per ſe determinata non fit oſtenſio.

Demōſtratio rei tantum ſemel fit.

Et ſemel tantùm peti poteſt, niſi falsò eſſet facta, vt pote de alia re: tunc 11
enim quòd vitiosè cautum eſt, pro nō cauto habendū eſt, l. quoties. ff. qui
ſatiſd.cog.& ſic alia fieri poſſet. Bart. in d.l.demonſtratio. ff.de cōd.& dem.

Finibus mutatis ſecūda conceditur demonſtratio.

Quod non procedit ſi facto rei ſint mutati confines, quia tunc poſſum 12
compellere eum, vt illos manifeſtet. Cyn. in l. cogi. C. de peti. hære. refert
Fely. in cap.ij.num.9.de libel. oblati.

Domus quomodo fiat demonſtratio.

Item quando fit demonſtratio domus, fieri debet de finibus extra do- 13
mum non intra, quia ſic contingeret paupertatem detegi, quod durum eſt
l.ij.C.quando & quib.quarta pars debe.lib.x.ita in ſtylo Picta.articu. v. tit.
de faire monſtrées. † in aliquibus tamen locis ſeruatur contrarium, vt ingreſ- 14
ſus ad domum fiat, & oſtendatur pars & inferior, & ſuperior, ſed æquior
eſt prima ſententia.

Item ſi petatur dimidia pars hæreditatis, debet de tota (vt ſuperiùs di- 15
ctum fuit (oſtenſio fieri, quia media pro indiuiſo videri non poſſet: vt do-
cet Maſue. in ti. de dila. §. item qui agit. per l. Mæuius. §. duobus. ff. de leg. ij.
Bar. in l.fi. vti poſſ. verſic. aduerte. ideò de re principali demonſtratio fiet.

Directus dominus demonſtrat.

Item ſi domini directi petant bona emphyteuticaria, vt quia in com- 16
miſſum ceciderunt, debent illa bona declarare, & illorum oſtenſionem fa-
cere: vt docet Bald.& Præpo. in cap. ſignificantibus. col. ij. de appel.

Emphyteuta interrogatur.

Poterit etiam emphyteuta interrogari, an illa bona ſint emphyteutica, 17
& cogi poterit reſpondere, teſte Specu. in titu. de emphyteuſ. §. nunc ali-
qua. verſiculo lx.& ſi neget ſe emphyteutam, domino incumbit onus pro-
cedendam ad iterum probandum per l.ſi quis ex argentariis. §.fi. cum l. ſe-
quent.ff.de eden.Alex.conſil.lviij.in j.vol.

Dilatio nõ prorogatur inuito colligante.

Nec poſſet prorogari hæc ſecunda dilatio inuita altera parte, ſine cauſa, 5
cui iam quæſitum eſt ius, teſte Bal. in l.j.in fin. C. quomodo & quando iu-
dex.Ludo.Roma.conſil.ccxxvj.vltra.col.j.alias fieret fraus legi, & lites non
breuiarentur,contra rationem huius text.quamuis gloſſ.& Doctor. contra-
rium teneant in dict.l.fin.ff.de fer.ſed ibi non eſt tanta prohibitio, ſicut hic,
nec iſtæ rationes procedunt omnes ibidem.

FRANÇOYS *Article XXXV. des publiées M. D. XXXIX.*

ET defendons à tous gardes des ſeaux de noz Chancelleries, d'en bailler aucunes lettres, & à tous noz iuges, tant de nos Cours ſouueraines qu'autres, de n'y auoir aucun regard, ains les impetrans eſtre promptement deboutez & condamnez en l'amende ordinare, telle que du fol appel, enuers nous, & en la moytié moins enuers la partie.

Articulus vltimus.

GLOSSA VNA.

1 PROHIBET cuilibet Cancellariæ Franciæ, ne literas concedant ad obtinendum tertiam dilationem ad probandum, quamuis olim etiam quarta dari ſoleret. capit. vltra tertiam de teſtib. & hoc vt lites breuientur, & celeri marte decidantur, l. properandum. C. de iud. c. finem. de dolo & contumac.

Cancellariæ prohibetur dare tertiã dilationem.

2 Sed ſi conceſſæ fuerint, vult vt iudices etiam ſupremi nullam harum literarum rationem habeant, nec vllam eis fidem adhibeant, ſed eas reiiciant, & condemnent impetrantem tam temerarium ad multam ſexaginta librarum, quæ infligi ſolet temerè appellantibus, & ad triginta libras
3 erga partem. †quod eſt verum, quando illæ literæ ſunt directæ Senatui: ſecus ſi aliis iudicibus. nam tunc non erit tam acerba mulcta, ſed erit arbitraria.

Conceſſæ dilationes pro nõ datis habeantur.

4 Et quamuis hic paulò acriùs procedat text. & inhibeat: ego tamen vidi ex cauſa & gratia dilationem tertiam indultam à Senatu ſine literis Regiis anno 1543. die 21. Ianuarij. Sed hoc prohibet ad deterrendum, ne ſit frequens hæc literarum impetratio.

Senatus ex cauſa dat tertiã dilationem ad probandũ.
Areſtum.

5 Etiam hæc literarum impetratio in magna Cancellaria valeret, quia licèt prohibeatur aliis Cancellariis, non tamen ligat ſe Rex, quin poſsit concedere. Et quod à magna Cancellaria procedit, hoc à Rege immediatè procedere dicitur, ideò valeret ſi in literis diceretur, non obſtante hoc articulo, l. fina. C. ſi contra ius.

Cancellaria magna indulget dilationem.

6 Item quia hic text. loquitur tantùm in dilatione ad probandum per teſtes, ergo non habet locum in probatione per inſtrumenta faciẽda, quam vſque ad concluſionem in cauſa facere pars poterit, dum ex hoc ius aduerſarij. non fiat deterius, per text. in cap. cùm dilectus. de fide inſtrumen. gloſſ. in clement. ſæpè. in verb. non obſtante. de verb. ſignificat. Felyn. plenè in cap. licèt. col. ix. de probat.

Inſtrumenta produci poſſunt vſque ad concluſionem in cauſa.

7 Vltimò ſciendũ eſt, quòd omnes dilationes ſunt arbitrariæ, l. ſiue pars. C. de dilat. & l. nonnunquam. ff. de iud. cap. induciæ. §. à iudice. iij. quæſt. iij. & ideò iudex poterit abbreuiare, vel prorogare tempus à lege præſtitutum, & hoc cum cauſæ cognitione, niſi in aliquibus caſibus, vt in l. ij. ff. de re iud. cap. prætereà. de dilat. Bald. in ſua pract. titu. de citat. poſt quæſtionem xiij. verſicu. & quia.

Dilationes ſunt arbitrariæ quãdo à lege.

Secus quando ab ordinatione. Intellige hoc verum in tempore à lege præſtituto, ſecus ſi ab ordinatio- 8
ne Regia, vel à ſtylo approbato, tunc iudex non poſſet nec prorogare, nec abbreuiare, quia inferior non poteſt derogare legi ſuperioris. clement. ne Romani. de elect. nec poteſt inferior leges ſuperioris tranſgredi. capitu. primo. vbi Docto. de conſtitu. capitul. vltimo. illo titu. in.

Et ſic debent iudices Regni Franciæ ſequi leges Regias, & ſtylos curiarum ſuarum. minimè enim mutanda ſunt, quæ ſemper 9
certam interpretationem habuerunt. l. minimè. ff. de legib. De dilationibus hactenus. Multa his addere poſſem, ſed quia doctis ſcribo pragmaticis, qui paucis minimiſque libris per legendis, non ſic pecuniis accipiendis, contenti ſunt, iis relinquam cætera. Laus Deo, de præmiſsis.

TRACTATVS DE
RESPONSIONIBVS PER CREDIT, VEL NON.

Des reſponces par credit, vel non.

LOYS XII. *Article XVI. des publiées M. CCCCXCIX.*

ITEM, *nous ordonnons qu'apres que le demandeur aura poſé, & affermé par ſerment aux ſaincts Euangiles de Dieu, qu'il croit le contenu en ſa demande, & eſcritures, eſtre veritable, tant en nos Cours de Parlemens, que par deuant tous autres iuges Royaux, le defendeur ſera tenu en ſa perſonne (s'il eſt au lieu, ou ſera demené le procés) reſpondre par credit, vel non credit pertinemment, par ſon ſerment aux Euangiles, à chacun article des eſcriptures du demandeur: & ou iceluy defendeur ſeroit abſent dudit lieu, & ſemblablement les demandeurs, ſeront tenus d'enuoyer l'affirmation & poſition de leurs faits, & la reſponce pertinente par eſcrit, ſignée de leur main (s'ils ſçauent eſcrire) ou ſinon, d'vn notaire Royal à leur requeſte, ſur vn chacun article d'icelle demande, & defenſes, à leurs procureurs auec procuration ſuffiſante, pour y reſpondre, & proceder par leſdits procureurs, ſelon le contenu deſdittes articles, ſignez comme dict eſt.* Articulus primus.

GLOSSA VNA.

1 NOTANDVM EST, Quod vſus iudiciorum antiquuus multa inuenit contra partes remedia, vt veritatem ab eis eliceret. Primò (inquam) inuenit, vt iurarent ſe nihil calumniæ cauſa facturas in cauſa, & ad hoc tendit totus titulus de iureiurando propter calumniam dando. C. & de iuramento calumniæ.in decretal. *Iuramentũ calumniæ & malitiæ an præſtetur.*

2 Verùm quia iſtud iramentum in initio litis prꝑſtabat, auth.principales.C.eo.aliquãdo partes in medio litis calũniabantur, & nõ erãt memores illius iuramenti, ob id ſtatu

ſtatutum fuit, vt etiam iurarent de malitia,quòd malitiæ cauſa nihil facient,
& hoc repetebatur.c.ij. in fi. de iura.calum. in vj. † & differentias inter iſta 3
iuramenta tradit Socin.in rub.de iura.cal.quæ duo iuramenta in his Curiis
Franciæ conſuetudinariis non præſtantur, ſed in Curiis eccleſiaſticis obſer
uatur iuris Pontificij diſpoſitio,& hæc iuramenta ſeruantur.

Item iuramentum hoc tendebat ad credulitatem,l.ij. §. quod obſeruari. 4
C.eodem. cap.literas.vbi Pan. & alij eodem. vbi differentias ſcribunt inter
hæc iuramenta veritatis & credulitatis. iurabat enim pars ſe credere bo-
nam habere cauſam.

Interrogatoriorũ varia pro tempore obſeruatio.

Præterea vſus ille iudiciorum inuenit,vt in præparatoriis interrogaren- 5
tur partes.l.j.ff.de interrog.acti.quæ lex cùm deſuetudine fuiſſet antiquata,
rurſus vſus iudiciorum hanc innouauit, vt partes leuarentur onere proba-
tionis,ſcilicèt vt ipſæ interrogarentur, & quòd tenerentur reſpondere, per
verbum credit, quia ſi verè neſciant,ſaltem interrogentur, an hoc credant:
& hæc praxis longo tempore obſeruata fuit, tam per interrogatoria, quàm
per poſitiones,vt per totum titul.de confeſſ.lib.vj.& ff.de interrog. action.
de qua reſponſione loquitur hic articul.

Reſpõſio per credit, vel non credit, quãdo fiat.

Ex hoc tex.colligitur, quòd poſtquàm petitor aſſeruerit iuramento ea, 6
quæ petit in ſuo libello,& articulis vera eſſe,tenebitur reus reſpondere per
credit, vel non: vt ſi dicatur, pono te eſſe hæredem, dicet, non credo, vel,
credo.gloſſ.plena in c.j.de confeſſ.in vj.

Quis reſpõdere debeat per credit, vel non.

Secundò,tenetur ipſa pars reſpondere,non aduocatus.ibi, *ſera tenu en ſa* 7
perſonne.gloſſ.in d.ca.j.& ideò infans,vel impubes, reſpondere non tenetur,
nec eius tutor de illius facto,nec curatores furioſorum,& aliorum, qui ope
iſtorum iuuantur, quia iſtæ perſonæ dementes veritatis iuramentum non
præſtant.c.paruuli.xxij.q.v.l.iij.ff.de teſti.

Adulti verò interrogari poterunt cum authoritate tutoris, l. clarum. C. 8
de author. præſtan. & debet eſſe tutor autor, vt reſpondeat, ſed non vt ſic
reſpondeat, ſcilicet negando, aut confitendo, quia iſtud non cadit in con-
ſcientiam tutoris,vel curatoris,nec quæritur de eius conſcientia,ſed mino-
ris, & de eius facto, ideò ipſe interrogari debet, l.videamus.ff. de in litem
iuran.Pan.in c.pen.col.iij.num.12.de iura.cal.& debet tutor dicere,ætatem
habet,de ſeipſo loquatur,vt eſt in Euange.& facit text.in l.ſi ſine.in fi. ff.de
interrogatoriis actionib.

Pertinẽtia reſpondere pars debet.

Tertiò, tenetur pertinenter reſpondere.ibi, *pertinemment*, quia omninò 9
reſpondiſſe non videtur,qui ad interrogatum non reſpondit, l. de ætate. §.
quod autem.ff.eodem. & nihil intereſt taceat quis, an obſcurè reſpondeat.
§.nihil. ibidem.

Reſpõdebatur ſub iuramento.

De forma iuramenti.

Quartò, per ſacramentum ſuper Euangeliis præſtitum. ibi, *aux ſainctz* 10
Euangiles.ergo tangere Euangelia debet.ca.vt circa.de elect. in vj. §.j. vt li-
tigantes iurent.colla.ix.in authen.licèt ſit de iure controuerſia, vt in cap. fi.
de iur.calum. † tamen laici tangunt ſcripturam, presbyteri manu admota 11
ad pectus iurant.l.pen. §. in omnibus. C. de reb. cred. non ſit tamen vis in
Curiis Franciæ,ſiue iuretur ſuper Euangeliis,ſiue ſuper imagine Crucifixi,
vel alias, prout ſolitum eſt.

Quintò

11 Quintò, non ſolùm reſpondebit vni, vel alteri articulo, ſed cuilibet, ibi, *à chacun article.* glo. in c. j. de conſe. nihil enim credimus actum eſſe, quando aliquid ſupereſt agendum, l. penult. C. de his quib. vt indig.

Articulo cuilibet reſpõdendum.

12 Sextò, ſi abſentes ſint à loco iudicij, tenebuntur mittere reſponſiones ſuper quolibet articulo, vel venire ad iudicium. ibi, *ou iceluy defendeur ſeroit abſent dudit lieu, & ſemblablement les demandeurs ſeront tenuz d'enuoyer l'affirmation & poſition de leurs faits, & la reſponce pertinente par eſcrit.* gloſ. & Doctor. in l. j. ff. de interroga. actio.

Abſentes mittunt reſponſiones.

13 Septimò reſponſiones iſtæ ſubſcriptæ eſſe debent manu illius, qui reſpondit, & hoc ipſe debet atteſtari, vel ſi neſciat ſcribere, debet id agere notarius, videlicèt vice illius ſubſcribendo. ibi, *ſignée de leurs mains, s'ils ſçauent eſcrire, ou ſi non, d'vn notaire Royal à leur requeſte,* l. ſubſignatum. vbi ſcripſi. ff. de verbor. ſignific.

Subſcriptæ reſponſiones eſſe debent.

14 Octauò, debet notarius atteſtari ſe ſignaſſe ad petitionem, & requiſitionem talis. ibi, *à leur requeſte.* nec poterit iudex deferre iuramentum parti, & eam interrogare, niſi parte hoc requirente. l. iij. ff. de iureiuran. ita iudicauit Senatus anno 1522. die xix. Nouembris, quia iudices in Francia ad partium vtilitatem ſolent eſſe elingues, ſine requiſitione illarum ſeruãtes l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infect.

Atteſtatio in reſpõſionibus fieri debet.

Areſtum.

15 Nonò, debet mittere procuratorium ad reſpondendum & aſſerendum ea, quæ dicta ſunt, & facta, & huiuſmodi ꝓcuratoriũ debet eſſe ſpeciale, nec ſufficeret generale, vt iudicauit Senat. ann. 1526. die v. Iunij contra do. Petrum *Laydet* Curiæ Conſiliarium, & probat Socy. conſ. lv. præſtantiſsime. in fin. volum. j. alios caſus requirentes ſpeciale mandatum congeſsi in tit. de elect. derogat. in fin. in Concord. Franc.

Procuratorium ſpeciale ad reſpõdendum.

Areſtum.

16 Nec alius pro alio reſpondere cogitur, l. ſi ſine. in fi. ff. e. Sed cum mandato reſpondere poterit, l. qui ſeruum. §. idem eſt. ff. eod. quem text. ſing. dicit Bal. in Marga. in verb. mandatum. in iiij. q. Sed hæc reſponſio per credit, eſt ſublata in Curiis Franciæ ſecularibus, ſed non in eccleſiaſticis, vt ſequitur.

Vnus pro alio reſpõdere non cogitur articulis.

FRANÇOYS *Article xxxvij. des publiées* M. D. XXXIX.

QV'IL *n'y aura plus reſponſes, par credit, ne contredits contre les dicts des teſmoings, & defendons aux Iuges de les receuoir, & aux parties de les bailler, ſur peine d'amende arbitraire.*

Articulus ſecũdus.

GLOSSA VNA.

1 HIC articulus prohibet, ne de cætero reſponſiones fiant per credit, nec ſcripturæ dentur contra dicta teſtium. de hoc ſcribam artic. vlti. inferiùs de reproba. teſtium.

Sublata reſpõſiones per credit vel non.

2 Sciendum eſt reſponſiones per credit, vel non, ob id, meo quidem iudicio, eſſe ſublatas, quia partes ſuper his frequenter peierabant, exiſtimantes falsò ſe non ligari, ſi iurarent per non credit, vel credit, licèt de iure tantum valeat confeſsio facta per verbum credit, ſicut facta de veritate, per gloſſ. fin. in ca. ex literis. de iureiur. ſecundum Peru. in ca. j. de iud. in vj.

Abrogationis ratio.

in vj.& in addi.ad Panor. in rubr.de proba. Dec.in ca.cùm venerabilis. de exceptio.ob id vt partes euitent hæc periuria tenentur de veritate iurare, vt in artic.ſequent.ſcribitur.

Iuramentũ tantùm de veritate locum habet.

Ad hæc partes addebant, nimis indignum eſſe & graue exigere proba- 3
tionem à reo,l.nimis graue.C.de teſti.l.fruſtrà. C.de probatio. ideò partes
iurare recuſabant,ſaltem rei: † ſed viſum eſt conditori, vt iurent partes de 4
veritate, & non per credulitatem, ne aliquo palliẽtur colore ad periurium, nec videatur reo abſurdum,ſi ipſe etiam reſpondeat actoris interrogationi, cùm actor ipſi reo reſpondere teneatur, & in iudiciis æqualitas ſeruari debet,nec licet actori quod non liceat reo, & econtrario per reg.iur. maximè circa probationes actor & reus ſunt pares, nec vni plus fauetur, quàm alteri.Bartol. in l.de die. ff. qui ſatiſd. cog. Deci.in l.fauorabiliores. de regu. iur. ff.ideò vt tam reus quàm actor reuelentur ab onere probandi ſtatuitur hic, vt vterque iurare teneatur de veritate, ſicut in criminalibus iuratur de veritate,& non de credulitate,l.repeti.ff.de quæſt.Bartol. in l.Marcellus.ff. rerum amota.

Interrogatoria cur inuenta.

Item propter hominum ad diſſentiendum & negandum facilitatem, l. 5
item ſi vnus.in fi.ff.de arb.& l.vnic.ff.de libert.vniuerſit. & l.j.§.fi.ff. de acqui.poſſeſ.eo.quòd ſimulatque actores petunt in iudicio,rei ſolent negare, vt qui Deũ præ oculis non habent,ſicut dicitur de iudice.l.quod ſi Epheſi. in fi.ff.de eo quod cer.loco.Ideò vſus iudiciorum antiquus inuenit, vt pars interrogetur cum iuramento ſuper petitis à parte,& interrogabitur pars an eſſet hæres vel alias,vt per totum titul.ff.de interrogatoriis actionibus. glo. in c.j.de confeſsis,in vj.

Poſitiones quomodò fiebant.

Veruntamen creſcente malitia hominum partes affirmatiuè conſcripſe- 6
runt,quæ interrogatiuè deſcribi ſolebant,vt pono talem hæredem eſſe,pono me mutuaſſe decem tali: & vocatæ fuerunt poſitiones, quibus tenebatur pars reſpondere, alias pro confeſſo habebatur poſt iudicis præceptum, c.ij.de confeſſ.in vj nec poterat iſte contumax appellare,vt docet Pan.in c. fi.col.iiij.num.18.de iur.calum.

Poſitionum aliæ ante litem conteſtatam, aliæ poſt.

Et harum poſitionum quædam fiebant ante litem conteſtatam, quæ ha- 7
buerunt originem à iure Digeſtorum. Aliæ verò quæ fiunt poſt litem conteſtatam de iure Codi.vt aſſerit Bartol.in l.Offidius.ff.de leg.iij. & in l.vbicunque,de interroga.actio.Bald.in c.ex parte.v.de reſcrip.col.ij. nec obſtat l.j. ff.de interro. acti. vbi text. dicit has interrogationes ante iudicium fieri non debere, ideò vſus forenſ.iudiciorum potius eas inuenit, quàm ius, &

Hodiernũ ius.

poſteà de iſto vſu facta multa iura fuerunt. † ſed hodie ventum eſt ad pri- 8
mum ius interrogationum,vt docet Georg.Nathan.in repet. clem.ſæpè. §. & quia col.j.de verb.ſigni. vt ſequitur in text. nam corrigens corrigitur, & ad priſtinam ſtatum ius reducitur.l.quoniam.& ibi Bal.C.de ſecun.nupt.

FRANCOYS *Article xxxvij. des publiées.* *M.D.* XXXIX.

Articulus tertius.

ET neantmoins permettons es parties ſe faire interroguer l'vne l'autre pendant le proces, & ſans retardation d'icelluy, par le iuge de la cauſe, ou autre plus prochain

ch ain des demontrances des parties, qui à ce ſera commis, ſur faicts & articles, pertinens, & concernans la cauſe, & matiere dont eſt queſtion entre elles.

GLOSSA VNA.

1 HODIE per iſtum articulum vetum eſt ad ius antiquum, quo iure interrogabantur partes, & hoc, ideò quòd in poſitionibus multæ erant difficultates, quæ hodie ſublatæ ſunt per iſtum text. & in deſuetudinem abierunt: vt in l. j. ff. de interrog. actio. voluit enim conditor adſtringere eum qui conuenitur ex ſua in iudicio reſponſione, vt vel confitendo, vel mentiendo ſeſe oneret, ſimul etiam portionis. pro qua quiſque hæres extiterit, ex interrogatione certioretur. l. voluit. ff. de interrog. actio. *Hodie fiunt interrogatoria.*

2 Et eſt differentia inter poſitiones, ſeu articulos, & interrogationes: quia illæ aſſertiuè conſcribuntur, hæ verò dubitatiuè, videlicet, interrogetur talis, & interrogatus non videtur contenta fateri: ſecus in edente poſitiones, & articulos, l. cùm precum. C. de libe. cau. Alex. conſil. clxxij. in cauſa. col. j. in vj. volu. † & tempus datum ad ponendum, non cenſetur datum ad articulos dandum: vt docet Bal. in l. generaliter. §. j. col. j. C. de reb. cred. & poſitio plures poteſt continere articulos. cap. præſentium. ibi *ſuper quolibet articulo, ſuper qualibet poſitione contento.* de teſtib. in vj. Soc. in cap. fraternitatis. col. ij. illo tit. *Differentia inter poſitiones & interrogationes.*

3 (†)

4 Vnde hæ interrogationes fiunt, vt pars releuetur ab onere probationis per confeſsionem aduerſarij, quæ probatio difficilis eſt. l. j. ij. & iij. ff. de interroga. actio. c. j. vbi glo. de confeſſ. in vj. & vt veritas ex ore litigantis eliciatur. cap. cæterùm. de iuramen. calum. & quia graue & oneroſum eſt per teſtes probare. l. is qui deſtinauit. ff. de rei vendica. & quando teſtes non habemus, vel reprobantur per aduerſarium, ideò ad confeſsiones veniendum eſt, vt inferiùs dicam artic. fin. ponendo vtilitates harum interrogationum. *Interrogationes cur fiant.*

5 Cùm iſtæ itaque interrogationes in locum probationum ſuccedant: vt docet Spec. in tit. de poſitio. in §. ſecundò videndum. ideò fieri debent poſt litem conteſtatam, & ſic pendente proceſſu, vt hic, *pendant le proces.* & ſic vſque ad concluſionem in cauſſa. nam intra illud tempus probatio fieri debet. c. cùm dilectus. de fide inſtru. Panor. in c. penult. col. v. nu. 20. de iuramen. calum. *Interrogationes fiunt poſt litem conteſtatã.*

6 Licèt de iure vbicunque iudicem mouerit æquitas, interrogatio fieri poſsit etiam poſt concluſionem, l. vbicunque. ff. de interrog. acti. vnde ann. 1539. & die 7. Auguſt. Senatus reiecit aliquem appellantem à ſua appellatione, & illum condemnauit ad mulctam, quam ad viginti libras moderauit, eò quòd appellauerat à Præpoſito Pariſ. qui pronuntiauerat ex officio poſt concluſionem in cauſa partem interrogandam: nam dicebat ex ſtylo Curiæ hoc non licere ſine partis requiſitione: quod eſt falſum, vt vides, quando fit ad iudicis inſtructionem, ſecus ſi ad partis vtilitatem ſimpliciter: vt dixi ſuprà artic. j. & vide areſtum anno 1532. die 19. Nouem- *Interrogatio poſt cõcluſionẽ in cauſa.* *Areſtum.*

Nouembris, in quo fuit annullata ſententia Præpoſi. Pariſ. eo quòd parte
non petente pars fuit interrogata.

Reſpõdens ſine interrogatione habetur pro interrogato.

Et ſi ſine interrogatione quis reſponderit, pro interrogato habetur, & 7
nocet ei ſua reſponſio.l.ſi ſine. ff.de interrogat. act. vbi dicit, Interrogatum
accipere debemus non ſolum à prætore, ſed etiam ab aduerſario, & ſic
etiam aduocato tenetur quis reſpondere, ſecundum glo.ibi, quæ in actu fo-
renſi reiicitur, quia pars non tenetur in hoc parti, vel aduocato illius partis
aduerſæ reſpondere, ſed iudici tantum interroganti, per iſtum tex. vel alteri
à iudice ſubſtituto.

Interrogationes ſunt cõmunicãda.

Areſtũ.

Cõmunicatio habetur loco deliberationis.

Et iſti articuli ſeu interrogationes debent communicari parti, antequàm 8
reſpondere teneatur, vt cogitet verè reſpondere, ne ſi perperàm reſponde-
rit, damno afficiatur, l.qui interrogatur.ff.eo. ſic cẽſuit Senatus anno 1529.
die xvj.Decemb.de Thou, & de Nulli, aduocatis poſtulantibus, per c. ij.de
confeſ.in vj.† & datur tempus ad deliberandum.l.qui interrogetur.ff.de in- 9
terrog.act.quia intereſt viuentium, ne præcipitentur, quandiu iuſtè delibe-
rant.l.& quia.ff.eo.quanuis Bar.in l.ij.§.quod obſeruari. C.de iureiur. pro-
pter calum. dand. diſtinguat inter factum alienum, & proprium de recenti,
quia in facto proprio non eſt tolerabilis error. l. ſi. ff. pro ſuo. & ideò tunc
non datur dilatio ad deliberandum.† ſed hæc communicatio habetur loco 10
deliberationis, ideò non datur à iudice alia dilatio: quia tex.dicit, ſine retar-
datione proceſſus: ſed hæc communicatio fit, adeò ꝙ pars parti dabit arti-
culos, ſuper quibus reſpondere tenetur poſteà intra duos dies, vel aliud tẽ-
pus, & iudex illum interrogabit: ſi verò pars non communicaſſet parti arti-
culos, ſeu interrogationes, & pars interroganda vellet habere modicum
temporis ad deliberandum, iudex ei non deberet denegare, ne anceps per-
iurium ſubire teneatur, & ſic conciliantur iura, & Doct.opiniones.

Iudex ipſe ſuper interrogatoriis interrogat, & nõ commiſſarius.

Areſtũ.

Super his verò interrogatoriis debet iudex partem interrogare, l. vbi- 11
cunque.ibi, *per iudicem*.ff.de interrog.actio.& cap.cùm Ioannes.in fin. de fi-
de inſtru.& non commiſſarij, vel notarij, quanuis commiſſarij teſtes audire
debeant ſuper atteſtationibus faciendis, non iudex, vt fuit in Senatu iudi-
catum inter iudices *de Loches*, & commiſſarium eiuſdem oppidi, ann. 1518.
in principio menſis Iunij.

Licèt quidam dicant in ſummariis has interrogationes non eſſe facien- 12
das: vt per Hippol.in l.de minore.§.j.ff.de q. tamen hodie in quibuſcunque
cauſis his vtimur interrogationibus in forenſi iudicio.

Committi quãdo poſſint interrogatoria.

Ad hæc iſtæ interrogationes fient per iudicem cauſæ.ibi, *par le Iuge de la* 13
cauſe: ſi tamen valetudinarius eſſet reus, vel actor, ſeu abſens, poterit iudex
cauſæ committere illi iudici, in cuius iuriſdictione degit actor, vel reus in-
terrogandus, ſicut in teſtibus audiendis, l.iudices.cum authen.ibi poſita. C.
de fide inſtru.ita loquitur hic arti.ibi, *par le Iuge de la cauſe, ou autre plus pro-*
chain des demourances des parties, qui à ce ſera commis.

Interrogatoria etiam contra ſtylũ ſunt reiiciẽda.

Inſuper debent interrogatoria eſſe pertinentia: nam captioſa ſunt reii- 14
cienda, & ad rem non facientia.glo.in c.j.de confeſ.in vj.

Et tenentur partes reſpondere his interrogatoriis, etiam ſi ſtylus Cu- 15
riæ habeat, quod interrogatoria locum non habeant: vt in ſupplicatio-
num

num camera Pariſi.hoc cenſuit Senatus anno 1532. die 10. Martij contra hæredes Do. de Brienne,& pro vidua prædicti quondam illius domini, vt ſequitur articul.ſequen.

Areſtum.

FRANÇOYS *Article XXXVIII. des publiées 1539.*

Et ſeront tenues les parties affermer par ſerment les faicts contenus en leurs eſcritures & additions,& par icelles, enſemble par les reſponces auſdits interrogatoires, cōfeſſer ceux,qui ſeront de leur ſcience & cognoiſſance, ſans les pouuoir denier,ou paſſer par non ſçauance.

Articul° quartus.

GLOSSA VNA.

1 SICVT dictum fuit arti.j.ſuprà eod.pars vtraque tenetur affirmare per ſacramentum facta poſita in articulis, & additionibus vera eſſe,& poſteà iurabunt partes ſuper illis articulis, & interrogatoriis.

Iuramentū ſuper articulis preſtādum.

2 Item pats quando reſpondet de veritate dicenda ſuper quolibet articulo,debet reſpondere quod ſcit,non autem per credo,vel non credo, ſicut olim:nec poteſt negare factum,vel dicere neſcio, ſed quia tacuit apud prætorem,in ea cauſa eſt, vt inſolidum conueniatur, quaſi negauerit ſe
3 hæredem eſſe.†nam qui omninò non reſpondit, contumax eſt: contumacia autem pœnam hanc ferre debet, vt inſolidum conueniatur, quemadmodum ſi negaſſet: quia prætorem contemnere videtur,l.de ætate. §. qui tacuit. ff. de interroga. actionib, & probat iſte articu. ibi, *qui ſeront de leur ſcience & cognoiſſance.*

Interrogatus quomodo debeat reſpondere cuilibet articulo.

Contumax eſt, qui non reſpondit.

4 Item vtraque pars interrogari debet, adeò quod vxor etiam partis poteſt interrogari in bonis communibus, quia pars cenſetur, quamuis non proſequatur proceſſum,ſed illius maritus.l.maritus.C.de procur. & ita iudicauit Senatus die vij.Ianuarij, anno 1550. quia poterit citiùs veritatem dicere, quàm eius maritus, qui fortè eſt procurator, vel aduocatus antiquus,qui non ſolent laqueis capi,ſicut nec annoſa vulpes.

Vxor in cauſa mariti interrogatur.

Areſtum.

5 Adde quòd hæc interrogatio expenſ. fiet eius partis, qui illam proſequitur interrogationem fieri, ſalua repetitione, ſi obtinuerit:vt concluſit Senatus inter Nicolaum de Pars actorem, & Ioannem le Vergeur, & in
6 mente Curiæ retentum, †licèt de iure hoc fieri deberet communibus expenſis, vt tradit text. & ibi Doct. in l.penult. §. his de præſentibus. C. de reb.credit.c. ſtatutum.§.inſuper. de reſcrip. in vj. & Aufre. deciſi. cclxxiij. tenendum eſt tamen quod expenſis requirentis, vt dixi in trac. de citatio. ſuperiùs.

Expēſis cuius fiat interrogatio.

Areſtum.

4 idem seruatur in interrogatorijs. ut inquit Grego. in l. 22. tit. 5. p. 3. v° ubi fuere p. 3. [illegible] 37.

7 Poſtremò iſte textus ſtatuit, quod pars non debet denegare articulum, quem ſcit,& dicere ſe neſcire:vt probatur in cap. cùm contingat.de reſcri. ſed poteſt dicere non eſſe verum,quod ponitur, vel id, ſuper quo interrogatur. nam vera confiteri debet vera eſſe, non vera dicet non eſſe: & ita
8 puto intelligendum iſtum text. † & ſi non eſſet memor, poterit ſe referre

Categorici debet reſpōdere interrogatus.

ferre ad inſtrumentum, verum eſt, prout in tali inſtrumento habetur. authentic. ſi quis in aliquo. C. de edendo. & tunc deferendum eſſet eidem inſtrumentum, & ipſe denuò eſſet interrogandus, ſi ſua eſſet neceſſaria interrogatio, vt Doctores concludunt in dicta authentic. ſi quis in aliquo.

Iudex non poteſt partē cogere, vt in ſua domo remaneat pro interrogatione. Areſtum.

Non poterit tamen iudex ſtatuere. quòd pars remanebit in ſua domo, 9
donec fuerit audita, quia hoc eſſet ſpecies incarcerationis, ſeu relegationis: vt probat l.j.§.hi quibus. ff. de legat. ij. & ita iudicauit Senatus anno 1535.die 10.Maij poſtulante do.Brulat,tunc aduocato,nunc autem procuratore Regio egregio.

IDEM *Article XXXIX. Ibidem.*

Articu l° quintus.

ET *ce ſur peine de dix liures Pariſis d'amende pour chaſcun faict denié calumnieuſement en nos Cours ſouueraines, & cent ſols Pariſis es iuriſdictions inferieures, eſquelles amendes ſeront leſdittes parties condamnées enuers nous, & en la moytié moins enuers les parties, pour leurs intereſts.*

GLOSSA VNA.

Pœna calūniosè denegantis.

HIC pœna ſtatuitur aduerſus partem, quæ denegauit factum 1
calumnioſè.nam ſi pars fuit interrogata, an habeat tale inſtrumentum, & reſponderit ſe non habere, punietur ad decem libras Pariſ.in Curiis ſupremis, in inferioribus autem ad quinque pro quolibet facto.

Hæc emenda fiſco adiudicatur, ſed condemnatur adhuc pars ad dimi- 2
diam emendam ſuprà expreſſam,quæ applicatur parti pro ſuo intereſſe: vt docet iſte textus.vide ſuprà in titulo, de recuſatio. articul. vij. vbi pleniùs ſcripſi.quare maiorem mulctam habeat fiſcus,quàm pars.

Cōfeſſus an releuetur.

Quæro an poſſit confeſſus per literas Regias releuari à confeſſione? 3
Reſpon.ſi iuſto errore deceptus fuerit, poterit, vel culpa,non tamen dolo proxima.textus in l.de ætate.§.qui iuſto.ff. de interrog. actio. ſi tamen ſine dolo malo reſponderit,alioqui non.vnde Celſus ſcribit,licitum eſſe reſpōſi pœnitere, dum nulla captio ex eius pœnitentia ſi actoris. Quod veriſſimum mihi videtur, maximè ſi quis poſteà pleniùs inſtructus quid faciat, inſtrumentis vel epiſtolis amicorum iuris ſui edoctus.§.ſi.l.de ætate. ibidē. vide Cæpolam in cautel.lxix.confeſſio.

Nō comparens pro cōfeſſo habitus. Areſtum.

Item anno 1519.die 20. Decembris cùm quidam fuiſſet citatus ad reſpondendum articulis, qui non comparuit, pro confeſſis habiti ſunt, per capitulo ij. de confeſſis in ſexto. is tamen poſteà oſtendit ſe pro negotiis Regiis impeditum,ideò literis releuatus eſt, & permiſſum reſpondere. & inquiſitiones facere, dummodò pars altera ſuis impenſis faciat, & reſpondeat.

Et de

5 Et de hoc errore multa tractat Vital.Gamba.in tractatu clauſul.in clauſul.non errore ductus. vbi videbis quando error committitur in contractibus,vel in iudiciis,arbitriis,matrimoniis,à procuratore, aduocato, vel à parte,ſeu à iudice,quomodò ſuccurratur,& in vltimis voluntatibus. *De errore facti.*

IDEM *Article XI. ibidem.*

ET *ſemblable peine voulons encourir ceux, qui auront poſé, & articulé calumnieuſement aucuns faux faits ſoit en plaidant, ou par leur eſcriture, ou autres pieces de procès.* Articulus ſextus.

GLOSSA VNA.

1 EADEM pœna puniri debet pars quæ factum calumnioſè falſum ſcripſerit.quod putarem verum, ſi ſuper eodem articulo partem aduerſam cogeret ad reſpondendum: *Calumnioſè factum ſcribens punitur.*
2 †ſecus ſi ſimpliciter conſcripſerit: quia verba debent intelligi cum effectu. l. j. ff. quod quiſque iuris. habere enim cum effectu,ſicut peruenire accipiendum eſt,l. nomen filiarum. in fi. ff. de verb.ſignifica.vbi.ſcripſi.

3 Notandum eſt tamen, quòd in quibus caſibus quis de iure non tenetur reſpondere poſitionibus, in illis caſibus nec tenebitur reſpondere hodie his interrogatoriis. *Caſus in quibus nõ tenetur pars interrogatoriis reſpondere.*

4 Ideò interrogationi continenti turpitudinem reſpondere quis non tenetur,l.qui iuraſſe.§.ſi pater.ff.de iureiuran.Bart.in l.Marcellus.§.primo.ff. rerum amotar.Aufre.deciſi.Tholoſ.de quæſt.ccclxxj.

5 Vnde falſæ confeſsiones naturalibus conuenire debent, alioqui non obligant,l.confeſsionibus.ff.de interrog. actio. & vt breui perſtringam, in totum confeſsiones ita ratæ ſunt,ſi id quod in confeſsionem veniet, ius & natura recipere poteſt,l.ſi is cuius.in fi.ff.eodem.facit l.ſi filius.ibidem.

6 Item reſponſiones iſtæ factæ in cauſa inter Titium & Caium non proderunt quoad alium,cuius facto non fuit interrogatus,l.final.ff.de interroga.actionib. *Reſponſiones vnius aliis non præiudicant.*

7 Vtilitas ex his interrogationibus prouenit magna:prima, quia releuat ab onere probandi:vt ſuperiùs dictum fuit. *Vtilitates interragationum.*

8 Item à laboribus & expenſis,quæ fierent in teſtibus audiendis:vt dicetur inferiùs in tracta.de inquiſito.tit.ſeq.

9 Et quia fides habetur ei,qui contra ſe dicit, l. de ætate.§.primo. ff. eod. nullæ enim ſunt partes iudicis in confitentes,l.proinde. ij. in fin.ff. ad leg. Aquiliam.ac fortior eſt hæc probatio per confeſsionem:vt docet Lanfrãc. in verb.confeſsiones.c.quoniam.de proba.

10 Proceſſus breuior redditur,& finis citiùs litibus imponitur, quod maximè intereſt.l.properandum.C.de iudic.cap.finem.de dolo. *Abbreuiãtur proceſſus per interrogatoria.*

11 Confeſsio tamẽ vnius non liberat aliũ,nec nocet alteri. l. ſi ſeruus. ij.ff. de interrog.actio.imò ſi ſententia fuerit lata contra vnum, qui dicit ſe hæ-

redem,vel debere centum, ſi ſoluendo non ſit, reſciſſo ſuperiore iudicio in eum,qui re vera hæres eſt,actio dari debet. l. qui ex parte.ff.eo. † Et ſic 12 is qui reſpondit ſe hæredem eſſe,non liberat verum hæredem, nec is qui confeſſus ſit ſe Titium occidiſſe, quem alius occidit, l. qui ſeruum. ff. de interrogatoriis actionibus.

Interrogatoriæ ſupplēt vicem probationū.

Etiam vtile eſt ſic partem interrogari, quia deficientibus probationi- 13 bus, ſi pars interrogata confiteatur, vincet altera pars, & obtinebit quod potebat, l. j. & per totum. ff. de confeſsis. vbi alia huic materiæ confinia videri poſſunt. De his gratias Deo optimo Maximo agens immenſas,finem faciam.Amen.

TRACTATVS DE INQVISITORIBVS SEV COMMISSARIIS AD FACIENDVM teſtificationes datis.

Des Commiſſaires à faire enqueſtes.

CHARLES *VII. Article XX. touchant le ſtyle.*

ITEM, *à fin que les commiſsions d'enqueſtes de noſtredite Cour, ſoyent diſtribuées entre les Preſidens & Conſeilliers d'icelle eu regard à la grandeur, & qualité des cauſes, & aux merites desdits Conſeilliers : ordonnons que doreſnauant les Preſidens, tant de la grand Chambre que des Enqueſtes, appellez auec eux deux Conſeilliers, l'vn clerc, & l'autre lay, des plus anciens de chaſcun deſdites chambres, diſtribueront leſdites commiſsions d'icelles noſtre Cour, en la fin de chaſcun Bailliage, Preuoſté & Seneſchauſſée, auſdits Preſidens & Conſeilliers, en accoupplant & accompaignant vn des ieunes, auec vn des anciens, en gardant equalité le plus que faire ſe pourra : & promettront leſdits diſtribuans, faire icelles diſtributions, le plus loyaument & iuſtement qu'ils pourront en leur conſcience. Et s'aucun deſdits Preſidens ou Conſeilliers, ne vouloit, ou pouuoit bonnement, pour aucune cauſe raiſonnable, aller en la commiſsion, qui luy ſeroit ainſi diſtribuée, il pourra ſubroguer en lieu de luy, lequel des Preſidens ou Conſeilliers de noſtredite Cour, que bon luy ſemblera, pourueu qu'il iure en preſence deſdits Preſidens, qu'entre luy & celuy qu'il voudra ſubroguer en ladite commiſsion, n'a marché fait, ou conuention aucune de pris, ne de ſomme appreciée, à cauſe de ladite ſubrogation : & ordonnons que doreſnauant aucunes commiſsions de faire enqueſtes, ne ſeront baillées, ne diſtribuées à aucuns des greffiers, notaires ou huiſſiers de noſtredite Cour.* Articulus primus.

GLOSSA VNA.

Cõmiſſio eſt ſtrictè interpretanda.

SVPERIVS in tractat. de ſequeſt. in princ. dixi mul- 1
tiplices eſſe ſequeſtros,ſeu curatores,& (vt vulgò dicam) commiſſarios. Hic tantùm tractabimus de inquiſitore dato,ſeu commiſſario ad audiendum teſtes.

Notandum eſt, quòd mandatum ſeu commiſsio eſt 2
ſtrictè interpretanda : vnde ſi committatur alicui , vt poſſit teſtes recipere , non poterit recipere inſtrumenta , aut confeſsiones, cap. prudentiam. de officio dele. Barb. conſilio ſeptimo viſis dubiis. in v. dubio.iij.volu.

Examinare valẽs nõ poteſt demõſtrationem facere.
Areſtum.

Animaduertat ergo commiſſarius,vt ſuum ſequatur mandatum, & ver- 3
ba mandati,nec ab eis deflectat : quia fines mandati diligenter ſunt obſeruandi,& qui exceſsit,aliud videtur facere , l. diligenter. ff. mandati. Et qui qui poteſt examinare teſtes non poteſt demoſtrationem , quam veütam dicimus,facere:vt cenſuit Senatus anno 1527.die viij.Iulij , poſtulantibus do.Poyeto & Charmolue aduocatis.

Item ſi cõmittatur alicui,vt teſtes poſsit recipere,eos examinare nõ po- 4
terit,quia iſta ſunt diuerſa.cap.ij.§.ſi verò.de teſtib.in vj.Aret.& Dec. in c. licet.per illum text.in vij.notab.de probat.ſed ſi ſit data poteſtas alicui examinandi teſtes,recipere eos poterit,quia eſt neceſſarium antecedens , nec eos poſſet examinare,niſi antè eos reciperet. cap.prætereà.de officio deleg. l.ad legatum.& l.ad rem mobilem. ff. de procuratoribus. Receptio ad iuramentum refertur,dum teſtis iurat veritatem dicere in iudicio , examinatio extra iudicium,vt docet Peru.in c.præſentium.

Diſtributio cõmiſſionum.

Iſte articulus tria ſtatuit , Primò , vt iuſta & æqua fiat mandatorum & 5
commiſsionum per Præſides diſtributio.

Subdelegatum mandatum.

Secundò , quòd is cui datum eſt mandatum audiendi teſtes , ſi hoc ex- 6
plere non poſsit,alteri demãdare eius curam poterit, & ſubrogare alterum ſubdiſceptatorem,dummodò iuret coram Præſidibus, quòd nullum recepit ex eo pretium, & nihil ſuper hoc recipiet , nec aliqua conuentio inter eos eſt de pretio recipiendo habita : vide inferiùs articul. xj. qui per iſtum erit expeditus,

Scriba ne cõmittatur ad teſtes audiendos.

Tertiò , quòd mandata & commiſsiones non debent concedi graphe- 7
rio ſeu ſcribæ,notario,ſeu apparitori curiæ Parlamenti : quia induſtria magna requiritur in audiendo teſtes , & peritia , quam hoc genus hominum non habet regulariter.

Æqualitas Lycurgi.

Imprimis igitur vult text.æqualitatem in diſtribuendis proceſsibus ſer- 8
uari,quæ maximè in iudiciis eſt habenda,cap.nouit.de iudi. vnde optimus legumlator Lycurgus ab æquitate æqualitatem omniũ ciuiũ introduxit,vt nullus ciuis nec ſuppellectili,nec fundo,altero ditior foret. diuiſit enim ſolum æqua portione , & ſorte. Et cùm ſemel per agrum æſtate poſt meſſes tranſiens poſitos aceruos ſimiles & æquales vidiſſet , magna lætitia fertur dixiſſe:Ecce omnis terra Laconica videtur multorum fratrum eſſe.Cicero.

Item

9 Item æqualitas inter virum & vxorem ſeruari debet quo ad dotem, & propter nuptias donationem,authen.æqualitas. C. de pactis conuen. & in authen.de æqua.dot. colla.vij.

Aequalitas inter virũ & vxorem.

10 Aequalitas etiam in vltimis voluntatibus ſpectatur, l. iam hoc iure. ff. de vulga.& pupilla.ſubſtit. l. in teſtamento. C. de militari teſtamento. vnde ſi probatum fuerit duos fuiſſe inſtitutos, ſed non in quibus portionibus,tunc iudicandum eſt eos eſſe ex æquo hæredes.per tex.in l. ſi quis ita. ij.ff.de hæredib.inſti.vbi Bald.& Imol.& ſequitur Iaſ.in l. admonendi. col. vij.num.41.in lectur.ff.de iureiuran.& in l.fructus.num.7.ſolu.matri.æqualitas itaque in hæredibus ſeruari debet,l.cùm pater.§.pater pluribus. ff. de legat. ſecundo.

Æqualitas in teſtamentis.

11 In collationibus etiam ſeruatur æqualitas,l.ſi emancipati. l. vt liberis. & l.illud.C.de colla.vnde filius in poteſtate tenetur conferre emancipato, & emancipatus filio in poteſtate,tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, authen.ex teſtamento.C.de colla.Socy.conſi.iiij. viſis actis.in primo volumi. Docto.in d.l.ſi emancipati.C.de collationib.

Conferendi æqualitas.

12 In contractibus ſeruatur,quia vltro citróque oritur obligatio, l.Labeo. ij.§.contractum.ff.de verb.ſigni.& actio directa & contraria oritur in multis contractibus: vt commodati vel contrà, depoſiti vel contrà, mandati vel contrà.

13 In quaſi contractu etiam æqualitas ſeruatur, quod probatur in actione negotiorum geſtorum.in §.j.de obligat.quæ ex quaſi contract.in Inſtitu.

14 Aequalitas etiam in tributorum ſolutione, & in muneribus ſubeundis ſeruanda eſt,l.in fraudem.C.de anno.& tribu.lib.x.

Munerum ſubeundorũ æqualitas.

15 Idem ergo dicemus in mandatis & commiſsionibus, vt æqua fieri diſtributio debeat inter Conſiliarios,vt hic facit, l.in ſacris. iij. vbi Lucas de Penna.in fin.C.de proxim.ſacror.ſcrinior.lib.xij.

Diſtributio inter Conſiliarios æqualis ſit.

16 Præterea commiſſarius datus ad teſtes examinandos, non poterit teſtes ſuper reprobationibus examinare,niſi expreſsè hoc dictum fuerit in commiſsione.cap.præſentium.§.teſtes.de teſti.in vj.Iaſ.& Purpurat. in l. ij. col. viij.ff.de iuridi.omn.iud.

Commiſſio examinationis an porrigatur ad reprobationes.

17 Ad hæc commiſſarius datus ad examinandos teſtes, non tenetur recipere grapherium ſeu ſcribam loci, ſed poteſt eligere vnum ſcribam quem velit,dummodò partibus non ſuſpectum,per c.quoniam contra. de proba. Bal.in l.repetit.C.de epiſc.& cleri.Fran.Marc.in deci.cxxxvj.in deciſi.Delphin.in prima parte.

Commiſſarius quem ſcribã habere debeat.

18 Inſuper debent Præſides maximè in his diſtributionibus conſiderare qualitatem cauſæ, ſi cauſa eſt ardua, difficilis, & dubia, tunc doctiſsimo eam committere debent. argument. l. ij. ibi, *pro cauſæ qualitate.* ff. de re iudicat.etiam vult vt perſonarum conditio inſpici debeat, ibi, *& aux merites deſdits Conſeillers.*ſubtilibus enim & doctis ſubtiles cauſæ, ſunt committendæ.Doctores per illum textum,in capitulo, ſtatutum. in princi. de reſcr. in ſexto.& fortè abundantiùs dicetur in tit.*de la Cour de Parlement:*alia poteris ſupplere ex titu.*de la diſtribution des procés,*infrà,qui per iſta erit elucidatus.

Qualitas cauſæ in diſtributionibus conſideranda.

LOYS

LOYS *XII. Article XXIIII. des premieres.*

Articu lus ſecũdus.

ITEM, *& à la fin du Parlement les diſtributions des commiſſions ſe feront en la maniere qui s'enſuyt, C'eſt aſçauoir les enqueſtes & examen en la maniere accouſtumée. Et au regard des executions d'arreſts, chaſcun des rapporteurs pourra choiſir vne commiſſion de ſon rapport, telle que bon luy ſemblera, & la reſte des commiſſions d'execution d'arreſt, qui chet en commiſſion, ſe diſtribuera ſelon l'ordre & antiquité & ès chambres ou ils auront eſté rapportez, par les Preſidens ou autrement, ainſi que leſdits Preſidens verront eſtre à faire pour le mieux,*

GLOSSA VNA.

Diſtributio quoad executionẽ areſti.

IN proximo §.dictum fuit de inquiſitoribus, ſeu commiſſariis 1
ad teſtimonia conficienda, ſeu inquiſita: nunc dicit de diſceptatoribus, ſeu commiſſariis ad executionem areſti: & ſtatuit quemlibet Conſiliarium eligere vnam poſſe commiſsionem ex proceſsibus per eum relatis,& per ſuam relationem iudicatis.

Alia verò mandata, & commiſsiones diſtribui debent pro antiquitate 2
Conſiliariorum, & per ordinem, vt illa claſsis & camera prius inſpiciatur, in qua proceſſus fuit iudicatus, & illi Conſiliarij aliis præferantur, tum quia laborarunt in iudicando illum proceſſum, tunc etiam quia faciliùs poterunt exequi,cùm ſint inſtructi,& alij non, vt in ſimili dicitur in l.nulli. C. de iudic.& in cap.j.de cauſa poſſeſsion.

Mãdatum quomodò ſubſcriptũ eſſe debet.

Item commiſſarius non debet audire teſtes, vel aliud agere ſpectans ad 3
ſuam commiſsionem, niſi habeat mandatum ſubſcriptum, & ſignatum, vt docet Maſue.in tit.de prob. verſ. item commiſſarij referendarij. † quod 4
non procedit,ſi ipſemet iudex audiret teſtes,tunc ipſe poterit exigere mandatum quando voluerit,vel niſi res ſit vilis, vel alias de conſenſu partium fieret,vt docet ibidem Maſuerius.

Cõmiſſiones verbales annullatæ. Areſtum.

Imò commiſsiones verbales, & ſine ſcriptis improbauit Senatus anno 5
1533.die 24.Martij,& areſtum factum per apparitorem habentem mandatum verbo iudicis,fuit dictum perperàm factum.

Scripturæ non clauſæ ad informandũ reiiciuntur. Areſtum.

Et ſcripturas non clauſas ad informandum reiicit Senatus, & informa- 6
tiones factas ex illis ſcriptis annullauit anno 1538.die 16. Decembris poſtulantibus aduocatis Alber.& Danechi.

CHARLES *VII, Article XCV.*

Articu lus tertius,

ITEM, *& pource que les commiſſaires eſtans enuoyez de noſtre Cour de Parlement pour faire les enqueſtes ſur les procez des parties, ou elles ont eſté appoinctées contraires, les parties ont eſté, & ſont ſouuentesfois greuées des grandes miſes, &*

deſpences

deſpences : Voulans obuier à icelles, auons ordonné, & ordonnons, que doreſnauant es cauſes traictées en noſtredite Cour moindres que de Baronnies, Chaſtellenies, ou autres plus grandes cauſes que la Cour verra eſtre de grand poids, Les enqueſtes ſoyent commiſes à bonnes perſonnes, ſaiges & loyaux, des pays dont les parties ſeront, leſquels par commiſſion de noſtre Cour, pourront proceder à faire les enqueſtes des parties, ſeant ou non ſeant le Parlement : mais ſi les parties requeroyent auoir commiſſaires de la Cour, ils les auront. Et au cas que l'vne des parties voudroit commiſſaires du pays, & l'autre du Parlement, nous voulons & ordonnons qu'es deſſuſdites moindres que de Baronnies, Chaſtellenies, ou autres plus grandes cauſes, la commiſſion s'adreſſe à vn des Conſeilliers de noſtredite Cour, tel que la Cour ordonnera, adioinct auec luy vn preud'homme au pays. Et ſi toutes les parties vouloyent auoir commiſſaires de noſtredite Cour, ils les auront. Et en outre ordonnons que les Preſidens & Conſeilliers de noſtredite Cour, qui deuront aller en commiſſion, puiſſent commencer à faire les enqueſtes des parties à eux commiſes, des la feſte de la my Aouſt, & continuer durant la vacation de Parlement iuſques à la ſainct Martin d'hyuer, pourueu qu'ils ſoyent retournez pour eſtre au commencement de noſtre Parlement enſuyuant, & y faire reſidence, ſinon qu'ils euſſent congé de noſtredite Cour de vaquer à faire & parfaire leſdites enqueſtes, outre le temps deſſuſdict.

GLOSSA VNA.

1 IN HOC text.ſtatuuntur ſequentia. Primò ad vitandum expenſas, vt ad audiendum teſtes negotium committatur alicui exiſtenti in loco, vbi teſtes audiri debent, & hoc probatur in l. iudices. cum authent. apud. C. de fide inſtrument. & inferiùs articul.xx.

Commiſſarij in proprio rei loco dandi.

2 Siue agatur de magna cauſa, ſiue de parua, niſi de Baroniis vel Caſtellaniis ageretur, aut de alia maxima cauſa arbitrio Curiæ, & quòd etiam in magna cauſa ſit cõmittendum in partibus, petentibus litigantibus cenſuit Curia ann. 1535. die iiij. Aug. in magna Camera me audiente, niſi quando agitur de Baroniis & aliis maioribus cauſiș: vt in iſto text. expreſſum eſt.

Arctum.

3 Limitatur quando partes vellent diſceptatorem, ſeu Curiæ commiſſarium habere, illis enim liceret: quia cùm hic de commodo illarum agatur, illi renuntiare poterunt. l. pe. C. de pact. c. ſi diligenti. de foro compet.

Conſenſu partiũ datus commiſſarius nõ inſpicitur qualis ſit.

4 Si verò alter litigantium velit Curiæ Conſiliarium habere, alter non, petenti de ſtylo dabitur Conſiliarius Curiæ in cõmiſſarium, & adiunctus

Adiunctus quãdo in loco rei accipi debeat.

ſume

ſumetur in loco, in quo audiuntur teſtes,& ſic vtrique parti conſulitur.

Culpa partis nō curātis teſtes præſentes examinari.

Secundo limitatur non procedere, quando ille qui petit teſtes examina- 5
ri extra locum iudicij, potuiſſet eos facere examinare, dum erant præſentes
in iudicio: tunc non debent extrà examinari, ſed imputet ſibi is, qui hoc
non petiit. ita not. Angel.& Iaco. per illum text. in l. de die. in fi. ff. qui ſatiſd.
cogan. Deci. Neapolit. cxxxvij. dictat. ſed ex bono & æquo adhuc commiſ-
ſio daretur, niſi conſtaret de partis malitia euidenti.

Iudex quādo per ſeipſum examinet teſtes.

Tertiò, non procedit, quando iudex haberet illos teſtes valde ſuſpectos, 6
præſertim quando cauſa eſt ardua: poteſt enim eo caſu iudex facere, vt te-
ſtes ad ſe ducantur, vt eos per ſeipſum examinet, vel ipſe ad locum acce-
dat: per ea quæ not. idem Iaco. in d. l. de die. referens Azo. idem tenere in
ſumma de teſtib. verſi. producendi. & Imol. in l. cùm initio. ff. quemadmo-
dum teſta. aperian. Pan. in c. cùm cauſam. circa fin. de teſti. & Iacob. in l. iij. §.
vlt. in fi. ff. eo. †vbi plus dicit iudicem non debere eſſe facilem ad commit- 7
tendum examinationem teſtium, quia tota vis cauſæ in probationibus con
ſiſtit, & quando committit, videat cui committat. iudices enim quandoque
iſta ſuis committunt conſanguineis, quibus non committerent negotia ſua
etiam vilia & minima.

Criminaliū ne fiat commiſſio.

Quartò, in criminalibus non habet locum hæc commiſsio, ſed tantùm 8
in ciuilibus, authen. apud. C. de fide inſtru. gloſſ. in c. teſtes. in verb. præſen-
tes. iij. q. ix. & in c. conſtitutus. de fideiuſſ.

Inſtrumētū originale an trāſcribēdū cōmutatur.

Quintò, ſi per inſtrumenta debeat fieri probatio, iudex coget illa inſtru- 9
menta ad ſe referri, nec committet ea tranſcribenda, niſi quando facilè non
poſſent deferri: vt notatur in c. cupientes. de electio. in vj. & in c. j. de appel-
lationib. ibidem. c. contingit. vbi Doct. de fide inſtrumento. Decius in c. j. in
fin. de appellat.

Cōmiſſarij Caſtelleti quādo atteſtationes cōficiant.

Item commiſſarij Caſtelleti atteſtationes conficiunt intra ciuitatem Pa- 10
riſ. nec non etiam extra vſque ad viginti leucas, ſi agatur de quadraginta li-
bris in reditibus conſtitutis, vel de decem libris in aliis redditibus fun-
diariis, & ſi pars non ſit pauper: alioqui committitur in partibus: vt iudica-
uit Senatus anno 1519. die xxvj. Ianua. & iterum die vj. vel vij. Februarij,
anno 1524. pro quodam ſcholaſtico habente beneficium Lugduni.

Areſtum.

Bonis necnō ſapiētibus cōmittēdū negotium.

Ex hoc textu colligitur, quibus committi poſsit audire teſtes? Reſpon. 11
hic textus, *à bonnes perſonnes* Dauid prætulit bonitatem ſcientiæ, dum dixit,
Bonitatem diſciplinam, & ſcientiam doce me domine. ſic & hic, & idem
ſcribitur inferiùs art. xx. neque enim facultates, neque dignitas eſt ita ſuffi-
ciens ad fidem, vt bona electio, & benigni mores. l. ſcire oportet. §. eos. ff. de
tutoribus & curatoribus datis ab his.

Debet etiam hic inquiſitor eſſe ſapiens. ibi, *ſages.* Sapiens enim non eſt 12
is, qui nocet. c. ſapiens. vj. q. j. nec fallere vult, nec falli poteſt. l. fin. C. de pon
dera. & auri illa. lib. x. & quia debet attendere circa teſtes, ideò ſapiens eſſe
debet, qui ex multis rerum argumentis fit, & cognoſcitur. §. quorum. in
procœ. Inſtitut.

Fidelis & ſufficiens debet eſſe cōmiſſarius.

Etiam fideli committi debet. ibi, *loyaux.* hæc fidelitas in eo conſiſtit, 13
quod ea quæ deponunt teſtes, commiſſarius verè conſcribat, ſeu con-
ſcribere

ſcribere faciat,& quòd nihil vltra addat, quod parti nocere poſsit, & breui vt omnia ex fide agat: quoniam omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, vt ait diuus Paul.& eſt tex.in c.fi.de præſcript.

14 Item ſufficiens eſſe debet.artic.xx. infrà.ibi, *par bons commiſſaires & ſuffiſans.* Sufficiens dicitur,quando ea explere poteſt, quæ officio commiſſo incumbunt.Pan.& Deci. in c.cùm in cunctis. de elect. ſcripſi quæ ſit ſcientia excellens,ſiue eminens,mediocris,& ſufficiens.in §.j.in gloſſ.eminentis. de nomina.reg.in Concord.

Pro loci proximitate ſunt eligendi cõmiſſarij.

15 Item ex illis locis eligendi ſunt commiſſarij, in quibus partes habitant. ibi, *des pays dont les parties ſeront.* Intellige quòd commiſſarij ſunt eligendi ex illo loco, quem partes incolunt, & in quo degunt, vt natiuitatis locus non ſpectetur. Nam quamuis partes ſint Aureliæ natæ, & agatur de domo ſita Tholoſæ,ratione illius domus partes cenſentur Tholoſanæ, ideò commiſſarius Tholoſæ eligi debet.l.iudices.C.de fid.inſtru.& c.licet de probat.

16 Prætereà iudices, quibus examinationes committuntur, tenentur iuris authoritate teſtes audire,ne illuſoria ſit commiſsio. argum.l.ſi prætor.ff. de iudic.ita docet Albert.in authen.apud.C.de fide inſtrumen.ſequitur. Iaco. in l.iij.in fi.ff. eod. multa. ſuper hoc ſcripſi in tract. de literis requiſito. in ij. Tomo.conſtitu.Regiar.

Priuatus an poſſit eſſe cõmiſſarius:

17 Requiritur etiam quòd is cui committitur, ſit magiſtratus, inquiſitor, aut iudex etiam Regius:quippe aduocato,vel alteri priuato,etiam in dignitate conſtituto, non ſolet committi de conſuetudine & ſtylo curiarũ Franciæ,& hoc quando inquiſitores, vel iudices Regij ad ſunt: alioqui aliis magiſtratibus committi poterit, vt in l.iudices. C. de fide inſtrum. Imber. in

12 Sextò, an affectionem vel commodum ad partes habeant, vel in re, de qua litigatur, vel ſi acceperint aliquid pro ferendo teſtimonio, quia tunc teſtimonium eorum non valeret. capitulo, licèt cauſam. de probationib. vnde dicit gloſſa, in capitulo final. ij. quæſtion. iiij. quòd teſtis debet interrogari, quòd nec amore, nec odio, nec proprio commodo teſtetur. capitulo, quoties. de teſtibus. ideò ſuper his interrogare debet diligenter Commiſſarius teſtes.

Septimò, interrogatur teſtis ſuper facto, ſuper quo producitur. no. in l. qui accuſare. C. de eden. & iurabunt teſtes veritatem pro vtraque parte dicere. c. non ſanè. xiiij. q. v. gl. in d. l. qui accuſare & c. fi. ij. q. iiij. 13

Octauò, de cauſa ſcientiæ, l. ſolam. C. de teſtibus, vt ſuperiùs dixi articulo xvij. 14

Nonò, dictare teſtium dicta ſolet, & ea in ſcripturam redigere, vt ſuperiùs dictum fuit articulo xvij. 15

Commiſſarius legit depoſitionẽ teſtibus, Decimò, depoſitionem factam legit, vel prælegere facit teſtibus, vt addant, ſi velint, & videant an ita ſcriptum ſit, ſicut depoſuerunt: vt in l. fideicommiſſa. §. j. vbi gloſſ. ff. de lega. iij. 16

Alia traduntur in ſtylo Parlamen. in prima parte titu. de Commiſſ. cum duobus ſequentib. maximè in titu. ſequitur aduiſamentum eorum &c. Hæc breui tracto prolixitatem vitans, & gratias Deo optimo maximo agens. 17

Amen.

TRACTATVS DE TESTIBVS, ET QVOT SVPER VNOQVOQVE FACTO examinari debeant.

* *
*

Des teſmoings, & combien ſur vn faict peuuent eſtre examinez.

LOYS *XII.* *Artic. XIII.* *de l'an 1499.*

ITEM, *que l'on ne pourra en quelque matiere que ce ſoit, ſur vn meſme faict contenu ès eſcriptures, & additiõs deſdites parties, produire, ne faire examiner que dix teſmoings pour le plus, & ne ſera comptée vne turbe, que pour vn teſmoing, es cas qu'on à accouſtumé examiner teſmoings en turbe, & les teſmoings, qui ſeront examinez outre ledit nombre de dix, ſerõt reiectez, & n'aura l'on regard à leurs dicts & depoſitions: & auec ce ſera le commiſſaire: qui aura examiné plus de dix teſmoings ſur vn meſme faict, mulcté à l'arbitrage du iuge, en l'auditoire duquel ſera rapportée ladite enqueſte: & ſi eſdites eſcriptures, & additions deſdites parties, y auoit articles faiſans mention d'vn meſme faict, nous ordonnons que les commiſſaires qui feront leſdites enqueſtes, accolleront les articles faiſans mention d'vn meſme faict.* Artic. vnicus.

GLOSSA PRIMA.

1 HVIC articulo conuenit art. xiiij. & xv. ſuprà tit. proxi. videlicèt, ne vltra decem teſtes ſuper vno facto audiantur, quæ deciſio elicitur fortè ex c. cùm olim. j. de priuil. ibi, presbytero Car. diximus in mandatis, vt ſuper amiſsione ac tenore priuilegiorum teſtes reciperet, quos duceret producendos, qui fideliter redegit in ſcriptis depoſitiones decem teſtium iuratorum, &c. *Teſtes nec plus decem recipiantur ſuper eodẽ facto ſtatutum eſt.*

2 Ratio eſt, vt vitetur effrænata teſtium multitudo, vt inferiùs dicam: & duo hic ſtatuit: vnum in ſenſu directo, videlicèt, vt vltra decem teſtes non audiantur ſuper vno facto: alterum in ſenſu contrario, vt decem teſtes audiri poſsint ſuper quolibet facto, quia hic numerus videtur omninò ſufficiens, vt dicam infrà in glo. v. & vt vitentur litis anfractus, & diſpendia, c. diſpendia. de reſcrip. in vj. *Ratio edicti ne vltra decem recipiantur teſtes.*

Item

Conſentiẽte etiam parte tollitur poteſtas recipiendi teſtes plus decem.

Item per hoc verbum non poterit, *ne pourra*, non erit liberum Commiſſario audire vltra decem teſtes, etiam ſi partes conſentiant, quia hoc verbum *ne pourra*, tollit poteſtatem tam partibus, quàm Inquiſitori. ibi, *produire ne examiner*. gl. in c. j. de regul. iuris in vi. Bar. in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & poſthu. cap. j. de cauſ. poſſeſ. ibi, nec nos contra partem inauditam aliquid poſſumus definire. & adeò hæc verba, *ne pourra*, reſiſtunt actui, vt contra factam ipſo iure nullum ſit. Bal. in l. de his. col. j. ff. de tranſact. Tiraquel. poſt tract. de legib. connubia in gl. ij. 3

Partes non poſſunt renũtiare verbis legis prohibitoriis.

Etiam quando verba ſunt prohibitoria, partes non poſſunt illis verbis renuntiare: vt docet gl. j. in fi. in l. j. C. ne fideiuſ. dotium dentur. quam probat Alex. in l. ſi conſtante. §. quoties. col. ij. ff. ſolu. mat. Bal. conſi. cclxxxviij. pone ſtatutum. & Doct. in l. paciſci. ff. de pact. † etiam cum iuramento non poſſent partes renuntiare: vt docet Iaſ. in procem. Inſtit. de acti. nu. 22. Barbat. conſi. xxxviij. præclarè. col. vlt. in ij. vol. 4 5

En quelque matiere que ce ſoit.

GLOSSA II.

Laicus iudex indiſtinctè prohibetur examinare plus decem.

SIVE agatur de re prophana, ſiue eccleſiaſtica, in quibus caſibus iudex Regius cognoſcit, ſiue petitorio coram iudice laico ſuper re prophana actum fuerit, ſiue poſſeſſorio: & hoc ſeruari dicit Berber. in viator. iuris, in pract. legum Regia. in verſi. productis igitur. & tam in Curiis ſupremis, quàm inferioribus, etiam coram iudicibus Baronum, vel aliorum dominorum hic tex. ſeruatur, cùm hic generaliter ſtatutum ſit, & verba generalia omnes comprehendunt. l. j. C. de ſacroſanct. eccle. l. à procuratore. C. manda. † In curiis tamen eccleſiaſticis hæc conſtitutio non ligat, vt ſcripſi in procemi. harum conſtit. in primo Tomo. etiam quia dictio, *quelque*, quæ idem ſignificat quod quælibet, æquipollet vniuerſali, capit. vt circa. de election. in vj. Alexand. conſi. cxv. in ij. volu. 1 2

In criminalibus interdum etiam vltra decem examinantur.

Areſtum.

In criminalibus tamen iudex ad inueniendam innocentiam rei ex officio poterit etiam vltra decem recipere, non verò ex parte accuſatoris, l. j. § ſi quis vltrò. ff. de quæſt. Hippol. conſi. xxxix. dominus. facit. l. fina. vbi Doct. ff. de feriis. etiam poſt repetitos teſtes, quod *recoller*, dicunt, poterit accuſatus producere alios teſtes eum alibi fuiſſe deponentes: vt iudicauit Senatus hoc anno 1551. die 24. Aprilis. licèt iſta repetitio, ſeu confrontatio æquipolleat publicationi teſtium, tamen per indirectum poſt publicationem probare quis poteſt. cap. ex tenore. & cap. fraternitatis. vbi Doctor. de teſtib. 3

Idem quando ego ſemel petiiſſem viginti ex centum mihi debitis, quæ obtinui, per. l. quidam. ff. ſi cer. pet. ideò ſi reſiduum petam, potero probare per alios teſtes, licèt vltra decẽ, ſi in prima petitione produxerim decem, & eſt bona cautela: vt dicit Matheſi. notab. cxvj. nota quòd ſi ex centum &c. 4

Tertius tamen de nouo veniens poterit alios teſtes producere, licèt principalis decem produxerit: vt docet Bartol. & Imol. in l. ſi proluſorio. §. primo. ff. de appellationib. & Doct. in capitul. cùm ſuper. de re iudic. 5

non po

non poterit tamen pro ſe hic tertius vltra decem producere, per iſtum
textum: & vide quæ ſcripſi in tractatu. De areſtis & opponentibus contra
ea.infrà.

SVR *vn meſme faict contenu ès eſcriptures,& additions
deſdites parties.*

GLOSSA III.

1 VNVM factum hic non tantùm vocamus factum principale,
ſed & vnum quodq; factum, quod probari debet, ad obtinen-
dum ſuper facto principali, vt pote mutuaui tibi centum au
reos, ecce factum principale: pono in articulo, quòd miſiſti ta-
lem nuntium ad rogandum me, vt ego illi mutuarẽ, ecce aliud factum.

Vnius facti appellatione quid veniat.

2 Item illi promiſi, quòd tibi ſoli pecuniam præſtarem, ecce aliud factum,
ad hæc quòd in domo Claudij mutuaui præſente Claudio, & ſic de aliis.
ſuper quolibet articulo, non potero audire vltra decem teſtes, & non di-
cit quòd decem teneatur quis audire, ſed ſufficit probatio duorum vel
3 trium, l.vbi.ff.de teſtibus.†Sed plures ideò producuntur, eò quòd vnus
vel alter poteſt reprobari, & poſteà imperfecta remaneret probatio, ob id
vſque ad decem produci, & audiri poterunt ſuper quolibet facto: vide quã
do dicatur vnum factum, in l.nunquam plura.ff.de priua.delict.& in l. vul-
gari.de furt.& in l.ſi familia.de iuriſd.omni.iudic.& in cap.fraternitatis. de
teſtib.clement.ij.illo tit.

Ratio cur producũtur plures teſtes.

Produire.

GLOSSA IIII.

1 PRODVCENDI ergo teſtes à parte ſunt, l. produci.cum
l.ſeq ff.de teſtib.alioqui ſi teſtes ſine productione, & citatione
ſe ingererent, eiſdem non crederetur, tãquam ſuſpectis.l. quæ
2 omnia.§.j.ff.de procur.Bar.in l.poſt legatum.§.his verò. ff. de
his quib.vt indig.†quia ſic voluntariè deponens præſumitur inimicus.cap.
cùm P.Manconella.vbi Panor.de accuſ.Hippo.in l.vnius.§.ſeruo. not. pri-
mo.dequæſt.ff.vbi idem dicit in eo, qui proſequitur homicidium, quando
ſua non intereſt, vt is videatur feciſſe illud, cùm ſe ingerat: & iudex dicitur
ſuſpectus, quando ingerit operam ſuam.gloſſ.in c.paſtoralis. in verbo, plu-
res.de reſcrip.

Citati debent eſſe teſtes, nõ verò ſpontaneè ſe ingerere.

Ne faire examiner que dix teſmoings pour le plus.

GLOSSA V.

1 DE iure Digeſtorum quot teſtes eſſent recipiendi, non erat
expreſsè ſtatutum, nec prohibitum, ſed ex æquo ac bono
iudices arbitrabantur, & eum ſolum numerum teſtium,
quem neceſſarium eſſe ſentiebant, patiebantur, ne ſcilicèt
effrænata poteſtate ad vexandos homines ſuperflua cater-
ua teſtium protraheretur.lege prima.in fi.ff.de teſtibus.

Indefinita licentia producendi teſtes cur redacta ad decem teſtes ſit.

2 †Sed conſtitutiones Principum ſtatuerunt teſtimonium duorum, vel
trium,

trium in vno caſu ſufficere. Quid eſt enim quod non abundè intra præfinitum numerum ſolers quæſitor inueniat? l. quoties. C. de naufrag. lib. xj. Maſuer. in tit. de teſtib. in §. item ad refrenandum. † & vt lites abbreuien- 3
tur, & vitetur confuſio, & multiplicatio ſcripturarum, & quare potius decem, quàm vndecim, vel alium numerum ſtatuit, quia hic numerus videtur ſufficiens, etiam quia ſic volo, ſic iubeo ſit pro ratione voluntas. §. furtiuæ. de vſucap. in Inſtit. & l. non omnium. ff. de legib.

Effrænata multitudo quæ dicatur.

De iure verò canonico effrænata tantùm teſtium multitudo reiiciebа- 4
tur, vt quæ numerum quadragenarium excedat. c. ſignificauerunt. & ſeq. de teſtib. de hac effrænata multitudine. loquitur Ludo. Roman. in repet. l. ſi verò. §. de viro. col. xlij. fallen. xlv. ff. ſoluto matr.

Decem tãtum teſtes examinandi ſuper quolibet articulo.

Hodie verò hac lege Regia decem tantùm teſtes in Curiis ſeculari- 5
bus ſuper vnoquoque facto recipiuntur, & examinantur, per capit. cùm olim. de priuileg. vnde ſi decem teſtes examinentur ſuper omnibus articulis, alij præter hos examinari non poterunt, ſi verò pars velit ſuper quolibet articulo factum continente, vt decem examinentur, ei liberum erit per hunc text.

Siue articuli ſint ſpeciales, ſiue generales, etiam tunc decem ſufficient: 6
vt cenſuit Senatus prout refert Ioan. Gallus in quæſt. per areſt. quæſt. clxiij. areſto xij. de primo impreſsis.

Areſtum.

Itaque partes ſuper vnoquoque articulo decem producere non impe- 7
dientur, & ſi non deponant ſuper illo articulo, ſuper quo producti ſunt, tamen poterunt ſuper alio deponere, & valebit teſtimonium illorum: & † ſi 8
fortè teſtes quidam ſuper vno articulo deponentes reprobati fuerint, alij aderunt, & coadiuuabunt depoſitionem aliorum. Ita habetur in ſtylo Parlamen. in tit. ſequitur aduiſamentum eorum, &c. §. item ſuper.

Fœminæ vltra decem repelluntur à teſtimonio.

Intellige ſiue examinentur viri, ſiue mulieres. nam cùm ipſæ (extra teſta- 9
mentum, & quoſdam alios caſus) teſtes eſſe poſsint, c. iij. de teſti. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſta. l. ex eo. ff. de teſti. ergo ſufficiet vt decem examinentur, tum ad vitandum effrænatum numerum, tum etiam quia hic numerus videtur ſufficiens, quòd denarius numerus ſit Deo ſacratus, cùm ſit perfectus, vt ſcripſi in §. j. in gloſ. decem. de mand. apoſtolicis. in Concor. Franciæ. † nec quidem vndecim producere poterit ſuper vno, licèt non 10
produxiſſet niſi duos, vel tres ſuper altero, ne fiat fraus legi, & vt effrænatus vitetur numerus, l. fraus. ff. de legib.

Et ne ſera comptée vne turbe, que pour vn teſmoing és cas, qu'on à accouſtumé examiner teſmoings en turbe.

GLOSSA VI.

Turba vnius tãtum vicem teſtis gerit.

TOLLIT dubium, ſi quis probet vnum articulum per tur- 1
bam decem teſtium, vel vltrà, an poſsit alios producere? & reſpondet turbam pro vnico teſte annumerandam, ſcilicet in caſibus in quibus teſtes in turba recipiuntur.

Et

2 Et Budæus hæc teſtimonia in turba emiſſa, confuſa vocat, quæ forſan propriè magis tumultuaria, quaſi in tumultu recepta dici poſſent. Turba autem eſt decem ad minus,l.prætor.ij.§.turbam.ff.vi bono.rapt. quamuis Decius in capitul.primo. de teſtibus.dicat minorem numerum ſufficere arbitrio iudicis.

Confuſa teſtimonia ſecũdũ Budæ. & magis tumultuaria dici poſſunt.

3 Quæro qui ſint caſus conſueti perturbam probari? Reſpond.conſuetudines,& vſus per turbam probari ſolent, & non per teſtes ſigillatim de ſtylo Franciæ, ac modus vtendi. Ioan.Fab. in l.ij. in verſic. circa quintum.C.quæ ſit long. conſuetud. & in §.fine ſcripto. de iure natur.in Inſtitut. & Boër.in §.ij. de conſuet.matr.in conſuet.Biturig.Maſuer. in titul.de probat.§.item conſuetudines. & in ſtylo Bituricen. vltra triginta
4 teſtes pro vna turba non ſolent adduci, †& probatio recipitur vſque ad tres turbas, & non ampliùs,vt eſt in tiiul.*des delaiz des productions des teſmoingns*.articul.iiij.in dicto ſtylo.

Qui actus perturbam probandi.

Probatio recipitur vſque ad tres turbas.

5 Idem in ſummariis & tunc non requiritur alia publicatio, vt docet Baldus in l. prolatam.C.de ſentent. & Lanfranc.in capitu.quoniam. in.verb. teſtium.columnn.ſecunda.de probat. & in probanda nobilitate quoad nominationes & beneficia,ſcripſi in §.cùm verò.de colla. in Concord.ſed ibi ſufficiunt quatuor teſtes.

6 Cœtus vel rixa duorum eſt.dict. l. prætor. §. turbam. collegium tres faciunt.l. Neratius. vbi ſcripſi.ff. de verb. ſignifica. c.j. de elect. vbi duo faciunt congregationem, & quinque coadunationem. Albe.in d.l.præ-
7 tor. †Decem oues, aut quinque porci faciunt gregem.l.vlt.ff.de abig.ſi tamen ſint mille,& vltrà non deſinit eſſe grex.l.grege.ff.de legat.j.& ij.

Cœtus, collegiũ, coadunatio, quid importent.

Et les teſmoings qui ſeront examinez outre ledit nombre de dix, ſeront reiectez.

GLOSSA VII.

1 SIVE ex officio recepti fuerint,ſiue ad partium petitionem: quia hic omnino prohibet in ciuilibus : alioqui ſemper iudex vltra numerum hìc taxatũ recipere poſſet, & ſic poſſet hanc legem eludere:quod neuiquam fieri debet, l. ſi prætor.ff.de iudic.quia numerus hic taxatus videtur ſufficiens,ideò non eſt per iudicem ampliandus, nec debet eſſe iuſtior lege, vt dicit Baldus in capitul. tranſlato.de conſtit.Hippolit.conſil.xxxix.

Iudex an poßit ex officio ampliare numerũ decẽ teſtiũ.

2 Vnde pars antequam producat teſtes, debet cum eis loqui an,& quid de illa re ſciant,& legere coram illis articulos, ſuper quibus ipſos producere velit,& poſteà ſcribere ſuper quo articulo deponere poterunt,& dare iudici paruam ſcripturam continentem,interrogetur talis teſtis ſuper j.ij.iiij.vj. xij. item talis ſuper iij.v. vij.viij.x. &c.vt ſcribit epiſcopus Vauren.in ſuo tractat. de ritu iudic.tit.qualiter actor probabit.& Paulus in l. ij.columnn.ij.C.de iureiurand. propter calum.dando.Spec.in tit.de aduocat.§.nunc tractemus.verſicul.facto autem. & in ſtylo Parlamenti. titul. penult.j.partis.§.item præcaueat.

Modus inſtruendi teſtes.

3 Et nota quòd licitum eſt inſtruere teſtes, vt aptè, & apertè deponant,

Inſtruere teſtes an ſit licitum.

dummodò non inducantur ad mentiendum, vel vt à veritate diſcedant: & licet talis teſtis diceret ſe inſtructum à parte,†non tamen eo ſolo re- 4
pelleretur tanquam ſubornatus, quia intelligitur de licita inſtructione. Bald.& Iaco.in l.vlti.in fi.ff.de fer.& Bal.in l.fi.C.ſi ex fal.inſtru.& in cap. licèt.col.vj.de proba.melius eſt tamen vt non dicat.

Precibus an liceat inducere teſtem.

Precibus etiam poteſt rogari teſtis,vt veritatem deponat, nec per hoc 5
dicitur ſe ingerere.Panormi.& Dec.in c.j.de teſtib.& in c. cùm in tua.de ſponſalibus.

Subornans teſtes punitur.

Non tamen licitum eſt teſtes ſubornare,& eos à veritate deuiare:alio- 6
qui eadem pœna punitur ſubornans,qua tenebatur is,qui falſum depoſuit.l.omnes.in princ.vbi gloſ.C.de hære.l.culpa.de malefi.Iaco.de Bello viſu in practi.rubr.de cauſis crimina.nu.45.quod facit ad ordina.regiam. infrà tit.*des faux tabellions, notaires, & teſmoings.*

Et n'aura l'on regard à leurs dicts & depoſitions.

GLOSSA VIII.

Reiiciuntur teſtes qui excedunt numerum decē teſtium.

ERGO qui ſupra numerum decem recipiuntur, omnino eiiciun- 1
tur,& pars poterit petere, vt reiiciantur, & ſi pars non peteret,tamen iudex non debet eorum teſtimonia legere,per iſtum text.nec quidem lecta teſtimonia huiuſmodi facerent indicium:†ideò nec ſolent le- 2
gi in Curiis Franciæ, quæ numerum decimum excedunt, & fruſtrà legerentur poſtquàm nihil proſunt.facit l.j.ff.de his quæ in teſtamen.delen.

Meliores teſtes producendi priori loco.

Imò etiam ſi meliùs probarent quàm primi, reiicientur: ideò pars cau- 3
ta eſſe debet, vt priori loco, meliores teſtes audiri curet,nempe primi teſtes imperfectè factum narrantes, & partium conuentionem, nihil probant,& tamen hi qui vltra numerum ſunt,repelluntur. gloſſ.in l.Lucius.ff. de his qui not.infa.facit text.in c.cùm clamor.de teſtib. Iaſ.in l. eleganter. ff.de condi.indeb.Alexa.conſi.xciiij.viſo proceſſu.in vj.volu.

Etiam ſi de nouo veniſſent ad notitiam producentis, quamuis aliæ ex- 4
ceptiones ſint recipiendæ, non tamen teſtes.c.paſtoralis.de excepti. quia imputet ſibi, qui tot teſtes audire fecit, nihil adrem facientes, per iſtum text. dicentem non habendam rationem ad eos, qui auditi fuerint extra numerum.

Etiam ſi viri ſancti eſſent, & integri ſtatus, quamuis alias multum iſtis 5
deferatur.c.niſi de præben.c.de præſump.

Supernumerarij teſtes nec vi literarum Regiarum reciperentur.

Nec quidem reciperentur per literas Regias, nec comprobandæ lite- 6
ræ eſſent ſi eſſent impetratæ contra hanc legem Regiam: alioqui quotidie ſic impetrarentur, & nulla lex Regia firma eſſet, contra l.leges.C.de legib. vide tamen Berber. in viator.iuris. in practi.leg.reg. verſi. ſextò examinatus ibi,aduerte.&c. †Si tamen vnus haberet priuilegium contra hanc 7
ordinationem, poterit aduerſarius ratione æqualitatis in iudicio ſeruandæ tot producere teſtes,quot alter habens priuilegium produxit. argu.ca. j.de iudic.in vi.& non debet licere actori,quod non licet reo,per regu. iuris.& ita cenſuit Senatus anno 1509.die 9.Decembris.

Ariſtum.

5 Imò etiam iſti, qui ſunt vltra numerum præſtitutum non iuuabunt in aliquo alios teſtes, qui de numero ſunt, ſi fortè reprobati, vel alias inhabiles fuerint, cùm hic text. dicat eorum dicta reiicienda, & eorum non habendam rationem: haberetur autem ratio ad eos, ſi iuuarent, vt eſt gloſſ. in cap. duobus. de reſcript. in vi. vbi quod non poteſt teſtibus probari, poteſt tamen illis iuuari: ſed non in hoc caſu, cùm hic ſit prohibitum, quamuis alias inhabiles iuuentur per habiles, l. ſi quis. §. cogentur. verſicu. ſed ſi omnes. ff. de eden. & numerus interdum ſuppleat, l. tertia. §. eiuſdem. in verb. numerus. ff. de teſtibus.

Et auec ce ſera le commiſſaire, qui aura examiné plus de dix teſmoins ſur vn meſme fait, mulcté à l'arbitrage du iuge, en l'auditoire duquel ſera raportée laditte enqueſte.

GLOSSA IX.

1 MVLCTARI ergo debet is, qui vltra decem teſtes recepit, quia fecit contra hanc legem Regiam hoc prohibentem, & omnis qui non fecerit legem Regis diligenter, iudicium erit de eo. i. Eſdræ. ca. vij. ſcripſi in tracta. nominatio. quæſtione decimanona. quomodo puniatur non obediens Regi.

Commiſſarius recipiēs teſtes ſupernumerarios punitur.

2 Et ſic vtile per inutile non vitiatur indiuiduis, quia numerus decem teſtium valebit, & teſtes vltra iſtum numerum inutiles erunt. gloſſ. in l pecuniæ. ff. de vſur. & Doctor. in l. certi. §. quoniam. ſi certum peta. & in regu. vtile. de regul. iur. in ſexto. Iacob. in l. iij. §. lege Iulia. columna ſecunda. ff. de teſtibus. Hippol. in l. final. numero 42. ff. de iur. omnium iudic. vbi multa adducit an ſententia lata per iudicem vltra iuriſdictionem ſuam ſit in totum nulla.

Teſtiū priorum depoſitio nō vitiatur ob ſupernumerarios

3 Poterit tamen cogi inquiſitor ad audiendum decem teſtes ſuper quolibet facto, alioqui pars appellare poterit à denegatione, cùm ſit grauata, eo quòd iſte text. hoc permittat. argu. l. Pomponius. §. ſi quis. ff. de procur. Specu. in titul. de teſte. §. reſtat. in fin.

Inquiſitor audiat decem teſtes ſuper quolibet articulo.

Et ſi eſdites eſcritures, & additions deſdittes parties, y auoit articles faiſans mention d'vn meſme fait, nous ordonnons que les Commiſſaires qui feront leſdittes enqueſtes accoleront les articles faiſans mention d'vn meſme fait.

GLOSSA X.

1 ET SIC per iſtum textum, ſi partes repetant vnum, & idem factum in pluribus articulis, ſuper quolibet articulo non audientur decem teſtes, ſed omnes iſti coniungentur, & ſuper his omnibus idem factum habentibus decem tantùm recipientur, & examinabuntur teſtes: quia hi plures loco vnius habentur, & idem factum eſt, nimirum ſuper quo non debent niſi decem teſtes recipi, ſed poſſunt cogi, vt deponant, vt per totum titu. de teſtib. cogend.

Factum vnum pluries repetitum non niſi vnius vicem tenet.

Iurās nō deponere pro alio cogitur.

Etiam ſi quis iuraſſet non deponere pro aliquo, poterit inuitus cogi, 2
non obſtante iuramento, quod eſt contra bonos mores. text. in l. ij. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cau. & in cap. peruenit. j. de teſtib. cogend. & Fely. in c. ſuper. col. xj. de reſcrip.

Minās teſtibus malā cauſam fouere præſumitur.

Notandum eſt, quòd ſi pars minetur teſtibus, ne deponant, malam præ 3
ſumitur habere cauſam, & eam perdere debet, quia ſubtrahit probationem. Angel. in l. ſatis apertè. C. de proba. Hippo. in rubr. de proba. fol. 24. col. ij. in vltima ſpecie probatio. vide tamen Fel. in capit. cùm venerabilis. col. v. nu. 21. de except.

Depoſitio perlegenda eſt teſtibus.

Aduertere debet Commiſſarius, vt depoſitionem completam legat te- 4
ſtibus, alióqui non valebit eorum depoſitio. gloſſ. in l. fideicommiſſa. in princ. ff. de lega. iij. Bal. in l. fi. C. plus va. quod agi. & hoc fit, vt per relationem dictum eorum compleatur, & error, ſi quis ſit remoueatur, & vt teſtis addat, ſi quicquam omiſerit, vt dictum fuit artic. vj. tit. proxi.

Locus examinandi teſtes qualis eſſe debeat.

Dicet quis, vbi nam ſit facienda teſtium examinatio? Reſpond. in loco 5
non ſuſpecto, ideóque non in domo producentis examinari debent, quia ab illa parte, in cuius vtilitatem examinantur, poſſent ſubornari in ſua domo, vel depoſitiones, & dicta poſſent clàm auſcultari, necnon ipſis teſtibus minari. Bal. in rub. de iudic. col. ij. in ij. lectura.

Dicit tamen Bart. poſſe examinari in quolibet loco honeſto, etiam in 6
eccleſia. in l. ij. C. de ſacroſanct. eccle. quod intelligerem, quando alius locus honeſtus, aut opportunus non inueniretur, alias ſecus. argu. cap. j. de fer. & l. fi. C. de illo titu. & cap. decet. de immun. eccleſ.

Feriatis diebus an liceat teſtes examinare.

Etiam quæro an examinatio poſſit fieri die feriata? Reſpond. ſic, ſed non receptio iuramēti. gl. ſingu. in cle. j. de officio deleg. quā ſingu. no. Lāfranc. in repeti. cap. quoniam. in verb. teſtium. colum. ij. de proba. hoc tamen non eſt ſecundum Lucam teſte Maſuer. in rubr. de teſti. §. item teſtes. ſed hoc ſolitum eſt fieri, nec quidem reprehendendum, cùm beati dicantur, qui faciunt iuſtitiam omni tempore. in Euangel.

Secretè debent examinari teſtes.

Adde quòd hæc examinatio ſecretè fieri debet, l. nullum. C. de teſti. vnde ſi iudex teſtem examinaret palàm, non valeret eius dictum. gloſſ. ſingu. in cap. quia propter. in verb. ſecretè. de elect. in vj. vel coram turba. Specu. in titu. de teſte. §. nunc tractandum. in princ. & verſicu. ſed pone. Guido Papæ in ſtatuto, ſi quis. in verb. teſtes. fol. 28. col. iiij. niſi in caſibus à iure permiſſis.

Extensè dicta cuiuſq; teſtis ſunt deſcribenda

Item extensè debet Commiſſarius deſcribere dictum teſtis, non verò per relationem ad alium, vt talis teſtis depoſuit ſicut primus, vel ſecundus. Bart. & alij in authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. Guido Papæ in ſtatuto, ſi quis, in verb. teſtes. tract. de reprob. teſtium. His nunc contentus, Deo gratias ago immenſas.

TRAC.

TRACTATVS DE REPROBATIONIBVS TESTIVM.

Des reproches des teſmoings, contredits, & ſaluations.

CHARLES VII. *Article XCIX.*

ITEM, *& ordonnons qu'apres l'enqueſte deſdittes parties receüe pour iurer, leſdittes parties ſeront tenues de bailler leurs reproches dedans huict iours apres laditte reception, s'aucune en veulent bailler, ſans eſperance d'auoir autre delay: ſinon que par noſtreditte Cour pour grande & euidente cauſe y fuſt autrement pourueu.* Articulus primus. & ſecundus.

IDEM, *Article XXXIIII. touchant le ſtyle.*

ITEM, *ordonnons que quand aucune enqueſte ſera receüe par noſtreditte Cour, les parties ſeront tenues de bailler lettres, & reproches dedans trois iours apres laditte reception faicte, s'aucunes en veulent bailler, ſans eſperance d'auoir autre delay: ſi non que par noſtredite Cour, par grande & meure deliberation, comme dit eſt, y ſoit autrement pourueu.*

GLOSSA VNA.

1 ISTAM materiam abundè tractaui in alio meo tract. de reprob. teſtium, & ſalua. ob id tantùm hic proſequar text. harum ordnationum, ne repetam ea, quæ fuſiùs ibidem ſcripſi. † Sed quis dicatur optimus teſtis interrogatus, *Optimus teſtis quis dicatur.*
2 Demoſthenes ſic ſcribit, Optimus teſtis eſt, qui beneficiis non fuerit obſtrictus, ſed abſque in alios beneuolentia coram iudicibus loquitur. Iuriſperiti autem dicunt optimum teſtem eum qui aliqua exceptione repelli non poteſt, & dicitur omni exceptione maior.gloſſ.in verb.maiores.in capit.j.de conſangui.gloſſ. in §.item verborum.in verb.idoneos.de inuti.ſtipu.in Inſtitu.

Prohibitorium eſt hoc edictum.

Sciendum eſt quòd regulariter omnes ad teſtimonium admittuntur, 3
niſi ſint à iure prohibiti,l.j.ff.de teſtib. Hoſti. in ſumma illius tit. in decre. vnde oportet, quòd repellantur à teſtimonio vel expreſsè, quando ſcilicet hoc à parte petitur, vt teſtimonio repellantur, & tunc dicuntur reprobari, ca.teſtimonium. ibi, meritò reprobatur de teſtib. præſentium.§. teſtes illo. tit.in vj.l. Lucius .ff.de his qui not.infa.

Tacitè reprobantur eo ipſo, quod iudex contra ipſos iudicat, vel eos 4
repellit.glo.in verb.reprobaſſe.c.ſuborta.de re iudica.

Reiicienda quando ſint teſtimonia.

Quando iſta reprobatio teſtium obiicienda ſit? Reſpon.pars in pro- 5
ductione teſtium contra ipſum facta debet proteſtari,quod non conſentit,& quod ſibi liceat reprobare tempore & loco.tex.in authen.ſi quis teſtibus.vbi Doctor.C.de teſtib.

Proteſtatio in teſtimonis quid proſit.

Et proderit hæc proteſtatio, quia teſtis auditus poterit reprobari, & 6
poſteà nullam faciet fidem,nec quidem indicium:alioqui contrà,vt dicit Hippo.ſingu. cxcviij.teſtis.quia illa proteſtatio conſeruat ius,& habetur ac ſi teſtis non fuiſſet auditus, nec receptus.§.ſi verò dicatur.in autehent. de teſtib.colla.vij.Are.in c.ex parte A.de teſti.

Proteſtatio quando noceat.

Non poterit tamen pars quæ proteſtata eſt de reprobando illum, eo 7
quòd nititur eum impugnare, illius iuuari teſtimonio.reg.ex eo.de regu. iu.in vj.niſi in quinque caſibus,quos ponit Fel.in c.præſentium.de teſtib.
† ideò pars debet proteſtari,quòd ſibi ſit licitum obiicere contra teſtes, ſi 8
bonum ei videatur, & tunc teſtimonium poterit illi prodeſſe.Inn.in cap. præſentium.de teſtib.& Maſuer.in tit.de teſti.verſi.item ſi quis teſtetur. & Io.de Graſsis.in tract.de ſubſtan.procu.verſi.in perſonis teſtium.

Quouſque teſtes reprobare ſit licitum.

Et ſic teſtes reprobari, & reiici debent vſque ad receptionem atteſta- 9
tionum,ſed poſteà non,c.præſentium.de teſtib.in vi.Maſue.in titu.de proba.verſicu.item de ſtylo. †quod eſt verum, ſi proteſtatio fuerit facta tem- 10
pore iuramenti teſtium, & reſeruatio fuerit etiam per commiſſarium facta de conſenſu partium ſecundum eum, & ſic coram commiſſariis oportet tradere teſtium reprobationes, vel debet per ipſos Commiſſarios reſeruari, quòd in fine teſtimoniorum dari poſſint, vt fuit dictum pro do. Petr.Bouchet contra mercatorem equorum. vnde Maſsiliæ non fuit receptus in Curia ad reprobationem teſtium, eo quòd eos non reprobauerat coram commiſſariis,vt eſt in quæſti.per areſta.per Io.Gall. quæſt.cxvj. coram commiſſariis,&c.

Areſtum.

Saluatio teſtium.

Et cùm reprobatur à parte aduerſa, licet producenti eos excuſare, ſeu, 11
vt dicũt,ſaluare,teſte Guid.Papæ in dec.Delphi.q.ccccc.actor.& in ſtatu. ſi quis.in verb.teſtes.col.ij.facit ca.licet.ij.de teſtib.& capit. licèt Hely. & cap.per tuas.ſeq.de ſimo.& de hoc abundè ſcripſi in tracta. de reproba. & ſalua. teſtium.

Reiectio teſtis etiã ex officio Curiæ auditi ſit.

Prætereà reiectio teſtium fieri poteſt, etiam ſi teſtes ex officio Curiæ 12
auditi ſint, & ſuper factis ſecretis extractis ex ordinatione Curiæ. ſic fuit concluſum in parua inquiſitionum camera,anno 1533.die 30.Maij.

Areſtum.

Idem ſi teſtes auditi ſint ad perpetuam rei memoriam, capit. fin. vt lite 13
non conteſtata.

In ſum

Reprobatio an locũ obtineat in ſummariis.

14 In ſummariis autem reprobationem non recipiendam, ait Fel. in ca. veniens. num. 13. cum ſeq. de teſtib. ſed non ſeruatur paſsim in Gallia, in qua vbi præiudicium infertur irreparabile, quamuis ſummatim tractandum ſit, admittentur tamen reprobationes, vt docet Imber. in Inſt. Foren. libr. j. §. deinceps. & in §. ſeq. vbi dicit cùm in retinendæ poſſeſsionis interdicto de ſequeſtratione contenditur, & contradicta, & contradictorum diſſolutiones procul arcentur, vt pronuntiatum eſt ſecundum eum in iuridicis conuenti. Picta. die xxj. Octobris. 1531.

Areſtum.

Receptionẽ atteſtationum an & quãdo pars impedire poßit.

15 Nota quòd receptionem teſtificationis pars aliquando impedit, tum primò quòd iurati teſtes non fuerint, vt docet text. in l. iuriſiurandi. C. de teſti. cap. tuis. illo titul. & dixi tract. ſuperiore.

16 Item non citati, c. ij. de teſti. & ſic ſe ingeſſerunt, & qui ſe ingeſsit, ſuſpectus eſt, l. quæ omnia. §. j. ff. de procurat.

Receptio teſtium impeditur ex defectu citationis.

17 Vel quòd vocata non fuit pars ad videndum iurare, & recipere teſtes, l. ſi quando. C. de teſtib. & articul. xij. ſuprà titul. de inquiſitorib. dictum extitit.
18 † & ſi apparitor referat verbo ſe citaſſe partem, & teſtes, non valet relatio, & ex hoc vidi teſtificata impugnari, quia in citatione teſtes requiruntur, de quibus non apparet per nuntij relationem, vt dixi ſuprà tractat. de citatio. artic. j.

19 Vel auditi fuerunt teſtes in publico, non vnus poſt alterum, & in ſecreto, vt fieri debet, l. nullum. C. de teſti. gloſſ. in capitu. quia propter. de elect. in verb. ſecretæ. Guido Pap. in ſtatuto, ſi quis. in verb. teſtes. dixi in ti. proximo. in gloſſ. vlt.

20 Seu quia inquiſitor non ſcripſit niſi depoſitionem primi teſtis, & in aliis ſcripſit, idem depoſuit Titius ſicut præcedens: quia teſtis depoſitio cuiuſlibet extenſè debet ſcribi, teſte Guido. Papæ in ſtat. ſi quis. in ver. teſtes. col. vij. & Io. Sanſon in ord. Turonen. fol. 18.

Iuramẽtum teſtis nõ niſi die aßignata præſtãdum.

21 Item quod die aſsignata non iurarunt teſtes, ſed alia die, quod non valet, l. & poſt peremptorium. ff. de iud. & c. conſuluit. de off. delega. vbi Doct.

22 Item quòd teſtes fuerunt examinati ſine adiuncto, & collega, licètdatus eſſet, quod non valet. Doct. in c. præſentium. de teſti.

23 Item quòd teſtimonia fuerunt alibi facta, quàm vbi decretum erat per iudicem facienda eſſe. nam dictum erat quod teſtes Aureliæ reciperentur, & audirentur, & tamen auditi ſunt Bleſis, aut in alio loco.

Locus parit vitium in teſtimoniis.

24 Et quòd parte opponente teſtes fuerunt auditi in domo partis aduerſæ, tunc ratione ſuſpitionis impedietur teſtimoniorum receptio. argum. l. apertiſsimi. C. de iudic. Iaſ. in l. certi condictio. §. quoniam. col. penult. ff. ſi certum peta.

In eccleſia præſtitum teſtimoniũ an vitietur.

25 Non poterit tamen reprobari, eo quòd examinatio facta eſt in eccleſia, ſi non ſit alius locus commodus. Bart. & alij in l. ij. C. de ſacroſan. eccl. c. decet. de immu. eccl. in vj. vel in alio loco non ſuſpecto. Bald. in rubr. de iud. col. ij. in ij. lect. in decretalib.

Feriata die an liceat examinare teſtem.

26 Et poteſt fieri hæc examinatio etiam die feriata in honorẽ Dei, ſed non iuramenti receptio. gl. ſingu. in clem. vna. de offi. delega. Lanfranc. in repet. ca. quoniam contra. in verb. teſtium. col. ij. de probat.

Tamen poterit etiam reprobari & impediri receptio, ſi Commiſſarius 27
non legit, vel legi fecerit depoſitionem teſti. per glo. in l. fideicommiſſa. §. j. vbi addidi. ff. de lega. iij. & inferiùs dicam.

Aliis in multis caſibus impeditur atteſtationum receptio, qui elici poſ- 28
ſunt ex Spec. in tit. de teſte. alia hîc non proſequar.

Teſtificata à iudice criminali facta in ciuili nulla.

Areſtum.

Opponi etiam poteſt, ſi in cauſa ciuili iudex criminalis atteſtationes 29
confecerit, & nullæ fuerunt declaratæ à Senatu anno 1526. die xix. Aprilis, reſeruato intereſſe parti, quamuis confectæ fuiſſent de partium conſenſu, & impetrata commiſsione generali ad inquirendum & hoc not. in l. ſolemn. §. latrunculator. ff. de iud.

LOYS *XII. Article XXXIII. des publiées M. CCCCCXII.*

Articulus tertius.

ITEM, *auons ordonné, & ordonnons, qu'ès ſieges de noſtredit Royaume, eſquels y a publication d'enqueſte, auant laditte publication les parties bailleront (ſi bon leur ſemble) leurs reproches de teſmoings: apres laquelle publication n'y ſeront aucunement receuz.*

GLOSSA VNA.

Obiectus teſtium nõ recipiũtur poſt cõcluſionẽ.

POST publicationem & concluſionem in cauſa non reci- 1
piuntur obiectus teſtium, nec reprobari teſtes poſſunt, per iſtum text. & in cap. licèt cauſam. de proba. & in capit. præſentium. de teſti. quia præſumitur pars ex malitia opponere, poſtquàm tandiu diſtulit, vt ibi.

Niſi fuerit anteà proteſtatus, vel de nouo venerit ad ſuam notitiã, quod 2
iuramento ſuo probari poterit. d. c. præſentium. facit c. paſtoralis. de excep.
† ſi tamen iudex teſtes receperit, ſi pars iurauerit de nouo teſtes veniſſe ad 3
ſuam notitiam, & ſi poſsit probari non de nouo veniſſe, non valebit depoſitio, quia iuramentum intelligitur tacitè, ſi ita ſit. l. ſi. ff. qui ſatiſd. cogan. ca. & ſi Chriſtus. de iureiurando. Paul. Caſtren. in l. ſi cum patruo. C. communia vtriuſque iudic. Hipp. ſingu. ccxcvij. teſtes. vel niſi fuerit impeditus per partem, vel iudicem opponere. text. & ibi gloſſ. in verb. iuramenta. in c. cùm

Inhabilitas teſtis obiicitur etiã poſt cõcluſionẽ.

I. & A. de re iud. † vel niſi illæ exceptiones omnino redderent teſtem inha- 4
bilem, vt potè quòd teſtis eſt hæreticus, Iudæus, & aliæ ſimiles: quia iſtæ à parte remitti non poſſunt exceptiones. Bald. & Sali. in l. ſi quis teſtibus. col. vlt. C. de teſtib. † vel niſi teſtes fuerint recepti abſente parte, quia tunc pars 5
non videtur conſentire, vt docet Fel. in d. cap. præſentium. vbi alias videre poteris limitationes, & teſtes cum inſtrumento poterunt produci poſt publicationem. per text. in c. ſeries, de teſtib. ſecundum Roma. ſingu. lxxx. tu habes. quia tunc ceſſat timor ſubornationis.

Quãdo iuretur teſtes nõ fuiſſe ſubornatos.

Et in quibus caſibus quis producere teſtes debet poſt publicationem 6
& didicit a teſtificata, iurare debet, quòd teſtes non ſubornauit, alias admitti non debet, vt dicit Bald. in capitul. iurauit. de probationibus. quem

refert

refert Hippo.ſingu.cxxviij.teſtes.

7 Si tamen reprobationes fuerint in prima inſtantia oppoſitæ, in appellationis iudicio probari poterunt, idque conſuetudine iuri contraria apud nos receptum eſt, teſte Guido. Papæ in deciſ. Delphi. q.ccccc.actor. & in ſtatut.ſi quis.in verb.teſtes.col.ij.verſic.ſed pone.

Reprobationes in prima inſtãtia oppoſitæ, an in cauſa appellationis probentur.

8 Si verò poſt didicita teſtificata appareat omnes teſtes propter obiectus repellendos, tunc pars poterit reſtitui in integrum, vt per alios teſtes probet, vt docet. Ioan. Andr.in c.auditis. de in integrum reſtitu. refert Guido Pap.in d.ſtatu.ſi quis.in verb.teſtes.colum.vj.verſicul. ſed quæro.quòd vix reciperetur in hæc patria, ſed iſte qui ſuccubuit, poterit appellare à ſententia, & coram iudice appellationis probare, per l.per hanc. C. de tempo.appel.ſed ſi non poſſet appellare, tunc reſtitutio peti poteſt: & ſic conciliandæ ſunt hæ diuerſæ ſententiæ.

Reiectis teſtibus reſtitutio datur ad probãdũ

LOYS XII. *Article XXXIX. des publiées. M. CCCCCXII.*

ITEM, *auons inhibé & defendu, inhibons & defendons à tous Iuges de noſtre Royaume, d'appoincter les parties à informer ſur les faicts des reproches, ſans veoir leſdittes reproches auec les procez principaux, & de ne receuoir leſdittes parties en preuue deſdits faicts: ſinon qu'ils fuſſent concluans, & contre les teſmoings, ſans leſquels ne ſe pourroyent decider leſdits procez.*

Articulus quartus.

GLOSSA VNA.

1 ADVERTENDVM eſt, quòd non debet iudex facilè recipere partes ad probandum reprobatoria teſtium, niſi conſideret ſequentia. Primò, debet videre proceſſum principalem, & obiectus, ſeu reprobationes teſtium, & videre an poſsit proceſſus decidi ſine probatione obiectuum, & tunc non debet recipere partem ad probandum obiectus, quia fruſtrà fieret probatio, quæ nihil prodeſſet.arg.l.j.C.de theſ.lib.x.

Cõſiderãda in probãdis reprobatoriis teſtium.

2 Secundò, videat iudex an facta reprobatoria ſint admiſsibilia, vel non, quia non debet recipere facta, quæ non concludunt.ibi, *ſinon qu'ils fuſſent concluans.* iudex enim non debet pati fieri ſuperuacuum proceſſum. l.litigatores.in fin.ff.de arb.Iacob.in l.non quemadmodum.ff.de iud.vide Bald.in l.ſi defenſor. ff. de interrog. act. & ſtylus Aurelian.vt contrarium ſtatuens,

Cõcluſio debet reſultare ex factis reprobatoriis.

3 abuſiuus fuit declaratus à Senatu anno 1543. die xvj. Iulij. quod ſi iudex dubitet, poteſt eos admittere cum clauſula, ſi & inquantum de iure ſunt admittendi: vt docet gloſ.in c.cùm contingat.de officio delega.

Areſtum.

4 Tertiò conſiderare iudex debet, ſi teſtes deponent aliquid ſuper principali, quod neceſſariò concludat, vt debent. ca.in præſentia.vbi Deci.decimotertio notabi.de probationib.

5 Vel an inſtrumenta producta deſeruiant propoſito: alioqui ſi non attingant,

Iudex quæ debeat cõſiderare ante quã admittat probationes ſuper reprobatoriis.

gant, non eſt neceſſe ea reprobare: vel ſi tangant quidem, ſed non ſit plenè probatum, nec itidem operæpretium eſt ad reprobationes venire. ca. præſentium. vbi Doctor. de teſtibus. in vj.

Teſtes ceſſant cùm eſt alia legitima probatio.

Quartò, iudex debet proſpicere ſufficiénſne ſit probatio, & plena, ſine 6
teſtibus reprobatis, & tunc non debet decernere teſtes reprobatorios eſſe audiendos, quia nihil prodeſſent, & non debet recipi probatio. quæ non releuat. dict. capitul. in præſentia. & l. neque natales. & l. ad probationem. C. de probat. & iudex non inducit teſtes ad concordiam, quando alij teſtes ſufficiunt. Bartol. & alij in l. ij. §. fin. ff. ſi certum petat. & Doctor. in c. cùm tu. de teſtibus. dixi in tract. de reprobationib. teſtium. in verb. concordia.

Reprobatio ſuperuacua fugiēda eſt.

Quintò, videat etiam iudex ſi actor plenè intentionem ſuam probauerit: 7
quòd ſi non fecerit, non debent reprobari teſtes rei, nec iudex hoc debet decernere, quia fruſtrà: nam actore non probante, reus etiam ſi nihil probauerit, abſolui debet l. qui accuſare. C. de edend. Fel. in c. fi. de calumniat.

Sextò, iudex videre debet, an ex proceſſu obiectus teſtium probari poſ- 8
ſint, & ſi poſſint, non debet permittere, vt alias probentur: vt ſi teſtis interrogatus fuerit, an ſit conſanguineus, & reſponderit ſe eſſe conſobrinum, & velle, ac affectare vt eius conſanguineus vincat, non requiritur alia probatio in iſtum reprobatoria: nam rei demonſtratæ fruſtrà adiicitur demonſtratio, l. j. in fi. ff. de dote præleg.

Articuli ſunt ſecernēdi ſuper quibus fiat reprobatio.

Septimò, iudex ſi videat partem eſſe admittendam ad probandum obie- 9
ctus contra teſtes, debet præcidere, & declarare articulos, ſuper quibus atteſtationes reprobatoriæ fient, ne in vanum, & ſuper factis non recipiendis teſtes audiantur, ne fortè incertitudo vitiet depoſitionem. c. in præſentia. de probat. Doct. in l. ſi quis intentione. ff. de iud.

Renũtiare licet teſtibus reprobãdis. *Areſtum.*

Octauò, ſi pars cuius teſtes reprobantur, habens fortè inſtrumenta, vel 10
alios teſtes, renuntiet illis, quos pars reprobare vult, audietur, vt cenſuit Senatus pro procuratore Regio, & Abbate Montis Frigidi contra Conſules Burg. Narbonen. anno 25. vt habetur in ſtylo Parlament. in §. item ſi pars. in titul. de commiſſa. in prima parte. Iſta ſunt notanda iudicibus, ne poſteà à Senatu condemnentur ratione reprobationis fruſtrà emiſſæ, vt ſæpiùs vidi.

FRANÇOYS *Article XXXI. des publiées, M. D. XXXIX.*

Articulus quintus.

QVE *pour chacun fait de reproche calumnieuſement propoſé, qui ne ſera verifié par la partie, y aura condemnation: c'eſt à ſçauoir en nos Cours ſouueraines, de vingt liures Pariſis d'amende, moytié à nous, & moytié à la partie, ou de plus grand peine, pour la grandeur de la calomnie deſdits propoſans, à l'arbitration de iuſtice: & en la moytié moins en nos iuſtices inferieures.*

GLOSSA VNA.

Iniuriarum nõ agunt teſtes malè reprobati.

1 DE IVRE non agitur iniuriarum, licèt opponens contra teſtes non probauerit ea, quæ oppoſuerat: quia pars hoc non fecit animo iniuriandi, ſed ſe defendendi. Bald. & Iaſ. in l.fi.ff.quod quiſque iur. gloſſ. in verb. vtilitas. in l.quiſquis. C.de poſtul. Idque de conſuetudine generali obſeruatur in Francia,vt teſtatur Boër.in conſilio vlt.poſito poſt conſuetud.Bitur.& Guido Papæ in ſtatuto,ſi quis.in verbo,communi æſtimatione, co-
2 lum.xv. † maximè ſi quis proteſtatus fuerit ſe non animo iniuriandi opponere,vt fieri ſolet, teſte Maſuer.in ſua practic.titu. de iniur. verſic. item ſi aliquis. & Iaſ.in l.non ſolùm.§.morte.numer. 47.verſicul. ſuceſsiuè in iſta. ff. de noui operis nuntiatione. De Ripa.in capitu.cùm M. numero 90.de conſtitut.

Rumor excuſat reprobantem teſtem.

3 Vel niſi probauerit ipſum, cui oppoſuerat tali infamia notatum, & talem rumorem de eo increbuiſſe.Bartol.& alij in l. vltima.ff.de hæredibus inſtituendis. Nam ſicut fama liberat à doli ſuſpicione, ita à pœna, l.miles.§.mulier. ibi, falſis rumoribus inducta.ff.de adulteriis.l.ij.ff.quis ordo in bono.poſſeſſ.ſerue.& hanc ſententiam ſequutos fuiſſe iudices inſignes habet compertiſsimum Imber.in Inſtitut. Forenſ. libro primo §. deinceps.

Pœna lædētis famam alterius.

4 Tamen quia nemo debet famam alterius lædere, nec labefactare, & qui hoc facit (vt adagio fertur) Cydi pœnam debet,& in conſcientia tenetur ad famæ reſtitutionem,iuſtè hic ſtatutum eſt, quòd ex quolibet facto iniurioſo calũniæ cauſa propoſito in Parlamento opponens cõdemnari debet ad viginti libras Pariſi. cuius pars dimidia fiſco, altera parti applicatur: in curiis verò inferioribus ad decem libras pro media (vt dictum fuit) diſtribuendas.

Calumnioſè obiectum quando dicatur.

5 Et calumniæ cauſa cenſetur obiectum, quando non eſt probatum, per iſtum textũ,Ibi,*calumnieuſement propoſé*. Bartolus in lege prima.in fine princip.ff.ad ſenatuſconſultum Turpilianũ.vt pote,*qui ne ſera verifié par la partie.*

6 Malitioſè verò cenſetur opponere, aſſerendo quod ignorauit, & probare non potuit.lege Iulianus.ff.de actionib. empti. niſi fuerit deceptus, quia teſtes,qui ſuper hoc deponere debebant,mortui ſunt.gloſ.vlt.in c.j.in fine. de electio.in vj.vel fuit deceptus falſo rumore perlato. l. miles. §. mulier.ff. de adulter.vt dixi ſuprà.

7 Imò etiam ſi factum ſit tam iniurioſum, & calumnioſum, poterit iudex ad grauiorem mulctam condemnare partem opponentem, vtpote ſi opponeret contra teſtem, quòd crimen læſæ maieſtatis commiſiſſet, vel crimen hæreſis,vel aliud graue crimen,per iſtum textum.

Teſtes an puniãtur ratione criminis obiecti, & probati.

8 Licèt iudices, coram quibus per reprobationes crimina probantur, vel per confeſsionem teſtium, non debeant punire teſtes ratione illius criminis, pœna ordinaria: capitul. cùm dilectus. in fine, de ordin. cognit. nec efficiuntur infames ex illo crimine obiecto etiam probato: tamen eorum opinio grauatur, ſecundum Innocentium ibi. & Guido Papæ in ſtatu,

in ſtatu.ſi quis.in verb. communi æſtimatione. verſi.ſi obiectus.†tamen 9
aliquando vidi remiſſos aliquos teſtes ad ſuos iudices pro criminibus obiectis, & probatis, & hoc inſtante procuratore, vt crimina puniantur.l. 1
ita vulneratus.ff.ad leg.Aquil.

Infamis an in teſtē vocari poſſit.

Imò non poterit iudex repellere teſtem etiam infamem, ſi pars hoc non 10
petat, & iſta eſt generalis conſuetudo Curiarum Franciæ, quia hoc iudicium non datur in Francia, niſi poſtulatum fuerit.l.iiij.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infecto.

Iudex an ex officio poſſit inquirere de cōditione teſtis.

Quamuis de iure iudex poſſit de conditione teſtis ex officio inquire- 11
re, etiam ſi pars non opponat.gloſſ.in l.j.§.ſi præſes.ff.de magiſt.conuen. gloſ.in l.iij.in verb.inimicitiæ.vbi Iacob.ff.de teſtib.Bald.& Angel.in l. quos prohibet.de poſtu.glo.in c.querendum.ij. quæſt.vij.Corſet.in ſingul.incip.teſtis. Felyn.in c. iurauit.in fin.de teſtib.Barb.conſi.iij.col.j.in ij.volu.ſi tamen hoc faceret in Francia, conſtitueret ſe partem, quod cauere debet.

CHARLES VII. *Article XXXVI. touchant le ſtyle.*

Artic. ſextus.

ITEM *ordonnons, que les parties ſeront tenues de bailler contredits à l'encontre des lettres de leurs parties aduerſes, s'aucunes en veulent bailler, dedans huict iours prochainement venans, apres la production deſdittes lettres, & ſaluations dedans huict iours apres enſuyuans, ſans eſperance d'auoir pour ce faire aucun autre delay, & ſans ce qu'il ſoit beſoin de bailler doreſenuant, outre leſdits termes, aucune requeſte, pour bailler contredits, ou ſaluations, ou les en faire forclorre, & que doreſenauant ne ſeront baillez aucuns contredits ou ſaluations, ſinon en procès appointé en droict, ſur le principal, recreance ou prouiſion.*

GLOSSA VNA.

Cōtradicēdi vnica dilatio.

INSTRVMENTIS productis pars contra- 1
dicere, & ea reprobare & oppugnare poteſt, & pars producens ea ſaluare, & excuſare, pro quo faciendo conceditur vna tantùm dilatio, vt dicit iſte tex. qui tamen non exactè ſeruatur in Parlamentis.

Et hæc contradictio fit in proceſſu concluſo ad 2
ius ſuper principali, vel ſuper recredentia, ſeu prouiſione.

Inſtrumentum quomodo impugnetur.

Qualiter impugnari poſſit inſtrumentum, & 3
contradici, abundè docet Speculator in titulo de inſtrument. editio. in §. poſtremò, & Nepos de monte Albano in tractatu de exceptionibus.in verſiculo exceptio contra quamlibet ſcripturam, ibi quilibet videre poteſt, ne plura.

CHARLES VII. *Article XXXXVII.*
touchant le ſtyle.

ITEM, *voulons & ordonnons eſtre enioint par noſtreditte Cour, & deſmaintenant enioignons aux Aduocats ſur leurſdits ſermens, que d'oreſenauant ils ſoyent briefz en leurs contredits & ſaluations, ſans reiterer les raiſons contenues en leurs eſcritures principales, ou plaidoyé, ne poſer aucunes friuoles allegations: car nous voulons,*
1 *que ſi noſtreditte Cour, en iugeant les proces, y troune d'oreſenauant la prolixité, telle qu'ils ont accouſtumé de faire, elle en puniſſe ceux, qui le feront, de telle punition, que ce ſoit exemple à tous autres.*

Articu. ſeptim⁹

GLOSSA VNA.

1 PRAECEPIT aduocatos (vt Græci dicunt) λακωνικῶς λέγειν. i. compendio dicere, & vt breues ſint in ſuis ſcriptis, & nihil repetant: nam legimns apud Philomenem, quendam Anaximenem, qui plus æquo prolixam habuiſſet orationem, per pulchrè à Theocrito ſic fuiſſe redargutum. *Verborum quidem*
2 *flumen eſt, mentis verò gutta.* † & hos battalogos ſemper vſus forenſis propulit, qui vt cauſam iudicibus incertam, & obſcuram reddant, battalógia & multiloquió vtuntur: & hi aduocati, qui hac verboſitate nituntur, præſumuntur mali. nam argumento à contrario hæc inter ſe ſunt cognata, pauca
3 loqui, & probum eſſe virum: vt docet Eraſ. in chiliad. † vnde Charillus roganti, cur Lycurgus tam paucas leges prodidiſſet, ait, pauciloquis non eſſe opus multis legibus. huc pertinet verſi. ille veluti prouerbialis apud Athe-
4 neum relatus † βὶς συνετῶς δὲ αὖθις πείσει τάχιστα λέγων. hoc eſt, mox perſuadebis cordato, ſi bene dicas. & dicit Iuriſconſult. in l. vna. ff. de offic. præfect. præto. breuiter commemorare neceſſe eſt: vnde officium boni aduocati eſt breuiter, & ſummatim loqui, dicir Aretin. conſil. cxx. procedendo.

Aduocatorum breuitas amãda.

5 Itaque iudex poteſt indicere ſilentium aduocato verboſo, vel eum ſuſpendere ab officio, & quandoque ab officio aduocationis priuare. glo. in l. ex ea. quam ibi not. ff. de poſtul. & Iaſ. in l. j. ff. de officio aſſeſſoris gaudent enim breuitate moderni docet gloſ. in l. j. ff. quod met. cauſ. ſcripſi in interpretà. l. vnic. in ij. not. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.

Iudicis animaduerſio in aduocatos battalogos.

6 Etiam no. ex hoc text. ibi. *noſtre Cour,* quòd ſimpliciter appellatione Curiæ, intelligitur ſuprema, quia omne analogum per ſe ſumptum ſtat in ſuo potentiori ſignificato. §. ſed ius quidem. Inſti. de iur. nat. ſcripſi in glo. ſum-
7 ma. in proœ. Concor. vbi docui priuilegia curiarum ſupremarum. † & an valeant areſta, in quibus dicitur, Curia dicit, *la Cour vous dict.* & valere non dubitat Guid. Papæ in Deciſ. Delph. quæſt. cccclj. quid contineatur, dicens curiæ nomen eſſe indifferens, & comprehendere etiam quemcunque ius reddentem in Curia, arg. l. ij. in princip. ff. de orig. iur. ideò valebit etiam

Curiæ nomine ſimpliciter quæ veniat.

Areſta & ſentẽtiæ per curiam dicit an valeant.

etiam ſententia per iudicem, ſi dicat, Curia condemnat talem ad decem, &c.& hoc ſeruant præſertim Curiæ ſupremæ Regni.

Articu. vltim⁹.

FRANÇOYS *Article XXXVI. des publiées 1539.*

QV'IL *n'y aura plus contredits contre les dicts des teſmoings, & defendons aux iuges de les receuoir, & aux parties de les bailler ſur peine d'amende arbitraire.*

GLOSSA VNA.

Cõtra dicenda non ſunt dicta teſtiũ, ſed ipſæ perſonæ reprobandæ.

PROHIBET ne obiectus contra dicta teſtium dětur. idem 1
ſuprà articulo ſecundo, *des reſponces par credit*, ſtatutum fuit:
quia iudex poteſt per ſe hoc conſiderare, & iſta ſunt iuris, &
diſcretioni iudicis relinquuntur, vt habetur in ſtylo Bituricẽ.
& hoc etiam ſtatutum eſt, vt citiùs lites finiantur, & ne partes
ſumptibus & expenſis onerentur cùm ex officio iudex hoc facere poſsit:
licèt de iure ſecus, cap. ſeries. de teſti. cap. præſentium. illo titulo in vj. &
Specu. conſulit, quòd potius quis opponat contra dicta, quàm perſonas:
quia hæc oppoſita vix poſſunt excuſari.cap.cùm tu.de teſtib. in titu. de te-
ſte.§.ſæpè teſtes &c.

Dicta teſtiũ quando impugnare liceat.

Notandum eſt quòd in caſu, quo non poſſum reprobare teſtem, vt quia 2
examinatus eſt etiam pro me, vt per glo.in capitu. conſtitutus. de teſti.ta-
men potero opponere contra dicta, per text.& ibi Salyc. in l. ſi quis teſti-
bus.columna ij.C.de teſtib.Domi.in capitu.ij.§.vlt.de confeſ. libr. vj. De-
ci.conſ.viij.viſo puncto.num.8.†quod non procedit in Francia, cùm non 3
poſsit opponi contra teſtium dicta: tamen hæc ordinatio non ſeruatur in
reſſortu Tholoſano.

Quomodo opponatur cõtra dicta teſtium.

Contra dicta teſtium opponi poteſt, quòd ſunt falſa, contraria, vel va- 4
ria.Bartol.in l.eos.ff.de falſis.l.ſcripturæ.C.de fide inſtru.vel obſcura, l. de
ætate.§.nihil.ff.de interrogato.actio.vel non ſunt veriſimilia.capit.quia ve-
riſimile.de præſump.& quod non eſt veriſimile, eſt falſitatis imago.Bal.ibi,
quem refert etiam Felyn.

Falſum deponẽtes perſonaliter citantur.

Et ſi prætendatur teſtes falſum depoſuiſſe, poſſunt citari perſonaliter 5
ſub pœna confeſsi, vel conuicti, vel poteſt condemnari pars, ad cuius vti-
litatem depoſuerunt, ad eos præſentandum intra certum tempus, alias eo-
rum depoſitionibus nulla adhibebitur fides: vt concluſit magna Curia
Neapo.prout refert Anto.Capit.in deciſ.Neapo.q.lx.in cauſa teſtium.

Obiectus cõcludens detur.

Et obiectus in teſtes debet eſſe idoneus, & concludens neceſſariò, ſicut 6
probatio, l.neque natales.& l.ad probationem.C.de proba. c. in præſentia.
illo tit.Doct.in c.præſentium.de teſti.in vj.

Et hoc inſpicietur tempore depoſitionis, & iuramenti. l. iij. §. duæ cau- 7
ſæ.ff.de Carbo.edi.Bald.in l.ij.C.de teſti.l.iij.§.lege Iulia. ff. de teſti. Albe.
in tract.ſtatu.in iiij.parte.quæſtio.lxxj. Barb. conſil. xlvij. præclarę. col. iiij.
in ij.volu.Hippol.in l.j.§.idem minimo.& §.ſeq.ff.de quæſt.

Alia dicuntur in tract.meo de reprobationibus, & ſaluatio.teſtium, his 8
nunc contentus finem faciam, Deo gratias agens.

TRA

TRACTATVS DE PARTIVM PRODVCTIONIBVS.

Des productions des parties.

CHARLES *VII. Artic. C. des premieres.*

ITEM, *prohibons & defendons aux parties que doreſnauant en faiſant leurs productions, elles ne produiſent lettres, tiltres, ou muniments, qui de rien ne ſeruent au iugement, & deciſion de leurs procés, & qu'elles n'employent, ne produiſent autre choſe en leur inuentaire, que ce qui ſera eſcrit & deſigné en iceluy. Et s'ils veulent produire, ou employer autres lettres, ou autres choſes, qu'ils puiſſent faire extraire, & que temps ſuffiſant & moderé leur ſoit donné pour ce faire. Et ce leur defendons ſur peine de cent ſols Pariſis d'amende au procureur, qui ſera trouué auoir faict le contraire.*

Articulus primus & ſecundus.

IDEM, *Article XXXXIII. touchant le ſtyle.*

ITEM, *ordonnons que doreſnauant les parties, en faiſant leurs productions ne produiſent lettres, & procés ou muniments, qui notoirement ne ſeruent de rien au iugement des procés, & qu'elles ne produiſent ou plus ou moins, que ce qui ſera eſcrit, & deſigné en leurs inuentaires, ſur peine d'eſtre punis de cent ſols Pariſis d'amende contre la partie, ou ſon procureur, qui ſeroit trouuée faire le contraire, à appliquer comme deſſus.*

GLOSSA VNA.

1 FACTIS atteſtationibus, ac reprobationibus contra teſtes probatis, & atteſtationibus publicatis, neceſſe eſt, vt partes inſtrumenta, & alia documenta producant: ob id iſte text. de his productionibus loquitur.

Productio quando ſit facienda.

2 Et tria hic dicuntur. Primò ne partes producant literas, titulos, inſtrumenta, aut alia munimenta cauſæ, quæ ad ipſam cauſam non pertinent. l. nec quicquam. ff. de edend. quia non eſt producendum, quod productum non releuat, imò veriùs eſt reiiciendum, l. j. ff. de offic. aſſeſſ. nec iudex hoc pati

debet.l.ſi duo.§.idem Iulianus. ff. de iureiur.& ibi plenè Doct.& in cap. in præſentia. de prob. ſed poteſt dici quòd ſcribit Iuriſcon. in l. de ætate. §. quod autem.ff.de interro.actio. οὐδὲν πρὸς ἔπος.

Inuentariũ debet continere ea,quæ producta fuere.

Inſtrumentum in ſacco inuẽtum non productũ an proſit.

Secundò,quod nihil in inuentario conſcribatur, niſi quod productum 3
fuerit, ſub pœna centum ſolidorum, & quid ſi inueniatur inſtrumentum non productum,an poſſit ſecundum illud iudicari.vide Iaſ.in l.j. §. editiones.col.fi.ff.de eden.quòd non,nec haberi debet ratio ad illud inſtrumentum,& ad literas non productas in iudicio,licèt inueniantur in ſacco, alioquin deciperet quis partem aduerſam, producendo inſtrumentum fortè falſum,vel acceptilationem,cui pars reſpondiſſet,ſi eam vidiſſet. vnde non ſolent iudices reſpicere nec quidem legere inſtrumenta non producta, in inuentario non conſcripta,quia fruſtrà legerent, cuius lectionis nullus eſſet effectus,niſi eſſent iuris allegationes,vel conſilia Doctorum.

Dilatio gratia trãſcribẽdi inſtrumẽtum datur.

Tertiò, ſi quis velit probationem facere ex aliquibus inſtrumentis, & 4
velit tranſcriptum habere,dabitur ei dilatio. text. in cap. cùm perſonæ. de priuileg.in vj.Docto.in c.contingit.de fid.inſtru.

Productione facta datur dilatio ad contradicendum.

Quartò,vltra tex.facta productione citatur aduerſarius, ſi præſens ſit in 5
iudicio, vel eius procurator, & aſſignatur ei terminus ad impugnandum, & dicendum contra inſtrumenta,& iura producta, ſi ea impugnare voluerit:vt docet Io.epiſcopus Varen.in ſumma de ordin.iud. tit. de aliis proba. producen.

Inſtrumenta quomodò cõtradicantur.

Quintò, pars aduerſa contra inſtrumentum obiicere poteſt, quòd ſo- 6
lennia requiſita non interuenerunt,poſita per glo. in l. generali. C. de tab.
libr.x.& per Bar.& alios in ru.de fid.inſtru.†vel opponi poteſt, inſtrumen- 7
tum productum eſſe falſum,ſibíq; ipſi contrarium. l. ſcripturæ diuerſæ.
C.de fid.inſtru.l.eos.vbi Bart.ff.de fal.dixi arti.fi.ſuprà tit.proxi. † vel con- 8
ficiens inſtrumentum non erat notarius, vel ei fuerat interdictum ratione criminis,ne inſtrumenta de cætero conficeret,l.moris. §. ſolet. ff. de pœn.
†vel iſtrumentum erat confectum in loco, vbi conſcribens non erat nota- 9
rius,& ſic ibi non erat notarius,ſed priuatus,ſicut præſes extrà territorium ſuum,l.iij.ff.de offic.præſid.

Item quòd inſtrumentum eſt raſum,vel cancellatum, ideò non probat, 10
c.cùm Ioannes.de fid.inſtr.l.fi.C.de edict.diui Adria tollen. Aliaque multa opponuntur,quæ probari non poſſunt, quia ſummopere eſt cauendum, ſi ſaluti ſuæ velit pars proſpicere,ne opponat,niſi ea quæ vera ſunt, & quæ probare poteſt alioqui animam ſuam Diabolo committit.

Saluatio repellens obiectionẽ inſtrumentorum recipitur.

Sextò,actor admittitur ad ſaluandum, & ſuſtinendum ſua inſtrumenta, 11
& documenta, & hæc ſaluatio repellit obiectionem, ſicut replicatio exceptionem:vt patet Inſti.de replic.& in l.ij.ff.de except.

Statuti articulus producẽdus eſt.

Septimò, ſi quis teneatur producere ſtatutum,vel conſuetudinem, ſuf- 12
ficit producere illum articulum ſtatuti,vel conſuetudinis, de quo eſt quæſtio,non autem totum librum ſtatutorum, vel conſuetudinem producere tenetur:vt docet Bart.in rubr.de noui oper.nun.ff.colum. pen. Fely. & alij in c.j.in iij.conclu.nu.29.cum ſeq.de prob.& Doc.in cap.contingit: defid. inſtrumen.vbi pleniùs vide.

Vltimò,

13 Vltimò, producens inſtrumentum, vel alias literas,non tenetur eas dimittere apud acta, ne fortè amittantur, ſed eas recuperare poteſt retento exemplo:& Dicanici dicunt,retento regeſto.dict.c.contingit. de fide inſtr. & c.cùm perſonæ.de priuil.in vj. †niſi pars aduerſa velit illud arguere falſi. l.fi.C.de fide inſtrum.alia vide in dictis locis,ne plura.

Cautè facienda productio.

14 (†)

IDEM *Article XXXV. touchant le ſtyle.*

ITEM, *ordonnons que doreſnauant, quand les parties ſeront appoinctées à produire, & au conſeil, leurs lettres & tiltres, & ce qu'elles voudront produire, elles ſeront tenues de fournir audit appointement, dedans trois iours; ſans eſperance d'auoir autre delay, ſous ombre d'auoir compulſoire, ou autrement, ſinon qu'euidemment y euſt grand cauſe de ce faire, & qu'on l'euſt requis en plaidant: autrement leſdits trois iours paſſez, ſeront iugez leſdits procez en l'eſtat qu'ils ſeront,ſans ce qu'il ſoit beſoing,pour ce faire,requerir,ou demander autre forcluſion.*

Articu. tertius.

GLOSSA VNA.

1 INTRA tres dies partes producere tenentur in parlamento, quando res eſt in conſilium miſſa, nec alia datur, niſi ex cauſa,dilatio,& niſi quis intra dilationem produxerit, poſteà non recipietur,vt docet Paul. in l.iubemus. C. de iudic. & in l. j. C. de iureiur. propter calum. dando. ſed parum ſeruatur, niſi accipias diem pro anno, & quandoque longius protenditur, & ille ſcit, & verum dicit,vt & vos credatis.

Producendi cauſa tres dies dãtur.

2 Notanda eſt cautela,quam tradunt Alber.& Iaſ. in l. j.§.editiones. in fi. ff.de edend.quòd quando quis producit inſtrumenta, debet ea producere quatenùs faciunt pro ſe,& in illis capitulis, & tunc pars aduerſa ſecundum quoſdam non poterit iuuari illis inſtrumentis, eò quòd non ſunt producta ad illud partis commodum.

3 Vnde pars aduerſa cauta eſſe debet, vt quando pars ita producit illud inſtrumentum,proteſtetur ſe velle vti eodem inſtrumento in illis partibus, quæ faciunt contra producentem, & tunc poterit, quia inſtrumentum factum eſt commune per productionem,per d.§.editiones.vbi Iaſ. in fi. poſt glo.Inno.& alij in c.cùm venerabilis.de exceptio.

Cautela ne quis producat contra ſe.

LOYS XII. *Article XXX. des publiées 1512.*

ITEM, *que ledit proces conclud purement, & ſimplement, on ne receura aucune partie à faire autre production, ſinon que il y ait cauſe raiſonnable, & qu'elles ayent lettres à ceſte fin addreſſantes à la Cour. Eſquelles lettres ſeront tenus les produiſans declairer la piece, & le faict, & article, pour verification*

Articu. quart°.

duquel ils voudront faire laditte production : & ne ſeront leſdittes parties receües à produire eſdittes cauſes d'appel, qu'à vne foys, & ne ſeront receües leſdittes productions, depuis que le procés aura eſté mis ſur le bureau.

GLOSSA VNA.

Producendum eſt in poſſeſſoriis intra primã dilationem.

QVANDO quis producere teneatur? Reſpon. in poſſeſſoriis beneficiorum, & in primo capite ſtatim ipſa dilatione data ad producendum inſtrumenta, vt eſt in titu. de mater. poſſeſſ. vt celeriùs expediantur, quia periculoſa eſt, & diſpendioſa illorum vacatio. c. cùm ſit. de elect. in vj.

In aliis cauſis ciuilibus, vbi non eſt opus atteſtationibus, nec teſtimoniis, debet quis poſt litem conteſtatam producere vſque ad concluſionem, & in termino ſibi conceſſo. c. dilectus. de fid. inſtru. vbi Doct. & in l. iudices. C. de iudic. cum authen. ſequen. ibidem. 2

Si verò teſtationes faciendæ ſint, tunc productio fiet poſt receptionem, & publicationem teſtimoniorum, & reprobationem teſtium : vt ſuperiùs dixi artic. j. 3

Productio nõ recipitur poſt concluſionem.

Poſt renuntiationem verò, & concluſionem in cauſa non recipitur productio etiam inſtrumentorum, c. cùm dilectus. & c. paſtoralis. de cau. poſſeſ. niſi in cauſa beneficiali, quia in ea renuntiatio non eſt neceſſaria. clem. ſępè. de verborum ſignificatio. de Rota deciſi. j. nota quòd poſtquàm. tit. de probationib. in antiq. & niſi renuntiatio & cõcluſio facta fuerit ſaluo iure producendi: vt docet Aufrer. in deciſ. Tholoſa. q. xiiij. & cxlvj. vide reg. cum limitationibus per Soci. in tract. fallen. regu. clxxxiiij. inſtrumenta. & Felin. in c. cùm dilectus. & Hippol. in l. j. §. ſi quis vltrò ff. de quæſtionib. 4

Literæ quomodò impetrantur ad inſtrumentum producendum ex æquitate poſt concluſionem.

Item niſi ex cauſa rationabili, vt pote ſi inſtrumentum ſit de nouo repertum, l. admonendi. ff. de iureiuran. & hoc poterit fieri per literas Regias, quæ in Cancellariis etiam impetrari poterunt, per quas permittetur parti non obſtante concluſione in cauſa producere tale inſtrumentum, † quod oportet in literis exprimere, & non expreſſum reiicietur, & articulus ſuper quo vult illud inſtrumentum producere, eſt exprimendus, & factum ipſum, & poterit hoc ſemel tantùm fieri. Oratione quidem diui Marci ampliùs quàm ſemel non eſſe dandam inſtrnmentorum dilationem, comprehẽſum eſt: ſed vtilitatis litigantium gratia cauſa cognita, & iterum dilatio tam ex eadem, quàm ex alia prouincia ſecundum moderationem locorum impartiri ſolet, & maximè ſi quid inopinatum emergat. Vlpian. ſunt verba in l. oratione. ff. de fer. & hoc cauſa infinitatis vitandæ. c. ij. de reſcrip. in vj. plenè de hoc ſcripſi in primò not. l. vnicæ. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. ſi tamen defunctus accepit dilationem ad producendum inſtrumenta, ſucceſſori quoque cauſa cognita dari debet, d. l. oratione. in fin. 5 6

Ad hæc in his literis concedi debet productio, dummodò res non ſit iudicata, vel incepta iudicari, & vt vulgò dicitur, *auant que le proces ſoit* 7

mis

mis ſur le bureau, de quo ſcribam in tractat. de liter. impetrat. ad renuntiandum appellationi inferiùs.

Françoys *Artic. LXXXVI. des publiées 1539.*

QV'EN *toutes matieres ciuiles, y aura communication d'inuentaires & productions.* Articulus vltimus.

GLOSSA VNA.

1 OPTIMVM ſtatutum, vt fiat communicatio inuentariorum inter partes, & productionum, vt nihil ex inſidiis agatur nam antequàm proceſſus fiat, relatio, & ſententia concipiatur, debent partes videre vtrum omnes literæ, & documenta producta ſint in ſacco, quia interdum in perniciem animarum quædam partes ſolent furari inſtrumenta: ideò bonum eſt, vt partes videant an omnia ſint completa, & antequàm iſta fiant, partes oſtendunt & communicant inuicem, & productiones & inuentaria, vt patet Dicanicis: & ſi pars videat alia inſtrumenta eſſe, quàm ea quæ producta fuerunt, debet petere ea reiici, & iudex hoc decernere debet: vt habetur in ſtylo Caſtelleti Pariſi. Alia hic multa adderem, ſed vt breui percurram has regias Conſtitutiones, reliqua aliis Pragmaticis diſcutienda relinquam: de his more ſolito gratias (ne ingrati officio fungar) Deo Optimo Maximo, & eius Virgini agens perpetuas. Amen. *Communicatio proceſſus quando & quomodo fiat.*

BIBLIOTECA GRANADA

TRACTATVS DE PVBLICATIONE ATTESTATIONVM.

* * *

De publication d'enqueſtes.

FRANÇOYS *Article LXXXI. des publiées 1539.*

Articu. vnicus.

QV'EN *matieres ciuiles y aura par tout publication d'enqueſtes, excepté en noſtre Cour de Parlement & requeſtes de noſtre dit Parlement à Paris, ou il n'y a accouſtumé auoir publication d'enqueſtes, & iuſques à ce qu'autrement en ſoit ordonné.*

GLOSSA VNA.

Publicatur atteſtationes.

STATVIT in omnibus Franciæ Curiis editionem ſeu 1
publicationem inquiſitionum eſſe faciendam, vt quiſque
videre poſsit, quo iure munitus ſit, ne poſteà ſi condemnatus fuerit, appellet. Hæc tamen publicatio non fit de ſtylo in Parlament. Pariſi. nec in Camera ſupplicationum Pariſi. cuius ſtyli meminit Guid. Papæ deciſi. cccccclxxxvj. quæritur.

Areſtum. *Publicatio teſtiũ nõ fit in Curiis ſupremis, & quare.*

Et ita fuit à Curia ſtatutum ann. 1276. vt habetur in ſtylo Parl. areſto 2
288. ex quo areſto ſumpta eſt hæc ordinatio, quæ etiam hoc excipit, ibi,
excepté en noſtre Cour de Parlement, & requeſtes, † etiam hic articul. non fuit in
Parlament. Tholoſano receptus, in quo non fit teſtimoniorum publicatio, 3
nec in Curiis ſupremis, propter ſecuritatem teſtium, ne ipſi incurrant odiũ partium, contra quas depoſuerunt, & vt faciliùs deponant, quod fortè non auderent, ſi partes illuſtres, aut alij magni domini ſcirẽt, aut videre poſſent illorum depoſitiones, teſte Ioan. epiſc. Vauren. in ſumma de ord. iu. ru. qualiter fiat inqueſta in curia.

Omiſſio publicationis teſtium an vitiet ſententiam. *Publicatio quando fiat in curia Romana.*

De iure etiam omiſsio publicationis teſtium non vitiat ſententiam, ma- 4
ximè ſi à parte non fuerit petita, quia non eſt de ſubſtantia iudicij: vt in c.
cum I. & A. de re iud. & gl. in c. fi. de hære. in vj. vt docet Bar. & ibi Alex. in
addi. in l. prolatã. quicquid ibi gl. dicat. C. de ſent. & interlo. omn. iud. quem
ſequitur Anchar. conſil. liij. omiſsio publicationis. † & in Curia Romana 5
non fit publicatio vſque ad tertiam ſententiam, vt pars poſsit producere in

cauſa

cauſa appellationis de nouo, l. per hanc. C. de tempo.appell.eò quòd non didicit teſtificata, quæ ſi didiciſſet, prohiberetur producere ſuper eiſdem articulis,vel directò contrariis.clemen.ij. de teſtib.Bal.in ca.vno. col.ij.ſi de inueſti.inter.domi.& vaſal.lis oriatur.

6 Tamen cùm per hanc legem præcipiatur publicatio,ſi iudex eam denegaret,partem grauaret, & ſic appellare poſſet, quia iudex facit contra hanc legem,ideò poſſet per ſuperiorem inſtigante parte mulctari.Innoc. Bald.& alij in dict.c.cùm l.& A.plenè ſcribit Georg.Nathan,in repet.clem. ſæpè §. fi.col.xxv.in xij.q.de verbo.ſignifica.

Appellatio à publicatione denegata.

7 Poſt iſtam publicationem, & didicita teſtificata non recipiuntur teſtes cauſa ſubornationis vitandæ,c.fraternitatis.de teſti.cle.ij.illo tit.niſi in caſi-
8 bus ibidem traditis per Doc. † veluti ſi teſtes cum inſtrumento producerentur,quia tunc ceſſat cauſa ſubornationis propter inſtrumentum:per tex. in c.ſeries.de teſti.quem extollit Lud. Roma.ſing.lxxx. tu habes. & Lanf.in c.quoniam.in verbo,teſtium depoſitiones.col. xv. verſ. aliud ſubiungo. de prob.

Teſtes non recipiuntur poſt publicatione m.

9 Minor tamen reſtituitur.Bart.in l.j. §.nuntiatio. ff.de noui oper. nunt.vt refert Mauri.in tract.de reſti.c.clxvj.& ſeq.

Minor reſtituitur, vt poſt publicationem probet.

10 Item facta allegata in libello,& non probata, poſt publicationem probari poterunt,impetrando literas Regias: vt cenſuit Senatus anno 1513. die xix.Iulij.facit quod ſcribit Capit.quæſt.clvij.

Areſtum.

11 Etiam poſt publicationem poſſunt produci teſtes de nouo reperti,c.paſtoralis.de except.l. admonendi.ff.de iureiur.nam quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.l.de ætate.§.ex cauſa.ff. de interroga. act. hoc nominatim docet Hippo.in l.j.§.ſi quis vltro.nu.17.ver.item etiam alio caſu. vbi etiam alios ſcribit caſus.ff.de quæſt.ſed in his literis Regiis opus eſt.

De nouo reperti teſtes producũtur etiã poſt publicationẽ.

12 Traduntur hæc teſtimonia perlegẽda primò reo, deinde actori, vt quilibet videat ius ſuum, an ſit probatum, vel nõ, & an ius aduerſarij ſit eliſum. de quo vide per Lanfr.in repet.c.quoniam contra. in verbo. teſtium depoſitiones.in publicatione teſtium.de probat.

Cui parti ſunt danda teſtimonia in publicatione.

13 Notandus eſt ordo curiarum,quem ponit Io.epiſcopus Vauren. in trac. de ordin.iud.rubr. ſequitur epilogatio. vbi dicit ſequentia in proceſſu eſſe. Primò citatio, quam adiornamentum curiæ ſeculares vocãt, de qua ſcripſi.
14 in titu.de cit.ſuprà. † Secundò fit verbalis petitio in breuibus cauſis,ſed in magnis libellus in ſcriptis offertur.auth.offeratur.C.de lit.conteſt.

Ordo proceſſus in curiis.

15 Tertiò, deliberandi datur dilatio, an quis velit cedere, vel contendere, dict.authen.offeratur.& l.j.ff.de edend. Quartò contra libellum opponitur exceptio,ſeu impugnatio,c.j.de libel.oblatio.vbi Docto.

16 Quintò, ſi exceptiones non obſtant, tenetur pars reſpondere iudici, co-
17 ram quo cauſa agitatur. † Sextò,libelli fit reſponſio,& ſic litis conteſtatio,
18 per totum titu.de lit.conteſt.† Septimò, dantur articuli,ſeu poſitiones contra reum,ſi negauerit.c.j.de confeſſ.in vj. ſi verò confeſſus fuerit ante litem conteſtatam,fit eidem præceptum de ſoluendo intra terminum arbitrio iudicis ſtatuendum,l.ſi debitori.ff.de iudi.vbi ſcripſi.

19 Octauò,producuntur articuli, quos partes concordant, & conſentiunt: vt ſu

Cõcordari debent articuli.

vt ſuperiùs habetur in rubr. *des articles accordés*, & poſtquam articuli apud grapherium ſunt conuenti, non recipitur quis ad proponendum facta reſponſiua eſſe impertinentia:vt cenſuit Senat.anno 1541.die vj.Februarij.

Areſtum.

Aſſerendi ſunt articuli, & quomodo.

Nonò,aſſeruntur articuli cum iuramento per actorem continere veritatem,& poſteà illis reus de credulitate reſpondebit, & hodie de veritate, vt dixi in tract. *des reſponces par credit.* † & ſolet addi in fine ſcripturarum hæc clauſula, *ſauf à reietter les faicts que ſeront trouuez à ſes eſcritures non faiſants à propos, & non correſpondans aux faicts des demandes & defenſes d'icelles parties.* & ſic in fi.poteſt vtraque pars petere, vt reiiciantur capita articulorum ponentium facta impertinentia,l.ſi duo patroni.§. idem Iulianus. vbi Doct.ff. de iureiurand. 20 21

Clauſula ſcripturarũ ſaluo iure reiicianda.

Decimò admittitur actor ad probandum dictos articulos,c.præſentium. de teſtib.in vj. 22

Vndecimò, nominantur teſtes, & producuntur per actorem in iudicio, & inibi recipiuntur:vt ſcripſi in tract.de inquiſi.ſeu commiſſ.ſuprà. 23

Duodecimò,iurant teſtes præſente,vel vocata parte, demum examinantur tam ſuper principali, quàm interrogatoriis, l. iuriſiurandi. C. de teſtib. ſuperiùs dictum fuit artic.xij.de inquiſi. 24

Decimotertiò, reportantur atteſtationes, & recipiuntur, niſi à parte impugnentur,& quomodò impugnari poſſint,dixi articulo j.tractat.de reproba.teſt.ſuprà. 25

Decimoquartò, reus dat ſuam defenſionem ad elidendam intentionem actoris:vt per totum tit.de except.& ſcripſi in tract.meo excep. 26

Decimoquintò, reprobantur dicta teſtium, & ſaluantur per partes, ſeu adiuuantur,vt dixi in tract.de reproba.ſuperiùs. 27

Decimoſextò, publicantur teſtimonia & teſtium dicta, vt in hoc titul. habetur. 28

Decimoſeptimò,producuntur inſtrumenta, & aliæ literæ quæ ad cauſam conducunt:vt ſuperiùs dictum fuit in tit.de partium product. 29

Decimooctauò,impugnantur per partem illa inſtrumenta, & munimenta producta:vt ibidem ſcripſi. 30

Decimononò, ſaluantur dicta inſtrumenta per producentem, ac adiuuantur:vt dictum fuit artic.j.de part.product. 31

Vigeſimò, partes renuntiant probationibus, & concluditur in cauſa, ca. paſtoralis.de cauſ.poſſeſſ.c.cùm dilectus.de fide inſtrument. 32

Vigeſimoprimò, ſacci viſitantur,& fit inuentarium de productis per ordinem alphabeti: vt infrà de inuentar. 33

Ordo rogãdi ſententias.

Vigeſimoſecundò, diſtribuitur proceſſus alicui, qui referat in conſpectu iudicis,ſeu Præſidis,& Conſiliariorum, qui poſteà arguendo ad vtramque partem ſuam dicit ſententiã,†& iudex petit ab aliis,ſi eiuſdẽ ſint ſententiæ, vel præſes à Conſiliariis,& tunc ad pluriũ ſentẽtias cõcluditur, & ſcribitur ſentẽtia,ſeu areſtum,& debent iuniores incipere, & dicere ſuam ſentẽtiam, vt liberè loquãtur:quia non auderent fortè poſt ſentẽtias ſeniorũ,ab eorum ſententiis diſcedere, l.j.ff.de albo ſcrib.Gaſpar. Valac. in repet.l. imperium. col.iij.ff.de iuriſdic.omni.iudi.poſt Specul.in titul.de aduoc. in §. iam nunc videndum 34 35

videndum eſt.veſicu.iuniores tamen.

36 Vltimò profertur ſententia, ſeu areſtum, quo prolato ſi pars velit ſententiam habere, oportet quòd ſoluat pro ſpeciebus quantum erit à iudice, ſeu præſide, & camera taxatum, alias nunquam obtinebit. Hæc eſt breuis iudiciorum ſumma, quam not.

37 In prolatione tamen ſententiæ eſt differentia inter Curias ſupremas, & inferiores, quia in Curia ſuprema quando profertur areſtum per Prẹſidem, ipſe ſolet recitare totum proceſſum, petitionem actoris, exceptionem, re- *Sẽtentia & areſtũ quomodò proferri debeant.*
38 plicationem, & duplicationem: † in curiis verò inferioribus Iudex ſolam ſententiam recitat in ciuilibus, & idem ſi grapherius proferat in Parlamento: ſed in criminalibus iudices inferiores ſolent etiam proceſſum recitare, cui recitationi non debent clerici intereſſe, ne morti illius rei conſentiant, cap. ſententiam ſanguinis. ne cleri. vel monach. Quædam alia in aliis curiis fiunt, nec omnia iſta in omnibus ſeruantur curiis, ſed iſta boni conſulè. & adde ad l. prolatam. C. de ſentent. & interlocuto. omnium iudicum. Laus Deo optimo maximo, Virgini ſacræ, & omnibus cælicolis.

Amen.

TRACTATVS DE INVENTARIIS.

***

Des inuentaires.

CHARLES VII. *Article CI.*

Articu. primus & ſecũdus.

ITEM, *& en outre defendons à tous les aduocats & procureurs de noſtreditte Cour, (& ce ſur peine de cent ſols Pariſis d'amende, à appliquer à nous) que doreſnauant en leurs inuentaires ils ne mettent ne alleguent raiſons de droict, ne allegations quelsconques, mais qu'ils declairent ſeulement en leurs inuentaires la fin, à laquelle il produiſent chaſcune lettre,*

IDEM, *Article XXXIX. touchant le ſtyle de Parlement.*

ITEM, *voulons & ordonnons par noſtredite Cour eſtre defendu, & deſmaintenant defendons à tous aduocats, & procureurs, ſur peine de cent ſols Pariſis à appliquer à laditte chapelle, qu'en leurs inuentaires ne mettent raiſons de droict, n'autres allegations, pource que ſouuent ils y en mettent plusieurs, ce qui ne ſe doit aucunement faire, conſideré que la parſie aduerſe, ne voit point ledit inuentaire.*

GLOSSA VNA.

Qui teneãtur facere inuentariũ.

MVLTI inuentarium conficere tenentur, vt 1
hæres, fideicommiſſarius, tutores, prælati, &
beneficiati, cap. charitatem. xij. quæſt. ij. & alij
multi, quos ſcripſi in tract. de ſenten. prouiſ.
articulo iij. gloſſ. iij. † & ibi poſui ſeptem vti- 2
litates inuentarij, & niſi executor teſtamenti
fecerit inuentarium, repelli debet ab execu-
tione, & alius in eius locum ſubrogari: vt iu-
dicauit Senatus anno 1585.

Areſtum.

Curator bonorũ & curator ad litem quomodò facere debeant inuẽtarium.

Item curator bonorũ inuentariũ facere te- 3
netur. Bar. & alij in l. j. ff. de curato. bon. dando. ſed curator ad litẽ non tenetur facere inuentariũ bonorũ eius, qui eũ conſtituit, l. de creationibus. gl. conſcri

conſcripto.C.de epiſcop.audien.quia non poteſt de bonis illius diſponere, nec ei ſolui poteſt,cùm ad hoc non ſic conſtitutus.

4 Sed inuentarium tenetur facere inſtrumentorum & documentorum, quæ in lite producuntur,de quo loquitur iſte tex. & ſic conciliantur diuerſæ ſententiæ,quas allegat Bal.in marga.in verb.inuentarium. quęſt.viij.licèt non ita diſtinguat,nec alij Doct.

5 Nota quòd vulgus quoad nomen inſequitur imperatores, qui in l.fin. & alibi frequenter.C.de iure delib.vocant inuentarium,Iuriſconſ. verò vocat repertorium.in l.tutor qui repertorium.ff.de admi.tuto.quia omnia inuenta,& reperta in eo conſcribi debent,c.charitatem.xij.q.ij.ſed vtcunque vocetur apud dicanicos,nulla eſt de his controuerſia.

Inuẽtarium & repertorium quid.

6 Formam conficiendi inuentarium bonorum conſcribit text.iuris melior ad hoc in l.ſi quis intra.C.de bon.proſcri.& Guid. Papæ in ſuo tract.forma inuentarij conficiendi.& Bar.in l.tutor qui repertorium.col.iij. ff.de admin. tut.reprobat formam.à Spec.conſcriptam in tit.de inſtrum.edit. in §.dicto.

Forma cõficiẽdi inuentarium.

7 Sed in Gallia eſt diuerſa forma, & in hoc quælibet patria ſua forma abundat.

8 Inuentarium hoc bonorum non diſſoluit communitatem, ſeu ſocietatem, quæ eſt inter virum & vxorem de conſuetudine in hac patria, ſi poſt mortem mariti ritè confectum non fuerit, quia pro non facto habetur, l. quoties.ff.qui ſatiſda.cogan. Et ita pronuntiauit Senatus anno 1529. die xxiij.Decembris in camera inquiſitionum.

Cõmunitas an diſſoluatur per inuẽtarium. Areſtum.

9 Item ſi quis velit probare contra inuentarium poteſt impetrare monitorium de occultis,etiam nemine excepto, quamuis in aliis monitoriis ſoleat excipi pars,& eius conſilium regulariter.& ita cenſuit Senatus anno 1543. die ix.Auguſt. de his monitoriis tractat. Philip. Probus in addi. ad Io.Monach.in c.fi.de conſti.in vj.poſt Io.Neuiza.in ſua ſylua nuptia.

Monitoriũ de occultis nemine dẽpto quando cõcedatur, Areſtum.

10 Hoc autem inuentarium non probat,niſi inter quos confectum fuit,quia res inter alios acta,&c.per rub.C.vt docet Capit.in Deciſi.Neapol. Deciſi. cvij.in fi.poſt Bar.in d.l.tutor qui repertorium. & l.chirographis. ff. de adminiſtra.tuto.facit l. ſolennibus. C. de rei vend. & l. ſi functiones. & l.cenſualis.C.de dona.

Inuẽtarium inter quos probet.

11 Item cùm quidam diceret ſocietatem initam cum aliquo, ob id petebat inuentarium bonorum illius fieri,quod alter recuſabat, allegans nullam eſſe inter eos ſocietatem.Bailliuus tamen *de Chaumont en Baſigni* inuẹntarium conficiendum ſine rerum tranſportatione, (& vt dicunt *ſans rien deſplacer*) decreuit,quod reprobauit Senatus, quia durum eſt domus ſecreta detegere.l. ij.C.quando & quibus quarta pars debeatur libr.x.& hoc,anno 1519. die xxiiij. Maij.

Inuẽtarium prætextu ſocietatis allegatæ reprobatum.

Areſtũ.

12 Hæres ſub beneficio inuentarij oportet in hac conſuetudinaria patria, quòd impetret à Rege literas concedentes, vt ſe gerat pro hærede ſub inuentarij beneficio, ſi nullus velit ſimpliciter hæres eſſe, licèt de iure communi concedatur,l.fi.C.de iure delib. & ideò in patria iuris ſcripti hæ literæ vix impetrantur, vt per Chaſſa. in Conſuetud. Burgund. in titu. *des ſucceſſions*,artic.xiij.in gloſ.vltima.

Hæres ſub beneficio inuentarij per literas fit.

Requiritur etiam quòd iſte hæres inuentarium conficiat bonorum, quæ 13
verè in hæreditate reperta erunt.d.l.fi.& §.hinc nobis.in authen de hæred.& Falc.colla.j. † & expenſis hæreditatis ſolet fieri, quando requiſitum 14
eſt ab illis,qui iure vniuerſali veniunt,& eodem medio:ſecùs ſi is, qui illud requirit, veniat titulo particulari, vt cenſuit Senatus pro vidua. do. *de la Paliſſe,*anno 1527.die 19.Nouembris.

Areſtum.

Expenſis cuius inuenta rium fiat.

Ad hæc quòd æſtimatio illorum in inuentario deſcribatur, l. ſi quis intra. C. de bon. proſcript. quod eſt verum rerum mobiliũm, non immobilium. 15

Creditores vocandi in inuentario.

Præterea quòd nominatim vocentur creditores certi, incerti per proclama.authen.ſi omnes.C.ſi minor ſe ab hær.abſti. † & ſi formam non ſeruauerit hic hæres,ſolet peti,vt declaretur hæres ſimpliciter. 16 17

Cautionem de exequendo teſtamentum hæres præſtat.

Inſuper oportet vt hic hæres det cautionem, quòd exequetur contenta in teſtamento, & ſoluet creditoribus vſque ad concurrentiam bonorum: alioqui nõ dabitur ei facultas, vt gerat ſe pro hærede ſub beneficio inuentarij, vt vidi in forenſi iudicio ſeruari. hactenus de inuentario bonorum multa ſcribit Chaſſa.in conſue.Burg.ti.*des ſucceſſions.*§.xiiij. gl. pe.& hic tenetur debita liquida ſoluere,vt cenſuit Senatus anno 1522.die xiij.Iunij. 18

Areſtum.

Inuentariũ proceſſus quomodo faciendum.

Nunc videamus de inuentario,quod fit in litibus,& de inſtrumentis,documentis, & aliis literis,quæ in proceſſu ſunt ad iudicandum. Primò in hoc inuentario debet pars dicere hoc eſſe inuentarium talis Titij, quod tradit coram vobis do. Senatoribus, vel aliis iudicibus,ad oſtendendum de iure ſuo, & ad verificationem factorum, ac vt obtineat ea,quæ petit, in primis producit citationum literas, quibus oſtenditur talem reum citatum eſſe in domo habitationis,quæ ſunt notatæ per literam A. 19

Item producit libellum notatum per B.per quem apparet petiiſſe, & concluſiſſe ad reſtitutionem decem aureorum mutuò datorum, & ſic de aliis. 20

Noua etiã productiones inuentario primo ſunt addendæ.

Præterea cenſuit Senatus, vt refert Aufrer. in ſtylo Parlam. areſto. 399. quòd nouæ productiones, quæ fiunt interdum in cauſa appellationis, addantur primo inuentario, & non fiat aliud inuẽtarium ſeparatum à primo, vt faciliùs poſsit inueniri id, quod eſt productum. † nam aliquando noua productio cum nouo inuentario per partes retinebatur, ob id iudicabatur proceſſus non viſa noua productione,neque nouo inuentario quod reprobauit Senatus in dicto areſto. 21 22

Areſtum.

Iuris allegationes non fiant in inuentariis.

Ad hæc prohibetur hic, ne allegationes iuris in inuentariis conſcribantur,vna vel plures hic,*quelconques.*facit l.iij. §. negotia vnum vel plura.ff. de nego. geſt. tum quòd illic non ſunt neceſſariæ, tum etiam propter breuitatem: ad hæc quia hic agitur tantùm de declarando effectum productionum,non iuris authoritatem, & quia eſſet ſuperfluum, cùm in aliis ſcriptis allegationes fuerint conſcriptæ, & quia decipi poſſet altera pars, cùm non videat has allegationes,vt artic.ij.dicitur. 23

Inuentariũ quomodo cõficiendum.

Item docet Io.Epiſcopus Vauren. in ſumma de ordi. iud.in ca.de viſitatione ſaccorum continentium iura partium, ita dicens, quòd vtraque pars debet inuentarium facere de productis per ordinem Alphabeti, & ad 24

quid,&

25 quid, & ad quem effectum quodlibet documentum productum fuit. † & penes ſe quælibet pars retinere debet exemplum, ſeu copiam correctam à Grapherio, ne minuta poſsit perdi, vel falſitas ſeu raſura ſuper eis fieri.

26 † & quòd hic text. prohibet allegationes iuris fieri in inuentariis, tacitè permittit in aliis ſcripturis, argu. l. cùm prætor. ff. de iudic. & artic. ij. prohibentur allegationes aliorum librorum. ibi, *n'autres allegations*, videlicèt hiſtoriarum, ſeu aliorum librorum.

27 Si tamen quis alleget aliquid in inuentario, non punitur ipſo iure, niſi ab ipſis Senatoribus puniatur. gl. in c. vno. de ſagitta. quia iſta verba, *ſur peine de cent ſolz Pariſis*, non ſunt latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vt ibi. & in c. Salonitanæ. lxiij. diſt. ideò oportet, quòd hæc mulcta declaretur per Curiam, alias ad eam non punietur allegans iura in inuentario.

Allegãs iura in inuentario an ipſo iure puniatur.

28 Et quamuis iſte text. loquatur in inuentariis faciendis in Curiis ſupremis: tamen idem in aliis curiis quoad prohibitionem, propter ſimilitudinem rationis, non tamen punietur allegans in inuentario ad ſimilem pœnam, ſed paulò minorem arbitrio iudicis inferioris infligendam, quia vbi eſt eadem ratio, & idem ius eſſe debet, l. illud. ff. ad legem Aquili.

CHARLES VII. *Article XIII. touchant le ſtyle.*

Articu. tertius.

ITEM, *ordonnons qu'en iugeant leſdits proces en chacune deſdittes chambres, & auſſi en la tournelle criminelle, les inuentaires des parties, ſeront veus, & leus tout au long, affin que rien ne ſoit omis, qui face à la deciſion du proces, que l'on iugera.*

GLOSSA VNA.

1 INVENTARIA tota debent legi coram iudicibus, apud quos iudicatur proceſſus, & videri, vt rectè iudicetur, & omnia alia, quæ ad cauſæ deciſionem faciunt, & non ſolùm in Curiis inferioribus, ſed etiam in Parlamentis: alioqui fruſtrà fierent, ſi non viderentur, & tam in ciuilibus, quàm in criminalibus: & hoc exactè ſeruatur in curiis ſecularibus, non verò in curiis eccleſiaſticis. Et quæ in hoc inuentario ſcripta ſunt, vt intelligi non poſſunt, perinde ſunt, ac ſi ſcripta non eſſent, l. ij. ff. de his quæ pro non ſcript. habentur. l. quintus Mutius quo tutela. §. quæ in teſtamento. ff. de regul. iuris & tunc in Parlamento ſolet vocari pars, quæ ſcripſit inuentarium, vel eius procurator, ſeu aduocatus, qui illud concepit, vt declaret quæ ſcripſit.

Inuentaria corã iudice legenda.

FRANÇOYS *Article XII. des publiées, M. D. XXVIII.*

Articu. vltim°.

ITEM, *auons ordonné, que les procureurs des parties plaidants par deuant noz Baillifz, Seneſchaux, & autres Iuges, ayent à faire*

inuentaire des proces, qu'ils produiront par deuant leſdits Iuges, en defendant aux greffiers deſdittes iuriſdictions, de non receuoir leſdittes productions ſans leſdits inuentaires: n'iceux enuoyer, ne pareillement les enqueſtes, qui auront eſté faites eſdittes cauſes, quelles ne ſoyent ſignées des commiſſaires & adioincts, qui les auront faites: & s'ils eſtoyent decedez, par autres, qui ſeront par les Iuges commiz à ſigner en leur lieu, ſur peine d'amende arbitraire, & de dommaiges & intereſt, que les parties pourront auoir, & ſoubstenir à faute de faire ce que dit eſt.

GLOSSA VNA.

Procuratores inuentaria conſcribant.

IMPRIMIS precipit procuratoribus, vt inuentaria conſcribant eorum, quæ producuntur coram Seneſchallis, vel aliis iudicibus. 1

Intellige ſiue Regiis, ſiue non Regiis ſecularibus, quia non dicit noſtris, ſed dicit, *& autres Iuges*, & indefinita æquipollet vniuerſali, l. ſi pluribus. ff. de legat. ij. c. vt circa. de elect. in vj. 2

Productiones non fiãt ſine inuentariis.

Item præcipit actuariis, ſeu grapheriis, ne productiones ſine inuentariis recipiant, nec eas mittant fortè ad iudicem appellationis. poſſent enim amitti literæ, vel ſurripi à parte, & ipſa forte diceret ſe alias produxiſſe literas, quàm produxit. 3

Præterea vult vt teſtationes non recipiantur, nec mittantur niſi ſignatæ fuerint à commiſſario, & eius collega, ſiue adiuncto, vt dictum fuit de inquiſitoribus ſuprà. 4

Sed ſi mortuus vnus, vel alter fuerit, tunc iudex committet alicui, qui loco mortui ſubſcribet, & hæc omnia præcipiuntur fieri ſub pœna emendæ, damnorum & intereſſe, quæ partes patientur, niſi huic legi paruerint. 5

Alia de inuentariis vide per Iaſ. & alios in l. final. & per Angel. Aret. in ſuo tract. de teſta. & per Fran. Percelli, in ſuo tract. de inuentario, cum aliis quæ ſcripſi in primo Tomo in tract. de ſent. prouiſ. artic. iij. gloſſ. iij. & cum his Deo gratias agam. 6

* *
*

TRACTATVS DE SENTENTIIS VTILIS ET QVOTIDIANVS.

Des ſentences.

1 HANC ſententiarum materiam abundè tractaui in interpreta.l. quod iuſsit.ff. de re iudic. vbi tractaui, quid ſit ſententia, & quotuplex, & quæ ſit definitiua, & interlocutoria, & illarum exempla, ac quando reuocari & mutari poſsit, & ſexagintaſex differentias inter interlocutoriam & definitiuam, atquè alia multa huic materiæ accommoda, illarúmque praxim & vtilitatem, Demum ſcripſi tracta.de ſentent.execut.& de ſenten.proui.in prim.Tomo harum Legum Regiarum. vnde ex illis hæc materia ampla erit,& ſatis elucidata:reliquum poterit ex illis ſcriptis ſuppleri. Ariſtophon gloriari eo erat ſolitus, quòd nonagieſquinquies in ius vocatus, ſemper fuerit abſolutus, vt eſt in apopthegma. Plutar.tu illum ſequere, & iudicia non tibi nocebunt, ſi non proſequatis cauſam iniuſtam.effectus ac vtilitates ſententiarum ac rerum iudicatarum ſcripſi in l.vt ſunt iudicio.ff.de verbor.ſignific.

Interpretatiõis l. quod iuſſit ſumma.

Ariſtophõ ſemper abſolutus.

CHARLES VII. *Article LXXVIII,*

ITEM, *pource que nous auons entendu, que pluſieurs, apres qu'ils ont produit, & conclud en cauſe, & que iour à iouyr droict leur eſt aſsigné par noz Baillif, Seneſchaux, ou leurs Lieutenans, ou autres iuges de noſtre Royaume, & qu'à celuy iour à ouyr droict le iuge eſt preſt à proferer ſa ſentence, l'vne des parties pour fuyr, & delayer demande delay d'abſence, ou attente de conſeil, ou autre delay, ou appelle d'iceluy iuge, ou ſe defaut pour empeſcher qu'iceluy iuge ne profere ſa ſentence: Nous voulans pourueoir à tels inconueniens, auons ordonné, & decerné, ordonnons, & de-*

Articulus primus.

cernons, que quand les parties auront conclud en cauſe, & auront eu iour à ouyr droict ſur leurs productions, ou ce qui eſt es ſacs, que le iuge ne differe, ne delaye de prononcer ſa ſentence, ſous ombre de ce, que l'vne des parties demanderoit delay d'abſence, ou attente de conſeil, ou autre delay, n'auſsi pour quelconque appellation, qui ſoit faite de luy ce iour, pour empeſcher le iugement, & ſentence dudit procés, n'auſsi pour l'abſence ou defaut de l'vne des parties. Et enioignons à tous les iuges, & iuſticiers de noſtre Royaume, q̃ nõobſtant tels delais requis, ou appellation emiſe, ou le defaut ou abſence des parties, ils procedent à donner, & profcrer, donnent & proferent leur ſentences : ſinon que par nos lettres nous ayons donné puiſſance à aucune des parties pourquoy doit eſtre differée la iudication d'iceluy procés. Toutesfoys nous n'entendons pas que pour lettres d'eſtat par nous ottroyées à l'vne des parties, le iugement de ladite cauſe doiue eſtre differé. Et ſi le iuge trouue que par fraude ou malice de la partie, & pour fruſtratoirement delayer ledict procés icelle partie ait impetré noz lettres : Nous commandons, & enioignons au iuge qu'il condemne icelle partie en amende en outre le principal, & les intereſt & deſpens de la partie pour iceluy procés retardé.

GLOSSA VNA.

Concluſum in cauſa quando dicatur.

1 EX HOC text. ſequentia notanda ſunt, quòd poſt productiones partium concluditur regulariter in cauſa. cap. cùm dilectus. vbi doctor. de fide inſtrumen. & concluſum in cauſa dicitur, quando renuntiatum eſt allegationibus, & aliis probationibus, gl. ibidem. quæ tamen concluſio non eſt neceſſaria in cauſa beneficiali. de Rota. deci. ij. per eadem. ſi poſt concluſionem. & deci. j. de teſtib. in no. quia in materia beneficiali ſententia non tranſit in rem iudicatam. glo. & Docto. in cap. j. de conceſſ. præben.

Concluſio proceſſus duplex.

2 Secundò, quòd in concludendo aſsignatur dies ad audiendum ius, vel ad audiendum ſententiam, quando fit concluſio generalis in fine cauſæ, ſecùs ſi eſſet concluſio ſpecialis quoad teſtes, vt docet Matth. de Affli. in Conſti. Neapolit. libr. ij. tit. de cau. in iudi. citò deciden. rub. xliiij. nu. 8.

Citatur pars ad audiendã ſententiam.

3 Vel oportet citari partem ad audiendam ſententiam. c. ij. de dolo. lib. vj. quem ſin. dicit Barb. in cle. vna. col. xiiij. de excep. quòd quis eſt citandus ad audiendam ſententiam. Idem tenet glo. in cle. ſæpè. in verb. ad id. & ibi Georg. Natan. de verb. ſig. & Iaſ. in l. admonendi, col. ix. num. 76. ff. de iureiuran. Roma. ſing. cccciij. ſententiæ. alioqui ſententia lata contrà abſentem non citatum eſt nulla, l. ea quæ. C. quomodo & quando iudex. quia admit

admittitur defenſio, vt conſuluit Cal. conſil. viij. an ſententia. in tit. de re iudic.

4 Tertiò, quòd die prolationi ſententiæ aſsignata non poterit pars dilationem petere, quia antè potuit, & ne ſententiæ prolatio impediatur: vt not. in d.c.ij. de dolo.

Die ſententiæ proferendæ ne petatur dilatio, vel appelletur.

5 Quartò, quòd etiam eo die pars non poterit appellare, quia ante ſententiæ prolationem non eſt grauatus, ideò ſine grauamine appellaret: quod eſt prohibitum, ca. cùm ceſſante. de appel. & ideò non obſtante tali friuola appellatione, iudex ſententiam proferet, & pars poſteà ſi ſentiat ſe grauatam, appellabit.

6 Quintò, ſi altera pars non comparuerit die aſsignata, iudex ſententiam proferet, dummodò in ſententia comminatum fuerit, quòd alias procedetur ad ſententiam. gl. & Rebuff. in l. ſi apparitor. C. de cohorta. lib. xij.

7 Limitatur hic, vt iudex non debeat proferre ſententiam, ſi Rex per ſuas literas authenticas mandet ſententiam differendam, quia Principi obediendum eſt, vt diuus Paul. teſtatur. obedite præpoſitis veſtris. &c. qui reſiſtit. xj. q. iij.

Sentētia an differatur per literas Regias.

8 Quod intelligitur, ſi Princeps expreſsim illam cauſam diceret differendam: ſecùs ſi generaliter ſcriberet omnes cauſas talis militis differendas ratione belli, certè per illas literas non differretur iudicis pronuntiatio, per iſtum text. vt ſcripſi in tract. de lit. dila. & ſtatus, art. ij. in ij. Tomo Commen. in has Conſtitu. Reg.

9 Item ſi pars impetrauit literas, vt ſententia differatur, & illæ literæ ſine cauſa conceſſæ ſint, vel ex falſa cauſa, tunc debet iudex condemnare illum impetrantem in expen. damnis & intereſſe, & ad emendam ratione retardati proceſſus. iſta ſunt quæ ex hoc tex. colliguntur. & vide in tract. de areſtis & oppo. contra ca. art. ij. inferiùs.

Impetrās literas ſine cauſa punitur.

CHARLES XII. *Article CXXIII.*

ITEM, *que nous auons entendu, que pluſieurs Iuges de noſtre Royaume, tant noſtres qu'autres, donnent & font leurs iugemens, & ſentences ſi obſcurs, & doubteux, qu'à peine les peult-on entendre, & iugent par experience, ſans auoir regard expreſſément aux choſes allegueés, & prouuées par les parties: Parquoy ſur l'interpretation, & execution d'icelles ſentences, & iugemens, les parties ſont conſtituées en auſsi grand proces, comme parauant, en grand fraiz & deſpens, & en ſont les parties ſouuentesfoys moult endommagées: Nous voulans pouuoir à telles choſes, ordonnons, & decernons que tous les Iuges de noſtre Royaume, tant ceux de noſtre Cour de Parlement, que nos Baillifz, Seneſchaux, & autres nos Iuges de noſtre Royaume, iugeants certainement, & ſelon les choſes allegueés, & prouuées par deuant eux par les parties, donnent, & proferent d'oreſenauant leur iugemens arreſtz, & ſentences certaines & claires. Et enioignons & commandons à tous les Iuges*

Articu. ſecũd°.

de noſtre Royaume, tant à ceux de noſtre Cour de Parlement, qu'autres, qu'ainſi le facent, ſur leur honneur, & ſur peine d'en eſtre reprins par nous, & nos Iuges.

GLOSSA VNA.

Certa ſit ſententia.

IVDICIBVS præcipit vt certam ferant ſententiam, & hoc 1
eſt iuri conforme, vt in titul. C. de ſentent. quæ ſine cer. quan. profer. & in §. curare. de act. in Inſt.

Iſte text. non procedit in acceſſoriis, id eſt, in fructibus, vel 2
expenſis, ad quæ iudex condemnare poteſt, & poſteà in executione liquidare, vt dicam infrà in tract. de fruct. expen.

Expēſe poſt ſententiā liquidantur.

In alternatiuis etiam poteſt ad vnum, vel alterum condemnare §. ſi quis 3
agens. de actio. in Inſti. & l. vbi autem. §. qui illud. ff. de verbor. oblig.

Idem dicunt Doctor. in vniuerſalibus, & generalibus. in l. j. ff. de edend. 4
vbi videre licèt.

Præterea ſententia non dicitur incerta, ſi poſsit certificari per relatio- 5
nem ad aliud, vt in l. ait prætor. §. j. ff. de re iud. vbi plenè Doctor. vide infrà titul. de areſtis, & de opponentib. contra ea. art. vlt.

Alia ſuper hoc poteris bone lector, videre per Spec. in tit. de ſentent. 6
verſ. item debet eſſe. & plenè per Doctor. in tit. de ſenten. quæ ſine cer. quant. profer.

CHARLES VII. *Article XVII.*

Articu tertius.

ITEM, *& pource que ſouuentesfoys les Iuges, tant noſtres, qu'autres, apres leurs ſentences prononcées, dont aucunes des parties appellent, apres l'appellation faicte, corrigent leurs ſentences, & les mettent par eſcrit en autres formes, qu'ils ne les ont prononcées, dont les parties ſont moult vexées, & ſont trauaillées, & en aduient de grands inconueniens: Nous voulans releuer nos ſuiets des deſpens, & charges inutiles, auons ordonné, & ordonnons, que tous les Iuges, & iuſticiers de noſtre Royaume, tant noſtres, qu'autres, auant qu'ils prononcent leurs ſentences diffinitiues, ou autres, dont les parties ſeront appoinctées en droict, bailleront au greffier de leur cour en eſcrit le brief, ou dictum de leur iugement, tel qu'ils le prononceront: Lequel brief, ou dictum de leur iugement, ou appoinctement, ledit greffier ſera tenu de garder par deuers luy, & l'enregiſtrer, & ne ſignera la ſentence ou appointement du Iuge, apres qu'elle ſera prono͂cée, & miſe en forme, ſinon qu'en iceluy brief, ou dictum dudit iugement, ou appoinctement, tel qu'il luy aura eſté baillé, ſoit mis en eſcrit ladite ſentence de mot à mot, ſur peine d'en eſtre puny, comme de crime de faux: Et pareillement*

ment le Iuge ſera tenu de mettre en ſaditte ſentence ledit iugement, ou appoinctement: & ſur laditte peine. Et ſera tenu ledit greffier incontinent apres laditte ſentence prononcée, bailler aux parties, qui le requerront, la copie du brief dudit iugement, ou appoinctement, tel que le Iuge luy aura baillé, ſous le ſeing manuel d'iceluy greffier. Et pource que pluſieurs appellans ſouuentesfoys s'efforcent de calumnier les ſentences, & appoinctemens des Iuges, par ce qu'ils dient, que les Iuges n'ons eſcrit leurs ſentences, ainſi qu'ils les ont prononcées, parquoy ſouuentesfoys les parties ſont tenues en grands proces: Nous voulans obuier à tels abus, auons ordonné & ordonnons, que foy ſera adiouſtée aux ſentences, & appoinctemens faits en la forme deſſuſditte: ſinon que l'vne des parties vueille arguer icelles ſentences, ou appoinctements de faux.

GLOSSA VNA.

1 OPTIMA prouiſio vt iudices ſuas non mutent ſub pœna falſi ſententias, poſtquàm prolatæ ſunt. Et ſequentia requiruntur in hoc articulo. Primò, quòd iudex ſcribat ſententiam ex conſilio aduocatorum, vel aliorum, quos poteſt cogere, vt præſtent ei conſilium, gloſ. & Doct. in l. ij. C. de proxi. ſacro ſcinio. lib. xij. *Mutāda nō ſunt ſententiæ.*

2 Secundò requiritur, quòd illam propria manu ſubſcribat iudex, & conſultores, qui illius fuerint ſententiæ, etiam ſignare debent, vt iudex ſuperior poſsit mulctam dicere tam in iudicem, quàm in illos, qui ſic perperàm conſuluerunt. *Sententia à quibus ſit ſubſcribēda.*

3 Tertiò requiritur, quòd iudex poſteà eam pro tribunali ſedens pronuntiet, legendo illud breuiculum, vel illud Grapherio legendum tradat, l. ij. C. de ſenten. ex libel. rec. quod, *le dictum* vocat iſte tex. vel, *le brief.* *Breuiculum ſententiæ.*

4 Quartò, quòd illud breuiculum non imminutum, nec immutatum, vel additum actuario, ſeu Grapherio ſtatim poſt pronuntiationem tradat. ibi, *bailleront au greffier de leur cour, &c.*

5 Quintò, quòd illud breuiculum Grapherius in regeſta ad verbum tranſcribere debet. ibi, *ledit grefffer ſera tenu de garder par deuers luy, & l'enregiſtrer.* vt nihil addatur, nec diminuatur.

6 Sextò, quantitatem ſportulariæ pecuniæ, quam recipit, exprimere debet, vt inferiùs artic. j. tit. de ſalariis taxatis pro viſitatio. proceſſus. *Sporturum quātitas exprimenda.*

7 Et ſic patet regula, quòd ſententia non poteſt reuocari, immutari, emendari, nec corrigi, per l. quod iuſsit. ff. de re iudic. vbi plenè ſcripſi, ideò hic non repetam.

8 Etiam in acceſſoriis nihil addi debet, nec deleri ſub falſi pœna, vt hic. & hoc plenè docet Imbert. alia neceſſaria addens in Curiis ſecularibus, in Inſtit. Foren. lib. j. §. nunc de his. vnde iudex non poteſt reuocare condemnationem expenſarum, vel fructuum. gloſſ. in l. j. C. de ſenten. quæ ſine certa *Acceſſoria ſententiæ nō ſunt mutādæ.*

quant

quant.Bald.in l.quia arbiter.ff.de arb. Alex. in l.Paulus.ff.de re iudica. quia poſtquàm principale non poteſt reuocari, ſic nec acceſſorium, l. cùm principalis.ff.de regul.iur. intellige vt per Bal.in l.terminato. col. penult. C. de fruct.& lit.expen.

Nec quidem de conſenſu partium, cùm hic inſeratur pœna. gloſ. in l.ſi 9
diuerſa.C.de tranſact.Bal.in c.præſentata.col.ij.de teſtib.

Cōdemnato an indulgere poßit iudex.

Siue ſententia lata ſit in ciuili, ſiue in criminali.tex.in l.j.in fi.ff.de quæſt.l. 10
relegati.l.moris.§.penul.& l.diui.ff.de pœ.l. pœnam.C.illo tit. vnde iudex condemnatum ad pœnam corporalem, etiam ſi de innocentia appareret, abſoluere non poteſt, l.acta.§.j.ff.de re iudicata.l.diui.de pœnis.Pan.conſil. xcij.contra ſententiam.in j.volu. † ſed debet iudex ab executione ſuperſe- 11
dere, donec fuerit conſultus Princeps, & veniam delinquenti, (quam *grace*, dicunt) conceſſerit, quæ gratia delinquentibus dari ſolet. Bal. in l.addictos. C.de epiſco.aud.Fel.in c.conſanguinei. col.ij. extrà eo. dicam ſi operæpretium fuerit in titul.*des graces,* infrà.

Iudicatum per errorē an reuocetur.

Etiam ſententiam non reuocabit iudex, ſi error interuenerit, l.error. vbi 12
Doct.C.de iu.& fa.ign.quia iudex iam functus eſt officio ſuo, l.iudex. ff. de re iud.c.in literis.de off.deleg.niſi vt inferius dicetur in limita.

Iniuſtā eſſe cōfeſſus ſententiam, an faciat eā irreuocabilem.

Imò etiam ſi pars, in cuius vtilitatem lata eſt, eam iniuſtam fateretur, non 13
poſſet iudex eam reuocare, cùm hic omninò prohibeatur, quamuis de iure ſecùs, per text. in ca. ij.de purga. vulga. Bald.in authent.ad hæc colum. penult. C. de vſur. † idem in ſucceſſore iudicis putarem, qui ſententiam per 14
prædeceſſorem latam reuocare non poteſt, l.poſt ſententiam. C. de ſenten. & interl.omn.iud.l.j.C.ſent.reſcin.non poſſe.Panor.conſi.lxxiij. in diſputatione.in j.volum.

Et procedit ſeu lata ſit ſententia officio nobili, ſiue mercenario, cùm hic 15
text.non diſtinguat, l.de pretio.ff.de publi.in rem actio.quamuis de iure diuerſum ſit, in l.diuus. ff.de in integr.reſti.vt ſcripſi in interpreta.l. quod iuſſit.in tj.no.ff.de re iud.

Sententia etiam nulla nō reuocatur.

Non poterit etiam iudex reuocare ſententiam, etiam ſi eſſet nulla & in- 16
ualida, ſed ſuperior hoc poterit, non is qui protulit: alias incideret in pœnam, cùm hic text.generaliter prohibeat.licèt text. & ibi Doct. contrarium decidant, in l.fin.C.de ſent.quæ ſine cer.quan. & in l.j. C. de ſentent.& interloc. ſed in Regno Franciæ puniretur reuocans ſententiam etiam nullam, per iſtum text.

Corrigere iudex an poſſit ſententiam.

Nec quidem corrigere poterit ſententias, *quæ in rem non tranſeunt iudica-* 17
tam, vt matrimoniales, beneficiales, & alias, quas ſcribit Hippo.in l.vna. num. 144.C.de rap.virgi. & in practica criminali. §. ordine. quamuis de iure diuerſum ſit, c.tenor.& c.lator.de ſenten.& re iud.

Siue ante decem dies corrigeret, ſiue poſt, dum hoc fiat poſtquàm pro 18
nuntiata eſt, & Grapherio tradita, vt per Bartol.& alios in l. poſt ſentētiam. C.de ſenten.& interloc.omn.iud.

Quod procedit tam in iudicibus Regiis, quàm in aliis ordinariis, vel 19
delegatis, ca.in literis.de offic.deleg.l.iudex.ff. de re iudic.

Limitatur

20 Limitatur in Papa,& alio Principe non recognoſcente ſuperiorẽ,quia hi ſoluti ſunt legibus,c.propoſuit.de conceſſ.præben.l.princeps.ff.de legib.Spec.in tit.de ſent.§.qualiter.verſic.hoc quoq; notandum.

Princeps an poſſit mutare ſententiam.

21 Idem in Curiis ſupremis dicendum eſt, cùm ipſæ iudicent immediatè loco principis, & non aliter, quàm Princeps eſſet iudicaturus, l. vna.ff.de offic.præfect.præto.Bal.in l.j. C.ſent.reſcind.non poſſe.ſcripſi in tract.de literis ciuilib.in præfat.in j.Tomo.

22 Ad hæc ſi victor patiatur de viribus ſententiæ diſputari,& contrarium probari,tunc iudex ordinarius illam ſententiam retractare poterit: quia pars ſententiæ renuntiare videtur,vt not.in l.ſi diuerſa.C.de trã ſact.c.inter monaſteriũ.de re iud.Inno.& Panor.in c.cùm Bertoldus de re iud.

23 Declarare iudex ſuam ſententiam poterit, etiam poſt traditam ſententiam grapherio,hoc poſtulante parte per ſupplicationem,l.ab executore. vbi Bar.ff. de appel.glo.in ca.loci.§.his ita.xxxv. quæſt.ix. Deci. in l.ambiguis.ff.de regul.iur.Bar.per illum tex.in l.hæredes palàm.§.ſi quis poſt. ff.de teſtament.

Declaratio ſentẽtiæ per ſupplicationem.

24 Limitant etiam Doct.antequàm ſententia pro perfecta habeatur.glo. in c.prædicator.xvj.q.j.gl.in l.Pōponius.§.ratihabitationis.ff. de proc. Iaſ. in l.ſi quis mihi.§.iuſſum.ff.de acqui.hære.& in l.non ſolùm.§.morte.col. v.ff.de noui ope.nunt.& quia hic non prohibetur,niſi poſtquàm grapherio tradita eſt, & in regeſtum deducta vide Vital.de Camba.in tract.clauſul.in clauſula non errore ductus.verſi.ſed an iudex poſsit.

Mutatio ſententiæ nõ perfectæ non eſt prohibita.

25 Aliæ dantur limitationes à Doct. in l. quod iuſsit.ff.de re iudic.vbi duodecim congeſsi,ſed quia vix ſeruantur in curiis, ideo eas tantùm, quæ in vſu ſunt forenſi,huc afferre conſideraui,quia hic doctis loquor: ideò multa omitto,quæ in ſcholis adducerem.

26 Interlocutoria verò de iure reuocari poteſt, l.quod iuſsit.ff.de re iudic. c.cùm ceſſante.de appel.nouit etiam Deus mutare ſententiam,ſi tu noueris mutare delictum,c.nouit.de pœn.diſtin.j.& ibi gl.dicit,quòd in hoc ſimilis eſt prætori,qui mutat interlocutoriam.

Interlocutoria eſt reuocabilis, regula cum limita.

27 Et non ſolùm interlocutoriam,ſed omne grauamen,quod intulit, ca. concertationi & c.ſi à iudice. de appel.in vj.c. fi.de dolo.lib.vj.Bal. & alij. in d.capit. cùm ceſſante.

28 Siue ſit iudex delegatus, ſiue ordinarius,Regius, vel aliorum dominorum.dict.cap cùm ceſſante.gloſ.in dict. c.quod iuſsit. Bal.in l.arbitro.in fi. ff.qui ſatiſdar.cogant.

29 Idem dicit Bal. in ſucceſſore iudicis, cui etiam poteſtas reuocandi datur,per dict.l.arbitro.ſecundum vnum ſenſum.& ibi Doct.Bal.in c. noſtri. de elect.Guido Papæ conſil.lxxxix.circa colum.vj. Et delegans poterit reuocare interlocutoriam latam per delegatum, l.fin.ff.à quib. appellar.non licet.Iacob.in dict.arbitro.colum.j.

Delegatus reuocat interlocutoriã latam per delegatum.

30 Et non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè reuocari poteſt, vt ſi pronunciet teſtes non admittendos,& poſteà eos recipit,tacitè videtur interlocutoriam reuocare, c.ex parte M.de appel. not. in l.à procedente.C.de dilat. Andr.& Fran.in c.dilecto.de appellat.

Tacita reuocatio ſententiæ.

Non

Non cogitur tamen iudex eam reuocare, quia non quicquid poteſtati 31
iudicis permittitur, ſubiicitur iuris neceſsitati, l.non quicquid.ff. de iudi.
l.j.C.quomodo & quãdo iudex.&d.l.quod iuſsit, vtitur verbo poteſt, quod
liberam voluntatem denotat.l.ſæpè.ff.de offic.præſi.Bartol. in l.Gallus.in
princip.de liber.& poſthum. † Sed poterit pars ab illa denegatione reuo- 32
cationis appellare, de iure canonico, cùm ab omni grauamine appelletur,
ca.cum ceſſante.de appellat.Bal.in l.j.circa fin.C.ſenten.reſcin. non poſſe.
Guido Papæ ſingul.ccclxxxij. †ſed iudex etiam ſi ſit appellatum, & non 33
releuatum, poterit adhuc reuocare, vt docet Specul. in titul. de except.§.
viſo.verſicul.ſed ſi iudex.per text.in d.capit.cùm ceſſante.†Nam licèt iuriſ 34
dictio iudicis à quo per appellationem ſuſpendatur, l.ſi cauſa.C. de tranſ-
act.tamen adhuc poterit grauamen reuocari, cap.ſi à iudice de appellat. in
vj.Salic.in l.poſt ſententiam. colũ.iiij.C.de ſent. non tamen poterit appel-
lare pars, eò quòd iudex eam ſententiam reuocat, cùm ſit arbitrarium iu-
dici reuocare ſi velit.Bal.in dict.c. cùm ceſſante. & d.l.quod iuſsit facit l.
fin.C.ſenten.reſcin.non poſſe.

Appellãtis grauamen an poſſit reuocari.

Limitatur interlocutoriam tunc non poſſe reuocari, quando eſt execu- 35
tioni mandata.glo.nota.in l.j.in fi.ff.de præto.ſtipu.Ioan. de Platea in l.ru-
ra.C.de omni agro deſer.lib.xj.Bar.& alij.in d.l.quod iuſsit. & iſta eſt com
munis ſententia, ſecundum Præpo.in d.c.cum ceſſantæ.

Interlocutoria quando non poſſit reuocari.

Secundò non procedit, quando conſuetudo fori, aut ſtylus dictaret 36
contrarium, quia minimè mutanda ſunt, quæ ſemper certam interpre-
tationem habuerunt, l.minimè.ff.de legib.capitul.cùm dilectus.de conſue-
tud.facit capitul. Romana.ibi, ſalua contraria ſuper hoc conſuetudine, ſi
quam habent.de ſentent.excommu.in ſexto.Barb.conſi. xxxiiij.Deum in-
uocent.colum.vj.in iiij.volum.

Vnde in iſto text. ſtatuitur quòd interlocutoria reuocari non poſsit, 37
quando partes iuridicialiter conſtitutæ ſunt, quod dicit text. *quand les
parties ſont appoinctées en droict.* tunc ſi ſententia illa ſit prolata, & graphe-
rio tradita, reuocari non poterit, nec addi aliquid, aut immutari per iſtum
text.& probatur per ea quæ notabilit.Ioan. de Platea in l.rura.C.de omni
agro deſerto. libr. xj.dicit, quòd ſententia interlocutoria in ſcriptis lata
non poteſt amplius reuocari. quod reprobant communiter Doctor.† ſed 38
hic vides veram eſſe illius Pla.ſententiam concurrentibus his. Primò, *que
les parties ſoyent appoinctées en droict.* ſecundò, quòd ſcripta ſit ſententia:
tertiò, quòd prolata ſit: quartò, quòd poſteà grapherio.i.actuario tradita.
Et his interuenientibus non reuocabitur.vide xx.limitationes, quas ſcrip-
ſi in d.l.quod iuſsit.ff.de re iudic.

Interlocutoria ad ius audiendum non poteſt reuocari.

Item in text.ibi, *ſur peine d'en eſtre puni comme de crime de faux.* ex hoc 39
text.colligi poteſt, quòd vbi quis puniri poteſt tanquam falſarius, tamen
non punietur pœna criminis falſi: & hoc per text.in cap.nonnulli.in fin.ibi,
tanquam falſarius puniatur.de reſcript. vbi Bal. quia nullum ſimile idem
eſt.l.quod Nerua.ff.depoſiti. Nam ſi debet puniri vt falſarius, non verè
dicitur falſarius, & ſic non eadem pœna punietur, & ſic non punietur pœ-
na mortis. licèt in hoc regno falſarij iudiciales illa pœna puniri debeant,

Falſarius qui non eſt, punitur pœna falſi.

vt

vt inferiùs in his Ordina. patet in iiij. parte, tit. *des faux tabellions, Notaires, & teſmoings*.

40 Addendum prædictis eſt, quòd non debet iudex in illo breuiculo conſcribere dicta partium, & reſponſiones, vt olim ſolitum erat. Vnde Curia inſtante procuratore Regio prohibuit grapherio du Perche, ne inſereret in ſententia grauamina partium, & reſponſiones illarum, ſed traderet ad verbum, ſicut eſt tradita per iudicem. hoc in ſecũda camera inquiſitionum ſtatutum fuit in proceſſu Franciſci Teiſsier, & Ioannis Ledouyn. facit textus in articulo vltim. de præco. ſuprà, vbi alia adduxi. in ij. Tomo Comment. in has Conſtitut. Regias.

Sententiæ breuiculum non debet continere dicta partiũ.

Areſtum.

41 Exemplum ſententiæ tenetur actuarius dare partibus petentibus ſua ipſius manu conſcriptum: & illud exemplum facit fidem ſicut originale. Bartolus, & alij in authent. ſi quis in aliquo. C. de edendo. & ſi ſemel notarius dederit, non tenetur iterum concedere, aut expedire ſine authoritate iudicis, & cum cauſa, & parte citata, de cuius præiudicio tractari poſſet. Bartolus, & Iaſon in l. ſi quis ex argentariis. §. prætor. ff. de edendo. ita ſtatutum fuit in titul. de notar. articul. vndecimo, in his Conſtitut. Reg. ſuprà.

Actuarius & notarius quomodo dẽt exemplum.

42 Poterit tamen vna pars iſtud exemplum falſum dicere, ſi hoc probare poſsit: aliàs meliùs faciet, ſi ſe ſumptibus inanibus non vexet. l. prima. ff. de inofficioſo teſtamento. & quicunque vult redarguere actum de falſo, priùs cogitare debet quid agat, & an certas pro hoc rationes habeat, quia in hoc crimine acerrima debet fieri indagatio, l. vbi. C. de falſis.

FRANÇOYS *Article XC. des publiées 1539.*

Articu. vltim°.

QVAND *vn procés ſera en eſtat de iuger, le iuge, quel qu'il ſoit, pourra proceder au iugement, & prononcer ſa ſentence, nonobſtant que l'vne ou l'autre des parties ſoit decedée, ſauf à ceux, contre leſquels on la voudra faire executer, ſe pourueoir, ſi bon leur ſemble, par appel autrement fondé, que ſur nullité de ſentence, comme donnée contre vn decedé.*

GLOSSA VNA.

1 STATVIT vt ſententia lata contra mortuum non ſit nulla, quia hæredes illius poterunt appellare, ſi condemnatus grauatus fuerit: & ſic per appellationem reuocabitur iudicatum, ſi malè fuerit iudicatum contra mortuum.

Sententia in mortuũ lata, an valeat.

2 Et quamuis de iure fauore tantum libertatis valeret ſententia contra mortuum, l. cùm quaſi. ff. de fideicommiſſ. libertatibus. hodie etiam ex iure communi Gallorum ſententia lata contra mortuum valet, per hunc textum. Et per rationem prædictam etiam valeret ſubrogatio in beneficio in

locum mortui,pro qua lata erat ſententia,per textum,in capitul.ſi hi qui.vt lit. pendent. in vj. aſſerit Iacobus in l. vnica. §. primo. C. de caducis tollend.

Mortuo delinquēte extinguitur crimen.

Intellige in ciuilibus, ſed in criminalibus mortuo delinquente extin- 3
guitur crimen, niſi in quibuſdam caſibus conſcriptis in l. defuncto. ff. de public.iudic.& in §.per contrarium. Inſtitut. de heredib. quæ ab inteſtato deferuntur.& in l.vna.C.ex delict.defuncto. vide tamen Panormita. & Felyn.in c.quia.V.de iudic.

Inchoari non poteſt proceſſus cōtra mortuum.

Intellige quòd valebit ſententia contra mortuum, quando proceſſus 4
fuit factus contra viuum vſque ad ſententiam excluſiuè: ſed proceſſus non poteſt inchoari,nec perfici contrà mortuum, niſi certis in caſibus. verùm citandi ſunt hæredes, per iſtum textum, ibi, *quand vn procès ſera en eſtat de iuger.*

Nam ſi poſt concluſionem in cauſa reuocatio procuratoris peruenerit ad 5
notitiam iudicis,vel partis, valebit ſententia cum eodem procuratore lata. tex.ſingularis in c.auditis.de procuratoribus. & Ludouicus Roma. ſingul. cccxij.tuſay, quòd ſic debet hic valere, quando ſententia lata eſt contrà mortuum,vbi concluſum erat in cauſa, & non ſupererat niſi ſententia.

Et hoc eſt introductum,quia quòd iure factum eſt, non debet retracta- 6
ri,licèt perueniat ad caſum, à quo non potuit incipere, ſed proceſſus rectè fuit geſtus cum viuo vſque ad ſententiam, ergo ſententia non debet annullare totum proceſſum, ſed valebit & proceſſus & ſententia, nec grauamen infertur ex hoc cuiquam:quia ex proceſſu iudicatum eſt, & defenſus extitit, qui condemnatus eſt:ideò valebit iudicatum, ſecus ſi non fuiſſet defenſus,l.ſi ea.C.quomodo & quando iud.

Procurator quando reuocetur per mortē.

Mandatum procuratoris reuocatum eſt per mortem domini lite non 7
conteſtata.l.& quia.ff.de iuriſdict. omnium iudic. l. mandatum. C. mand. l.eius.ſi certum peta.Bald.in conſil.cccxl. tria ſunt. ij. vol. † Sed ſi lis fuerit 8
conteſtata,eò quia ipſe eſt factus dominus litis, non reuocatur mandatum per mortem,l.nulla dubitatio.C.de procurat.Iaſ.conſil.cxxxviij. reuocatur in iiij.volu.& Anton.Capit. in deciſio. Neapol. quæſt clxxxvj. † Tamen in 9
Francia exigi ſolet nouum mandatum ab hæredibus,& hoc eſt tutius,quāuis ſi ſatiſdatum fuerit pro procuratore,non finiatur mandatum,per l.ſi defunctus.ff.de procurat.tutius eſt ab hæredibus mandatum conſequi, cùm ſatiſdatio in Francia vix detur.

Sententia in procuratorē, an in dominū ferri debeat.

Etiam ſi vterque mortuus ſit,adhuc valebit ſententia,id eſt, tam procu- 10
rator,quàm dominus, ſi non conſtet de morte illorum. Guido Papæ deciſio.Delphi.q.lxxxvj.procurator.

Et ſic per hunc textum non curatur de ſubtilitatibus iuris ciuilis. in l. 11
prima. C. de ſententiis, vbi procurator condemnatur: ſed ſiue condemnetur dominus, ſiue procurator, valet ſententia de iure canonico, per gloſſ.in c.ſuſcitata. de in integr. reſtit. & hoc ſeruat ſtylus Delphinalis: vt docet Guido papæ deciſ.lxxxvj. procurator.& deciſ. cccxxxj. debet de iure.at de conſuetudine, & ſtylo curiarum Franciæ condemnari dominus miniſterio ſui procuratoris ſolet, & ſententia in dominum ferri, non in

procura

procuratorem: vt docet Imber.in Inſtit. foren. §. nunc de his. libr.primo.
12 †plus dicens,breuiculum,ſeu libellum ſententiæ poſſe ab actuario proferri de conſuetudine huius patriæ, non tamen de iure. capitul. fi. de re judicat. libro ſexto.

13 Et ſic non valebit ſententia de iure etiam pro mortuo, quia nihil eſt quod poſsit in perſona mortui fundari. argument. leg. eius qui verſiculo, quòd ſi ſtipulatus.ff.ſi certum petat.vbi plenè Doct.& in l.in ſumma §. fi.ff. de re iudic.nec proderit hęredi mortui,arg.l. cùm quaſi.ff.de fideicommiſſ. libert.quia fauore libertatis prodeſt, ergo regulariter non: & huius eſt ſententiæ Paul.Alexan.& Iaſ.in dict.l.eius.

Sententia fauore mortui lata, an valeat.

14 Item priuilegium datum mortuo,quaſi viuenti, non valet, l. Neratius.ff. de regul.iuris.quia mens concedentis attenditur,c.eam te.de reſcrip.capit. ei cui.de præb.in vj.

Priuilegiũ mortuo datũ quaſi viuo an proſit.

15 Nec quidem valet legatum factum mortuo, l. ij. §.j.& l. diuus.in fi.ff.de iure codicil.l.vnic.§.in j.C.de caduc.tollen.

16 Ad hæc promittens iudicio ſiſtere Titium , ſi is ſit mortuus, eum amplius præſentare non tenetur,l.ſi deceſſerit. cum l.ſequent. ff. qui ſatiſdare cogantur.

Promittens iudicio ſiſtere mortuũ, an obligetur.

17 Et ſtipulatio facta mortuo eſt nulla,dict.l.eius.§.quòd ſi ſtipulatus. & l.ſi ſeruus communis.ij.§.j.ff.de ſtipulat.ſeruor. niſi per iſtum articulum, vt infrà dicetur.

18 Et quo plenius hanc habeas materiam, faciam caſus ſequentes. Primus eſt, quòd citatio facta contra Titium ; qui ante terminum comparendi deceſsit, circunducitur, quippe edictum peremptorium morte rei ſoluitur. leg.in ſumma.in fine.ff. de re iudicat.& in hoc eſt communis Doctor. conſenſus.

Citatio cõtra mortuũ circũducitur.

19 Secundus caſus , quando iudicium inchoatum eſt cum Titio , qui pendente lite moritur, tunc licet aliquis eum defendat, ſententia lata contra iſtum iam mortuum non valet, nec proceſſus. leg. de qua re.§. final. ff. de iudic.

20 Tertius caſus,quando reus moritur lite pendente, proceſſus factus cùm eo valet,& iuſta inſtantia tranſit in hæredem.l.ſi eum hominem.ff. de fideiuſſo.c.quia.ff.de iudic.Porcu.in §.ſuſpectus autem.de ſuſpect.tut.in Inſtit.
21 † ideò citandi ſunt hæredes , & omnia acta cum defuncto facta debent repeti cum ipſis.Allegatur Bart .in l.Lucius. ff.ad Trebel. qui tamen hoc non dicit,ſed Doct.in l.j.C.ſi penden.appel. mors interue. & Iaſ.in l. in ſumma. in fine.de re iudic.ff.

Inſtãtia cũ defuncto quãdo trãſeat in hæredem.

22 Hodie tamen in Francia acta non repetuntur, ſed hæredes citantur ad reaſſumendum cauſam in eo ſtatu,in quo erat, quod vocant practici ad ſumendum arramenta cauſæ. i. remanentia,vt dixi in primo Tomo Conſtitu. Regiar. in procemio. & habetur in ſtylo Parlament. in titulo. de adiorna. hæred.mortuo.

Hæredes citãtur ad ſumẽda arramenta cauſæ.

23 Quartus caſus eſt,quando reus, vel actor moritur facto proceſſu, & poſt concluſionem in cauſa, tunc ſententia lata contra defunctum, licèt de iure

Sententia contra defunctum quãdo valeat.

non valeat, tamen per iſtum textum valet, quia liberum eſt hæredibus, ſi grauatos ſe ſenſerint, appellare, & pro hoc eſt factus iſte articulus. Intellige vt dixi ſuprà.

Idem ſi quis poſt ſententiam decederet: valebit autem ſententia etiam 24
contra hæredes, & ſi ipſe defunctus non poterat appellare, nec quidem poterunt hæredes: vt docet Cuma. in l. in ſumma. §. fi. ff. de re iudic.

Et ſic valebit ſententia hoc caſu tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, 25
in quibus caſibus fieri poteſt, cùm iſte text. ſimpliciter loquatur, & generaliter, & tam valebit pro mortuo, quàm contrà: ideò proderit hæredibus, vel nocebit ſecundum tenorem ſententiæ. Alia videri poterunt per Doct. in c. quia, V. de iudiciis. & in c. ſignificauit. de reſcrip. Hactenus igitur in hac materia ſententiarum finem cum his faciam, & gratias agam Deo.

Amen.

TRACTATVS DE EXPENSIS DAMNIS, ET INTERESSE.

Des deſpens, dommages & interests,

CHARLES VI. *Article II.*

ITEM, *quand aucuns deſpens ſeront baillez de partie par deuers la Cour pour taxer, & la Cour les aura baillez tous ſignez à partie aduerſe, pour diminuer: nous voulons, & ordonnons que la partie ſoit tenue de bailler diminutions dedans trois iours, ou au moins dedans le quatrieſme iour, depuis qu'ils auront eſté baillez dedans l'heure de midy, comme deſſus eſt dit. Et vous defendons qu'autre delay, ne plus long terme ne donnez à aucun ſur ce, ſi par bonne deliberation, & meure, & pour certaine grand' cauſe, & neceßité (attendu les qualitez des perſonnes, & les grandeurs & merites des cauſes) vous ne voyez qu'il leur conueniſt faire de neceßité: ſans ce toutesfois que les parties de leur commun accord, ou autrement puiſſent proroger, & eſlongner ledit temps.* Articu. primus

GLOSSA VNA.

1 ISTE articulus primus ſtatuit dilationẽ ad præ- *Expenſæ in iudicio vel extrà fiunt.*
ſtandum diminutionem expenſarum, quas victor
conſcripſit ſe expoſuiſſe: & hoc fieri cenſet intra
tres dies, vel ad ſummum intra quatuor, niſi ex
cauſa aliud Curiæ viſum fuerit.
2 Siendum eſt, quòd expenſæ ſunt in duplici differentia: quædam enim fiunt in rebus, & extra iudicium, quædam verò in litibus, & in iudicio. In
rebus quædam dotalibus, vt loquitur tit. de impẽ.
3 in reb. dot. fact. ff. † Et hæc ſunt triplices, neceſſariæ, vtiles, & voluptariæ: vt
in l. impenſæ. ff. de verb. ſign. vbi de his ſcripſi: ob id in iſtis ad ibi ſcripta
nunc te reiicio, Lector beneuole.
4 Aliæ expenſæ ſunt, quæ fiunt in litibus, & harum quædam debentur ra- *Expenſæ in iudicio multis de cauſis fiunt.*
tione victoriæ: de quibus ſtatim dicetur, aliæ ratione contumaciæ, l. ſanci-
mus. C. de iudic. & de his artic. v. dicetur, aliæ ratione temeritatis, l. eum

quem temerè.ff.de iudic.& de his artic.iij.alię ratione diffugij,ſeu retardati
proceſſus,& de his inferiùs tractabitur art.iiij.& in l.nõ ignorat.C.de fruct.
& lit.expen.& Alb.Brun.in tract.ſtatuto.in verb.contumax.

Et quæ debentur ratione victoriæ, interdum debentur ratione interlo- 5
cutoriæ,ſeu incidentis,de quibus artic.ij.inferiùs ſtatuitur,aliæ ratione de-
finitiuæ,ſeu cauſæ principalis,& de his nunc videbimus.

Victus victori in expenſis condẽnatur regula.

Primò regula figenda eſt, quòd victus victori in expenſis condemnari 6
debet,l.properandum.§.ſinautem alterutra.C.de iudic. vbi text. plus dicit
iudicem teneri de proprio ſatisfacere parti,ſi condemnationem expẽſarum
omiſerit.facit text.in cap.fi.de dolo & contumac.cap. fi.de maior. & obed.

Temerè.

tum ratione temeritatis,l.eum quem temerè.ff.de iudi. †temerè id eſt ſtul- 7
tè,fatuè,ſine conſilio,ſine cauſa quid agere, teſte Luca in l. magiſtros. col.
iij.C.de profeſ.& med.lib.x.& Valer.lib. ix. cap. viij. Temeritatis ſubiti, &
vehementes ſunt impulſus, quorum ictibus hominum mentes concuſſæ,
nec ſua pericula deſpicere, nec aliena facta iuſta æſtimatione perſequi va-
lent.Vide plenè eundem Luc.in l.fin.C.de pri.eorum qui in ſacr.pala. mili.

Iſtum & æquũ eſt expenſas à victo ſarciri.

lib. xij. †Etiam debentur ratione æquitatis. iuſtum eſt enim, vt quis petat 8
damnum,quod ſua cauſa ſubiit, ſed victus dedit damnum victori litigan-
do, ideò illud ſarcire debet, etiam ſi tantùm occaſionem dediſſet. l. qui
occidit.§.in hac.ff.ad leg.Aquil.

Expẽſæ debentur etiã coram iudice appellationis, arbitro, iudice eccleſiaſtico, etiã ab hærede.

Amplia tam in principali: quàm in incidenti:vt infra articul. ij. dicetur. 9
Secundò etiam procedit in cauſa appellationis: vt dicam artic. ix.in tra-
cta.de appel. inferiùs.

Tertiò etiam coram arbitro, teſte Spec.in tit.de arbi.in §. fi. verſic. ſed 10
eum.qui arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum.l.j.ff.de arbi.

Quartò tam in curia eccleſiaſtica, quàm ſeculari, cùm diuerſum non
reperiatur ſtatutum,imò idem,vt in d.c.finem.de dolo. & cap. calumniam.
de pœn.quæ iura conueniunt cum d.l.properandum.

Quintò etiam procedit in hærede.qui ſi proſequatur proceſſum præde- 11
ceſſoris,ad expenſ.condemnabitur,Bald.in l.ſi pater.C.ſi pen.appella.mors
interue.l.vtique.ff.de rei vendic. etiam factas à prædeceſſore, quia pro vna
perſona habetur.in authen.de iureiur.à morien.præſti.§. j. colla. iiij. quod
etiam procedit in beneficialibus,ſi quis ſimpliciter reſumpſerit proceſſum
prædeceſſoris:vt ſcripſi in §.declarantes. in verb. ſucceſſores. de mand. in
Concor.

Cedens quãdo ad expẽſas tenetur.

Sextò habet locum in eo,qui cedit liti, vt etiã ad expenſas debeat con- 12
demnari.Bar.in l.poſtquã liti.C.de pact.in vltim.col.q.v.& in authen. con-
tra qui propriam.ij.not.de non.nu. pecu. quia cum præiudicio partis non
poteſt renuntiare,& damnum quod dedit ſarcire tenetur, vt ſuperiùs di-
xi, etiam quia in eo pręſumitur temeritas. Bal. & Iac.in l. eum quem. ff. de
iud. † niſi cauſa,quare renuntiat,ſuperuenerit: quia anteà iuſtam litigandi 13
cauſam habebat, & renuntians liti non dicitur propriè ſuccumbere. l. alia.
vbi Bal.& Sal.in vlt.no. C. de his quib.vt indig. tamen is qui cedit liti, di-
citur victus, & alter victor Bal. in d.l. poſtquam liti. ideò condemnatur in
expenſis.

Niſi

14 Niſi cederet poſt inſtrumentum de nouo productum, tunc ad nullas expenſas tenetur,quia anteà iuſtam cauſam litigandi habebat, l. ſi quis inficiatus. vbi Bar. ff.dep. l. deſtitiſſe. de iud. ideò cautela eſt, vt ſtatim viſa probatione liti cedas,& bonam fidem cognoſcas,& expenſarum condemnationem vitabis,teſte Mattheſi.no.lxxxiij.no.practicam gl.in d. l.eum quẽ temerè.

Cautela pro litigantibus.

15 Si verò cognita probatione & veritate ſtatim non cedas, ſed vſque ad finem perſiſtas, condemnari debes ad omnes expenſas, ſiue ſis actor, ſiue reus:quia veriſimile eſt,quod ſi à principio notitiam habuiſſes inſtrumenti,& veritatis cauſæ,quòd litem inchoaſſes,poſtquam viſo inſtrumento liti non renuntiaſti, vt dicit Rom. ſin. 396. alio ſero. & hoc ſequitur Dec. in l.qui in alterius.de reg.iur.ff.quidquid dicant Doct.in contrarium,hoc ſeruat vſus forenſis.

16 Septimò tam in actore, quàm in reo procedit, quia vterque temerè facit.in §.j.& per totum.inſtit.de pœna teme.litig.

Actor victus etiã expenſas debet ſicut reus.

17 Octauò procedit etiam in criminalibus,quia ſi pars iniuſtè proſequatur, etiam ad expenſas condemnari debet,l.fi.C.de fruct. & lit. expen. Bar. in l. j.§.j.in fi. ff. ad Turp. per l. qui crimen C. qui acc. non poſſ. & communis vſus iudiciorum ita ſeruat,teſte Alb.& Iac.in l.eum quem.ff.de iudi. quem ſequitur Ange.in tract.malefic.in gloſſ.necnon ad querelam, verſi. quæro an ſuccu mbens.& Iaſ.in conſi.ij.in themate.col.ij.num.3.in j.volum.

In criminalibus an expenſæ debeantur.

18 Limitatur ſi non habeat partem,vt ſi petat abolitionem, tunc non condemnatur etiam ſi non obtineat,vt docet Bar.in l. j. in prin. col. pen. ff. ad Turpil.gloſſ.& doct.in c.cùm dilecti.de dolo.& contumac.

19 Quppe procurator Regius parti nõ condẽnatur,l.fi.C.de fruct.& lit. ex pen.quia ratione officij proſequi tenetur,l.monente.C. de dela. li. x. Inſtigator verò condẽnari debet.Bar. in l.j. §. incidit. per illum tex. ff. ad Turp. Iaſ.in d.conſi.ij.col.pen.plenè Hippol.in pract.criminali in §.ſupereſt.

Procurator Regius expenſas non debet nec pars illi, limitatur hic

20 Vnde dum ſolus procurator Regius proſequitur, non condemnatur, pars ad expenſas:ſi verò procurator cum parte, tunc pars condẽnari debet tã ratione temeritatis,quã calũniæ, & ne detur materia aliũ moleſtandi, & vexandi,& quia deſiſtens bene punitur,in l.non ignorat. C. de fruct. & lit. exp.l.iij.C.qui.accu.non poſſ. Bald. in auth. generaliter. col.iiij. ver. modò quæro.C.de epiſ.& cler.& ſic conſiliantur iſtæ opinio.vide Aufre.in deciſ. Thol.q.vj.& ſeq.& quæ ſcripſi in tit.de elect.derog.in fi.in concorda.

21 Nonò,victus condemnandus eſt,etiã ſi plus fuiſſet petitum, & ad minus cõdemnatũ,quia eſt temerarius litigator in eo, quod debet, ſi non offerat, l.eũ quẽ temerè.ff.de iudic.quãuis cõtrariũ teneat, glo.in c.prẹſentium. in verbo,ſigillatim.de teſtib.in vj.per.tex.in l.vna.C.de plus peti. & l. qui ſolidũ.à cõtrario,vbi etiã Bar.de l.ij.Feli.& alij in c.cum omnes.de conſtitut.

Plus petens an expenſas debeat.

22 Sed prior opinio ſeruatur in curiis Franciẹ, vt ſcripſi in primo Tomo harum Conſtitutionum in procœmio, quia temerè litigat, qui non offert quod debet.

23 Decimò etiam actori abſenti victus reus prẹſens debet condemnari in expenſis,cum tex.in dict.§.ſinautem alterutra loquatur ſimpliciter, & hoc

Victus præſens an reo abſenti ſit cõdẽnãdus ad expẽſas.

expreſsè docent Ioan. Andr. & Panorm. in c. calumniam. de pœn. † debent 24
tamen detrahi de his expenſæ contumaciales, teſte Aufre. in deciſio. Tholoſ. q. ccccviij. ne puniatur actor pluſquàm deliquerit, l. reſcriptum. ff. de his quib. vt indig. & actor non deliquit, niſi in contumacia: ergo ampliùs non debet puniri, quod eſt notandum.

Religioſus & vir ſanctæ vitæ an ad expēſas teneatur.

Limitant Doctor. in perſona valde honeſta, & ſpectatæ fidei, deuotionis 25
& ſanctitatis, & valde religioſa: quia non præſumitur quod temerè, aut per calumniam litigauerit, ideò decepta cenſetur: vt docet gloſſ. in c. expedit. in verbo, ſcirent. xij. quæſt. j. Hoſtienſ. in dict. cap. finem. col. vltim. ob id debet ſine expenſis condemnari.

Quod verũ arbitrarer, ſi deceptus fuerit hic ſanctus vir, vel confiſus in- 26
conſilio multorũ Doctorũ, vel fortè teſtiũ: quia mortui pendente proceſſu fuerunt, tunc bonam fidem præ ſe ferre cẽſetur, gl. vlt. in c. j. de elect. in vj. alioqui ſi non appareret de bõna fide, quæ in dubio præſumitur, cõdemnari deberet, quia regulæ adhærendum eſt, l. j. & l. omnis definitio. de re. iur. ff.

Secundò non procedit, quando reus in primo termino cõparuit, & con- 27
feſſus eſt debitũ, agnoſcendo bonam fidem, tunc ad expenſas condemnari non debet, tum quia ceſſant rationes prædictæ, tum etiã quia modicæ adhuc ſunt expenſæ, de quibus non curatur, in l. ſcio. ff. de reſti. in integ. per l. quidam Hiberus. ff. de ſeruit. vrb. præd. docet Bal. in auth. contra. in fi. C. de non num. pecu. Iaſ. in l. vinum. in gl. vlt. ff. ſi cert. pet. & in §. ſic itaque diſcretis. nu. 41. Inſtit. de act. poſt Roma. ſing. cccxcvj. alio ſero. quod verum intelligitur, niſi dies & terminus adeſſet ſolutioni debiti, quia tunc dies interpellabit pro homine, per text. in l. optimam. C. de contrah. ſtip.

Obtinenti ex iuramento expeſæ non debentur.

Tertiò non procedit, quando quis obtineret ex iuramento delato in ſup 28
plementum probationis. Bald. in auth. generaliter. col. vj. C. de epiſ. & cler. Nam qui in vno grauatur, in alio debet releuari, l. eum qui. ff. de iureiur. Hipp. in ſing. ccccclxxxv. memini. ſecus eſt in iuramento iudiciali, & litis deciſiuo. §. ſit tibi. in auth. de man. princip. colla. iij. Doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. eum quem. ff. de iudic.

Iuſtam litigãdi cauſam habens ad expenſas non condemnatur.

Quartò reſtringitur, quando victus habuit iuſtam litigandi cauſam, l. qui 29
ſolidum. §. etiam. ff. de leg. ij. Corſe. in ſing. incip. pœna. j. vbi limitat. & plura ad hoc alleg. Alex. conſi. cxxxv. circa penul. col. nu. 14. in vj. vol.

Iuſta litigandi cauſa quæ dicatur.

Iuſtam cauſam dicunt illum habere, quando habet conſilia ſaltem duo 30
rum Doctorum excellentiſsimorũ. arg. §. quod autẽ. in auth. de non alien. reb. eccl. col. ij. Bar. in l. bonorum. per illum tex. ff. de bon. poſſ. Bal. & alij in l. iuris ignorantia. C. qui admit. quia his datur facultas iura interpretandi, l. vna. C. de profeſſ. qui in vrb. Conſtant. docent. ex leg. comi. haber. merue. lib. xij. & eorum ſententia eſt probabilis, l. j. vbi gloſ. C. de legi. c. j. de poſtul. præl. nec affectionem ad cauſam habent, ſicut aduocati: ideò hi non præbẽt iuſtam cauſam: vt docet Ang. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. & Iac. in d. §. ſinautem alterutra. col. iij. Guid. Pap. deciſ. cclxxvij. opinio.

Proſequens materiã perplexam, iuſtam litigãdi cauſam obtinet.

Idem quando perplexa & intricata eſſet materia, & variè intellecta, 31
in ambiguo. ff. de rebus dubiis. etiam quod multipliciter intelligitur, communiter ignoratur gloſſ. vltim. in cap. j. de conſtitut. in vj. Ioan. And.

in d.

in d.c.vt debitus.in gl.rationabili.de appel.Hippol.in rubr.de falſis. in fi.& quando ageretur de intellectu legis difficilis:vt l.Gallus.glo. in verbo, videbitur.in §.j.de oblig.quæ ex quaſi malefic.in Inſtitut.

32 Etiã iuſtam dicũt habere cauſam eum,qui habet ſemiplenã probationẽ, alter plenam ex iuramenti delatione.Bal.in auth.generaliter.col.iiij.nu.9.in fi.C.de epiſ.& cler.Alex.& Iaſ.in d.§.ſin autem alterutra.& ſuprà dictũ ex-
33 titit.†ſed hodie nullus teneretur ad expenſas, quia multi probant ſemiplenè,ideò non ſeruatur in Curiis,ſed condemnatur qui ſuccumbit.

Iuſta cauſã litigãdi eſt habere ſemiplenam probationẽ teſtes, vel inſtantiam.

34 Idem ſi quis probauerit per teſtes, qui fuerunt reprobati prætextu infamiæ,vel alterius criminis occulti.Bal.in l.j.in fi.C.de aduo. diuer. iudi. & in d.auth.generaliter.col.iij.facit text.in l.j.C.de teſta. vel qui habeat communem famam, iniuſtam cauſam habere cenſetur: vt docet Alex. conſil. cxv.viſo.themate.in fi.vol.iiij.§.ſed cùm aliquis.de teſta.in Inſtit.

35 Item quando litigat ob honorem ſeruandum,coactus hæc facere, iuſtè litigare cenſetur,l.quæ omnia.ff.de procur.vbi Bar.in iij.not.

Coactus litigare iuſtã cauſam habere dicitur.

36 Hoc idem putarem,ſi haberet inſtrumentum obligatorium pro ſe, contrà quod fuerit oſtenſa acceptilatio.Bal.conſi.clxiiij.à libello.in fin. volum. iiij.arg.l.de ætate.§.ex cauſa.ff.de interro. actio. & hoc quando erat hæres, qui iuſtam ignorantiam habebat,l.qui in alterius.ff.de reg.iur.

37 Habet etiam iuſtam litigãdi cauſam pars, vbi agitur de interpretatione ordinationis,ſtatuti,vel legis,adhuc non deciſa,& vbicunque magnum eſt dubium:& hincinde fortes & vrgentes rationes, & hoc reſidet in arbitrio iudicantis:vt firmat Panor.& alij in c.fin.de dolo.

Iuſta cauſa dicitur, in qua agitur de interpretatione ordinationis, conſuetudinis, vel legis.

38 Idem ſi habeat communem opinionem pro ſe in illo dubio, in quo litigat:vt docet Socy.in tract.fallen.reg.cxxxix.expenſarum. & in aliis caſibus an ſit iuſta cauſa litigandi,reſidet in arbitrio iudicis.arg.l.pen. ff. de effract. in d.§.ſin autem alterutra.

Habens cõmunem opinionem Doctorum non tenetur ad expẽſas.

39 Idem in appellato dicunt,quid ſi obtineat in prima cauſa,& poſteà ſuccumbat in ſecunda,non debet in expenſis condemnari: quia iuſtam cauſam cenſetur habere, poſtquàm habet ſententiam pro ſe: vt docet Specu. eo.tit.§.fi.ver.quid de appellato.& Alex. conſil. clxxxiij. in cauſa. col. pen.
40 vol.vj.†hoc tamen non ſeruatur in Curiis ſecularibus Franciæ, in quibus ſolet condemnari etiam is,qui obtinuit in prima cauſa, tum quòd ſententiam iniuſtam non debebat tueri, & res eſſet mali exempli, vt qui obtineret à iudice iniquo,non condemnaretur poſteà ad expenſas: ideò non ſolet ab eis releuari,vt vidi ſeruari in Curiis Franciæ.

Appellatus habens pro ſe ſententiã, an ad expẽſas in ſecunda ſententia teneatur.

41 Et quando iudex abſoluit ab expenſis victum ex iuſta cauſa:debet illam cauſam exprimere.§.oportet.in auth.de iudic.col.vj. Bal.in auth. nouo iure.per illum text.C.de iudi.& in d.auth.generaliter.num.9. alioqui facit litem ſuam,cùm faciat contra legem præcipientem condemnari in expenſis. Alex.conſil.clxxxiij.in cauſa. col. j. in vj. vol.iudices tamen hoc nolunt exprimere in Francia. nec in Hispania.

Abſoluens victum ab expenſis eã cauſam exprimere debet.

42 In caſibus,in ꝗbus pars habet iuſtã caſuam litigãdi,adhuc condẽnabitur ad expẽſas,ſi eas ꝓmiſerit ꝑ ſtipulationem, gl.ſingular.in §.oportet. in aut. de iud.col.vj.quia promiſſa reſtituẽda ſunt.text. in l. vnic. C. de ſuffr. & vt

Iuſtam cauſam litigandi habens debet expẽſas, ſi eas promiſerit.

illa

illa promiſsio aliquid operetur. l. ſi quando.ff.de leg.j. & quia iure actionis debentur,& vbi per actionem debentur,iuſta cauſa non excuſ.l. fideicommiſſa.§.ſi rem.vbi gl.ff.de l.iij. Alex.conſ.cxix.quæritur.col.pen.in ij.vol. & conſ.xxxiiij.viſo proceſſu.in fi.vol.iij.† vnde praxis inoleuit vt notarij in- 43 ſtrumentis contractuum ſoleant conſcribere, quòd ſi pars contrauenerit, promittit expenſas,& damna,quæ patietur altera pars,& tunc etiam ſi iuſtā litigandi cauſam habeat,parti adhuc debentur expenſæ,vt concludit Alex. conſi.xxxiiij.conſultus.in fi.vol.iiij.& conſi.cxxxv.circa col.pen.in vj.vol.& Iaſ.conſi.cxxxiiij.in inſtrumento.col.pe.in v.vol.vbi ponit caſum in eo,qui promiſerat ſe ſoluturum & expenſas,& centum,ſi poſteà opponat compenſationem,adhuc condemnabitur ad expenſas, licèt iuſtam cauſam habeat litigandi ratione compenſationis.Hipp.ſin.237. expenſæ.

Dolus promiſſus expēſas non exigit.

Limitarem,quando is,cui promiſſæ ſunt expenſæ, eas dolo peteret, vel 44 iniuſtè,tunc promittens ad eas non teneretur: quia dolus nemini prodeſſe debet, cap. ſedes.cùm ſeq.de reſcrip. idem dicerem in expenſis, quas plus æquo fecit.tex.in l.officio.vbi Bal.ff.vbi pup.educ.deb.

Idē putarem ſi is,cui promiſſæ ſunt,dolo aliquid,aut mala fide expoſuiſ- 45 ſet.illas enim repetere non poſſet,per l.ſi verò.cū.l.ſeq.ff.de rei vēd.c. cùm dilecti.in fi.de dolo & cont.iniuſta enim petentibus eſt denegandus aſſenſus,l.ij.à contrario.ff.de his qui ſunt ſui,vel alie.iur.§.fi.illo.tit.in Inſti.

An ceſsionarius habeat etiam actionem ex ſtipulatu, ſi expenſæ ſunt 46 promiſſæ cedenti,decidit Bal.in l.fi.C.quando prouo.non eſt neceſſ.

Iuſta cauſa litigādi non excuſat ab ſtatutū vel ordinatio exigat condemnationem.

Idem dicunt,ſi ſtatutum, vel ordinatio diſponeret, quòd victus victori 47 in expenſis condemnaretur, tunc etiam ſi iuſtam cauſam habeat litigandi victus,adhuc condemnari in expenſis debet. Alber. in tracta. ſtatuto. in ij. parte quæſt. cxcj.quid ſi ſtatuto.gloſſ.in verbo,cauſam.in §. j. in authen.de exhib.reis.colla.v.&c.Franc.Cremen.ſing.cxx.habens iuſtam. Barb. in cle. cauſam.column.lx. de elect. & conſi. lvj. colum. viij. in iij. volum. tum vt ſtatutum aliquid addat iuri, vt debet, l.iiij. §.prætor. ff.de dam. infect. vbi Bartol. & Hipp. ſing. ccvij.victus.tum quia debentur iure actionis, ſtatuti, & ordinationis. ſed hoc negat Matheſ. not. viij. nota quòd Bart. ac multi notæ authoritatis viri,quos Alexand.& Iaſ.citant in leg. properandum. §. ſin autem alterutra.C. de iudic. † dicentes ſtatutum intelligendum ſecun- 48 dum rationem, & æquitatem naturalem, ne abſurdum ſequatur, l. ſcire oportet.§.ſufficit.ff.de exc.tut.ibi. ſufficit firmare ex ipſa naturali iuſtitia.& meliùs eſt quod ſtatutum nihil operetur, quàm ſi quis contra æquitatem damnum indebitè pateretur,l.fi.§.in computatione. vbi gl. & Doct. C. de iur.deli.ſed ſi habens rationem litigandi condemnaretur indebitè, & contra æquitatem pateretur, ob id non deberet condemnari, etiam ſi ſtatutum hoc dicat.Et iſta eſt ſententia æqua, quicquid Doctor. in contrarium aſſerant, & in iudiciis tenenda, vt videlicet litigantes iuſtam habentes cauſam,non debeant condemnari in expenſis, quamuis ordinatio, vel ſtatutum dicat victum victori in expenſis condemnandum. † ſed Curiæ 49 Franciæ non excuſant aliquem victum, niſi iuſtam cauſam habeat, & valde apparentem: ſed ſtatutum, vel ordinatio operatur, vt etiam lite finita

nita poſsint expenſæ peti vigore ſtatuti, vel ordinationis, licèt iudex non
condemnauerit in ſententia. Arch. in c. cum appellationibus. de appellat.
lib.vj.Lucas in l.vna.q.xix.C.de ſumpt.recuper. lib. x. ego tamen putarem
non poſſe partem has impenſas petere poſt ſententiam, niſi quis appellet.
& ita ſeruatur in Francia,quicquid in contrarium iactetur.

50 Notandum eſt, quòd licèt ratio litigandi excuſet ab expenſarum con-
demnatione, non tamen à condemnatione fructuum, qui ſunt officij, ſeu
beneficij. de Rot. deciſ. vij. de dolo & contumac. incip. probabilis. in no.
& quia non debet quis locupletari cum aliena iactura. l. nam hoc natura.
ff.de condict.indeb. & poſtquàm recepit fructus rei meæ, eſt factus in illis
locupletior:ad illos ergo debet condemnari, quamuis ſit hæres, & igno-
rantiam rei alienæ habeat.l.quæ in alterius.ff.de reg.iur.

Excuſatus ab expenſ. non excuſatur à fructibus.

51 Item non dicitur perdidiſſe cauſam, quando iudicatum fuit inſtantiam
peremptam,& reus fuit ab obſeruatione iudicij abſolutus,l.properandum.
52 §.& ſiquidem.C.de iudic.†ideò fideiuſſor, qui promiſerit ſoluere expen-
ſas pro actore ſuccumbente,non tenetur ad expenſas inſtantiæ peremptæ,
quia non ſuccubuit, qui iterum cauſam inſtaurare poteſt,d.l. properandũ.
& quia non eſt definita cauſa.ſic conſuluit Bal.conſil.cvj. proponitur. in ij.
volu.ſed curiæ Franciæ ſolent condemnare actorem, vel eum per quem
ſtetit ad expenſas,in vtilitatem eius,qui abſolutus eſt.

Abſolutus ratione inſtantiæ ad expẽſas an teneatur.

53 Sextò,non procedit quando aliquis in parte obtinuit, & in parte ſuc-
cubuit,tunc fieri compenſatio expenſarum debet, l. generaliter. §. ſinau-
tem iudex.in verb.diſpendij.C.de reb.cred. c. Raynutius.& c. Raynaldus.
54 de teſta. † quod eſt verum, ſi pro dimidia obtineret, quòd ſi pro quarta,
tunc pro illa quarta fiet compenſatio, & in reliquis condemnabitur. Bal.
in l.eos.§.cautione.col.ij.C.de appell.Immo.in dict.l.qui ſolidum. §.etiam.
55 ff. de leg. ij. † vnde non valeret condemnatio expenſarum ratione incer-
titudinis, ſi vterque eſſet victor & victus,& iudex diceret victum victori in
expenſis condemnamus.& ſic debet intelligi opi.Bar. in l.ſi legatario. in ſi.
ff.de fideicom.lib.ſi tamen vnus tantum eſſet condemnatus,& victus, tunc
valeret ſententia dicens, victum victori in expenſis condemnamus, quia
ibi non eſt incertitudo.& ſic conciliari Doct.opiniones poſſunt.

Compenſatio expenſarum, & quando fieri debeat.

56 Septimò,tutor agens cauſam pupilli,ſi iuſtam litigãdi rationem habeat,
etiam,ſi ſuccumbat,expenſas à pupillo repetit,quia ſufficit, ſi ex bona fide
fecerit,l.quoties.§.ſicut.ff.de admi.tut.l.iij. §. ſufficit. ff. de contrahen. act.
tut.l.ſumptus.C.de admi.tut.Bar.in l.ſi pupilli.ff.de neg. geſt. ſic conſuluit
Carl.Rui.conſi.j.col.pe.in iij.vol.& ſufficit ſi vtiliter geſsit, & ſi effectum
non habuit,l.ſed an vltro.§.j.ff.de neg.geſt.& tenetur tutor appellare, ſi pu
pillus bonam habeat cauſam,l.ſi bonam.C.de admin.tut.

Tutor ſi ſuccubuit, an expen. à pupillo petere poſſint.

57 Vltimò,ſi pars obtulerit id,ad quod tenetur, ſi actor non acceptet, non
condemnabitur,ſi iuſta fuerit oblatio,reus victus in expenſis.Doct. in dict.
l.properandum.§.ſinautem alterutra.C.de iudic. & in l. quidam. ff. ſi cert.
pet.iudex tamen quando pars offert, non debet diuidere oblationem par-
tis,ſed totam debet recipere,vel totam reſpuere, quamuis altera pars hoc
requirat,vt cenſuit Senatus ann.1515.die 25.Iunij, poſtulantibus Dugue,

Oblatio ab expenſ. excuſat.

Areſtum.

& Iame

Areſtum.

& Iame aduocatis,& idem fuit dictum anno 1529.die 7.Martij.quod probatur in l.cùm quæritur.ff.de adminiſtr.tuto.

Victor victo in expē. condemnatur in caſu ſingul.

Vide etiam caſum ſingularem, in quo victor victo in expenſis condem- 58
natur,in §.& iudicare.vbi gloſ.& Ang.not.in auth. de defen. ciui. colla. iij. alia de expenſis ratione victoriæ, vide per Specul.in titu.de expenſ. & per Doct.in locis ſuprà alleg. per iſta tamen poterit quis & conſulere, & iudicare ſuper expenſis,quando debeantur,vel non,victori.

CHARLES VIII. *Article L.*

Articu. ſecundus.

I T E M, & pource qu'es incidens, qui ſe vuident, l'on reſerue les deſpens en diffinitiue, les parties ne craignent point à bailler infinies requeſtes, & de trauailler ceux contre leſquels ils ont affaire, nous auons ordonné, que doreſnauant on ne les reſerue plus:mais que l'on condamne victum victori es deſpens,

GLOSSA VNA.

NOTANDVM eſt quòd expenſæ litium quandoque ve- 1
niunt ratione contumaciæ,de quibus in l.ſancimus.C.de iudi. & inferiùs dicetur artic.v.

Expenſæ ratione temeritatis debētur etiam cauſa incidentis, & ratio.

Aliæ veniunt ratione temeritatis, non ſolùm quod temerè 2
egit in tota lite,ſeu in parte, & in quodam incidente: & de iſtis tractat hic articulus. Nam ratione temeritatis in hoc incidenti interuenientis condemnatio fit expenſarum,quando pars ſuccumbuit in illo, l. non ignorat. C.de fruct.& lit.expenſ. vbi Bartol. & Innocen. in c. ſæpè. de appel. Spec. in tit.de appell.§.viſo.verſic.illud quoque. † Et hic ponitur ratio. quare in 3
incidente, & vno articulo debeat fieri expenſarum condemnatio, & non debeat in fi ne reſeruari: quia olim eo quòd reſeruabantur in fine cauſæ, partes non metuebant plures ſupplicationes tradere, & multa quærere incidentia per calumniam,& quia idem ius dici debet in parte quod in toto, l.quæ de tota.ff.de rei vendica. †Etiam quia iſte, qui ſuccubuit in hoc ar- 4
ticulo,ſi obtinebat in diffinitiua,& pars condemnaretur ad expenſas ratione principalis,tamen non repeteret expenſas, quas ſoluit pro illo incidente,& ſi non eſſet ſtatim condemnatus victus in principali nihil conſequi in fine poſſet:ideò iuſtum eſt,vt fiat condemnatio, & in quocunque incidenti, vel emergenti, in quo quis ſuccumbet, debet ſemper condemnari in expenſis,c.ſignificauerunt.de teſtib.vbi Bal. not. & in l. ſancimus. num. 4. C.de iudic.& Iaſ.in d.§.ſin autem alterutra.nu.19.

Succumbēs in declinatoria & in vno articulo, refundit expenſas.

Item ſuccumbens in declinatoria ante litem conteſtatam, indiſtinctè 5
refundit expenſas,gloſ.in cap.imprimis.ij.q.j.Bald. in authent. generaliter. num.9.C.de epiſcop.& cleri.

Expenſæ vnius articulo ſtatim reficiēdæ ſunt

Et iſtæ expenſæ vnius articuli poſt condemnationem ſtatim ſunt refi- 6
ciendæ:vt dicit Bald.in l.generaliter.§.his præſentibus.C. de rebus cred. ſequitur & refert Iacob.in d.l.eum qui.col.j.

Expenſarū condēnatio etiā in interlocutoria iuris fit.

Limitant Doct.in interlocutoria iuris, in qua non fit expenſarum con- 7
demnatio,cùm ſtatim expediri poſſit.Innoc.in ca. ſæpè. de appell. Cyn. &

alij

alij in l.Polla.C.de his quibus vt indig.Bald.in l. vltima.in fi.quando pro uoca.non eſt neceſſe.vt ſi pars petat ſecundam dilationem,& pars dicat non eſſe dandam,iudex pronuntiat dandam eſſe,iuxta l.fi.de fer.tunc non condemnabitur ad expenſas,quia nullæ ſunt,vel admodum paucæ. vſus tamen communis contrarium ſeruat,ſi aliquæ ſint impenſæ,vt ad eas condemnet iudex.

8 Si iudex non condemnauerit actorem, qui ſuccubuit in interlocutoria,poterit eum poſteà in definitiua condemnare,ſi etiam ipſe actor ſuccubuerit: ſed ſi obtineat in definitiua,non poterit condemnari in expenſis interlocutoriæ,poſtquàm in principali obtinet, vt docet Angel. in l.
9 terminato.C.de fruct.& litium expen.†ideo ſit cautus ille,qui in interlocutoria obtinuit,vt ſtatim petat aduerſarium in expenſ.condemnari, quia ſi poſtmodum is,qui in interlocutoria ſuccubuit,in definitiua obtineat, condemnationem interlocutoriæ petere non poſſet, vt firmat Lanfran. in repeti.capit. quoniam contra. in fin. de expen.verſic. notandum eſt etiam.de probatio.

Condemnatio expenſarum in definitiua an poſſit fieri de interlocutoria.

10 Et quamuis Doctores differentiam cõſtituant inter incindens & emergens,vt incidens dicant reſpicere merita cauſæ,& habuiſſe originem ante litem motam,vt pacti exceptio,& ſimiles:emergẽs eſt quod proceſſum reſpicit,& de nouo emergit.Bartol.& alij in l.j.C.de ord.Doct. in c.j. de ordi.cogni.ſcripſi in arbo.exceptio.& in interpretatio.l.quod iuſsit.in
11 glo.magna.ff.de re iudicata.†tamen hic ex communi vſu Gallici ſermonis,*incident*,dicimus,quicquid incidit ſiue de nouo,ſiue non,vbi eſt opus iudicis pronuntiatione, quia vſus gallicus confundit emergens cum incidente,& Gallicè non vtimur verbo *emergent*,aut rarò, ideò *incident*, vtrunque comprehendit in ſermone Gallico.

Incidens & emergẽs ex vſu confunduntur.

12 Nota tamen, quòd non ſpectat ad ptocuratores partium conuenire, vt incidens iungatur cum principali, ſi non fuerit dictum per iudicem, quia fit contra hanc legem, & ordinationem & ita viſum eſt Senatui anno 1509.die 5.Auguſti.

Procuratores non poſſunt conuenire, vt incidens iungatur principali.

Areſtum.

FRANÇOYS *Article LXXXVIII. des publiées M. D. XXXIX.*

Qu'en toutes matieres reelles, perſonnelles & poſſeſſoires, ciuiles & criminelles, y aura adiudication de dommages & intereſt procedans de l'inſtance, & de la calumnie, ou temerité de celuy, qui ſuccumbera en icelles, qui ſeront par la meſme ſentence, & iugement taxez & moderez à certaine ſomme, comme il à eſté dit cy deſſus: pourueu toutesfois que leſdits dommages, & intereſts ayent eſté demandez par la partie, qui aura obtenu, & deſquels les parties pourront faire remonſtrance ſommaire par ledit procez,

Articulus tertius.

GLOSSA VNA.

Damnorũ quando fiat condemnatio.

NOTANVM eſt, quòd in condemnatione expenſarum li- 1
tis,quæ fit ratione victoriæ,veniunt tantùm expenſæ factæ in
lite,non autem habetur ratio damnorum: ſed quando expen-
ſæ veniunt ratione contumaciæ , vel retardati proceſſus , vel
calumniæ , tunc veniunt & damna, vt hic, & gloſ..in l.j.ff.de aliena.iudic.
Doct.in l.cum quem temerè.ff.de iud. †ſed an lite ſopita damna peti poſ- 2
ſint,docet Bald.conſil.cvj.Quidam dominus.in iij.volu.

Exempla ſeu copia an nomine dãnorum, vel expenſ. veniant.

Item haberi debet ratio damnorum,quæ perſonam litigantis reſpi- 3
ciunt , etiam in condemnatione expenſarum ratione victoriæ.§.hæc au-
tem omnia.in inſtitut.titu.de pœna temerè litigantium.ibi,improbus liti-
gator etiã damnũ & expenſas litis inferre aduerſario ſuo cogatur. vbi An-
gel.& Doct dicunt exempla inſtrumentorum, ſeu literarum data à parte
parti ſolere taxari,& venire nomine expenſarum.†Quando verò pars pro- 4
duxit originale,& oportuit retinere exemplum,tunc hoc veniet nomine
damnorum,non expenſarum,niſi fauore eccleſiæ,cuius gratia taxantur
contra eum,qui ad expenſas eſt condẽnatus,vt concluſum fuit in Senatu

Artifici an damna ob litem paſſa reſtitui debeant.

anno 1538.die 10.Ianuarij.†vnde ſi artifex diu litigauerit, id tẽporis, quo 5
nõ potuit vacare ſuo officio,certè iſtius damni habetur ratio,ſi obtineat,
l.ſed & ſi.§.planè.ff.ad exhib.Specu.in eod.titu.de expen.§.fin.verſi. quid
ſi victor artifex eſt. vnde qui obtinet ſententiam,repetit damnum quod
ſubiit eo quòd à ſuis negotiis abfuit. Ideò canonicus diſtributiones
quas ob litem amiſit,in damno computare poterit,vt ſcripſi.§.j.de colla.
in Concorda.

Itaque iſte text.ſtatuit, vt improbus litigator quieſcat, quòd in omni 6
materia non ſolùm expenſ. condemnatio fiat, ſed & damnorum , & eius
quod intereſt , ſi iſta procedant ex inſtantia & calumnia, ac temeritate vi-
cti : & hoc eſt ſtatutum ad vitandas opiniones , quia inter iſta eſt differen-
tia,vt in l.properãdum.§.ſin autem alterutra.C.de iudi. vbi dicitur victum
condemnandum in expenſas:nihil dicit de damnis,& tamen damnum dif-
fert ab expenſis : cùm hoc diminutio patrimonij ſit, l.iij.ff.de dam. infect.
& intereſſe conſiſtit circa lucrum ceſſans , & damnum emergens.l.vna.C.
de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. vbi fuſiùs ſcripſi. † & expenſarum 7
nomine non veniunt damna, l.j.ff.de alie. iudi. vbi Alexand. in addi. ad

Expenſarũ nomine nõ veniunt damna.

Bart.& Bald.in l.iij.C.de fruct. & litium expenſis. Iaſ.in l.j.§.fi.ff.ſi quis ius
dicend.non obtempe.† Ideò condemnatus ad expenſas nõ cenſetur con- 8
demnatus ad damna.Vnde hic text.ſtatuit , quòd iudices condemnent in
damnis & intereſſe in omni materia:per §.hæc autem. de pœna teme.liti-
gant.in inſtitu.

In reali & perſonali damnorum fit condemnatio.

Vnde in materia reali ſi vendicem à Titio domum, & obtineam,iudex 9
debet condemnare ad expenſas,& etiam ad damna ratione inſtantiæ pro-
uenientia.nam eo quòd me oportuit litigare in magno conſilio, abfui à
mea lectione,ob id meæ regentiæ fructus amiſi, & in hoc damnum patior:
itaque iudex debet condemnare ad illa damna , quæ ſum perpeſſus ratio-
ne inſtantiæ.Cy.in l.ſancimus.C.de iudic.

Item

10 Item in perſonali, vt ſi canonicus petēdo debitum litigat extra locum, in quo ſeruire canonicatui non potuit, ob id diſtributiones quotidianas amiſit,certè in his damnum patitur: ideò ad illas diſtributiones ratio haberi debet, & ad damna fiet condemnatio, habendo rationem harum, quas ratione inſtantiæ amiſit, & calumniæ, & temeritatis partis aduerſæ: ſi verò diceret ſe fuiſſe electum in Decanum, vel Archidiaconum, ſi fuiſſet præſens,huius non haberetur ratio,quia extra rem eſt, vt plenè ſcripſi in interpret.dict.l.vnic.C.de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. in gloſſ.j. & gloſſ.dupli.

11 Item ne lites ex litibus oriantur,per l.iiij.§.ait prætor.ff.de re iud. ſtatuit hic text. vt damnorum & intereſſe fiat condemnatio cum principali ſententia,& taxatio ad certam ſummam : alioqui ad probandum, & liquidandum illud intereſſe,& damna,multi alij proceſſus orirentur.quare ſtatuit vt taxentur,& partes poterunt in proceſſu oſtendere, quæ damna paſſæ ſunt,vt certa feratur ſententia.§.curare.de actioni.in Inſtitu.

Condemnatio & taxatio damnorũ ſemel fieri debet.

12 Hoc verum, ſi petantur à parte, aliàs iudex non tenetur ſuum impartiri officium,per l.iiij.§.hoc autem iudicium.ff. de damno infecto. & per hunc text.tolluntur opiniones, quæ erant, an iudex teneatur condemnare ad expenſas,vel damna,ſi non fuerint petita. & text.hic ſtatuit non teneri,& hoc etiam eſt iuri conforme.per gloſ.ſingu.in cap.fi.de reſcrip.Iaſ. & alij in dict.§.ſinautem alterutra.

Petitæ expenſæ, & damna, & non aliàs debentur.

13 Et ponitur regula,in omni materia, in qua poteſt iudex aliquid facere, intelligitur ſi petatur à parte:plenè Iaſ.in l.vniuerſa.C.de preci. Imper.offer.Et ſi poſt petitionem iudex non condemnauerit,tenetur de ſuis bonis reſarcire,dict.§.ſin autem alterutra.vbi ſic intelligit Iaſ.& alij.

14 Nec ſufficeret petitio implicita,& obſcura:vt peto ſententiam fieri pro me,niſi expreſsè petantur expenſæ & damna : quamuis Iaſ. contrarium teneat in d.§.ſin autem alterutra.col.vlt.vbi etiam dicit, quòd ſi non fuerint petitæ ante condemnationem,poterunt peti die cōdemnationis, non eſt verum,quicquid dicat gloſſ.in l.terminato.C.de fruct. & litium expēſ. quia iudex eſt ſuo functus officio per condemnationem ſuper principali. l.iudex.ff.de re iudic.ſic & ſuper acceſſorio,id eſt,ſuper expenſis:ideò debent peti in libello:& hoc fieri eſt ſolitum.

Petitio expenſ. expreſſa nō implicita iuuat.

15 Si tamen iudex non condemnauerit partem, poſtquàm expenſæ petitæ fuerint,poterit pars appellare, & ſi non appellauerit, imputare ſibi debet.c.ſignificauerunt.de excepti. l.fin.C.de fruct.& litiũ expenſ. niſi quando victus appellauit.l.fi.C.quando prouoc. non eſt neceſſe. & ita ſeruant Curiæ,teſte Specula.in tit.de appel.§.in quibus.verſi.pe.vt refert Georg. Nathan.in repe.clemen.ſæpè.in gl.vlt.de verb.ſign. Ego dixi Curias Frãciæ ſeruare contrarium,quia appellare debet victor, etiam ſi victus appel-
16 lauerit:alioqui iudex non ſupplebit,niſi per appellationem partium, †nec poterit pars poſteà agere contra iudicem, qui omiſit condemnare, quia pars appellare poterat: quicquid dicant Doct.in l.ſi filius familiàs. ff.de iud.per l.fin.ff.de variis & extraord.cognit.& in §.j.de oblig.quæ ex quaſi delict.in Inſti.& ſi iudex abſoluat ab expenſis, poterit etiam victor appel-

Appellari poteſt ac omiſſione cōdemnationis expenſarum.

Ad expen. & dãna agi an contra iudicem poſſit qui ad expenſ. non condemnauit.

lare,quia grauatur,vt docet Lucas in l.vna.quæſt.v. & ſeq.C.de ſumptuũ recu.lib.x. nec poſſet iudex condemnare ad has expenſas ex officio,ſi non eſſent petitæ per hunc text. requirentem petitionem , licet de iure iudex poſsit condemnare in expenſis non petitis,ſi facta fuerint poſt litem conteſtatam.per gl.ſing.& probatam in c.finem. de dolo & contumac. quam ſequuntur Doct.in d.§.ſin autem alterutra.& Anto. Tremol. in addi. ad Vbert.de Bonacurſo,in pract.ſua.tit.de recu.in verb.gratificari.iſte tamen text.requirit petitionem,aliàs iudex non tenetur

Temeritas quãdo dicatur,& temerarius.

Prætereà hic vult condemnationem expenſarum fieri ſiue proueniant 17
ex temeritate:temeritatem nullum dolum præſupponere, neque malitiam dicunt Doct.ſed quandam facilitatem & incuriam,vt Ioan.Andr. in c.j.de ſenten.excom.in vj.

Ego dico quòd expenſæ dicuntur venire ratione temeritatis,quãdo in 18
cõſultè,& per ſtoliditatem quis litigare cœpit,& ſic ſuccubuit , vt probatur Inſtitut.de pœna teme.litigan.& temeritas eſt , ſine cauſſa quid agere. §.aliæ.Inſtituit.de dona.Lucas in l.magiſtros. col.iij.C.de profeſſ.& medic.lib.x.& temerarius is dicitur,qui agit illicitum, c.eum qui. de præb. in vj.Et ſic qui proceſſum,vel rem illicitè,& ſine conſilio proſequitur , teſte Luca.in l.vltim.C.de priui.eo.qui in ſacro.Parla.mil.libr.xij.vbi dicit xxx. modis temerarium vocari.ibidem videre licet,ne plura.

FRANÇOYS *Article LXXXIX. de publiées 1539.*

Articu l'quartus.

Qu'en toutes condemnations de dommages & intereſt procedans de la qualité, & nature de l'inſtance, les iuges arbitreront vne certaine ſomme, ſelon qu'il leur pourra vrayſemblablement apparoir par le procez, ſelon la qualité & grandeur des cauſes, & des parties : ſans ce qu'elles ſoyent plus receües les bailler par declaration, ni à faire aucune preuue ſur iceux.

GLOSSA VNA.

Intereſſe ad certã ſummam taxari debet.

DICITVR in l.quatenus.ff.de regul.iuris. quatenus cu- 1
iuſque interſit , in facto, & non in iure conſiſtit: ideò probari debet.itaque partes in proceſſu hoc probare debent, & ex proceſſu,& ſecundum quod veriſimile eſt, & probatum ex illo, & pro qualitate materiæ , & perſonarum iudices iudicabunt,& taxabunt ad certam ſummam.in l.ij.ff.de re iudi.& nulla alia dabitur declaratio,vel probatio, vt lites breuientur : poterit tamen appellari ab hac effuſa taxatione.

Expenſ.ratione retardatis proceſſus, & calumniæ, ab actore, & reo debentur.

Interdum expenſæ ſoluuntur ratione ſubterfugij, & proceſſus retarda- 2
ti,vt docet Bar.in l.ſancimus.C.de iudi. & iſtæ exiguntur ſicut expenſæ contumaciæ:de quibus artic.vij.infrà eod.dicam.

Aliæ debentur ratione calumniæ, & iſtæ tam ab actore quàm reo ca- 3
lumniante exiguntur , ca. calumniam. de pœ.l.non ignorat.C.de fruct. & litium

lit expenſ. Spe. in tit. de expenſ. §. fin. verſi. ex præmiſsis.

4 Notandum eſt, quòd ſi quis per calumniam differat producere inſtrumentum, non debet poſteà recipi eius productio, niſi refuſis expenſis proceſſus retardati. Bal. hoc nominatim ſcribit in c. exceptionem. in princ. de except. quem refert Felin. in c. ad audientiam. ij. de reſcrip. & in c. de cętero. colum. iiij. de re iudi. allegat c. ſulcitata. & ibi Abb. iij. no. de in inte. reſtitu. Hippol. in l. patre. num. 84. & ſeq. ff. de quæſt.

Differens producere inſtrumentum, illud poſteà non producit nō ſoluis expenſis.

5 Etiam quãdo proceſſus iudicatur in Curia per cõmiſſarios, vtraque pars debet pro virili expenſas contribuere pro iudicantibus, non pro breuiario, ſeu relatoris ſalario, quod *extraict du procez* vocant nam illud tenetur ſoluere, is qui obtinuit. Sic iudicauit Senatus inter Comitem *de la Val & Renatum Charlet*, an. 1514. die 26. Iunij, & idē protulit Senatus anno 1521. die 7. Iãuarij, inter dominũ *Triſtam & Claude de Chaſtillon, & do. Helenã de Iambes.*

Expenſ. cõmiſſariorum ab vtraque parte tradi debent.

Areſta.

FRANÇOYS *Articl. CLXXXII. des publiées M. D. XXXIX.*

Que les taxations des deſpens, & iugemens de defaux, ne ſe feront d'oreſenauant par les greffiers, mais par les Conſeilliers, & autres Iuges ordinaires, ou deleguez, auſquels la cognoiſſance en appartient. Articulus quintus.

GLOSSA VNA.

1 OLIM taxatio expenſarum fiebat per ſcribam, & grapherium: ſed hoc prohibet hic artic. & ſtatuit, vt per Conſiliarios, & alios iudices ordinarios, vel delegatos fiat: quia taxatio expenſarum eſt iuriſdictionis, vt not. Doctor. in l. imperium. ff. de iur. om. iud. ideò non poteſt fieri ab eo, qui nullam habet iuriſdictionem, ſicut eſt actuarius & graphe-

Taxatio expenſ. per iudices, & non per actuarium fieri debet.

2 rius. ideò vult vt taxatio fiat per Conſiliarios in Parlamento. †ergo duo requiruntur Conſiliarij ad minimum, cùm numero plurali hic text. loquatur, & pluralis locutio duos ad minimum requirit. l. vbi numerus. ff. de teſti. & regula, pluralis locutio. de reg. iur. in vj. & ſic ſeruatur: nam vnus taxat præſentibus partibus, aut earum procuratoribus, & alter Conſiliarius ſubſcribere ſolet poſt taxationem.

Conſiliarij duo in taxatione expenſarum requiruntur.

3 Item in aliis Curiis inferioribus fieri debet taxatio expenſarum per iudices ordinarios: Ordinarij ſunt, qui à lege, vel à Rege pręfecti ſunt ad illud munus: vt ſi ſit Præpoſitus, vel Bailliuus, aut alterius locum tenens à Rege deputatus, vt docet Spec. in tit. de offic. ord. lib. j. facit tex. in c. fi. de his quæ vi metúſve cau. fiunt. l. ſancimus. & auth. poſt iuſiurandum. C. de iudi.

Ordinarius iudex quid ſit.

4 Delegatus ſi ſit ab his iudicibus, vel aliis commiſſus ad ipſius cauſæ cognitionem, taxare expenſas poterit, vt patet per totũ titulũ, de offi. deleg. & ff. de off. eius cui man. eſt iur. & l. iubemus. C. de iud. tamē antiquior aduocatus nõ dicitur delegatus, qui quidē iudice recuſato, vel abſente cognoſcit, quia ipſe ab ordinatione, & ſic à lege eſt præfectus, vt in tit. de rec. art. vj.

Delegatus quis, & an antiquior aduocatus delegatus ſit.

5 Et hæc taxatio in auditorio fieri debet: vt in iuridicis conuentibus Andega. fuit iudicatum, anno 1539. die ij. Septembris, quia ius debet in auditorio reddi, non extra, l. pen. ff. de iuſt. & in ca. forus. de ver. ſig. & non ſolet fieri hæc taxatio à duobus iudicibus, ſicut à duobus Cõſiliariis, ſed ab vno iudice tantùm, vide glo. in §. notariis. in verb. taxetur. de elect. in Pragma.

Taxatio expenſ. in auditorio fieri debet.

Areſtum.

Citatio in taxatione expenſarum ſi nõ interuenerit, reuocatur taxatio.

Areſtum.

In taxatione expenſarum requiritur partis citatio. Bart. in l. non ignorat. 6
in fin. C. de fruct. & lit. expenſ. Boër. in Deci. Burdeg. q. cclxxxv. quæritur.
num. 6. Alioqui parte non citata, vel non legitimè, vtpote ſine teſtibus, re-
uocatur taxatio, vt cenſuit Senatus anno 1516. die xvj. Iunij, inter Cochon
appellantem à Bailliuo de Monte forti, & Nicolaum grapherium dicti loci,
ſalua actione contra apparitorem, qui non legitimè citauit.

Cõſiliario & militi quot equi & epiſcopo taxentur.

Areſtum.

De ſtylo Curiæ taxantur quatuor equi conſiliario: & ſeptem fuere taxati 7
epiſcopo Maleacenſ. vide tamen text. in ca. cùm Apoſtolus. de cenſi. & fuit
concluſum militi cuiuſcunque qualitatis ſit, non taxandos vltra quatuor
equos in hoc Senatu anno 1532. die xxj. Martij. & hæc taxatio pro qualita-
te perſonæ fieri ſolet.

Ideò ruſtico non ſeni nec valetudinario non taxantur expenſæ equi, vel 8
vili artifici, qui pedes incedere debet gloſ. in l. idemque. §. idem Labeo. ff.
man. apud Parthos Perſáſque equo vehi, vel pedes ire nobilitatem à vulgo
diſtinguebat. nullus enim honeſtè genitus pedibus incedebat, quòd com-
par ferè cum Romanis fuit, quibus plebeiæ pedibus incedebant matronæ,
nobiles lecticis vectabantur. hæc Alex. in lib. v. geni. dier. ca. xviij. in fi. & ſic
etiam pro conſuetudine, l. ſi cùm dies. §. ſi arbiter. ff. de arbi. l. vel vniuerſo-
rum. de pigno. act. l. ſi qui ſemiſſes. de vſur.

Et ſi quis pedes aliquando ibat, aliquando eques, tunc inſpiciendum eſt 9
quod plerumque fieri conſuetum erat, per d. l. vel vniuerſorum. & l. legatis.
§. ſi ex officio. ff. de leg. iij. Iac. de Are. in tract. de expenſ. verſic. ſed quod de
vecturis. vbi plus dicit, quòd propter valetudinem aduerſam taxabitur e-
quus etiam non conſueto equitate, per l. ſi cui. in fi. ff. ex quib. cauſ. maior.
in integr. reſtitu. l. qui cum vno. in fi. ff. de re mili.

Iurare pars ante expenſarum taxationem an poſt teneatur.

Hodie in regno Franciæ condemnat iudex partem ad expenſas, demum 10
iurat pars antè taxationem, ſe expoſuiſſe illas expenſas quas conſcripſit, &
poſteà iudex taxat, non omnino ſequens partis iuramentum, ſed pro viri
boni arbitrio, inſpecta perſonarum conditione, reíque, iuxta l. ſancimus. C.
de iudi. & ſic non ſeruatur authen. poſt iuſiurandum. ibidem, nec c. j. de re-
ſtitu. ſpolia. in vj. nec c. j. de excep. ibidem. vbi dicunt priùs expenſas taxan-
das, & poſteà partem iurare debere, & demum condemnationem facien-
dam. Cal. conſil. vij. ti. de re iudi. Spec. e. ti. §. poſtremò.

Taxationẽ expẽſarum ſolẽt iudices reſeruare, nõ condemnationem.

Item taxationem expenſarum ſolet iudex in condemnatione ſibi reſer- 11
uare, ſed condemnationem reſeruare non poteſt, l. terminato. vbi Doct. C.
de fruct. & lit. expenſ. quia per condemnationem rei principalis eſt functus
officio ſuo, & ideò non poſſet poſteà condemnare ad expenſas, l. Paulus. j.
& l. iudex. ff. de re iud. † ideò praxis inuenit, vt ſibi taxationem reſeruet, vt 12
docet Hippol. in l. patre. nu. 73. de re iudi. vnde iudices dicere ſolent talem
reum ad expenſas condẽnamus, taxatione nobis & Curiæ noſtræ in poſte-
rum reſeruata. †Et ſi iudex non reſeruaret ſibi taxationẽ, non poſſet poſteà 13
expenſas taxare, cùm ſit ſuo functus officio. text. in l. j. in princ. vbi Paul. &
Vin. ff. ad leg. Fal. & Lucas de Pen. in l. vna. col. iij. C. de ſum. rec. lib. x. q. xij.

Succeſſor iudicis expẽſas taxat.

Et non ſolùm is iudex, qui cõdemnauit, taxare ſolet, ſed etiã eius ſucceſ- 14
ſor, quia vnus videtur iudex. ar. l. proponebatur. de iud. ff. Bart. in d. l. termi-
nato

nato.col.ij.Lanfran.in rep.c.quoniã.in fi.verſ. quæro qs habeat. de prob.& hoc dubiũ etiã tollitur ꝑ ſentẽtiam,quæ dicit, curiæ noſtræ reſeruauimus.

15 Nec valeret taxatio ſimul facta cum condẽnatione expenſarum,ſed pars quæ obtinuit,debet ſcribere expenſas,& eas vt pragmatici dicũt ꝑ declaratione dare illi:vt decreuit Senatus anno 1526.die 18.Martij,poſtulantibus Aligret,& Picar.niſi quoad intereſſe ratione inſtantiæ , vt dictũ fuit art.iij.

Taxatio expenſarũ nõ fit cum condemnatione.
Areſtum.

16 Aduertendũ eſt quòd in taxandis expẽſis iudex habere debet rationem ad expenſas neceſſarias , ante litem factas , videlicet inſtrumentis , & citationibus,& viatico,l.eum quem.ff.de iud.

Neceſſariæ expenſæ taxandæ.

17 Expenſæ in lite fiũt primò in iudicibus poſt citationẽ , c.ſtatutũ.§.inſuper.de reſcri.in vj.& §.ne autẽ.in auth.de iud. colla. vj. in executoribus,vt in l.j.& ꝑ totum.C.de ſpor.& illa l.j.non ſeruatur in eo,quod dicit eundem executorem in prima citatione ſemꝑ exequi debere, qa in Francia ſolemus recipere primum apparitorẽ nobis obuiam factũ,bonũ,ſi inueniri poſsit ap parent tamẽ rari nãtes in gurgite vaſto.glo.in §.nullo quoq;.in auth.de iudi.col.vj.l.prohibitum.& l.defenſionis facultas.in fi.C.de iure fiſci. libr.x.

Expenſæ in litibus quomodo fiant.

18 Etiam fiunt expẽſæ in teſtibus,l.quoniã liberi.C.de teſtib.d.c. ſtatutum. §.proferendo.& tex.in can.ſi teſtes. §.venturus.iiij.q.iij.hodie teſtes deponunt,& poſt depoſitionem taxantur eis ſalarium,ſi petant : & pro qualitate perſonæ etiam in taxatione expenſarum comprehenditur examen ad perpetuam rei memoriam,vt fuit concluſum & iudicatum in Parlamento Pariſienſi anno 1532.die xj.Martij.Etiam ſi aliæ eſſent atteſtationes ſuꝑ principali,vt idem iudicauit Senatus anno 1537.die 14.Auguſti. Tamẽ dicunt quidam fuiſſe ibidem iudicatum anno 1507.die j.Martij.quem nõ condem nandum ad expenſas in examine ad perpetuã rei memoriã factas, quia tunc non habebat partem , nec litem , & ad expenſas litis fit condemnatio, & iſtæ expenſæ non ſunt litis , tamen occaſione litis factæ ſunt.

In teſtibus & in examine ad perpetuam rei memoriam.
Areſtum.

19 Aduocatis debetur ſalarium , quod honorarium vocatur. in l.ſancimus. C.de iud.Spec.in eo.ti.§.poſtremò.verſic.in ſumma.plenè in l.j.§.in honorariis.ff.de variis & extraor.cog.

20 Procuratoribus & notariis,l.ſi remunerãdi.§.fi.cũ l.ſeq.ff.mãd. Spec.eo. ti.§.fi.ver.in ſumma nota.& dicit Imbert.his verbis,in §.item ad rei iudicatæ.lib.j.Forenſ.Inſt.Primum ergo huius generis ſunt illa impendia,quæ victor fecit , vt in iudicio ſe ſiſteret edendæ actionis , aut etiam editæ exceptionibus infirmandæ,& litem conteſtandi gratia,deinde vt in eum locum ſe conferret,vbi teſtes producti ſunt,aut ab ſe,aut ab aduerſario,tum vt ex iudicis venia teſtimonia inſpiceret,ac diſceret:rem vt litis inſtructionem, ſi teſtes adhibiti non fuerint,componeret,denique vt iudicem adiret horum ſumptuum cauſa taxandorum.

Aduocatis ſalarium debetur , & procuratoribus.
Quæ partibus taxanda ſint viatica.

21 Item viatica taxari ſolent,id eſt itineris ſumptus,l.eum quem temerè.ff. de iud.licèt ſingulis annis debeant partes in Parlamento ſe præſentare , vt in tit.*des preſentations*, infrà:tamen à Parlamento nõ ſolent taxari, niſi viginti ſolidi ſinguli annis pro illa præſentatione , quia illos poteſt pars mittere ad ſuum procuratorẽ : & ſi dicat miſiſſe nuntium expreſsè ad hoc, vel fuiſſe,ei nõ taxantur aliæ expenſæ, quia hoc potuit facere ꝑ nuntios generales,

Viatica ſolent taxari.

vel per alios amicos:ideò imputetur ei expenſa, vt dicam in tit.de præſent.

Pars expenſas probare debet feciſſe.

Notandum eſt quòd has expenſas ſe feciſſe pars debet oſtendere, vel ꝑ 22
acceptilationem,vel per teſtes probare, alioqui non taxabuntur: quod eſt
verũ,ſi magnæ ſint expenſæ,ſecus ſi paruæ,tunc per iuramẽtum. auth. poſt
iuſiurandum.C.de iud.quod arbitrariũ eſt,c.ſtatutum.§.inſuper.de reſcr.in
vj.Bar.in l.non ignorat.de fruct.& li.expen.†& iudex,qui ſcit quantum ad- 23
uocatis & procuratoribus debeatur, ſalarium taxabit iuxta quantitatem in
ſtylo taxatam,& conſuetam.Licita dicitur, ſi in magna ac noua, longáque
cauſa,& ab illuſtribus,& in Curia ſuprema aduocatus centum aureos acce
perit,l.j.§.in honorarius.ff.de va.& extraor.co.ver.licita. Gui. Papæ in de-
ci.cxc.†in honorariis multa ſolent fundere partes, quæ in taxationem non 24

Ditatur nullus litigãs.

veniunt, ne homines facilè litigent, & litigando lucrentur: ſpecies enim
miraculi eſſet ſuo nomine litigare,& ditari: cum lites ad paupertatem ho-
mines inducere ſoleant.text.in auth.vt differentes iudices.§.j.col.ix.ſcripſi
in proœmio harum Conſtitutionum in fin.

Iudex ex officio expenſas taxat.

Adde etiã quòd iudex ex officio ſuo expenſas taxare poteſt ſine alia pro 25
batione:conſiderata tamen qualitate cauſæ, & temporis prolixitate, per l.
non ignorat.C.de fruct.& li.expen.Bart.& alij in l.j. in fi.ff.ſi quis ius dic.
non obtemp.ſic conſuluit Alex.conſil.xxxvij.viſo.col. pe.in ij.vol.niſi fue-
rit appellatum à ſententia, in qua pars fuit condemnata in expenſis. eo e-
nim caſu nunquam expenſæ erunt taxandæ in Curia eccleſiaſtica, donec
cauſa fuerit finita per tres ſententias.†alioqui taxatio reuocabitur per viam 26
attentati,vt fuit concluſum in Rota, vt patet dec.vlt.de ſent. & re iudicat.
incip.nota quòd ſi feratur.in antiq.& quæ expenſæ debeantur docet Spec.
in titu.de ſatiſd.§.j.vide inferiùs artic.vj.

Aduocatus in propria cauſa & alij expenſas repetunt etiã non ſolutas.

Aduocatus tamen propriam proſequutus cauſam, vel Procurator, ſeu 27
iudex poterit etiam ſalarium aduocati, vel procuratoris petere, licet nihil
ex ſoluerit,nempe cùm aduocatus litigat,ſolet alium habere aduocatũ,qui
ſcripturas ſignet, & procurator alium procuratorem, & quia tanti eſt ob-
noxius alteri aduocato, qui ſignauit ſcripturas, licèt eas non fecerit, ideò
ſalarium eis taxatur de ſtylo curiarum. & ita Iaſ. docet in dict.l. properan-
dum.§.ſin autem alterutra.nu.14.C.de iud. † quia ſi habuerit gratis aduo- 28
catum,tenetur ei ad antidora.l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de pe.hær.licèt
Bar.in l.fi.C.de fruct.& lit.expen.dicat illam legem facere contrà. & gloſ.in
l.eum quidem.ibidem.Et licet Spe.diſtinguat in eo.titu.§.poſtremò.verſic.
quid ſi victor habuit. tamen vidi in Curia Parlamenti ſeruari, quæ dixi, &
ſalarium non traditum taxari: & ita concluſum fuit in duabus cameris in-

Areſtum.

quiſitionum anno 1512.die x.Februarij.vbi pars fuit condemnata ad ſigil-
li expenſas,licet altera pars nihil ex ſoluiſſet pro illo:& hoc fuit dictum pro
magiſtro Io.Planche,cui fuerat donatum ſigillum.

Moderatè expenſæ taxari debẽt, & quæ dicantur.

Item moderatæ tantùm taxari debent,nõ immoderatæ & illicitæ, c.ſta- 29
tutum.§.inſuper.de reſcrip.in vj.cap.finem. dolo. & non ſuperuacuæ, l.vti-
les.ff.de pe.hær.ideò ſolitæ fieri taxari debent, l.properandum.§.ſin autem
alterutra.C.de iud.Alexand.conſil.xxxvij.viſo colum.pe.volu.ij.& neceſſa-
rias dicit text.tantum taxandas, in c.cũ veniſſent,de eo qui mit.in poſ. † & 30
mode

moderatæ dicuntur,quæ litis decimam partem non excedunt, vt colligitur in §.ad excludendas. in authent. de litigio. colla.viij. & ſequitur Lucas de
31 Penna,in l.vna.q.vij.C.de ſumptuum recu.lib.x. † ſæpè hodie videmus expenſas excedere ſummam principalem , ideò dicerem eas moderatas , quæ ex bono & æquo taxantur ad eum modum , quo in iudiciis fieri conſueuerunt.l.properandum. §. & ſi quidem. C. de iudi. & poſtquàm iſtæ expenſæ fuerint taxatæ, poſſunt pro his capi bona debitoris, & vendi , ac plus offerenti dari:ſed ante taxationem, & liquidationem non poteſt manus iniectio fieri in bona victi,vt cenſuit Senatus anno 1533.die ij.Martij.

Pro expẽſis non liquidis nõ venditur bona victi.

Areſtum.

32 Et ſi iudex ſemel taxauerit,non poteſt poſteà taxationem reuocare,poſtquàm illam parti tradidit,quia eſt functus officio ſuo.l.iudex.ff. de re iudic. c.in literis.de offic.deleg.nec reciperetur in Francia hæc reuocatio, vt docet Guid.Papæ ſing.dccxj.ſi iudex.quamuis Bal.teneat contrà,vt refert Iaſ. in l.j.col.ij.C.de iudi.& in l.in actionibus.col.vlt.ff. de in litem iuran. quem
33 ſequitur Hippol.in pract.criminali in §.ſupereſt.in fi. † niſi eſſet facta taxatio expenſarum ſententiæ interlocutoriæ.Lud.Roma. conſil. ccclxij.quoad primum.quòd etiam non ſeruamus in Francia,imò facta taxatione,& tradita parti,non licet iudici eam reuocare,vt plenè ſcripſi in interpreta. l. quod iuſsit.in j.notab.ff.de re iudic.

Taxationem factã iudex nõ reuocat.

34 Et ab iſta taxatione poterit pars appellare, vt dicam in tract. de appel.articul.ix.niſi fuerit facta in præſentia procuratorum , ex areſto Senatus anno 1535.poſt feſtum Euchariſtiæ,etiam vide art.vj.ſi tamen actuarius,ſeu grapherius eas taxauerit, tunc querelam iudici illius tribunalis porrigam intra decem dies,vt docet Bal.in l.arbitro.col.pen.ff. qui ſatiſd. cogan. Innoc.& alij in c.fi.de his quæ vi metúſve cauſa fiunt.Iacob.in authen.poſt iuſiuran-
35 dum.C.de iudic.Hippol.in l.patre.in fin.ff.de quæſtio. ſed † cùm hodie in Francia alius à iudice non poſsit eas taxare,vt in hoc art.dicitur,etiam ſi ſit executor areſti, vt ſcripſi in tract.de ſent.proui.art.iij.gloſ.ij. iſta locum non
36 habent. † poterit tamen iudex taxationem expenſarum committere, & delegare alicui iuriſdictionem habenti, à quo ſi appelletur, deuoluetur appellatio ad iudicem committentem,l.à iudice.C.de iudi.ſi verò per ſe taxauerit, appellabitur ad ſuperiorem iudicis taxantis , vt pronuntiauit Senatus anno 1527.die xiiij.Iulij.Si tamen taxatio expenſarum fuerit confirmata à Senatu , taxatio fiet in Curia, & non per iudicem à quo fuit appellatum. agitur enim ex confirmante, non ex confirmato, vt decreuit Senatus anno 1534. die xij.Martij.

Appellari poteſt à taxatione expenſarũ, & ad quem.

Areſtum.

Taxatio expenſarum quãdo in Curia fieri poſſit.

Areſtum.

37 Nunc videndum de expenſis ratione contumaciæ. nam eò quòd citatus non comparet,ſiue ſit actor,ſiue reus,ad expenſas condemnandus eſt,l.ſancimus. C. de iudi. Et quæcunque fuerit contumacia , idem diſponitur. de quibus dixi in tract. de contumacia ex defectu : quia contumax contemnit iudicem,l.ſi quis ex aliena.ff.de iud.l. vna. ſi quis ius dic. non obtem. ideò non auditur non refectis expẽſis,d.l.ſancimus.& in auth.qui ſemel.C. quo. & quan.iudic.etiam ſi vnus nummus deficeret. Bald. in c.conquerente. de reſtit.ſpol.Dec.conſil.xxxiiij.& pro tenui.in fi.& in auth.qui rem. C.de ſacr. ſanct.eccleſ.

De expenſis cõtumaciæ.

Et iſtæ

Præiudiciales quare, & ſi reus nolit eas accipere requiritur depoſitio.

Et iſtæ expenſæ ſunt præiudiciales ex parte rei, qui non compellitur in 38
cauſa procedere,niſi priùs refuſis ſibi impẽſis,vt docet Maſuer.e.tit.§. item
fere.quas ſi ipſe reus nollet recipere,ſufficiet conſignare,& deponere.Bart.
in l.creditor.per illum tex.C.de pigno.

Imò oportet quòd contumax ſatiſdet de iudicio ſiſti,& de obſeruatione 39
iudicij.§.ſi verò ſemel.in authen.de exhib.reis.colla.v. ca. venerabilibus. §.
porrò.de ſen.excom.in vj.ſed in hoc Regno hæc ſatiſdatio præſtari non ſolet,ſed expenſæ tantum præſtari ſunt ſolitæ,antequam contumax audiatur.

Expẽſæ cõtumaciæ etiã ante litẽ, & in citatione facta debentur.

Debentur hæ impenſæ,ſiue fiant antè litem conteſtatam,ca. cæterùm.in 40
fi.de reſcrip.c.conſtitutus.de procu.ſiue poſt,c.finem. de dolo & contuma.
& triginta caſus in quibus antè litem conteſtatam fit expenſarum condemnatio ſcribit Specul.in eo.tit.§.ſi autem litis. verſi. ſunt autem.

Etiam ſi reus in prima citatione deficiat,condemnabitur ad expenſas il- 41
lius citationis.glo.j. & Doct.in ca. querelam de proc. & in ca. quoniam. de
proba.Bal.in d.l.ſancimus. ideò citabitur iterum ad videndum ſe condemnari ad expenſas citationis.Lanfran.in d.ca.quoniam contra. in materia expenſ.circa finem.& Iaſ.in d.l.ſancimus. num. 10. & iſtud ſeruatur in Curiis Franciæ,quicquid in contrarium Doct.aſſerant.

Minor etiã in expẽſis ratione contumaciæ condemnatur, etiã ſi ſit mulier ruſticus & alius.

Siue ſit maior,ſiue minor,non auditur non ſolutis expenſ. quia d. l. ſan- 43
cimus.indiſtinctè loquitur:& hoc aſſerit Bar.in l.ſi finita.§.ſed ſi fortè.ff.de
dam.infect.& Iaſ.in d.l.ſancimus.niſi minor reſtituatur,l.minor etiam.ff. de
mino.Aufre.in Deci. Tholoſa. q.cccxxix. † etiam ſi ſit mulier vel ruſticus, 44
quibus in his expenſis non ſuccurritur,vt docet Iacob.de Are.in tracta. de
expenſ.col.iij.quia ruſticitati non ſemper parcitur,l.ij.C.de in ius voca. ſiue
litigetur coram ordinario,ſiue delegato. Bald.in d.l.ſancimus.C. de iudic.
cùm eadem ſit ratio in vtroque, ſiue in Curia eccleſiaſtica, ſiue ſeculari.
ca. quoniam contrà.vbi Doctor. de proba. ca.ij. de procura. ca.j.& per totum. de dolo.

Prælatus & eccleſia in expenſis condemnẽtur.

Siue ſit eccleſia,vniuerſitas,vel Prælatus eccleſiæ.gloſſ.& Doct. in d.ca. 45
finem.de dolo.Iaſo.in d.l.ſancimus.col.ij.quia d.l.ſancimus. generaliter loquitur:ſed iſti reſtitui ex cauſa poterunt,ſed ante reſtitutionem non refuſis expenſis non audientur,l.ſed & ſi per prætorem. §. ſed etſi dum decreto.ff. ex quib.cau.maio.& regulariter procedit in omni perſona d.l.ſancimus. facit §.final.in authen.de hæred.& Falc.collat.j.

Peti an debeãt expẽſæ cõtumaciæ.

Etiam ſi expenſæ non fuerint petitæ,c.cùm dilecti.vbi Bald.not.de dolo 46
& contumac. quia tales expenſ. debentur propter contemptum iudicis :ergo iudex impartietur ſuum officium etiam parte non petente, gloſ. in l. filiusfamiliàs.§.veterani.ff.procu.Bar.& alij.§. hoc autem iudicium. de dam. Iacob.in d.l.ſancimus.col.j.

Cõtumax nõ ſolutis impenſis nõ audietur.

Iudices tamen in hoc regno non ſolent denegare audientiam, nec par- 47
tem mulctare, ſi pars non petat, vel procurator Regius: ſi tamen hoc requirat pars, vel Regis procurator, non audietur non ſolutis expenſis contumax in illa cauſa, nec in aliis cauſis coram eodem iudice, etiam ab aliis perſonis motis.gloſ.in d.l.ſed & ſi.§. ſed & ſi dum decreto. ff. ex quib. cauſ. maiores. Bald. in ca. cum veniſſent. colum. ſecund. de iudi. † vnde

ſi velit

ſi velit audiri, oportet quòd ſaltem verbo offerat, ſi expenſæ non ſint taxatæ, & ſic liquidæ, alioqui cum effectu reſtituere debet, d.l. ſancimus. Bal. & Iaſ. ibidem. ſed debent peti coram illo iudice, coram quo facta eſt contumacia, & non coram alio, ne cauſæ continentia diuidatur, l. nulli. C. de iudi. Pet.Bel.pertica.in d.l.ſancimus.C.de iudic.

48 Hoc etiam procedit tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, quando per denunciationem proceditur. Si denuntians ſit contumax, non audietur non refuſis expenſis, licet agatur de fauore publico, vt delicta puniantur, l. item vulneratus.ff.ad leg. Aqui.c.vt famæ.de ſenten.excom.arg.l.ſeueriter. C.de excu.tut.& l.vna.C.de ſumptuum recup. libr.x. Hippol.in pract. crimina.§. ſupereſt.& in l.patre.num.17.ff.de quæſt.

In criminalibus expẽſa contumacia debentur.

49 Etiam ſi contumacia non retardaſſet proceſſum, quia adhuc eſt iudicis contemptus, vt docet Bal. in d. l.ſancimus. q. iiij. quicquid dicat ibi Cyn. hæc opinio tamen ſeruatur in Curiis.

50 Adhæc ſiquis miſerit procuratorem inſtructum, qui non comparuit, adhuc non audietur pars non refectis expenſis, c.auditis.de procur. Bar.& alij in l.vna. §.ſi procurator.ff.ſi quis ius dic.non obtempe. quia pars eſt in culpa, eo quòd non miſerit procuratorem diligentem: ideò ſibi imputare de-

Procuratoris abſentia etiam in expenſis mulctatur.

51 bet.§.fi. de ſocie. in Inſti. †vel ſi procuratorem miſerit cum non ſufficienti mandato. Bart.in l.j.§.vſus.ff. de procu.l.j.§. quòd ſi nemo. quòd cuiuſque vniuer.nomin.not. Doct.in c.Nicolao. de appel. ſolet tamen hoc caſu dilatio dari habenti mandatum non ſufficiens, ad offerendum mandatum ſufficiens prima die: tamen ſi procurator in itinere eſſet interfectus, nullæ debentur expenſæ, per l.cùm à matribus. C. qui pe. tut. quia conſtituens non eſt in culpa: & ſic in pœna eſſe non debet.

52 Imò contumax in hac patria conſuetudinaria non ſolùm condemnari ad expenſas debet, ſed etiam ad mulctam ſeptem ſolidorum, vel aliam pro conſuetudine Curiarum, vt Deci. aſſerit. in dict. l.j. §.fi.ff. ſi quis ius dicen. non obtempe.& Boër.in §.xviij.de iur.om.iud.in conſue.Bitu.

Contumax ad mulctam vltra expen. cōdẽnatur.

53 Siue ſit verus contumax, ſiue fictus, id eſt ad domum citatus, vt tenent Paul.& Salic.in dict.l.ſancimus. quamuis alij teneãnt contrà: prima tamen in multis Curiis Franciæ ſeruatur.

54 Et in qualibet parte litis iſtæ expenſæ peti poſſunt, quia poteſt eſſe contumax in tota lite, & in qualibet eius parte, teſte Lanfran. vbi ſuprà de expenſis.verſi.his ſic præmiſsis.in dict.c.quoniam contra.

Ratio quæ habenda ſit in expẽſis cõtumaciæ taxandis.

55 Et in his impenſis habetur ratio non ſolùm ad expenſas in iudicio factas, ſed etiam circa aduocatos & notarios, & ad viatica, & omnia damna, vtpote ſi artifex nõ potuit operari, vel circa res dãnum aderit, vel in perſonã, vt not.Bar.in l.j.ff.de alie.iud.Cald.cõſil.j. de dol. & ad intereſſe habẽda eſt etiam ratio, l.vnic.in fi.ff. ſi quis ius dic.non obtempe. & ſic tenetur ad lucrũ ceſſans, vel ad dãna extrinſeca, vt ſi parte abſente res ab eo ſint furto ſubſtractæ.Bar.in d.l.ſancimus, per l.ſi ſterilis. §. cùm per venditorem.ff.de act.emp.dixi abundè in interp.l.vnic.C.de ſen.quæ pro eo quod intereſt.

56 Poterit tamen contumax condemnatus, etiam ſi non fuerit præſens, à condemnatione appellare, quicquid dicat Cy. & alij in d. l. ſancimus. non

eo

eo quòd illo abſente fuerit condemnatus, ſed quia condemnatio eſt iniuſta,& exceſsiua.& ita forenſis vſus tenet,quamuis contumax verus non appellet,l.ex conſenſu.in fi.ff.de appel.l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudic.Dec.conſil.xxxiiij.& pro tenui. col.j. vbi diſtinguit. dixi artic.x. ſuprà de contumacia.& defect.

Recuperari expẽſæ cõtumaciales nõ poſſunt.

Si tamen has expenſas ſoluerit, & (vt dicunt *des cõngez & defaux,*) licet 57 obtineat in principali,eas tamen non recuperabit, quia ob delictum ſuum, id eſt contumaciam ſolutæ ſunt.Spec.in eod.tit.§. nunc de expenſis.verſic. porrò.& Bar.per illum tex.in l.ſi pignore.ff.de pignorat. acti. ac in l. damni. tertia.§.cùm parietem.de dãno infect.Bal.in l. non ignorat.in fi.C. de fruct. & lit. expen. Alexan.in l.ſi patroni.§.qui fideicommiſſariam.ff. ad Trebel. Hippol.in l.patre.num.83.§.de quæſt.

Caſus in quibus expenſæ contumaciæ nõ debẽtur.

Limita,niſi pars ſtatim veniret iudice pro tribunali ſedente: & tunc non 58 diceretur contumax,l. pe. ff. de in integr. reſti. quia non ſua culpa defuiſſe cenſetur, ſed parum exaudita voce præconis, ibidem. paria enim ſunt aliquid fieri in actu, vel incontinenti poſt, §. tutor. de author.tutor.in Inſtit. l.Pomponius.§.ratihabitionis.ff.de procur.Iaſ.multa cumulat in l.edita. C. de edendo.ſcripſi in tract.de contumacia.art.v.

Hæres ad expẽſ.cõtumaciæ prædeceſſoris an teneatur.

Secundò, non procedit in hærede, qui non tenetur ad expenſas contu- 59 maciæ ſui prædeceſſoris,quia ipſe non eſt in culpa.Alexan.in l.ſi eum.ff. de fideiuſſ. licet Bal. teneat contrarium in l.ſi pater. C. ſi pen. appe. quas opiniones conciliarem,vt hæres ad expenſas teneatur, ſi prędeceſſor erat condemnatus,alioqui non.

Tertiò non procedit, quando citatus aduerſa valetudine, vel alio impe- 60 dimento fuit detentus.l.ij.§.ſi quis in iudicio.ff.ſi quis caut.& d.l.ſancimus. ibi, *ſi mala conſcientia abfuerit:*quicquid dicat gl.in c.venerabilibus.§. porrò. in verb. captus. de ſentent. excommunic. in vj.nam quod per me non ſtat, mihi non eſt imputandum. l. iure. ff.de condict. & demonſtrat.& de regul. iur.ff.l.in iure ciuili.

Quartò, etiam quando citatus fuit tali tempore citatus, quo tempore 61 etiam ſi voluiſſet, non potuiſſet comparere, quia erat in carcere, vel aliàs impeditus,l.ex conſenſu.§.fi.ff.de appellationib.& dicto c.venerabilibus.§. porrò.de ſentent.excommunic.in ſexto.Salicet.in dict.l.ſancimus.in vltima columna.

Quintò non procedit, ſi quis vocatus ob falſum debitum fuit, qui non 62 comparuit, & aduerſarius fuerit in poſſeſsionem bonorum miſſus ex contumacia, tunc is poterit inſtrumentum ſolutionis deferens, etiam non refuſis expenſis miſsionem in poſſeſsionem reuocari petere, per textum in l. prima. §. proinde. ff. ne vis fiat ei. Alber. in l. prætor. §. ait prætor. ff. de noui operis nuntiatione. Hippol. in l. patre. numer.80.de quæſtionibus.

Bona vxoris pro expenſis à marito factis capi quãdo poſſunt.

Et ſi condemnatus maritus fuerit ad expenſas, bona vxoris. capi non 63 poſſunt; quia vxor non tenetur pro marito, vt per totum titulum C. ne vxor pro marito. tamen ſi maritus & vxor fuerint condemnati, & maritus nihil habeat, tunc approbata fuit executio, & captio quoad proprietatem,

tatem , niſi maritus lucraretur mediam illorum bonorum partem,à Senatu anno 1517.die 22.Martij. *Areſtum.*

64 Item non valet condemnatio expenſarum,quæ fient , ſed tantùm de factis,vnde iudex non poteſt ad futuras condemnare expenſas : quia tractus futuri temporis non ſpectant ad iudicem, l.non quemadmodum. ff. de iudiciis.l.j.de vſuris.& ſic placuit Senatui anno 1510.vbi reprobata fuit ſententia,qua condemnatus fuerat aliquis in expenſis factis & faciendis.

Condemnatio ad expē. futuras non valet.

Areſtum.

Charles VIII. *Article LXI.*

Articu. ſextus.

ITEM, *& iaçoit ce que par nos anciennes ordonnances, en matieres de taxations de deſpens l'on doit cotter l'article ou articles , dont on ſe ſent greué : toutesfois auiourd'huy les parties par malice laiſſent taxer les deſpens , & de laditte taxation de deſpens ils appellent , ſans declairer en quel article on les a greuez , & à ceſte occaſion faut aſſembler gens pour les voir , qui ſont grands frais & longueurs pour les parties. Pour auſquelles choſes obuier , auons ſtatué & ordonné,que ſi la partie eſt preſente,ou ſon procureur , & que de chaſcun article, qui ſera taxé, elle n'en appelle, laditte taxation demeurera en ſa force & vertu comme de choſe iugée : & ſi la partie en veut auoir l'executoire, il luy ſera deliuré.*

GLOSSA VNA.

1 DVO hic videntur ſtatuta. Primum vt appellans à taxatione expenſarum debeat præſignare articulum , ſuper quo grauatum ſe prætendit , & ſuper quo appellat : vt eſt etiam in articu. ſeq. vt iudices appellationum ſtatim poſsint videre ſuper quo conqueritur pars , & iudicare : & hoc eſt inductum vt lites breuientur , ne ſint immortales , l. properandum. C. de iudic.& vt ſuper certo iudicetur, & ne oporteat totum videre proceſſum, & omnes articulos taxatos.

Appellans à taxatione præſignare debet articulum ſuper quo appellat.

2 Secundum eſt,quòd ſi expenſæ ſunt taxatæ in præſentia partis , vel procuratorum , ſi tunc vna non appellauerit , poſteà non recipitur : & illa expenſarum taxatio erit executoria , licèt regulariter non ſit: quia per appel-
3 lationem ſuſpenditur. † Fallit tamen , quando taxatio facta eſt coram partibus,vel coram procuratoribus , vt hic , quod eſt intelligendum quando taxatio facta eſt in parlamento, ſecus ſi à iudicibus inferioribus , quia tunc recipitur appellatio ante executionem , etiam ſi taxatio facta fuerit in præſentia partium,vel procuratorum : vt cenſuit Senatus anno 1518. die 24. Auguſti , & idem fuit iudicatum in conuentibus iuridicis Trecis habitis,

Expēſarum taxatio facta in præſentia partium , vel procuratorū quādo recipiat appellationem.

Areſtum.

Areſtum. anno 1535. die ſeptima Septembris: vide ſuperius arti. v. numer. 25. appellationem impedire taxationem etiam in curia eccleſiaſtica.

Areſtum. Imò etiam anno 1522. die vndecima Martij, contra Ioannem de Villars placuit eidem Senatui non habere locum in taxatione facta à Conſiliariis ſupplicationum, nec damnorum, & intereſſe, cùm de his non loquatur hæc ordinatio. quod eſt valde notandum ád intellectum huius artic. vide viginti quæſtiones in hac materia expenſarum, per Luc. de Penna in l. vnic. C. de ſump. recuper. lib. x. 4

IDEM *Article LXII.*

Articu. ſeptim⁹

ITEM, *& ſi la partie eſt abſente, ou il y à appel en concluant au procez, elle ſera tenue de cotter les articles, dont elle eſt appellant, affin que ſur l'article lon face droict ſeulement par ladicte Cour, en vuidant laditte cauſe d'appel.*

GLOSSA VNA.

MATERIAM huius articu. tractabo in tract. de appellationibus. infrà articul. vij. ibi videbis, & quod ſpeciatim oſtendi debeat articulus, ſuper quo appellatur. faciunt multa quæ ſcripſi in tracta. de reſtitu. articul. primo. gloſſ. vlt. quæ hic pro repetitis habeantur.

CHARLES VIII. *Article LXXIII.*

Articu. octau⁹.

ITEM, *& ſi en taxant leſdits deſpens, l'vne des parties appelle de la taxation de quelque article, le commiſſaire nonobſtant laditte appellation paſſera outre à taxer les autres articles.*

GLOSSA VNA.

Sentẽtia poteſt pro parte executioni mãdari.

HIC tollit dubium, ſi in taxando expenſas plurium articulorum, pars à taxatione vnius appellet, an iudex poterit alios ſequentes articulos taxare, & reſpondet poſſe, quia non ſuſpenditur ſententia taxationis, niſi ſuper articulo, quo eſt appellatum, & non ſuper alio, & tot dicuntur ſententiæ, quot articuli, l. ſcire. ff. de verb. obligat. 1

Et ſic ſententia poteſt pro parte executioni mandari, quia non eſt actus, qui vno contextu debeat expediri, ſicut teſtamentum. l. hæredes. in fin. ff. de teſtamen. l. cùm antiquitas. C. eod. & electio vno contextu etiam fieri debet. cap. quia propter. de electio. & ſimilia. 2

Imò

3 Imò ſi iudex delegatus mandauerit ſuam ſententiam executioni in parte, non impedietur pars petere executionem eſſe perficiendam in altera parte.tex.not.in c.veniens.ij.vbi Panor.& Fel.de teſtibus.

Sententia non totum definiẽs negotium an valeat.

4 Sed in iure magnum eſt dubium, videlicèt an ſententia lata non in toto, ſed pro parte, valeat?& Iuriſconſultus l.in hoc iudicio.ff.famil.erciſ. ſic ait, non poteſt ex vno eodémque iudicio res iudicata in partem valere, in partem non valere. Itaque iſta eſt communis regula, licèt inſtrumentum pro parte valere poſsit.c.ſi quid.xxxviij.diſtin.vbi glo.& reſcriptum,c.ſi eo tempore.de reſcrip.in vj.Iaſ.& alij in l.ſi ex falſis.C.de tranſact.

Finem litibus imponere debet iudex.

5 Ratio eſt, quia res iudicata imponere debet finem litibus, l.j. ff.de re iudic.quod non faceret, ſi pro parte valeret, quia opus eſſet ſeparatim pro alia litigare,& lites ex litibus orirentur, contra l. iiij. §. ait prætor. ff. de re iudic.& quia cauſæ continentia diuidi non debet, l.nulli. C. de iudic. nec etiam valebit ſententia certa pro parte,& pro parte incerta. l. penul. C. de
6 ſentent.quæ ſine certa quantita.profer. † Etiam ſi illud capitulum petitum eſſet diuiduum,l.etiam.ff.de mino.vide Iaſ.in l.ſi non ſortem. §. ſi centum. ff.de condict.indebi.

Diuiduæ rei ſentẽtia an diuiſim ferri poſſit.

7 Vnde ſi petam domum,& ius reddens iudicet ſuper parte, non valebit ſententia pro illa parte, teſte Alber.in d. l. in hoc iudicio. vel ſi petam decem,& iudex condemnauit in quinque, & de aliis nihil dixit, non valebit ſententia in quinque.gloſ.& Doct.in l.prima.C.ſi aduerſus rem iudic.

Vna & eadem petitio actoris quã do variis ſentẽtiis definiri poſſit.

Iudex à petitis abſoluere, vel cõdẽnare debet.

8 Limitatur cùm pars confiteretur ſe debere quinque, tunc iudex in his quinque tanquàm liquidis condemnare poterit, & in aliis quinque abſoluet, vel ad probandum reliqua præſtituet diem parti, l.quidam.ff. ſi certum
9 peta.Nec etiam valeret † ſententia, ſi quodam petente decem, & probante quinque, iudex tantùm ad quinque condemnaſſet, quia per hanc ſententiam nec videtur iudex abſoluere in reliquis quinque, nec condemnare, ideóque nulliter iudicat, niſi abſolutè ius reddat ſuper his quæ ſunt petita, vt Areti.docet in l.j.§.ſi ſtipulanti.ff.de verbor.obligatio. l. quid tamen. in princi.ff.de arbit.quicquid dicat Bart.in l.ſi plures.in fin.princip.ff.de fide-
10 iuſſoribus. † etiam ſi iudex diceret, condemno tantùm ad quinque, non valeret ſententia, eo quòd ſemper ius dici debet de integro & toto controuerſo:vt etiam ſi quis petat domum, licèt reus non poſsideat, niſi eius partem nihilominus tamen debet iudex iudicare in parte, & quo ad reliquam abſoluere, licèt Barto.in l.j.C.ſi aduerſ. rem iudica. teneat contrà. & Panor.& Fely.in c.cùm inter.de re iudica.

Sententia debet in totum litem decidere.

11 Tenendum eſt in hoc Regno, quòd iudex integrè negotium decidere debet:alioqui ſi indeciſum in aliquo relinquat, retractabitur ſententia per iudicem appellationis, vt docet etiam Alber. in dict. l. in hoc iudicio. col.
12 vlti.famil.erciſcund.†Intelligas tamen, niſi de conſenſu partium iudicaretur ſuper parte.Bartol.in l.ſi conuenerit.per illum text.ff.de re iudica.gloſſ. in l. ij. C.communia vtriuſque iudic. quia licèt iſta videantur ſubſtantialia iudicij, tamen in fauorem partium tendunt: & ſi partes ſint concordes, quid ad iudicem, l.prima. §. inde quæritur. ff. de noui operis nuntiatione.

Appellatione retractatur ſententia non abſolutè definiens negotium.

Conſenſu partium valet ſententia etiam imperfecta.

ita quòd non niſi inſtigante parte fiat huiuſmodi caſſatio per iudicem appellationis, quæ pars ſi ceſſet proſequi, ceſſabit etiam caſſatio.

Varia capitula petitionis totidem poſſunt habere ſententias.

Secundò limitatur, quando plura ſimul eſſent petita, & diuerſa capitula, 13 quæ ſeparari poſsint: vt ſi peticrim eodem libello equum, & domum, tunc iudex ſi condemnauerit in vno, valebit quidem ſententia. l. quid tamen. ff. de arbitr. & dicta l. etiam. §. primo. ff. de minoribus. quia ibi conuenit tot eſſe ſententias, quot ſunt capita petitionis, l. ſcire. ff. de verborum obligationibus. gloſſ. in dicta l. in hoc iudicio. Et quando dicatur vnum capitulum, aut plura, declarant Panorm. & Felyn. in capitu. cùm inter. de re iudita.

Confirmatur ſententia pro parte, & pro parte non.

Tertiò, licet à principio non valeat ſententia pro parte, tamen poteſt 14 iudex appellationis eam pro parte reſcindere, & pro parte confirmare. l. quædam. ff. famil. erciſcund. l. fin. de iure patrona. cap. Raynutius. & capitul. Raynaldus. de teſtamen. ſicut dicitur, quòd ab initio non poteſt quis pro parte decedere teſtatus, & pro parte inteſtatus, l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. ſecus poſteà, l. circa. ff. de inoffic. teſtam.

Perſonarum pluralitas plures inducit ſententias.

Quartò non procedit, etiam ſi vno & eodem libello actum fuerit, ſed 15 contra diuerſas perſonas, & ad diuerſa, tunc valeret ſententia lata contra vnum, licèt de alio nulla eſſet facta mentio. nam iudex poſteà contra illum iudicabit, l. ij. §. dubitandum. ff. familiæ erciſcund. l. de vnoquoque. ff. de re iudic. not. in l. non idcirco. de iudic. Iacob. in l. j. C. ſi aduerſus rem iudic.

Sententia fertur ſecũdum proſecutionem.

Quintò, cùm partem tantùm actor proſecutus eſſet, iuxta l. age cum 16 Geminiano. C. de tranſact. tunc iudex de qua re, & de qua parte cognouit, de ea iudicare debet, & non de alia. l. de qua re. ff. de iudic. & dicta l. age cum Geminiano.

Parte rei interempta fertur ſententia ſuper reliqua.

Sextò limitatur, quando pendente iudicio pars rei interiret, vel parti 17 ſolueretur, ſeu confiſcaretur: tunc etiam ſeparatim de reliqua parte iudex ſuam ſententiam interponere poterit, l. ſi conſtante. in fin. ff. ſoluto matrimo. licèt Doct. dicant illum text. loqui in inſtantia perempta, quod apud me probatum non eſt.

Expẽſa petita cum principali non deciduntur.

Qualitas inſolidum omiſſa in correis debendi non vitiat ſententiam.

Septimò, non habet locum in acceſſoriis. nam ſi iudex iudicet ſuper 18 principali, licèt non iudicet de expenſis, etiam petitis, valebit tamen ſententia Bartol. in l. terminato. C. de fructib. & litium expenſ. per l. Paulus. j. ff. de re iudicata. † ſiue in totum omiſerit, ſiue in parte, l. fina. C. quando 19 prouocare non eſt neceſſe. ibi, vel minus quàm oportuerat, iuſſa eſt. Bald. in l. penultima. column. ij. C. de ſententiis quæ ſine certa quantita. quia acceſſorium non debet vitiare principale, ſecus econtrà, l. cùm principalis. ff. de regulis iuris. & in regula acceſſorium. eodem titul. in ſextò. ſi tamen pars appellauerit, obtinebit expenſas per iudicem appellationis, vt ſuperiùs dixi.

Octauò, limitat gloſſ. & Bartol. in l. prima. C. ſi plures vna ſententia. 20 in qualitatibus, vt ſi fuerint plures correi, & debitores vnius, & eiuſdem

dem ſummæ,& iudex illos condemnauerit, non adiiciendo illam qualitatem inſolidum, nihilominus valebit condemnatio, & cenſentur illi condemnati ex æquis partibus.Spec.in tit.de ſenten.§.ſpecies tenet non valere,quia non eſſet conformis libello,vt debet,l.vt fundus.ff. commu. diuid. & Salic.in d.l.j.in ij.oppo.

21 Ego putarem valere,per d. l.j.vbi approbatur, & appellatione opus eſſet,vt iudex appellationis reformaret primam ſententiam.

22 Nonò,non procedit in iudicio vniuerſali,vt ſi me petente hæreditatem, reus vnam tantùm rem poſsideat hæreditariam, ratione illius tantùm fiet condemnatio.l.iiij.cum aliis multis. ff. de peti. hæred. Sed hæc non poteſt dici noua limitatio, quia hoc eſt in pluribus rebus, ſuper quibus ſententia pro vno ferri poteſt,vt ſuperiùs ſcripſi,& ſi reus non poſsidebat niſi vnam rem tempore petitionis,& plures poſteà ſententiæ tempore poſſederit, ad illas omnes condemnabitur vi iudicij vniuerſalis.gloſſ.& Doctor. in l. j. C. de edend.vide Felyn.& alios, in l. cùm inter. de re iudica. vbi alia multa ſcribunt,quæ hic comprehenduntur.ſed iſta quæ ſeruantur in forenſi iudicio,ea qua potui diligentia hic conſcribenda duxi.

23 Vltimò notandum eſt,quòd expenſæ debitæ ratione victoriæ differunt ab expenſis debitis cauſa contumaciæ: quia contumax reficit omnes expenſas non ſolùm neceſſarias,ſed & vtiles: alter verò vtiles tantùm, teſte Innocen.in cap.cùm veniſſet.de eo qui mitt.in poſſeſſ.Angel.in d.l.properandum.§.ſinautem alterutra.C.de iudic.Iaſ.in l.vnic.§.fin.ſi quis ius dicẽ. non obtemp. *Expẽſas cõtumaciæ & ratione victoriæ differunt.*

24 Item quæ debentur ratione contumaciæ, comprehendunt damnum intrinſecum etiam ratione rei.dict.l. ſancimus. C. de iudiciis. ſecus in expenſis ratione victoriæ,l.ſeueriter.C.de excuſatio.tutorum.niſi damna reſpicerent perſonam artificis:vt Barto.docet in l.j.ff.de aliena.iudic. & ſuperiùs ſcripſi.

25 Prætereà in his impenſis præiudicialibus non fit compenſatio:vt habui ex decreto Senatus anno 1536.die xxvij.Maij,poſtulantibus domi.Alberico & Violardo. *Cõpenſatio in expen.nõ recipitur. Areſtum.*

26 Ad hæc expenſæ contumaciæ actione in factum ex edicto, ſi quis ius dicen.non obtemper.debentur.gloſſ.& ibi Doct.in d.l. vna. in fin. in gloſſ. magna.

27 Vnde iudex,qui abſoluit ab expenſis,ab his non cenſetur abſoluere,ſed ab his quæ officio iudicis nobili debentur, ſi credatur Sali. in l. properandum.§.ſinautem alterutra.C.de iudic.

28 Etiam iuſta cauſa litigandi non excuſat ab his impenſis: ſecus à debitis ratione victoriæ,gloſſ.nota.in §.oportet.in authent. de iudic.colla. v.Imol. in l.fi.col.vlti.de re iudic.

29 Prætereà lata ſententia definitiua,etiã hæ expenſæ contumaciales repeti poſſunt, non aliæ,per gloſſ.in l.iij.§.ſi rem.ff. de lega. iij. Bartol. in l. non ſolùm.ff.de rei vend.Alber.in dict.l.ſancimus. col. ij. facit l. iiij. C. depoſi. gloſſ.in l.j.de iudic.Bald.in conſil.cvj. quidam dominus. in iij. volum. ego

tamen putarem in Curiis regni non poſſe peti poſt ſententiam.

In expenſis autem ratione victoriæ computantur expenſæ quas pars 30
domi feciſſet: ſecus in aliis. Bal. & Ang. in leg. ſed & ſi lege. §. quod autem. ff. de petitio. hæredita. Iaſ. in dict. l. vna. §. fin. col. iij. hodie de vſu & conſuetudine Curiarum Franciæ hæ expenſæ, quas pars domi feciſſet, non deducuntur, nec earum debet ratio haberi: vt docet Guido Papæ in deciſio. Delphi. quæſt. dcxxv. ſi quis condemnatur. Alias differentias addere ſi lubet hic poteris bone lector, ego de his nunc gratias Deo Opti. Maximo agam immenſas.

Amen.

TRACTATVS DE FRVCTIBVS ET ILLORVM RESTITVTIO-nibus.

Des fruicts, & de la reſtitution d'iceux.

FRANÇOYS *Article XCIIII. des publiées 1539.*

QV'EN *toutes matieres réelles, petitoires & perſonnelles intentées pour heritages, & choſes immeubles, s'il y a reſtitution de fruicts, ils ſeront adiugez, non ſeulement depuis conteſtation en cauſe, mais auſſi depuis le temps, que le condemné a eſté en demoure, & mauuaiſe foy, au parauant laditte conteſtation, ſelon toutefois l'eſtimation commune, qui ſe prendra ſur l'extraict des regiſtres des greffes des iuriſdictions ordinaires, comme ſera dit cy apres.* Articu. primus

GLOSSA VNA.

1 ISTE articulus loquitur de reſtitutione fructuum, quæ fieri debet in litibus, à quo tempore facienda ſit: & ſtatuit text. à tempore moræ condemnationem, & fructuum reſtitutionem faciendam. probatur in l.mora. §. in bonæfidei. & l.videamus. ij. in princip. & §. ſi actionem. ff. de vſuris. *Fructuũ reſtitutio à tẽpore moræ facienda.*

2 Et quamuis de iure fiat differentia inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris, vt contractibus bonæ fidei debeantur vſuræ, fructus, & acceſsiones à tempore moræ propter exuberantiam bonæ fidei, quæ requiritur in his contractibus, dicta l.mora. §. in bonæ fidei. & per Bartolum & alios in l.Lucius. ff. depoſi. & in l.fructus. C. de actionib. empti. & in l.ſi filiusfamilias. §. primo. ff. de verbor. obligationib.

3 In contractibus verò ſtricti iuris debeantur à tempore litis conteſtatæ, l.cùm fundus. ff. ſi cert. pet. l. vulgò receptum. & l.videamus. §. ſi actio-

Areſtum.

nem.de vſuris,& ſic iudicauit ſenatus in retractu anno 1533. die xxj. Auguſti.

Contractus bonæ fidei & ſtricti iuris quò ad morã æquiparantur.

Tamen in Francia per iſtum text. dicerem, quòd tam in contractibus 4
ſtricti iuris,quàm bonæ fidei,veniant fructus à tempore moræ, ſi commiſſa erat ante litem conteſtatam,l.j.§.belliſsimè.ff.vt legat.nomi.caueat.l. Titia. ij.§.j.de legat.ij. † Vnde ſi quis donauerit mihi fundum, quem promiſerit 5
tradere Calendis Ianuarij,tenebitur ad fructus ab illo tempore. hoc probat iſte text.ibi,*en toutes matieres*.vbi generaliter in omnibus vult iſtum tex. ſeruari,& quia text.non diſtinguit, ſed dicit non ſolùm habendam rationẽ à tempore litis conteſtatæ,ſed etiam à tempore moræ:†& dum dicit à tem 6
pore litis conteſtatæ,vult corrigere in contractibus ſtricti iuris: & vt mala fides,& mora puniatur,ad hæc,vt proſit de aliquo iſtud ſtatutum.

Et quia Docto. in hoc ſunt varij in aſsignando rationem diuerſitatis, 7
ideò voluit iſte text. vt tam in contractibus bonæ fidei, quàm ſtricti iuris, fructus venirent à tempore moræ:& ita quondam mihi declarauit d. Poyetus Regem voluiſſe,& maximè quia in Francia recipimus iuris canonici

Omnes contractus ſunt bonæ fidei.

æquitatem, † quo iure omnes contractus indiſtinctè bonæ fidei eſſe cen- 8
ſentur,teſte Bal.in cap.j.de plus peti.& refert Iaſ.in l.cùm fundus. ff.ſi cert. peta.vbi tamen dubitat,ſed per iſtum text.non eſt dubitandum in Francia, ne ſcilicet in vno iudicio res diuerſo iure cenſeatur,l.eum qui.ff.de vſucap. etiam poſt moram incipit eſſe malæfidei poſſeſſor, qui omnes fructus reſtituit,l.bonæ fidei.ff.de acquirendo rerum domi.

Æſtimatio communis, & non quanti plurimi inſpicienda.

Item ex alio probatur: quia non vult iſte text. æſtimationem fructuum 9
ſoluendam quanti plurimi valuerunt, ſed quantum valuerunt communiter,ibi,*ſelon l'eſtimation commune*.vt in l.pretia rerum.ff.ad legem Falcidiam. l.ſi ſeruum.ad leg.Aquil.vt ſi in vno grauetur,in alio releuetur, l. eum qui. ff.de iureiurand.

Quamuis de iure in multis caſibus conſpiciatur æſtimatio quanti plu- 10
rimi:vt in leg.vinum.ff.ſi cet.pet. Doctor. not. & in l. vna. C. de ſententiis quæ pro eo quod intereſt proferun. vbi plenè ſcripſi. † Tamen per hunc 11
text.vt dixi,non fit æſtimatio niſi communis, & non quanti plurimi, quia pœna quodammodo eſſet,quæ pœnæ ſunt in hoc regno ſublatæ, vt ſola rei æſtimatione contenti ſimus,ſicut in foro conſcientiæ ſtatuitur, in cap. fraternitas.xij. q. ij. & conſcientia non vult, vt quis ditetur cum aliena iactura.leg.nam hoc natura.ff.de condictio. indebi. Felyn. & alij in cap. primo.de conſti.

Ideò iudicem qui condemnauerat partem quanti plurimi res value- 12
rat,perperam iudicaſſe cenſuit Senatus anno 1529.die iiij. Decembris, in magna claſſe, pro Ioanne Tramblay, contra Ioannem Payen, ac anno

Areſta.

1534. die xix. Februarij, ex quibus areſtis puto deſumptam hanc legem Regiam.

Actio realis quæ dicatur.

Et primò iſte textus loquitur in materia reali. Realis actio ſiue in rem 13
eſt, per quam rem noſtram, quæ ab alio poſsidetur, petimus, & ſemper aduerſus

aduerſus eum eſt,qui rem poſsidet,l.actionum genera. §. j. ff. de action. & obligat. vnde ſi petam vineam, quam tu poſsides, debebuntur fructus à tempore moræ,vt dicit iſte text.

14 Mora fieri dicitur, quando quis ſcit rem non eſſe ſuam, nihilominus eam detinet. nam poſtquam ſua non eſt, ſcire debet ad alium ſpectare, l. fina.C.vnde vi.

Mora quæ dicatur.

15 Vel ſi ſciat,ſeu ſcire debeat ſe debere,l.quod te.ff. de reb. credit. facit l. iij.in fi.quod vi aut clam.l.quiſquis.C.de reſcind.vend.

16 Aut interuenit ſolutionis tempus, vel dies, quæ vicem interpellationis habet.l.optimam.C.de contrahen.ſtipul.& dilatio culpa non carens, mora dicitur, vt pulchrè explicat conterraneus noſter Ioannes Saporta profeſſor publicus Tholoſæ in ſuo tract.moræ.

17 Item interpellatio etiam extra iudicium conſtituit in mora, l. qui Romæ.§.cohæredes.ff.de verbor.obligat.gloſ.in l.vinum. ff.ſi cert. peta. vnde ſi interpellatus opportuno loco non ſoluerit, dicitur eſſe in mora. l. mora.

Interpellatio conſtituit quem in mora.

18 ff.de vſur.†tam in contractibus bonæ fidei, quàm ſtricti iuris: vt per Doctor.in l.vinum.& Alexan.in l.ſi in inſulam. circa fin. ff. de verbor. obliga. Iaſ.in l.ſi ex legati cauſa.ibidem.

19 Item dicit iſte text. *petitoires*, vt excludat cauſam poſſeſſoriam, in qua non eſt condemnatio fructuum,ſed expenſarum, damnorum, & intereſſe,

20 vt ſuperiùs viſum fuit artic. vij. de materiis poſſeſſoriis. † Et poſſumus hic coniungere materiam realem & petitoriam, quia omnis realis eſt petitoria.l.qui petitorio. ff. de rei vend. Et ideò dicit, *s'il y a reſtitution de fruicts*, quia non ſemper poſſeſſor condemnatur ad reſtitutionem fructuum, vtpote,ſi nullos percepit:ſi verò eos perceperit poſſeſſor,non debent eius lucro cedere,cùm victus ſit, quare habebit quod habiturus non eſſet, ſi ſtatim poſſeſsionem reſtituiſſet,l.& ex diuerſo.ff.de rei vendic.

Realis & petitoria materia quæ.

21 Idem vult iſte text.in perſonalibus, vt quando condemnationem fructuum fieri contingit,quod fiat à tempore moræ,l. videamus. ij. de vſuris. Et perſonalis actio eſt, ſiue in perſonam, qua cum eo agimus, qui nobis obligatus eſt ad faciendum aliquid,vel dandum, & ſemper aduerſus eundem locum habet,l.actionum genera. ff. de actio. & obliga. licèt aliter declaretur in §.omnium.Inſtit.de actionib.

Perſonalis actio quæ ſit.

22 Vnde ſi quis vendiderit mihi vineam,& eam mihi non tradat, à tempore moræ,& quo die tradere debebat,veniunt fructus, l. ij.C.de pact. inter emp.& vend.l.curabit.C.de actio.emp.

23 Et ſic non fit differētia per iſtum tex.ſiue petam rem meam, vel mihi debitam per hoc verbum *perſonelles*,licèt de iure etiam in actionibus ſtricti iuris veniant fructus à tempore moræ,dum peto rem meam:ſecus ſi mihi debitam,l.videamus.ij.§.ſi actionem.ff.de vſuris. Bald. in l. petens. C. de pactis.Iaſ.in d.l.cùm fundus.nec ſpecialis erit deciſio in l.filius.§. fi.ff.de coll. dot.quia vbique per iſtum tex.veniunt fructus à tempore moræ, quamuis Doct.& alij ſpecialem illam dicant deciſionem in d.l.vinum.

In re debita veniunt fructus à tēpore moræ.

24 Itaque nunc videamus vſque ad quod tempus fructus debeantur: & text.in l. Iulianus. libro vj. ſcribit. §. j. & l.fructus. j. ff. de rei vendicatio.

Fructus debentur vſque ad rei reſtitutionē, & executionem.

docet

docet fructuum rationem vſque ad rei iudicatæ tempus ſpectandum.

Imò non ſolùm vſque ad ſententiam, ſed etiam vſque ad executionem: 25
aliàs mora prodeſſet condemnato, quod non eſt dicendum. text. in l. qui reſtituere.ff.de rei vendic.gloſſ.Bart.& alij in l.in hac. ff. de tritica..l. tutor. de vſur.quare fructus habebit,quos non habuiſſet, ſi rem ſtatim à tempore ſententiæ reſtituiſſet.l.& ex diuerſo.ff. de rei vendic.

Mora loci, in quo facienda erat ſolutio, inſpicitur.

Item attenditur æſtimatio communis illius loci, in quo ſolutio fieri 26
debebat,& in quo mora commiſſa eſt, l. vinum. ff.ſi cert.peta. contraxiſſe enim quiſque in eo loco intelligitur,in quo vt ſolueret,ſe obligauit.l. contraxiſſe.ff.de actio.& oblig.

Si non ſit expreſſus locus,conſiderabitur locus,vbi fuit res legitimè pe- 27
tita.d.l.vinum.& l.fin.ff.de tritic.

Et ſi plura loca adiecta fuerint, creditor declarare debebit debitori in 28
quo loco ſibi vult ſolui,& ante iſtam declarationem non conſtituitur debitor in mora,teſte Alexand.in conſil.xlv.in cauſa.col.vltim.in v. volu.

Et ideò cautus debet eſſe debitor,vt hoc citò declaret,teſte Purpura.in 29
dicta l.vinum.num.88.allegat Bartol.& alios in l.ſi conuenerit. ff.de iuriſdictione omnium iudic.

In inſtãtia fructuũ meliorationes non debent ſeparari.

Areſtum.

Fructus autem dicuntur, qui ſuperſunt deductis impenſis, l. fructus. ff. 30
ſolut.matrimo.l.j. C. de fruct. & lit. expen.plenè Anton. Capit. in deciſio. Neapol.xx.vnde quia allegat meliorationes in hac inſtantia, fructuum non debet fieri ſeparatio,nec reparationum, vt iudicauit Senatus anno 1533. die xvij.Decembris.

Malæfidei poſſeſſor etiã ad fructus à mora tenetur.

Et ſic non videtur mihi conſtituendam eſſe differentiam inter bonæ fi- 31
dei poſſeſſorem,& malæfidei, vt Docto.communiter faciunt:quia poſtquã volunt moram eſſe, ob eam deſinet eſſe in bona fide is, qui anteà bona fide poſsidebat,& ab illo tempore ad fructus tenebitur,l.certum. C. de rei vendic.gloſ.in c.grauis.de reſtit.ſpol.

Fructus non petitiari debeantur.

Areſtum.

Item per iſtum tex.*s'il y a reſtitution de fruicts,*infertur, quòd non ſemper 32
ſit fructuum reſtitutio. & hoc procedit in fructibus perceptis ante litem conteſtatam, qui ſi non fuerint petiti, in condemnationem non veniunt: ſecus poſt,quia iudici ſtatim atque iudex factus eſt, omnium rerum officium incumbit,quæcunque in iudicio verſantur, l. ædiles. j. §. item ſciendum.ff.de ædil.edict.ſic cenſuit Senatus anno 1526. die xxiij. Iunij, inter Ioannem *Andre,& Nicolaum Layne.* † Solent tamen cauti Dicanici petere 33
rei reſtitutionem cum fructibus perceptis,& percipiendis.

Condemnatio fructuũ percipiendorum in Frãcia fit.

Nec diſtinguetur hic,de quibus fructibus quis teneatur, an de pceptis 34
an de percipiẽdis,quia de omnibus tenetur,quos quiſque communiter percepiſſet,cùm hic velit communẽ æſtimationẽ fieri,& ſic communẽ perceptionem,licèt longa ſit diſtinctio in hoc,per Doct.in l. & ex diuerſo. ff. de rei vend.& in l.ſi filiusfamil.§.j.de verb.oblig.& in c.grauis. de reſtit. ſpol.

In poſſeſſoriis an condẽnatio fiat fructuum.

Prætereà nihil immutatum eſt in poſſeſſoriis, ideò fructus reſtituendi 35
ſunt ab eo tempore, quo interdictum propoſitum eſt, & non anteà, niſi in interdicto vnde vi, in quo omnes fructus reſtituendi ſunt à tempore deiectionis ratione malæfidei. l. prima. §. ex dic. ff. de vi & vi armata.

Spec.

Specu.in tit.de fructib.& intereſſe.§.primo.circa finem.†Sed in hoc Regno Franciæ iudices non ſolent in poſſeſſoriis condemnare ad fructus ſed ad expenſas,damna, & intereſſe: & ſub iſtis ratio fructuum habebitur, vt ſcripſi in præfa.ad l.vnam.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt.profe.

37 Intelligo hic reſtituendos fructus à tempore moræ, tam naturales, quàm induſtriales,cùm hic nulla fiat in his differentia,licèt Doctores conſtituant,& gl.in l.& ex diuerſo. & in capitul. grauis. de reſtitutione ſpoliatorum.

Fructus naturales & induſtriales reſtituēdi à tempore moræ.

38 Et an dicantur fructus naturales, vel induſtriales illi fructus, & bona quæ habebat monachus tempore mortis, & an is conductor, qui conduxerat omnes fructus abbatiæ, vel prioratus, debeat habere illa bona monachi mortui? Quòd non, docet Boër.in deciſione Burdegal. quæſtio. ccxxiiij.abbas.quia non ſunt fructus naturales,nec induſtriales, ſed quoddam monachi peculium: & licèt dicantur reditus, tamen dicuntur caſuales,ideò non veniunt in locationem,quia incerti,niſi expreſsi fuerint, Doctores in cap.veſtra.de locato. cap. fin. ne præla. vices ſuas. Docto. in cap. cùm ad monaſterium.de ſtatu monachor.& poſſet talis eſſe ſucceſsio, quæ excederet ſummam locationis, & quia de his bonis non eſt cogitatum. l. mater.ff.de inofficio.teſtamen.

Conductor abbatiæ an poſſit habere bona monachi decedentis.

39 Limitandum eſt fructus non deberi poſt peremptionem inſtantiæ, ſed cùm alia noua inchoatur,debebuntur à tempore litis conteſtatæ, l.fina. C. de præſcriptio.xxx.vel xl.annorum.gloſſ. & Doctores in l. ij. C. de fructib. & litium expenſ.Ita cenſuit Senatus in prima camera atteſtationum, contra *Do. D'eſpinay Chouart* retrahentem rem iure proximitatis anno
40 1548.die 12.Februarij.†nec perempta inſtantia durat effectus malæfidei, vt docent Anto.& alij in cap. illud. de præſcriptioni. & hoc etiam approbauit Senatus,vt ſcripſi in Concord.in titul. de friuol. appellationib. in §. ab interlocutoriis.

Areſtum.

Fructus à perēptione inſtantiæ quando debeantur.

41 Ex hoc patet ſuperfluam eſſe iurium interpretum doctrinam,quomodo probetur valor rei in hoc regno Franciæ nam cùm ex regeſtis quilibet probationem habere poſsit,in vanum aliundè exquiritur probatio:in qua valde laborarunt Doct.in d.l.pretia rerum.ff.ad leg.Falcid.& in l.ij.C.de reſc. vendi.& ego abundè ſcripſi ante iſtam Ordina.editam in interpretat.l.vnicæ.in glo.ſubtilitatem.C.de ſenten.quæ pro eo quod inter.

Valor rei quomodo facilè fieri poſſit.

42 Imò anno 1542.die 5.Februarij fuit præceptum factum à Senatu Iudicibus, vt ordinationem reciperent, & probationem à regeſtis ſecundum iſtam ordinationem,vt non ſit hodie neceſſe inquirere, vel ab ipſis iuratis, aut aliundè.

Areſtum.

Vt fiat æſtimatio ex regeſtis.

IDEM, *Article XCVIII.*

ET *ſur la liquidation des fruicts, nous ordonnons,que les poſſeſſeurs des terres demandées, ou leurs heritiers, ſeront tenus apporter par deuant les executeurs des iugemens, & arreſts, au iour de la premiere*

Articu. ſecundus.

premiere aſsignation, en ladite execution, les comptes, papiers, & baux à ferme deſdittes terres, & bailler par declaration les fruicts par eux prins, & perceux, comprins en la condemnation, & affermer par ſerment iceluy contenir verité, & dedans vn mois apres, pour tous delais, ſeront tenus payer les fruicts, ſelon ladicte affirmation.

GLOSSA VNA.

Liquidare fructus in executiõe iudex poteſt.

SICVT iudex ſolet in ſententia definitiua condemnare ad 1
expenſas taxatione ſibi reſeruata: vt dixi in titul. proximo, ſuprà. ita & ad fructus, liquidatione ſibi reſeruata: & quamuis non ſibi reſeruauerit, poteſt illos in executione liquidare, capit. grauis. de reſtitut. ſpoliat. & quid in iſta liquidatione requiritur, hic tex. declarat.

Primò, ſtatuitur vt poſſeſſores condemnati ad fructus, teneantur de- 2
ferre ad iudices, vel executores areſtorum, ſeu ſententiarum, vel ad alios executores libros, in quibus deſcripſerunt fructus, & declarare quos fructus ex illis terris poſſeſsis habuerint, & receperint, & ſi illas poſſeſsiones locauerint, inſtrumentum locationis exhibere debent, vt ex propriis inſtrumentis conuincantur.

Poſſeſſores condemnati quomodo debent edere libros receptorum.

Secundò, ad hoc faciendum debent executores iſtos poſſeſſores citare, 3
& ad hoc vocare, ibi, *aſsignation*. nam ſine citatione non eſt quicquam contra aliquem moliendum, l. de vno. ff. de re iudic.

Tertiò, quòd hoc faciat in prima vocatione, & aſsignatione, ibi, *au iour* 4
de la premiere aſsignation. & ſic non debet eſſe contumax in prima citatione, vt ſecundam expectet, alioqui citabitur ſub pœna mulctæ, & condemnabitur pro prima contumacia, vt ſcripſi in tractatu, de contumac. ſuprà.

Poſſeſſor cõdẽnatus declaret quos fructus percepit.

Quartò, debent poſſeſſores declarare, quos fructus perceperunt: qui ſi 5
nolint, tunc aduerſarius teſtibus, ſi quos habeat, vel argumentis aliis probare poterit, & per iuramentum: vt dicit text. in l. ij. & l. alio. C. de in litem iurando. †Et ſolet Parlamẽtum condemnare partem ad tradendum decla- 6
rationem fructuum perceptorum intra certum tempus, quam ſi non tradiderit, in eius contumaciam poterit petitor probare fructus, & pars contrarium probare non poterit, ſed tantum eidem reſeruantur reprobationes teſtium ab aduerſario productorum, ita fuit concluſum in camera domaynij, anno 1546. die 18. Nouembris.

Declaratio fructuũ non facta nocet.

Areſtum.

Quintò, debet iurare iſtam declarationem fructuum ab ipſo ſcriptam 7
veram eſſe, & veritatem continere. ibi, *& affermer par ſerment, iceluy contenir verité*. argumen. l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecund. nup. & ſuprà de expenſis dixi.

Fructus quando debeant victori reſtitui.

Sextò, quòd intra menſem poſt iuramentum præſtitum in declaratio- 8
ne tenetur ſoluere fructus. ibi, *& dedans vn mois apres, pour tous delais ſeront tenus payer les fruicts ſelon ladite affirmation.* & ſic datur dilatio à lege, quam iudex non poteſt abbreuiare. indultum enim beneficium à iure

nemini

nemini eſt auferendum,per reg.indultum.de reg.iur.in vj.

Sed nunquid ſoluet ſine alia condemnatione?Reſpon.per ſententiam fuit condemnatus,ideò non requiritur alia condemnatio, nec datur tempus duorum menſium taxatum à l.debitoribus.ff.de re iudica.poſtquàm taxatum eſt hic tempus vnius menſis:de quo dixi in interpre.l.ſi debitori. dando illi nouum intellectum.ff.de iudi.

FRANÇOYS *Article XCIX. des publiées M. D. XXXIX.*

ET neantmoins pourra la partie, qui aura obtenu iugement à ſon proufit, & qui pretend y auoir plus grands fruicts, ou de plus grande eſtimation, informer de plus grande quantité, & valeur deſdits fruicts, & la partie condemnée, au contraire: le tout dedans certain delay ſeul & peremptoire, qui ſera arbitré par l'executeur. Articulus tertius.

GLOSSA VNA.

PARS ergo tenetur ſoluere fructus ſecũdum ſuam ipſius æſtimationem,& iuramentum:quòd licèt videatur abſurdum,& præbere materiam peierandi parti, verùm iſte textus ab hoc reſpondet, quòd parti, quæ obtinuit fructuum condemnationem,probare liberum eſt partem plures recepiſſe fructus, quàm iurauerit ipſe poſſeſſor recepiſſe,& inuicem pars condemnata poterit ſuum iuramentum teſtibus confirmare, & probare contra partem, & ad hoc probandum vnica citatio peremptoria dabitur, vt ſtatim dicetur. *Fructuum quòd perceptio maior ſit, probari poteſt.*

Idem Article C. Ibidem.

ET ou il ſe trouueroit par leſdittes informations, & preuues, laditte partie condemnée auoir mal, & calumnieuſement affermée, & leſdits fruicts ſe montant plus, qu'en auoit eſté par elle affermé, ſera condemnée en groſſe amende enuers nous & groſſe reparation enuers la partie. Articu lꝰ quartus.

GLOSSA VNA.

1 SI probatum fuerit partem peieraſſe, & affirmaſſe minores fructus recepiſſe, quàm re vera perceperit, debet ad mulctã condemnari grandem,tam̃ erga fiſcum, quàm partem. Et quamuis de iure multis pœnis puniatur periurus, vt per Doctores in l.ſecunda.C.de reb.credi.& per Iaſ.in §.item ſi quis poſtulante. de actio.in Inſtitut.tamen in Francia pœna eſt arbitraria: & ita vidi ſemper obſeruari: & ſic magnam emendam vocat hic arbitrariam pro quali- *Peierans mulctatur.*

tate perſonæ, delicti, & cauſæ ſuper qua iuratum eſt, argumen. l. ij. ff. de re iudicata.

FRANÇOYS *Article CI. de publiées M. D. XXXIX.*

Articulus quītus.

ET pareillement ou il ſe trouueroit leſdits fruicts ne ſe monter plus, que laditte affirmation, celuy qui a obtenu iugement, & qui auroit inſiſté calumnieuſement à laditte plus grande quantité, & valeur deſdits fruicts, ſera ſemblablement condemné en groſſes amendes enuers nous, & groſſe reparation enuers la partie: à la diſcretion des iuges, ſelon les qualitez des parties, & grandeur des matieres.

GLOSSA VNA.

Aſſerens maiores fructus, quàm pars poſuerit, mulctatur.

ITEM, Is qui noluit ſtare iuramento partis, ſed aſſeruit fructus maiores extitiſſe, idque per calumniam, etiam ad magnam mulctam condemnabitur, quia affirmare quod quis ignorat, eſt dolus. ideò Iuriſconſultus hoc fieri non debere cenſet, in l. Iulianus. §. quid tamen. ff. de acti. empt. nec excuſatur à dolo, & calumnia. qui plures dicit eſſe fructus, quàm erant. nam dolus præſumitur in eo, qui mentitur ad ſuam vtilitatem, ſecùs ſi nhil lucri ex hoc conſequeretur. l. eleganter. §. final. cum l. ſequent. ff. de dolo. vbi Bartol. & Alexandr. in l. dolum. C. de dolo. Decius in capitulo ſi autem. columna prima. de reſcriptis. poteſt tamen pars proteſtari, vt ſibi liceat probare: quod ſi tentauerit, & ad effectum non perduxerit, non punietur, ſi abſit calumnia. 1

IDEM, *Article CII.*

Articulus ſextus

QV'EN *tous les ſieges de nos iuriſdictions ordinaires, ſoyent generaux, ou particuliers, ſe fera rapport par chacune ſepmaine de la valeur, & eſtimation commune de toutes eſpeces de gros fruicts, comme bleds vins, foins, & autres ſemblables, par les marchans faiſans negotiations ordinaires deſdittes eſpeces de fruicts, qui ſeront contraints à ce faire, ſans en prendre aucun ſalaire, par mulctes, & amendes, priuation de negotiation, empriſonnement de leurs perſonnes, & autrement à l'arbitration de iuſtice.*

GLOSSA VNA.

Æſtimatio communis quomodo probetur.

HIC pulchrè docet, quomodo probabitur communis æſtimatio. Primò ſtatuit, quòd mercatores teneantur ſingulis hebdomadis referre apud iuriſdictionem ordinariam valorem verum, & communem fructuum, ſed non dicit cui, ſed in articu 1

tic. ſeq. dicitur quòd hæc relatio fit actuario, ſeu ſcribæ illius iuriſdictionis ordinariæ, & grapherio.

2 Item vult, quòd mercator vini referat vini æſtimationem communem, & quanti venũdatum fuit communiter, non ſingulariter: quia ſingulare intereſſe rarò attenditur in Francia, vt ſcripſi in interpreta.l.vnicæ.C.de ſenten.quæ pro eo quod inter.profer.

Vini cõmunis æſtimatio.

3 Mercator frumenti illius æſtimationem referet, non aliorum fructuum ideò mercator vini non referet æſtimationem frumenti, nec econtrà: ſi tamen aliquis eſſet mercator plurium rerum, æſtimationem illarum rerum referre poterit, in quibus eſt mercator: quia non eſt reprobatum vnum in pluribus mercibus poſſe negotiari, vt ſcripſi in tracta.de merca.in ij.Tomo Comment.in has Conſtitu.Reg.

Mercatores referant communem æſtimationem.

4 Preterea mercatores hoc debent ſine ſalario præſtare, quia communis eſt vtilitas, l.ſi quis in graui.§.vtrum.ff.ad Senatuſcon.Sylla.

5 Sed quis hoc referet? Reſpond.in locis, vbi mercatus fiunt, duo debẽt deputari à corpore mercatorum, qui hanc relationem faciant, vt patet in articul.ſequent.

Mercatorum corpus duos deputat.

6 Quid ſi mercatores nolint hoc facere? Reſp. hic text. *ſeront contraints par mulctes, & amendes: priuation de negotiation: empriſonnement de leurs perſonnes, & autrement à l'arbitration de iuſtice.* hoc probatur in l.cum eo.ff.ad leg.Iuliam pecu.ibi, is qui hoc imperio vtitur exigendi, pignus capiendo, corpus retinendo, mulctam dicendo.& in l.j.§.quid ergo.de ven.inſpic. text.in l.moris.§.interdici autem negotiatione plerunque, vel negotiationibus ſolet.ff. de pœnis.

Mercatores cogũtur ad referendam communẽ æſtimationem.

7 Et alio modo cogi poterunt ad arbitrium iudicis. nam ſi iudex videat illos contemnere eas pœnas, grauiorem infliget pro modo contemptus.l. j. de ventre inſpici.

8 Iſte text.dicit hanc relationem faciendam in locis, vbi ſunt ordinarij iudices Regij. ibi. *qu'en tous les ſieges de noz iuriſdictions ordinaires:* quos iudices ordinarios Hæbræi vocant ſinhedrim.

Æſtimationũ relationes vbinam ſunt faciendæ.

9 Quid ſi ibi ſint iudices dominorum, & non Regis? Reſpond.ex paritate rationis idem eſſe debet, ſi ibi mercatus adſit.glo.& Doctor.in auth. quas actiones.C.de ſacr. ſanct. eccle. Et ita iudicauit Senatus requirente procuratore Regio, anno 1543.die 5.Februarii, in cauſa cuiuſdam appellantis contra capitulum Beluacenſ.

Areſtum.

10 Item ſolent mercatores referre, quòd frumenti ſextarius in foro valuit decem libris. In foro debent dicere, non domi, quia ille valor fori attenditur.c.l.de empt.& vend.l.ſeptem diebus.C. de erog.mili.anno.libr. xij.Corſe.in ſingu.incipien.venditio.in ij.

Valor fori attenditur.

11 Item ſi diuerſa fuerit æſtimatio, id referre debent, vt optimum frumẽtum valuit duodecim, aliud commune decem, aliud nouem.

Æſtimationis diuerſitas referenda.

12 Et tunc iudex condemnabit ex diuerſis æſtimationibus reum. ad id quo plurimi communiter fuit illo anno, quo reſtitutio fieri debebat, & ab eo tempore etiam ſi creuerit æſtimatio, vt per Doctor.in l.vinum.ff.ſi
13 certum petat.† vnde ſi vinum reddi debebat Calendis Iunij, quo men-

Æſtimatio quanti plurimi quãdo habeat locum.

ſe valuit communiter modius decem libris, fuit in mora reddendi vſq; ad feſtum natiuitatis,& vinum communiter fuit venditum viginti, ad illam ſummam condemnabit iudex,non quanti plurimi ſingulariter, licèt de iure condemnandus eſſet. etiam quanti plurimi valuerit.l.datio.§.fin. & l. ſi ſterilis.in fin.ff.de actio.empt.Doctor.in l.cùm quid.& l.vinum.ff.ſi certum petat.ſcripſi in interpreta.l. vnicæ.C.de ſentent.quæ pro eo quod intereſt.&† ſic æſtimatio quanti plurimi res fuit,eſt in hoc Regno aboli- 14
ta quodad ſingularem æſtimationem, non quoad communem.

Françoys *Article CIII. des publiées M. D. XXXIX.*

Articulus ſeptimus.

E T à ceſte fin ſeront tenus leſdits marchans d'enuoyer par chacun iour de marché, deux ou trois d'entre eux, qui a ce ſeront par eux deputez, & ſans eſtre autrement appellez, ou adiournez, au greffe de noſdittes iuriſdictions, pour rapporter & enregiſtrer leſdits pris par le greffier, ou ſon commis, qui ſera incontinent tenu faire ledit regiſtre, ſans aucunement faire ſeiourner, ny attendre leſdits deputez. & ſans en prendre aucun ſalaire.

GLOSSA VNA.

Relatio æſtimationis quomodò fiat.

I T E M quomodò iſta relatio fieri debeat? Reſpon.primò, quòd 1
mercatores duos ad mercatum mittant,ſcilicèt aliquos ex ipſis. ibi, *d'entre eux*, ergò non ſufficeret mittere illorum mulieres, vel famulos illorum,vel alium alterius artificij.

Item duo eſſe debent, & non ſufficeret vnus.ibi,*deux ou trois,* probat 2
text.in §.quod autem.in authent.de non alienand.reb.eccleſiaſt.colla.ij. ibi: *duobus inſignibus mechanicis.* &c.

Deputati eſſe debent hi qui referunt.

Requiritur etiam quòd ad hoc fuerint deputati,& ſic ſi trāſeuntes: vel 3
alij huiuſmodi relationem facerent,non valeret,nec ſufficeret:ibi,*qui à ce ſeront par eux deputez:* ſicut dicimus de teſtibus,qui in teſtamentis rogati, & non tranſeuntes eſſe debent.authen.rogati.C.de teſti.

Item debent requiſiti hoc facere.& non citati,& licèt qui ſe ingerit ſu- 4
ſpectus ſit.l.quæ omnia.§.j.ff.de procu.tamen hic ratione publicæ vtilitatis non debent citationem expectare,cùm ad hoc commiſsi ſint.

Actuarius excipit relationem.

Etiam vult, vt grapherius ſtatim excipiat relationem horum merca- 5
torum,ſeu ab eo commiſſus, alioqui mercatores recedere poterunt facta requiſitione,& recuſatione, quam debent facere coram duobus teſtibus, & actuarius tenebitur reſarcire omnem iacturam,quæ ex hoc eueniet: vt docet text.in l.ſi quando.in fin.C.de teſtib.& hoc eſt, quia actuarius ex ſcriptis regeſti poterit habere lucrum,mercatores verò non:ideò opus eſt vt ſtatim actuarius & grapherius dicta horum mercatorum conſcribat.

Vltimò, non debent expectare ſalarium hi actuarij, ſeu ſcribæ à mer- 6
catoribus

catoribus, quamuis regulariter non ſoleant operas ſuas gratis concedere, ſed vt plurimum excedunt metas rationis in exigendo.capitul. ſtatutum. §.notarium,de reſcript.in vj.Tamen ab his nihil habebunt,ſed à volentibus probare per regeſtum, ſalarium expectant hi actuarij.

Actuarij a relatoribus nihil recipiunt.

FRANÇOYS *Article CIIII. de publiées M. D. XXXIX.*

ET par l'extraict du regiſtre deſdits greffes, & non autrement, ſe prouuera doreſnauant la valeur, & eſtimation deſdits fruicts, tant en execution d'arreſtz, ou ſentence, qu'és autres matieres, ou il giſt appreciation. Articu. octau⁹.

GLOSSA VNA.

1 QVOMODO probanda ſit fructuum communis æſtimatio? Reſpond.hic text.ex regeſtis cuiuſlibet curiæ,in qua fuerit facta valoris æſtimatio, ſecundum præcedentem articulum, & tam in ſententiæ executione, quàm etiam quandocunq; fue- *Regeſta probant communem æſtimationem.*

2 rit facienda appretiatio, & æſtimatio fructuum. † & hoc eſt valde vtile, quia per hoc releuantur partes à laboribus,& expenſis,etiam quia difficilis erat probatio valoris, vt Doctor.in l.pretia.ff.ad legem Falcid.ſcripſi in interpreta.l.vnicæ.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt profer.

3 Primò,litis ſumptus diminuuntur. nam inſtrumentum valoris facilè quilibet ex regeſtis comparere poterit,& iuratos,vel alios teſtes non tam facilè.Doctor.in l.ij.C.de reſcind.vendit. l.hac edictali.§. mobilium.de ſecund. nuptiis. *Vtilitas huius edicti ac probatione valoris rei.*

4 Secundò,lites abbreuiantur nam ſtatim poterit hanc conſequi probationem,& teſtes,qui deponerent de hoc valore communi tardiùs multò, & difficiliùs hoc præſtarent: ideò optimum remedium litis accelerandæ, & citiùs finiendæ.capitu.finem.extrà de dolo.& contumac.

5 Tertiò,probatio augetur:quia teſtes,qui de æſtimatione fructuum deponere poſſunt mori contingit,ob id perdito eo medio probationis remanet ſcriptura valoris, l.contrahitur.ff.de pignor.

6 Imò interdum deficeret probatio per lapſum decem, vel viginti annorum,quia in tanta temporis diuturnitate teſtes non eſſent memores illius valoris.argumen.l.peregrè.ff.de acq.poſſeſſ.l. hac conſultiſsima. §.at cùm humana.C. qui teſtament. fac. poſſ. & tamen ſcriptura ſemper loquetur, & probabit.l.contrahitur.ff.de pigno.

7 Quartò, ad tollendum contrarietatem probationum,quia vnus teſtis poſteà deponere poſſet de ſingulari æſtimatione,alter de communi: & multi pro communi, itidem & multi de ſingulari, quibus omnibus prouidet iſta ordinatio,vt fiat per delegatos ad hoc.

8 Vltimò, hodie in Francia ſi probatio æſtimationis fructuum ſit facienda,non debent audiri teſtes ſuper æſtimatione,& valore, nec iurari debent æſtimare,vel ad relationem eorum æſtimatio probari, vt de iure in l.hac *Teſtibus an probetur cõmunis æſtimatio, & quando.*

edictali.§.mobilium.C.de ſecun.nup. †ſed ſeruandus eſt iſte text. vt ex re- 9
geſtis probatio valoris fructuum fiat: & ita iniunxit, ac præcepit Senatus omnibus iudicibus Regni, vt probationem ſecundum hunc text.reciperent.& hoc anno 1542.die v.Februarij, quando agitur de valore temporis præteriti probando, ſecùs ſi agatur de æſtimatione rei præſentis, quæ fiet per iuratos, & magiſtros illius artis.

Areſtum.

10 Quomodò tamen ſit valor rei probandus, docent iurium interpretes, in l.pretia rerum.ff. ad l. Falcid. & in l.ij. C. de reſcin.ven.ac plenè ſcripſi in interp.l.vnic. in gloſſ.ſubtilitatem.C de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. ideò hic non repetam: ſed cum his Deo gratias agam.

Valor rei quomodò probetur.

TRACTATVS DE

APPELLATIONIBVS, IN IVDICIIS FREQVENTISSIMVS, & vtiliſsimus.

Des appellations, attemptatz, renunciations, & dedans quel temps doiuent eſtre interpoſées.

PRAEFATIO.

1 HVNC tractatum ab explicatione nominis exordiens, dicam appellationem hic paſsim pro prouocatione ad ſuperiorem accipi, vt in titulo de appellat. tam in iure ciuili, quàm canonico: & ſolet ita communiter definiri, ſeu deſcribi.

2 Appellatio, eſt de minori iudice, vel inferiori ad maiorem iudicem facta prouocatio. hæc eſt Gofredi definitio, quę communis eſt, licèt impugnari poſsit, quia extraiudicialem appellationem, & alia neceſſaria non continet, tamen eam accipiamus tanquam deſcriptionem: quia Bartol. definitio, in l. j. ff. eod. etiam nullo modo poteſt defendi, ſed hæc relinquo in ſcholis diſputanda. Pro definitione tamen Gofred. facit text. in capit. anteriorum. §. illo. ibi, cùm non oporteat ad compares iudices appellationes referri, ſed à minori iudicio ad maius, ij. quæſtio. vj. *Appellatio quid ſit.*

3 Et notandum appellationem non eſſe, niſi ſit à publica perſona: appellari autem à priuata iure non poteſt regulariter. *A publica perſona appellatur, nō à priuata.*

4 Vnde non valet pactum, nec conſuetudo, quòd ad parem, vel minorem appelletur, quia eſt contra ſubſtantiam appellationis. gloſſ. ſing. in cap. ij. in verb. officiali. de conſuetu. in vj. quam probant Doctor. in rubric. de appella. in decreta. *Conſuetudo vel pactum nō valet, vt ad minorē appelletur.*

5 Et ſtatutum, vel conſuetudo non poteſt actus ſubſtantiam mutare, l. ij. ff. de vſufruct. earum rerum, quæ vſu conſummuntur. Roch. Curtius in repe. cap. fin. in gloſſ. rationabilis. de conſue.

Niſi conſuetudo faceret illum in eo caſu appellationis maiorem. Ioan. Andr. in capitul. Romana. §.j.eod. titulo in vj.Francus & alij in rubric. de appellat. 6

Maior quomodo cognoſcatur.

Et maior vel ſuperior cognoſcitur reſpectu adminiſtrationis, non dignitatis. Nam is dicitur maior, qui maiorem habet adminiſtrationem. Bart. & alij in l.j.§.ſi quis.ff.de appel.ponentes exemplum in Cardinalibus,qui maiores ſunt Epiſcopis adminiſtratione,ſed minores dignitate,cùm epiſcopatus ſit culmen dignitatum ca. venerabilis.de præb.can.quanquam. ij.q. vij. gloſſ.in c.ij.de præben.in vj. 7

Quamuis Bart.in l.j.in princ. ff.eod.dicat largiſsimè interdum ſumi appellationem : quem ſequitur Præpoſ.in rubri. de appel.colum.iij. dicentes pro quacunque inuitatione accipi,vt in l.item apud.§. appellare.ff. de iniuriis. 8

Appellatio latè & latiſſimè, quod nō accipiatur in eadē ſignificatione.

† ſed hoc non videtur verum,& ibi appellare eſt blanda oratione alterius pudicitiam attentare, vt text.ibi deſcribit. & tunc aliò tendit appellatio, quàm hæc de qua loquimur. 9

† ideò perperàm ſcribunt Doctor. quòd tripliciter accipiatur appellatio,latiſsimè, latè, & propriè: quia hoc intelligitur, quando in vna ſignificatione quod non eſt hic, nam multas hæc dictio habet ſignificationes,quas ſcripſi in l.liberti appellatione. ff. de verborum ſignificat. Hactenus igitur & de definitione, & de ſignificationibus. 10

Statutum loquens in appellatione, quomodò interpretetur.

Vnde inferunt quòd ſtatutum, vel ordinatio loquens in appellatione, non interpretabitur latè,nec latiſsimè, ſed propriè. l.j. §. ſi is qui nomen.ff. de exer.act.Pan.in c.cùm ſit Romana.extrà de appellatio. 11

Ordinatio loquens in appellatione, de qua intelligatur.

Et ſic diſpoſitio loquens in appellatione à definitiua,non habebit locum (vt dicunt) in interlocutoria vel loquens in appellatione iudiciali non procedet in extraiudiciali.Iſta ſcribunt Doctor.in rub.de ap.in decre. 12

Sed hæc doctrina videtur deriſoria: nam aut diſpoſitio, ſeu actus loquitur ſimpliciter in appellatione, & tunc genus comprehendit ſingulas ſuas ſpecies.l.item legato.§.item intereſt.ff.de lega.iij. 13

Et ſic intelligetur de quacunque appellatione, niſi diuerſa ratio,vel publica vtilitas aliud ſuadeat,vt ſcripſi in proœ.Ord. Regiar. 14

Si verò ordinatio de appellatione,à definitiua loquatur, vel alia diſpoſitio,non comprehendetur interlocutoria, quia lex loquens in caſu ſpeciali, non comprehendit alios caſus.l.commodiſsimè.ff.de lib. & poſthu. l.iij. C. de legi.l.j.ff.de conſt. Princ. 15

Nec eſt facienda differentia ſiue in principio cauſæ emittatur appellatio, ſiue in fine,vel poſt ſententiam,ſed ſi fuerit iudicialis, ſeu extraiudicialis,vt inferiùs dicam. 16

Inuēta cur ſit appellatio.

Quamobrem inuenta ſit appellatio? Reſpon. Iuriſcon.in l.j.ff.de app. ad corrigendum iniquitatem,vel imperitiam iudicantium,ſiue illa iniquitas ſit ex propoſito,ſiue re ipſa, alias ſequeretur quòd propter nouas probationes non poſſet iudex ſententiam corrigere: quia in ea non eſt iniquitas ex propoſito, ſed benè re ipſa, & tamen contrarium eſt verum. l.per hanc. C.de temp.appel.& c.cùm Ioannes.de fide inſtru.Iſta ſcribunt Doctor. in rubri. de appel. 17

Ego

18 Ego dicerē quod appellatio eſt inuenta non ſolum propter iniquitatem corrigendam, ſed etiam ad ſupplendum quod iudex à quo facere debuit.

Ad ſupplēdū eſt inuēta etiam appellatio.

19 Vnde ſi iudex ad expenſas condemnare debuit, & non condemnauit, ego appellabo, vt ſuppleatur illa condemnatio. l. properandum. §. ſin autem alterutra. & l. ſancimus. C. de iud. gl. in ca. fin. de reſcrip. Corſe. in ſingu. incip. iudex. in j. & in c. vt debitus. in fi. de appellatio.

20 Vel ad ſupplendum quod pars facere potuiſſet, vt pote, ſi pars non produxit teſtes in prima inſtantia, ſed eos in cauſa appellationis producere vult, & nulla in hoc caſu mihi videtur iniquitas, ſed iudex ſupplet propter æquitatem poſitam in l. per hanc. C. de temp. ap. dicam artic. vltimo in effectibus appellationis.

21 Et non ſolùm appellatio introducta eſt ad corrigendum iniquitatem iudicantium, vt dicitur in d. l. j. ff. de appellatio. ſed etiam aliorum: & ad hoc tendit appellatio extraiudicialis, de qua Doctor. in c. bonæ. eod. ideò dicitur appellationis remedium non eſſe ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ inſtitutum, c. cum ſpeciali. §. fin. eod. titu.

22 Ex quo inferūt Doct. in d. l. j. quòd licèt nō grauetur quis per ſentētiam, tamē poteſt appellare, per l. ait prętor. §. permittitur. ff. de mino. vbi etiā Bar.

Nō grauatus appellat.

23 Aliud quod Bar. in d. l. j. infert, quòd licèt quis non appellauerit, tamen poterit agere contra iudicem in ſyndicatu, quia iniquè iudicando fecit litem ſuam, l. ſi filiusfami. ff. de iud.

24 Quod non ſeruamus in hoc Regno Franciæ. nam magiſtratus ſunt tuti extra tres caſus, ſcilicèt doli, fraudis, & concuſsionis, vt aliàs ſcripſi. Ideò qui non appellauerit in Francia, non aget, niſi in his caſibus cōtra iudicem, alioqui nulli vellent iudicis officium ſubire, timentes illis fore damnoſum, contra l. ſed ſi quis. ff. quemadmo. teſta. aper.

Magiſtratus Franciæ in tribus caſibus tenentur.

25 Etiam licèt de iure appellatus poſsit ſe iurare appellatione appellantis. c. ex parte. de reſcri. Doct. in c. cùm Ioannes. de fi. inſtr. quia appellatio cōmu-
26 nis eſt, l. ampliorem. C. eo. †tamen de ſtylo curiarū Franciæ eſt opus vtranque partem appellare: alioqui appellatio nihil proderit ei qui non appellauit, nec ſententia quoad eum reformabitur. Et ita fuit concluſum ſæpiùs in curia Burdeg. vt refert Boër. in ſuis. Dec. q. lxxiij. ſæpè. nu. 7.

Appellatione partis altera pars iuuare ſe non poteſt.

27 Et quamuis in omni iudicio quatuor perſonas neceſſe ſit eſſe, iudices electos, idoneos accuſatores, defenſores congruos, atque teſtes legitimos: iudices æquitate vti debent, teſtes veritate, accuſatores intentione ad ampliadā cauſam, defenſores extenuatione ad minuēdū cauſam, in c. j. iij. q. iiij.

Quatuor perſonæ quādo in iudicio non ſunt neceſſariæ.

28 In cauſa tamen appellationis non eſt propriè actor & reus, ſed appellans & appellatus. Bal. in c. paſtoralis. §. prætereà. num. 6. de offic. deleg. & ſic ſolent in patria iuris ſcripti vocari, quod probatur in ca. ex parte. extrà de reſcrip. & in c. oblatæ. & per totum. de app. licèt in hac patria vocentur appellans, & intimatus, vt apparet per totum iſtum titul. ſed quibuſcunque nominibus vocentur, non mutatur iuris deciſio.

29 Requiſita in appellatione ſunt. Primò debet appellatio continere nomen appellantis, & nomen iudicis à quo, non proprium, ſed magiſtratus,
30 vt à iudice Carnoten. Locumtenen. vel Præpoſito. †Tertiò continere debet,

Requiſita in appellatione.

bet ſententiam,à qua appellatur,vt docet l.j.§.fi.cum l.ſeq.ff. de appellatio. Etiam nomen aduerſarij eſt exprimendum,id eſt,appellati.ca. poſt appellationem. §.forma.ij.q.vj. vbi etiam nomen iudicis ad quem exprimi debet. teſte Spec.in eo.tit.§.qualiter.verſic.hoc etiam no.

Citari an debeat iudex à quo.

An iudex citari debeat,plenè ſcribit Boër.in Deciſ. Burdeg.q. cclix.col. 31
pen.de Rota.Deci.lvj.de appellat.in no.Guido. ſing.dxcvij.Feli.in ca. dilectus.ij.de reſcrip. †vbi concludunt iudicem non eſſe citandum, quia retra- 32
ctatio ſententiæ non affert ei notabile,nec directum præiudicium,ca. venerabilibus.in princ.de ſent. exc.in vj. niſi ageretur de pœna contra iudicem imponenda.gl.in c.ſacro.de ſent.exc. vel quando ex officio proceſsiſſet,vel aliàs,vt ſcribit Fel.in d.c.dilectus.Roma.conſil.cccxliij.ex propoſito.

A ſubdelegato Regis ad quē appelletur.

Areſtum.

A ſubdelegato Regis appellari debet Regem,vel ad ſupremam Curiam, 33
non verò ad delegantem, vt cenſuit Senatus anno 1534. die xvij. Iulij.pro his Locumtenen. Regiis, licèt de iure à delegato ad delegantem appelletur.ca.ſuper quæſtionum.§.porro.de offic. delega. ca. ſi à ſubdelegato. illo titu.in vj.l.à iudice.C.de iudi.

Omni appellationi defertur.

Item maximè ſeruatur in hoc Franciæ Regno, vt omni appellationi de- 34
feratur ob reuerentiam ſuperiorum, gloſ.in §. ſtatuit.in verb. interponi.de cauſ.in Pragma.& in §.quodque.in verb.iniuſtè.de friuo. app. ibidē. ſcripſi in proœ.Ordina.in gloſ.v. & pro hoc facit text.in ca.j.ibi, *ex ſuperiorū reuerentia ſit delatum*.eo. titu. in vj. nam laudabile eſt ſuperioribus honorem & reuerentiam deferre. ca. ſicut ij. q. vij. & propter reuerentiam ſacri officij plurimum dignitati deferri conuenit,c.ij.de offi.deleg.in vj.

Iudex à quo appellantes nō debet odio proſequi.

Ratio eſt,quia iudex debet velle (ſi malam & iniquam protulerit ſenten- 35
tiam)vt ſuperior eam reformet,ne pars condemnata læſa permaneat, & ipſe in foro animæ teneatur,vt firmat Ioan.Vauren.in tract. ordin. in rubr. quomodò appelletur. licèt quidam damnati & corrupti iudices odio proſequantur appellantes.

In executoriis non defertur appellationi

In caſibus tamen in quibus executio fit non obſtante appellatione, vt in 36
prouiſionalibus, non defertur appellationi,vt ſcripſi in rubr.de ſent.exe. in j.Tomo,& per totum titu.de ſent.proui.niſi facta executione.

Summa totius tituli.

Verùm vt propriùs ad materiam accedamus, ſequentia hoc ordine tra- 37
ctabuntur. Primum de appellationibus interponendis,quomodò & quando interponi debeant,& de hoc artic.j.& ſeq.

Secundò,de attentatis:& de his ſcribetur,artic.xvj. 38

Tertiò,de renunciatione appellationis dicetur,artic.xv. 39

Quartò,quando appellatio dicatur deſerta.artic.v. 40

Quintò,quibus caſibus non recipiatur appellatio.artic.vij. 41

Sextò,quæ contra appellationem opponi poſsint,& effectus ap.ar.vl. 42

Tēpus multiplex in appellatione.

PRIMVM Ergo proſequendo, ſciendum eſt, multiplex tempus in ap- 43
pellatione conſiderari. Primum eſt tempus interponendæ appellationis, & interponere appellationem dicit Iuriſ.in l.j.ff.de vac.& excu.mu.& Papa in ca.cum cauſa.de re iu.Et de hoc tempore tractabitur in ar.j.inf.eo. † non 44
poteſt tamen iudex à quo citare partes, vt cōpareant corā iudice ad quem, niſi fuerint ab eo citatę,cū iudex à quo ſuo functus ſit officio per ſentētiā.l.

iudex.

iudex.ff.de re iudica.

45 Secundum eſt tempus, quo appellationi renuntiari debet, & hoc declaratur artic.xv.infrà eod.

46 Tertium eſt tempus,releuandæ appellationis: & regulariter hoc tempus ſi appellatum ſit ad Parlamentum, eſt trium menſium, vt patet inferiùs articul.iiij.& ſeq.in aliis Curiis inferioribus tempus à conſuetudine vel ſtylo eſt præſtitutum,vt ibidem ſcribam.

47 Quartum eſt tempus iter arripiendi,vt in ca.dilecti. de appellat. capitul. cùm cauſa. de re iudicata. hoc tempus parum prodeſt in curiis ſecularibus Regni.

48 Quintum tempus eſt, proſequendæ appellationis: & de iure canonico intra annum quis debet eam proſequi, vel ex cauſa intra biennium, alias lapſo tempore deſerta erit appellatio.ca.cum ſit Romana.& ca. ad aures de appellationib.vide tex.in iure ciuili,in l.fin.§.illud.C.de tẽpo.appel. Specu.

Proſequi appellationem intra annũ quis tenetur

49 eod.titul.§.nunc breuiter. † hodie ſi quis per annum non proſequatur appellationem in Parlamento,inſtantia cauſæ eſt interrupta,quam non poterit pars ampliùs proſequi ſine literis Regiis.

50 Sextum,eſt appellationis finiendæ:& non poteſt iudex à quo terminum ad finiendam appellationem iudici ad quem præſtituere, quia eſſet imponere legem ſuperiori. ca. ex inſinuatione. de appell.ſed cauſa appellationis per Concordata debet intra biennium terminari.§.ſtatuimus.de friuol. appel.in Concorda.

51 Septimum eſt tempus, ad præſentandum: poteſt enim iudex à quo appellatur, præfigere terminum intra quem appellans ſe præſẽtet iudici appellationis.c.perſonas.vbi Doctor. de appellat. ſed hoc non eſt conſuetum in curiis ſecularibus.

52 Sciendum eſt, quòd dupliciter interponitur appellatio, aut in iudicio vel extra iudicium,& ſic duplex eſt appellatio, iudicialis, & extraiudicialis. clem. ſicut eod. quæ eſt quando quis appellat ab actu extra iudicium facto. ca.bonæ.de appellat.

Duplex appellatio, iudicialis & extraiudicialis.

53 Et prouocatio dicitur, quando extra iudicium, appellatio in iudicio, vt docet Iaſ.in l.j.in princ.ff.de no.ope. nun. facit text. in ca.cùm ſit Romana. ibi,nec ſolent huiuſmodi dici appellationes, ſed prouocationes ad cauſam. de appel.vide tamen quæ dico.ff.de verbor.ſignifica.in l. liberti appellatione.per text.in l.j.in fin.ff.ad Turpil.l.ij.ff.de pœn. & per alia multa iura, vbi hoc probaui.

Prouocatio & appellatio an differant.

54 Notandæ ſunt quædam differentiæ inter appellationem iudicialem & extraiudicialem. Primò in iudiciali cauſa appellandi vera eſſe debet. ca.interpoſita.& c.vt debitus.de appella.

Differẽtia inter iudicialẽ & extraiudicialem appellationem.

55 In extraiudiciali ſatis eſt,quòd cauſa ſit veriſimilis, & probabilis:vt ſi timuerim moleſtari in alicuius rei poſſeſsione,appellare potero.capitulo bonæ.eodem.

56 Ratio videtur, quia iniuria cenſetur fieri iudici, quando ab eo receditur ſine vera cauſa.d.ca.vt debitus. Sed extra iudicium nulli fit iniuria, imò ad iuris proprij defenſionem interponitur.Doctor. in d.ca.bonæ.

Secun

Secundò, in iudiciali Apoſtoli tradebantur. clement. ij. de appellat. in 57
extraiudiciali non,quia ſæpiùs nullus eſt,qui illos dare poſsit.capit.j.de appellat.in vj.

Apoſtoli hodie nõ dãtur

Hodie non dantur iſti Apoſtoli, vt patet articulo x. infrà eodem. vbi 58
dicetur.

Tertia differentia eſt.iudicialis appellatio certa eſſe debet, d.ca.vt debi- 59
tus. altera generalis & incerta reſpectu perſonarum & grauaminis recipitur.ca.conſuluit.eod.titul.

Quarta,itineris arreptio pro appellatione extraiudiciali habetur, ſecus 60
in iudiciali.ca.dilecti.de appel.ca.cùm cauſa.de re iud.

Excõmunicatus an poſſit appellare.

Quinta, excommunicatus in iudicio appellat, ſed non extraiudicium, 61
quia impugnat,ca.cùm inter.de except.

Sexta terminus anni ad proſequendum appellationem à die illati gra- 62
uaminis currit in extraiudiciali: in iudiciali verò à die interpoſitæ appellationis.clem.ſicut de appel.ca.anteriorum.ij.quæſt.vj.

Septima, iudicialis ex cauſa de præterito interponitur, & ratione graua- 63
minis illati frequentiùs.ca.cùm ceſſante.& ca.vt debitus.eod.

Sed appellatio extraiudicialis ratione cauſæ de futuro interponitur, quia 64
grauari timet,vel ſpoliari.ca.bonæ.eod.

Octaua,iudicialis ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo in totum,ca.ſu- 65
per eo.primo de appel.ca.venientes.de iureiurando.capitul.ſi à iudice.eod.lib.vj.

Sed extraiudicialis non ſuſpendit factum de præterito, nec id quod eſt 66
omninò conſecutiuum ad explicitum de præterito, ſed quod eſt factum contra appellationem.ca.conſtitutis.de appel.

Nona differentia, quòd geſta poſt appellationem iudicialem tanquam 67
attentata reuocantur.capit.non ſolùm.eodem titul.in vj. & inferiùs dicetur artic.xvj.

Alia verò non reuocantur,quæ non ſunt facta contra appellationem ex- 68
traiudicialem. capitulo cùm nobis, de election. capitul.primo. de appellationibus.

Decem dies quãdo dẽtur ad appellandum.

Decima, decem dies ad appellandum dantur in appellatione iudiciali. 69
auth.hodie.C.de appellatio.ca. quod ad conſultationem. de re iudic. qui à die notitiæ currunt,c.concertationi.eod.titu.in vj.

In altera etiam poſt decem dies appellare licet, quia extraiudicialia in 70
rem non tranſeunt iudicatam,d.c.concertationi.

Appellatio in dubio recipienda.

In dubio,appellatio eſt potius recipienda,quàm reſpuenda, l. ſciendum. 71
ff.de appell.recipiend.glo.in l.qui reſtituere.ff.de rei vendica. Bald.in l.fin. columna iij.C.ſi à momen.poſſeſſ.fuerit appellat.Iaſ.in conſi.xvj.dubitatur. colum.ij.in iij.volum.

Et à quacunque ſententia appellatio recipitur, ſiue in ciuilibus, ſiue in 72
criminalibus.l.litigatoribus. & l. ſi quis prouocatione. C. de appellat. & in omnibus caſibus, ſi à iure non inueniantur prohibiti. Lanfranc. in repeti.l. admonendi.colum. xxvij.ff.de iureiurando. Socin.conſi.xxxix.capio.in principio.volum.iiij.Hippol.conſil.lxxxiiij. plura ſunt in principio.

Vel

73 Vel niſi in illa materia appellatio prohiberetur, vt in prouiſionali, &
executoria,& tunc iudex iudicabit appellationem non recipiendam:vt do-
cet expreſsè Deci.per illum text.in c.ſuper eod.ij.in ij.not.de appel.& con-
74 ſil.xxviij.in fin.Bolong.conſil.xlj.† veruntamen adhuc in hac materia Con-
ſtitutio Regia pauliſper illum rigorem iuris remiſit,vt etiam in prouiſiona-
libus admittatur quidem appellatio,ſed ea non obſtante, & ſine eius præ-
iudicio exequetur ſententia antè, & poſteà appellans proſequetur ſuam
appellationem, & iudex pronuntiabit non obſtante appellatione ſuam
exequendam ſententiam.

75 Et in dubio pronuntiandum eſt appellationem non eſſe deſertam,ne ius
alterius pereat.Iaſ.conſil.xvj.dubitatur.in fin.volum.iij.& in l.j.ſi quis caut.
Ange.conſil.cxciij.Deci.conſil.ccclvj.in cauſa.col.j.

Deſerta in dubio non cenſetur appellatio.

76 Nam contra venenum iudicum data eſt theriaca appellationis. Bald. in
l.j.in fi.C.ſi à momen.poſſ.refert.Bened.in repe.c.Raynutius.in verb.mor-
tuo.j.nu.270.de teſtamen.

77 Imò ſi quis pluries temere appellauerit, poteſt facultate appellandi pri-
uari,docet de Ripa per illũ text.in c.j.de reſcript.nu. 59. & ſeq.ideò ſi quis
haberet priuilegium liberè appellandi, excuſaretur ab ea temeritate Doct.
in c.j.quamuis illud priuilegium non ſit ſolitum impetrari.

Temerè pluries appellans appellandi poteſtate priuatur.

78 Item reſeruans ſibi ius appellationis, cenſetur ſibi reſeruare vltimam
appellationem,& ius ſuperioritatis,ſicut Rex Franciæ in ducatu Flandriæ,
& ita docet Ioan.And.in addi.ad Spec.in tit.de iuriſdict. omn.iudic. in ad-
dit.magna dicens ex quo aliquis reſeruauit altum dominium, videtur ſibi
appellationes vltimas reſeruaſſe.refert Iaſ. conſil. clxj.in cauſa. col. ij. in ij.
volumi.

Reſeruans ius appellationum, vltimam cenſetur reſeruare.

79 Quo iure inuenta ſit appellatio? Reſpond.de iure ciuili, l. j. ff.de app. &
licèt videatur continere quandam defenſionem ciuilem: vt dicit Panor.
80 in c.dilecti.col.iiij. de excep. † Tamen. quandoque iudices per appellatio-
nem ſententias bene latas in peius reformant,l. j. & ſic quandoque iniqui-
tatem continet appellatio,ſed hoc non iuris,ſed iudicis, aut partium vitio
contingit, cùm ſemper ciuilem quandam defenſionem præ ſe habere de-
beat,quia eſt inducta ad retractandum ſententiam, quæ eſt de iure ciuili. l.
ex hoc iure.ff.de iuſtitia & iure.l.Iulianus.de condicti.indebiti.

Quo iure appellatio inuenta ſit.

81 Etiam appellatio extraiudicialis,l.ij.§.exactis. ff. de orig. iuris. l. vna. C.
de ſentent.præfect.prætor quicquid dicat Panor.& alij in rub.eod.

82 Et ſic Princeps appellationem tollere poteſt, & reſcribere remota ap-
pellatione,&c.l.j.§.interdum.ff.à quibus appellan.ſit.

83 Tamen non videtur illam tollere,niſi nominatim dicat, Bald. in l. ij. C.
eodem.

84 Nec refragatur, quòd Princeps defenſionem non poſſit tollere, verum
eſt eam quæ à iure naturali inuenta eſt, ſed defenſionem ab eo inductam,
tollere poteſt: omnis enim res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eas &
diſſoluitur,c.j.de regu.iuris.nec tollitur iſti,qui non appellat,defenſio,quia
potuit plenè in prima inſtantia defendi. alia vide per Doctor. in rubr. de
appel.in decret.

Defenſionẽ ciuilẽ Princeps tollere poteſt.

Charles VII. *Article XVIII. des premieres.*

Articu. primus

I T E M, *nous auons entendu,que les procureurs de pluſieurs,apres que les ſentences ſont prononcées par nos iuges,& autres,en pays couſtumier, en acquieſçant à icelles ſentences, reprenent leurs ſacs & procez des greffiers. Et vn, deux, trois, quatre ou ſix mois apres, & que les iuges enuoyent pour executer leurs ſentences, les parties principales, ſur qui ſe doit faire l'execution, en appellent ou font appeler, comme de nouuel venu à leur cognoiſſance: Combien que par la couſtume de noſtre Royaume,en pays couſtumier l'on doit appeler incontinent apres la ſentence, ou appointement prononcé, autrement iamais on n'y eſt receu: Decernons & declairons, que d'oreſnauant nul ne ſoit receu à appeler, s'il n'appelle incontinent apres la ſentence donnée. Sinon que par dol, fraude ou colluſion du procureur, qui auroit occupé en la cauſe, iceluy procureur n'euſt appelé, ou qu'il y euſt grande & euidente cauſe de releuer l'appellant de ce,qu'il n'auroit appelé incontinent. Et enioignons aux parties, qu'ils inſtruiſent leurs procureurs, & conſeilliers de leur cas, & de leurs matieres, & leur donnent & baillent puiſſance ſuffiſante pour conduire leurs matieres, & appeler, ſi bon leur ſemble. Et en outre enioignons à noſtreditte Cour, & à tous nos autres iuges qu'ils puniſſent & corrigent le dol, & fraude qu'ils trouueront auoir eſté commis par la partie, ou ſon procureur, ſoit en reprinſe des ſacs & procez, ou autrement, ainſi qu'au cas appartiendra, & en telle maniere, que ce ſoit exemple aux autres.*

GLOSSA PRIMA.

Appellandum quādo ſit.

HIC articulus docet,quando appellandum ſit,& notandum eſt, 1
quòd olim in cauſa propria biduum ad appellandum ſtatutum erat, in cauſa aliena triduum. † Et propriam eam eſſe dicit Vl- 2
pia. cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet, leg.j.§. biduum & §. dies. ff. quando appel. ſit. ſed quia hoc damnoſum viſum eſt, ideò decem dies dati ſunt à recitatione ſententiæ numerandi.c.anteriorum.ij.q.vj.

Propria cauſā qua dicatur.

Verùm quia interdum condemnatus ignorabat ſe condemnatū,& præ- 3
teribant decem dies, & poſtea non poterat appellare, ideò ſtatutum fuit vt illi decem dies à die notitiæ computarentur, c. concertationi. de appel. in vj. Spec. eod. tit. §. reſtat videre. verùm enimuerò quod antiquitas bene ſtatuit

ne ſtatuit, nouitas neglexit: vt dicit tex. in cap. anteriorum. §. illud. ij. q. 6.

4 Ideò ſtatuit hic Rex, vt in patria conſuetudinaria illicò appelletur, id eſt ſimulatque prolata eſt ſententia. l. litigatoribus. C. de appel. l. ab eo iudicato. C. quomodo & quan. iud. vel iudice ſedente adhuc pro tribunali, & antequàm ab auditorio diſcedat. l. pe. ff. de in integ. reſti. *Illicò appellandum.*

5 Quamuis illicò aliis quoque modis accipiatur: vt per Iaſ. in l. cùm ſpecialis. col. ij. C. de iud. Spec. e. ti. §. qualiter. quia conſenſiſſe iudicatis videtur, qui tunc non appellauit, l. fi. ff. quando appe. ſit. vide c. quamuis. & ibi Doct. de elect. in vj. Bal. in l. j. C. ſen. reſcin. non poſſ. Maſuer. in e. tit. §. item illico. glo. in §. ſtatuit. in verb. appellationem. de cau. in Pragma. Pictones illicò. j. eod. die intelligunt: vt docet Imper. in ſuis foren. Inſtit.

6 Hodie tamen quidam appellant aliquando poſt decem annos, ſed releuantur ab illicò, videlicèt quòd non illicò appellauerint & niſi à Principe reciperetur appellans derogando iſti clauſulæ de illicò, non admitteretur proſequens appellationem, quam illicò non interpoſuit: vt inferiùs dicetur. *Releuari ab illicò appellans poteſt.*

7 Not. ex iſto text. valere ſtatutum, conſuetudinem, ordinationem, aut ſtylum augentem vel diminuentem tempus appellandi. gloſſ. ſing. in l. ij. in verb. iuris. C. ſi contra ius. quam ibi probant Docto. & Corſe. in ſingul. incipien. appellatio. in iiij. & Barb. in c. ex literis. col. ix. num. 32. de conſtit. & Vincen. Hercul. in l. ij. col. viij. ff. de re iudic. Roch. in c. fi. in gl. rationabilis. col. ij. de conſue. de Ripa. in c. j. de reſcrip. *Ordinatio augens tempus appellãdi valet.*

8 Non tamen valeret conſuetudo, aut ſtatutum, quòd non liceret appellare. Bart. in repeti. l. omnes populi. in ij. q. princ. ff. de iuſti. & iur. Bal. conſi. ij. viſa. in v. volu. & in l. ſi appellationem. C. de appel. Car. conſi. lxxij. Titius. nu. 7. Hippol. conſi. lxxxiiij, plura ſunt. col. j. *Conſuetudo quòd non liceat appellare, nõ valet.*

9 Item non poteſt præſcribi, vt non appelletur ad Principem, quia hoc ad ſupremam iuriſdictionem pertinet: teſte Bald. in authent. quas actiones. in fi. C. de ſacroſanct. eccle.

10 Sed bene poteſt præſcribi, ne appelletur ad alium inferiorem, vt pote ad Bailliuum, vel epiſcopum, quia hoc non pertinet ad ſupremam iuriſdictionem, ſed ad inferiorem. capit. venientes. de iureiur. Peruſ. in cap. dilecti. col. viij. de appel. refert Io. Franc. in tract. præſcr. in ij. parte v. partis. q. ij. col. xlj. vide Fel. in c. cùm non liceat. col. iij. nu. 10. de preſcri. *Non valet quis præſcribere, vt non appelletur ad Principem.*

11 Etiam non poteſt mora purgari poſt tempus elapſum. gloſſ. in verb. expectati. §. quòd ſi per viginti. cap. cupientes. de electio. in vj. quam probat. Areti. conſi. xcv. col. vj. *Mora non poteſt purgari in appellationibus.*

12 Imò qui non illicò appellauit, non poterit alterius appellationi adhærere, niſi à Principe releuetur, quia intra tempus appellandi debet quis appellationi adhærere, non poſteà, l. bonorum. vbi gl. ff. rem rat. hab. vbi addidi. idem dicunt do. de Rot. deci. v. de ſent. excom. incip. adhærentes. in no.

SINON *que par dol, fraude, ou colluſion du procureur, qui auroit occupé en la cauſe, iceluy procureur n'euſt appellé.*

GLOSSA II.

Procurator an & quando appellare teneatur

HIC traditur limitatio ad prædictam regulam, qua quilibet tenetur illicò appellare, à die quo ſententia profertur in patria conſuetudinaria, alioqui poſteà non recipitur, niſi dolus procuratoris interuenerit: in dolo enim verſatus videtur, ſi non prouocauerit, quia prouocandi neceſsitas procuratori incumbit, licèt non proſequendi. alleg. text. in l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ff. manda. Bald. in Margar. in verb. procurator. xviij. q. Rot. deciſ. xxj. ſi dominus. in not. Aufre. q. clv. ſi procurator. 1

Intelligunt tamen Docto. procuratorem non teneri appellare, niſi ſpeciale mandatum appellandi haberet, quando dominus incideret in pœnam ex procuratoris appellatione. Aufre. q. cccclxxvj. an procurator. vide Barto. & Doctor. poſt glo. ibi in l. j. in fi. ff. quando appel. ſit Alex. conſ. xcv. nu. 7. in ij. volumi. & Guid. Papæ in conſi. cxcviij. in fin. & in ſtatuto, ſi quis. in verb. appellatione. 2

Hodie procurator non tenetur appellare, nec proſequi appellationem: ſi tamen appellauerit, tenetur domino ſignificare, vt dominus poſsit eam proſequi, vel illi renuntiare: alias ſi appellatio efficiatur deſerta, tenetur procurator ad intereſſe domino: vt docet Maſuer. in tit. de procur. §. item non cogitur. 3

Imò ſi procurator bona fide ceſſauit appellare, quia putabat ſententiam iuſtam, non poterit dominus poſteà appellare, nec habere regreſſum contra procuratorem, etiam ſi eſſet ſoluendo: vt docet Bald. in authen. hodie. col. j. C. de ap. & Hippo. in lege Cornelia. §. cùm quidam. ff. de ſicar. de Rota dec. xxvij. incip. nota quòd vbi procurator. de appellatio. in antiq. 4

Nũtius appellare poteſt.

An nuntius poſsit appellare, decidit Bal. conſil. ccclvij. in interpoſitio. in iij. volu. poſſe. ſed quomodo debeat concipere verba, ibidem docet. 5

Et ſi dominus liti ceſſerit, non tenebitur procurator appellare, vt docet Caſſad. in deciſ. ij. de appel. & Doct. in l. poſtquam liti. C. de pact. 6

Dominus an poſſit appellare, ſi procurator emiſerit.

Excuſatur etiam procurator, qui denuntiauit coram teſtibus debitori, vt ſi ipſe putaret, appellaret. l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. in fin. ff. mand. Barb. in rub. de reſcri. in cle. col. viij. & ſeq. † & quando procurator dubitat an appellare debeat, debet ſaltem proteſtari de appellando, vt ſolent cauti procuratores facere: ſi tamen procurator cauſam non tractauerit nec ſententia cum eo lata fuerit, poterit dominus appellare à die, quo ſciuit, ſecus ſi lata fuerit cũ procuratore, qui occupauerat, l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. 7 8

Dolus fraus vel colluſio procuratoris non nocent domino.

Dolus igitur, vel fraus probari debet à parte quæ illum allegat, l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. Barb. in cle. cauſam. col. xj. de elect. Deci. in ca. ſi autem. de reſcript. 9

Et ſic primus caſus eſt, quando procurator habens poteſtatem appellandi, non appellauit illicò, idque dolo prætermiſit, tunc dominus poterit appellare incontinenti, quod deuenerit ad notitiam ſuam. Et iſte eſt primus caſus, quia dolus non debet alicui prodeſſe. cap. ex tenore. & cap. ſedes. de reſcript. 10

Idem

11 Idem ſi per fraudem, quia fraus ineſt dolo.l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pact. nam licèt partes dent poteſtatem procuratori faciendi quicquid vult, debet tamen illud intelligi bona fide, & ſine fraude. per text. in l.creditor. §.Lucius.ff.manda.Bal.in c.cùm in iure. col.iiij. nu.9. de offic. delegat.

12 Idem ſi procurator non appellauerit per colluſionem. Colluſio dicitur quædam fraudulenta conuentio procuratoris cum parte aduerſa facta: vt in titu.de collu.dete.ff.& C.& in Decretal. *Colluſio quæ dicatur.*

13 Idem ſi gratia euidens interuenerit, Bart. in l.j.in fi. ff.quando appel.ſit. vel ſi procurator fuerit legitima cauſa abſens, vt ibi docet Bar. & in l. j. §.ſi procurator.ff.ſi quis ius dicen.non obtem.

14 Hodie quia difficile eſſet probare dolum, fraudem, vel colluſionem, l. dolum.C.de dol. ob id ſufficit dolum vel colluſionem re ipſa docere interueniſſe, vt quia iuſtam cauſam agebat, & tamen fuit cõdemnatus, & habebat poteſtatem prouocãdi, & non prouocauit. Iſta ſolent in literis allegari, & Princeps non obſtante hac omiſsione appellationis per procuratorem facta indulget, vt liceat appellare, & ſic non probatur alio modo dolus. *Dolus reipſa probatur*

15 Limitatur in criminalibus, ne innocens puniatur, in quibus licet quomodocunque, & quandocunque appellare etiam alicui tertio.l. non tantùm.ff.de appel.gloſ.in Conſue.Tuto.tit.*des amendes*, artic.xviij.conclu.xiiij.

16 † niſi à iure vel conſuetudine prohibita ſit illa appellatio, vt C. ne lice. tertiò prouoca.

17 Tertiò, non procedere dicunt quidam, ſi grauamen eſſet notorium: nam etiam in quibus caſibus appellatio remouetur, tamen non prohibetur, ſi manifeſtè quis grauetur, vel ſententia ſit euidenter iniqua. gloſ. in ca. ex conqueſtione. in verb. poſt appellationem. de reſtitu. ſpol. quam probat Alex.in conſ.xcj.in cauſa.col.j.in vj.vol.& Hippol.in l.j.§. ſi ſerui. nu.10. ff. de quæſt.& in tract.crimi.in §.ſequens.nu.43.& Bened.in repeti.c.Raynutius.in verb.mortuo.j.nu.212.de teſtam.facit gloſ.& Docto.ibi, in verb.niſi forſan.c.ſuper literis.de reſcript. *A grauamine notorio licet appellare.*

18 Et tunc ſi Princeps releuaret iſtum appellantem, iſta putarem vera: alioqui poſt tempus ſine Principis beneficio non poſſet.

19 Quartò, idem ſi vellet agere de nullitate, quod poteſt intra triginta annos: nam conſtitutio prohibens appellare, non prohibet agere de nullitate, l.ſi expreſsim.ff.de appellat.ſic conſuluit Angel.conſil.cvij. Iacobellus Doctor.in c.dilecto. eo. Sed in Gallia non agitur de nullitate, niſi per appellationem: vt alibi ſcripſi. *Nullitas quãdo poſſit intẽtari.*

20 Quintò, reſtringe quando vellet implorare officium iudicis: nam qui prohibetur appellare, non prohibetur iudicis officium implorare. l. planè. & l.fin.ff.de peti.hæred.Roma.conſi.cccxxv, quo ad primum.in fi.ſequitur Hippol.in repeti.l.vnic.num.160.& ſeq.C.de raptu virg. *Appellare prohibitus officiũ iudicis implorat.*

21 Sextò, per viam querelæ recipi poterit.gloſ.in clem.j.de iur.patr. Panor. in ca. ex parte. ij. de offic.deleg. Dec.conſil.cccxxxv. viſo conſilio.in fin.& Hippol.in d.l.vnic.ſed in his duobus caſibus in Francia quis non audiretur ſine Principis conceſsione, & appellatione. *Princeps ex cauſa releuat eum, qui non illicò appellauit.*

Vltimò, quando eſſet euidens cauſa, tunc princeps eam releuare promittit. ibi *ou qu'il y euſt grande ou euiendente cauſe de releuer l'appellant de ce qu'il n'auroit appellé incontinent.* hodie paſsim & indifferenter ſolet Princeps releuare de illicò. 22

Et enioignons aux parties qu'ils inſtruiſent leurs procureurs, & conſeilliers de leurs cas, & de leurs matieres, & appeller ſi bon leur ſemble.

GLOSSA III.

Procuratorium recipi nõ debet ſine inſtructionibus.

STATVIT hic, quòd quandò quis conſtituit procuratorem, vt illum inſtruat in ſua cauſa, & inſtrumenta, & munimenta ad illum mittat.cap.j. de elect. in vj. capitu. j. de appel. illo lib.imò per conſtitutionem Regiam in tit. de procu. artic. iiij.ſancitum eſt, quòd nullus recipiat procuratorium ſine inſtructionibus, & munimentis. 1

Et ſic non tenetur appellare procurator in Francia, ſi non habeat ſpeciale mandatum:ſed poteſt proteſtari de appellando, vt ſuperiùs dixi, qui ſi habuerit poteſtatem,& non appellauerit, poterit dominus ex cauſa appellare,vt ſuprà dixi,ſi à Principe hoc eidem concedatur. 2

Et en outre enioignons à noſtreditte Cour &c.

GLOSSA IIII.

STATVIT vt Curia puniat dolum partis, aut procuratoris, ſi commiſſus fuit in ſaccis reaſſumendis,vel proceſsibus, ſeu aliter: nam Reipublic.intereſt dolum puniri.cap. vt famæ.de ſenten. excommunicatio.l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquiliam. 1

CHARLES V. *Article XII.*

Articu. ſecundus.

ITEM, *voulons & ordonnons, que ſi aucuns des ſubiets, & iuſticiers de ce Royaume,appellent du iuge ſubiect d'aucune ſentence ou iugement en la Cour de Parlement,ou autre cour Royalle, en delaiſſant le iuge moyen,que celuy par deuant qui il ſera appellé, ſoyent les gens tenans le Parlement, ou autres iuges, enuoyent ladite cauſe d'appel ſans delay par deuant le iuge,qui ſans moyen pouuoit,& deuoit cognoiſtre de ladite cauſe d'appel, ſi ſur ce ſont requis d'aucunes des parties. Et s'ils ſont le contraire,nous r'appellons & mettons au neant tout ce qu'ils feront en ce cas, & ſi les en puniront griefuement. Il nous plaiſt toutesfoys,& voulons que les gens tenans le Parlement, puiſſent telles cauſes d'appel retenir par deuers eux, s'ils voyent que*

la na

la nature de la cauſe le requiere, & non autrement. Et ſur ce en chargeons leurs conſciences.

GLOSSA VNA.

1 IVRI conformis eſt hic articulus. Imperatores enim Seuerus & Antoninus reſcripſerunt appellationes, quæ retro ad Principem factæ ſunt, omiſsis his, ad quos debuerunt fieri, ex vno ordine ad Præſides remitti. l. Imperatores. ff. de app. Spec. in eo. titu. §. nunc tractemus.

2 Ideò ſtatuit hic Rex, vt cauſa remittatur ad iudices, ad quos appellari debebat, ſi partes hoc requirant, vel altera ipſarum: & hoc cum expenſis
3 appellantis: † niſi (vt dicunt quidam) à iudice non Regio ad Curiam appellatum eſſet, tunc ſine expenſis fiet remiſsio: vt iudicauit Senatus 1512. die 8. Februar. *Appellationes omiſſo medio cum expenſis remittuntur. Areſtum.*

4 Nec etiam poteſt iudex concedere commiſsionem omiſſo medio: vnde cùm quis appellaſſet ab apparitore Epiſcopi Catalaun. ad Epiſcopum, & Bailliuus *de Vermandoys*. conceſsiſſet commiſsionem ad intimandum appellationem coram eo, fuit declarata nulla: ann. 1516. die 18. Nouembris per Senatum. *Commiſſio omiſſo medio non valet. Areſtum.*

5 Si tamen iudex ſuperior cognouerit de cauſa, valebit proceſſus, ex quo partes ſponte litigauerunt, & ſic ratione prorogationis. Imò in l. Imperatores. ff. de appel. quem ſequitur Philipp. Franc. in rubri. eod. col. iiij. num. 13.
6 † quod eſt verum, ſi altera pars non petierit remitti cauſam ad immediatum, alioqui non valeret proceſſus per iſtum text. ibi. *mettons au neant tout ce qu'ils feront en ce cas*, & ſuperiùs dicit. *ſi ſur ce ſont requis.* Arch. in capitu. ſi delegatus. in fin. de offic. deleg. in vj. Guid. Papæ in deciſ. Delphi. quæſt. ccxxj. item dicta die. glo. in Prag. Sanctio. in verbo, medio. titu. de cauſis. *Proceſſus coram iudice appellationis mediato an valeat.*

7 Sed in hoc Regno proceſſus factus poſt inhibitionem non valeret, etiã ſi quis appellationi poſteà renuntiet. de Rot. dec. xx. ſi poſt inhibitionem de appellatio. in nou. & Boë. q. cclvj. vtrum in deciſ. Burdegal.

8 Limitatur quando quis appellat à iudice delegato per reſcriptum, tunc ad Curiam appellandum eſt, & ſic ab executione fermè cuiuſlibet reſcripti: vt cenſuit Sena. anno 1531. die xv. Aprilis: & docet Imber. in lib. ij. Inſt. foren. §. & quoniam. *A iudice legato per reſcriptũ ad curiã appellandum. Areſtum.*

9 Et ſic aſsignatur regula, quod gradatim eſt appellandum, & ſi appellatum fuerit omiſſo medio, cauſa ad immediatum eſt remmittenda, vt d. l. Imperatores. & ca. anteriorum. circa fi. ij. q. vj. etiam ſi ad Papam appellatum fuerit. per Concor. in titu. de friuol. appel. §. j. vbi dixi de iure contra. *Gradatim eſt appellandum.*

10 Et iſte text. procedit tam in interlocutoria, quam definitiua, quamuis contrarium teneat Socy. in tract. fallen. regu. xxiiij. appellatio. ad Principem. quia hoc exprimitur in hoc text.

11 Etiam ſi appellatum ſit ad Principem, vel Legatum ſeu Patriarcham, aut ad Curiam ſupremam: vt eſt in Concor. Franciæ ſtatutum in §. j. de friuol. appel. & in tit. de cauſis. §. nec ad quemcunque. in Pragma.

Omiſſo medio quando appellari poſſit.

Primò limitatur,quando partes non peterent remitti:vt hic, *ſi ſur ce ſont requis*, quod probat etiam gloſſ.in cap.dilecti.ij.eod. & in cap. ſi delegatus. de off.deleg.lib.vj.ſequitur Philip.Peru.in cap.Romana.§. ab Archidiaconis.eod. tit. in vj. quamuis contrarium teneat Ruſæ. in tractat.præeminen. archipreſ.in vj.priuileg. 12

Secundò, non procedit in ſcholaſticis. authent. habita. C. ne filius pro patre. dixi in ſcholaſti.priui.clxiiij. 13

Tertiò, idem in miſerabilibus perſonis. l. vna. C. quando Imper. inter pup.& vid.Bertach. in tract. de gabel. in vij.parte. quæſt. xxvij. & quæ ſint iſtæ perſonę,ſcripſi in tract.de ſent.prouiſ.in glo.fin.art.vlt.in primo Tomo Commenta.in has Conſti.Reg. 14

Quartò,quando iudex medius eſſet mortuus,excommunicatus, vel inhabilis.text.& ibi Docto.in c.ſi is cui.de off.dele.in vj.Soci.in reg.xxiij. 15

Priuilegiū nō cōfirmatum nō prodeſt.

Areſtum.

Quintò, quando ex priuilegio, conſuetudine, vel præſcriptione aliud inductum eſſet.c.Romana.§.j.de app.in vj.ſcripſi,in §.j. de friuol. appel. in concor.in praxi tamen ſeruatur,vt priuilegium non proſit,ſi nō fuerit confirmatum:vt cenſuit Senatus anno 1515.die vltima Ianuarij. 16

Parlamentum retinet cauſā omiſſo medio deuolutam.

Vltimò non procedit,quando Princeps,vel Curia ſuprema videret cauſam rationabilem, per quam retinere cauſam deberet, tunc ipſam retinere poterit, vt hic. † & in his comprehenduntur xiiij. limitationes datæ per Soci.regul.xxiij.& per Peruſ.in §.j.cap.Romana.de appellatio.in vj. Et iſta ſunt tenenda, quicquid in contrarium inueniatur dictum, vt plenè docui in Concor.in §.j.vide in ſtylo Parlamen. rub. an qui appellauit ad Curiam omiſſo medio remitti debeat. 17 18

Omiſſo medio appellādum ratiōe literarū Regiarum.

Areſtum.

Item ſi quis appellet à iudice mediato ad Parlamentum, eo quòd ille iudex ratione literarum de debitis, vel aliarum cognoſcebat, tunc directè ad Senatum appellatur:vt cenſuit Sena.anno 1522.die xvij.Iulij, Alligreto & Poyeto aduocatis poſtulantibus ratione ſententiæ latæ à Seneſchallo de Vitry. 19

CHARLES VI. *Article IX. des premieres.*

Articu. tertius.

ITEM, *& enſuyuant les Ordonnances de nos predeceſſeurs Roys de France, enioignons & commandons, que toutes cauſes d'appel de ſentences diffinitiues,ou interlocutoires, ou d'execution, ou executeur, ſergent ou autre releuées,ou à releuer, introduictes ou à introduire en noſtredittė Cour de Parlement, delaiſſė le iuge moyen, par deuant lequel elles doibuent eſtre releuées, & introduictes de droict & de couſtume, ſoyent renuoyées deuant les iuges moyens, ou elles deuſſent auoir eſtė releuées. Il nous plaiſt toutesfoys, & voulons, que les gens tenans noſtredit Parlement puiſſent telles cauſes retenir par deuers eux,ſ'ils voyent que la matiere de la cauſe le requiere, & ſur ce enchargeons leurs conſciences.*

Gloſſa

GLOSSA VNA.

1 ISTE articulus repetit ea, quæ dicta fuere in articul. præced. etiam onerat conſcientias conſiſtoriorum, & Parlamentorum, vt ſine cauſa appellationes omiſſo medio ad eos deuolutas non retineant.

2 Notandum eſt, quòd vbi Papa dicit conſcientias oneramus, aut Rex vel eius lex, relinquit conſcientiæ alicuius, tunc non appellatur ab eo, quod ſecundum conſcientiam iudicatum eſt, quia ſuperior conſcientiæ eſt ſolus Deus. gl. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcr. in vj. l. ij. C. de reb. cre. Iaſ. hoc probat in §. ſed iſtę. nu. 121. de ac. Inſt. & in l. nec quicquam. §. vbi decretũ. col. vij. ff. de off. proconſul. & lega. & l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nun. & in l. admonendi. nu. 11. de iureiu. & in l. apertiſsimi. in fi. C. de iud.

Conſcientias oneramus quomodo intelligatur.

3 Et ſic an illa cauſa retinendi iuſta ſit necne, poſtquàm eorum conſcientiis relinquitur, non eſt qui poſsit reclamare licèt aliàs quando eſſet enormis læſio, ad ſuperiorem quis recurrere poſsit, per text. iuncta glo. in cle. j. in verbo, oneramus. de iure patr. vbi addidi.

4 Tamen ille qui iuxta conſcientiam aliquid facit, iurare tenetur, quòd ita dicta conſcientia ſua, alioqui non valebit quod actum fuerit, l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecun. nup.

Iurare debet qui aliquid facere vult ſecundũ conſcientiam.

5 Etiam quando aliquid fit iudicio ſortis, vel fortunæ, non appellatur, quia non habet ſuperiorem in mundo. Bal. in l. fi. C. commu. de leg.

6 Et ſic diuiſiones bonorum, cùm interdum in hac patria iudice ſorte fiant, non ſolent reſcindi, nec minor reſtitui. l. verum. §. ſciendum. ff. de mino. quia quod fato contingit cuiuis patri famil. quamuis diligentiſsimo poſſet contingere. §. ſi locupleti. ibidem.

Diuiſiones bonorũ per ſortẽ facta quando valeant reſcindi.

7 Niſi eſſet enormis læſio: tunc enim per officium iudicis reſcindi poſſet. arg. l. maioribus. C. commu. vtriuſque iud. vbi Bal. vel minor appellauit in hoc regno ab hac diuiſione, dicens ſe non quidem iudicio ſortis læſum, ſed dolo aduerſarij, & dolus re ipſa probabitur: alioqui non daretur reſtitutio, d. l. verum. Fran. in eo. titu. col. iij. rub. de app.

8 A Papa non appellatur, cùm non habeat in mundo ſuperiorem. c. cuncta per mundum. ix. quæſt. iij.

9 Nec à ſtatutis in Conſilio generali, quia ſolum Deum habet ſuperiorem: quamuis quidam voluerint dicere, quòd ad Papam, ſed contra illos eſt text. in cap. ſicut. xv. diſt. quia ſub Concilio generali comprehenditur Papa, vt alibi ſcripſi.

A Papa & Conſilio generali non appellatur.

10 Ab Imperatore etiam non appellatur, l. j. C. à quib. app. non licet.

11 Nec à Rege Franciæ, cùm non habeat in temporalibus ſuperiorem, c. per venerabilem. qui filij ſint legi.

IDEM *Article XV. ibidem.*

ITEM, *& pource que pluſieurs ſouuentesfois appellent de nos Baillifs & Seneſchaux, & autres iuges, & des iuges des Pers de France, & autres iuſticiers de noſtre Royaume, Pre-*

Articu. quart⁹.

lats,

lats, Barons, & autres: & ne releuent leurs appellations en Parlement, n'autre part dedans le temps de troys moys introduits à releuer les appellations en noſtreditte Cour de Parlement: & leſdits Baillifs, Seneſchaux & autres iuges de noſtre Royaume, n'oſent mettre, ne faire mettre à execution leurs ſentences, appoinctement, & autres actes iudiciaires, pour doubte d'attempter contre leſdittes appellations (en grand dommaige des parties, & en eſclandre & leſion de iuſtice, Nous voulans obuier à tels inconueniens & dommaiges, en enſuyuant les Ordonnances de nos predeceſſeurs Roys de France: auons ordonné, declairé, & decerné, ordonnons, declairons & decernons, que ſi les appellations faittes, & miſes de nos Baillifs Seneſchaux, Preuoſts & autres iuges tant des Pert de France, qu'autres iuſticiers de noſtre Royaume, qui de leur droict reſſortiſſent en noſtre Cour de Parlement ſans moyen, ne ſont releuées dedans le temps de trois moys ordonnez à releuer les appellations en noſtreditte Cour: noſtredit Seneſchal, Baillif, ou Preuoſt, ou le iuge, de qui aura eſté appellé, fera & pourra faire mettre à execution ſa ſentence, iugement ou appoinctement, non obſtant ledit appel, lequel des à preſent par ceſte noſtre Ordonnance nous auons declairé, & declairons deſert. Et en outre auons ordonné & ordonnons, qu'iceux appellans, qui ainſi n'auront releué (comme dict eſt) ſoyent adiournez en noſtreditte Cour de Parlement enuers noſtre procureur, pour veoir dire, & declairer eux eſtre encourus en l'amende de ſoixante liure Pariſis pour l'appellation deſerte. Et ſeront tenus leſdits Baillifs, Seneſchaux, Preuoſts, nos procureurs de nos domaines, & les iuges des pers de France, & autres, qui ſans moyen reſſortiſſens en noſtreditte Cour, & leurs procureurs, de bailler aux iours de leurs bailliages ou Seneſchaucées en noſtreditte Cour de Parlement, & à noſtre procureur general, la declaration des appellations, qui auront eſté faittes deſdits Baillifs, Seneſchaux, Preuoſt, ou iuges, tant de celles qui ſeront deſertes, comme dit eſt, que des autres, qui ſeront releuées, & ſur peine d'en eſtre punis & corrigez à l'ordonnance de noſtredite Cour. Et quãt aux appellations emiſes, tant de nos iuges, que des autres iuſticiers de noſtre Royaume, qui de leur droict doibuent eſtre releuées par deuant autres iuges, qu'en noſtreditte Cour de Parlement, s'elles ne ſont releuées dedans le temps introduict de la couſtume du pays, qui doibuent releuer deuant le Seneſchal, Baillif, ou autre iuge moyen, le iuge, de qui aura eſté appellé, fera & pourra faire mettre ſa ſentence à execution

à execution, apres le temps paſſé de releuer ordonné, ſelon la couſtume du pays. Et declairons laditte appellation deſerte. Et en outre l'appellant ſera adiourné deuant le Baillif, Seneſchal, ou autre iuge, pour le voir dire, & declairer par eux eſtre encoru en l'amende, ſelon ladite couſtume du pays, pour ledict appel deſert. Et en cas qu'aucun appelleroit friuolement en noſtreditte Cour de Parlement deſdits iuges, qui reſſortiſſent deuant les Baillifs, Seneſchaux ou autres nos iuges, ou autres iuſticiers, autres que noſtreditte Cour de Parlement, & n'auront releué dedans les trois mois (comme dit eſt) l'ordonnance deſſus declairée des appellations faictes de noſdits Baillifs & Seneſchaux, y ſera gardée & obſeruée.

GLOSSA PRIMA.

1 ISTE articulus, ſeu §. prolixior eſt §. Callimachus. vt vulgò dici ſolet, & in prima parte ſtatuit, quòd appellantes ad Parlamentum, intra tres menſes appellationes habeant releuare, alioqui declarat appellationes deſertas, & concedit iudicibus à quibus eſt appellatum, vt eas ſententias executioni mandare poſsint. huius artic. praxis elicitur ex l. ſi contra. & l. quoniam. j. C. de app. & in l. ij. §. quòd ſi ita. de temp. app. Bald. conſil. xx. decreto illuſtris. in j. volum. Iaſ. conſil. xvj. dubitatur. vol. iij. in princ. *Releuatur appellatio in Parlamēto intra tres menſes.*

2 Duobus modis quis releuare appellationem poteſt in Parlamento, vel
3 per literas à Rege, vel Cãcellaria impetratas, vel per ſupplicationẽ, † & rarò per ſupplicationem, niſi quando appellatur à Conſiliariis ſupplicationũ, quia tunc vidi ſæpiùs porrigi ſupplicationem Curiæ in qua narratur in
4 ſumma ſententia lata à tali iudice, & appellatio: † ideò petit appellans, quòd habeatur, vt vulgò dicunt, *pour bien releué*, quod Curia concedit, vel denegat, dicens eundum eſſe ad Cancellariam. † & bonum eſſet, ac Reipub. vti-
5 le, quòd per ſupplicationem cauſæ omnes, quæ in ciuitate deciſæ ſunt, ita releuarentur, & cauſæ breues, & pauperum, viduarum, & eccleſiarum, & non funderentur tot pecuniæ in impetratione literarum, & breuiùs fieret. *Releuatur duobus modis appellatio in Parlamento.* *Per ſupplicationem quando releuari debeat appellatio.*

6 Senatus tamen ad petitionem alicuius per ſupplicationem ſine aliis literis præcepit, vt portaretur proceſſus factus coram Conſiliariis ſupplicationum, & ex hoc appellationem pro bene releuata, (vt terminis praxis vtar) habuit, & ſic non fuit deſerta appellatio: vt pronuntiatum fuit anno 1510. die j. Aprilis ante Paſcha. & 1512. die xij. Maij.

7 Item à magiſtris Hoſpitij, ſiue libellorum, ſi appellatum fuerit ad Curiam à ſententia proceſſus in ſcriptis, releuari per ſupplicationem poterit: ſecus in appellatione verbali, vt verbis dicanicorum vtar. ſic pronuntiauit Senatus anno 152. die xiiij. Martij. *Areſta.*

8 Et quando iudex appellationis inhibere poſsit iudici à quo docet Felynus in cap. dilectus. ij. colum. penultima, de reſcriptis. in glo. in §. & ne. in verbo, interponi. de cauſis in pragma. *Areſtum.*

Limi

Caſus in quibus poteſt releuari appellatio poſt tres menſes. *Areſta.*

Limitatur iſta Ordinatio, quando pars per tres menſes requiſiuiſſet iudicem, vt interlocutoriam reuocaret, qui blandis verbis eum induxit, & traxit, donec tempus lapſum eſſet: tunc etiam recipi poſt tres menſes poteſt, vt areſto Senatus cautum eſt, anno 1536. die xxix. Februarij. facit l. ſi maritus.j.ff.de adulter.& cle.quandiu.de appellat. 9

Poſt compromiſſum releuatur appellatio.

Etiam quando fuit factum compromiſſum, quod durauit vltra tres menſes, tempus hoc compromiſsi non computabitur, d. cle.quandiu. de appellatio. Sic fuit deciſum in Senatu anno 1534.die xxvj. Ianuarij. facit text. in authent.ſi tamen.C.de tempor.appella. 10

Conſuetudo prorogat tẽpus appellationis, & abbreuiat.

Item per conſuetudinem poteſt prorogari tempus appellandi, vel abbreuiari.Bald.Paul. & alij in l.ij.C.ſi contra ius.Bal.in rubr.de conſuet. col. iij.in fi.vide eundem in c.licet. de offic. ordin.ſic & hoc tempus releuandi. quando illa conſuetudo eſſet à Principe approbata, & confirmata. 11

Inhibitio facta iudici à quo, excludit iudicem ab executione ſentẽtiæ, & proceſſus eſt nullus.

Limitatur etiam iſte text. poſt inhibitionem. nam ſi pars releuauerit ſemel, vel obtinuerit inhibitiones fieri iudici à quo per iudicem ad quem, tunc iudex à quo nunquam poterit ſuam exequi ſententiam, donec inhibitiones ſublatæ fuerint, & cauſa ad eum remiſſa. Et ita in praxi ſeruari dicit Boër.in deciſio. Burdega. q. cccxliiij. iudex col. penul. quia ligatæ ſunt manus iudicis à quo.c.Romana.§.ſi verò. &c. non ſolùm. de appella. in vj. ita docet Matth.de Afflict.in conſti.Neapol.tit.de appella.num. 14. in iiij. not. † Et proceſſus eſt nullus poſt inhibitiones, etiam ſi appellans poſteà appellationi renuntiauit, per regul. quod ab initio non valuit. & huius ſunt ſententiæ do. de Rot.deciſ. cxxx. ſi poſt inhibitionem. de appellat. in nouis, & quia in literis inhibitoriis continetur clauſula, decernentes irritum, &c.Eelyn.in cap.perſonas.col.penul.de appellatio.& Doct.in cap.acceptа.in fi.eod. 12 13

Interpretatio deſertionis ante tres menſes non valet. *Areſta.*

Item debent iſti tres menſes eſſe completi, adeò quòd ſi vltima die impetrarentur literæ deſertionis, licèt executio earum fieret poſteà, non valerent, per ca.commiſſa.de elect.in vj.ſic iudicauit Senat. & abſoluit appellantem magiſtrum Franciſcum Dargilieres contra do. Ragueneau, anno 1527.die v.Martij, & die xj.Ianuarij, anno 1528.ac anno 1534.die xix. Ianuarij, & anteà anno 1517.die xxix.Ianuarij. †quamuis contrarium videatur tenere Guido Papæ deciſio.Delph.quæſt.ccxiij. ſtatuta dicens intra triginta dies releuandam eſſe, & introducendam appellationem, etiam per citationem: vide pro prima opinione in ſtylo Parlamen.rubr.de adior.§.item licet adiornamentum.vbi regulariter ſufficit literarum releuamenti appellationis impetratio intra tres menſes: licèt executio fiat poſteà. hoc firmat Matth.de Afflict.in conſtit.Neapo.eo.tit.num.31.nu.xj. †ſed literæ deſertionis non valent intra tres menſes impetratæ, licèt executio poſteà facta fuerit, vt dictum fuit. 14 15 16

Releuata cauſa licet non ſit proſecuta, non dicitur deſerta.

Si tamen ſemel quis releuauerit, & literas præſentauerit, & citata fuerit pars, licèt poſteà remanſerit cauſa tacita, non proſecuta per vnum annum, intra quem partes eam non proſequantur, non tamen dicetur deſerta cauſa, quamuis fortè proceſſus interruptus ſit. ita areſto fuit deciſum, & is qui citauerat ad deſertionem, fuit ad expenſas condemnatus 17

anno

anno 1534.die 19.Ianuarij, quia hic præſtituit tempus ad releuandum,& non ad proſequendum ſufficit igitur releuare, licèt non fuerit proſecutus.

Areſtum.

18 Fallit etiam iſte tex.in appellationibus tanquã ab abuſu,quia iſtæ non dicuntur deſertæ, etiam ſi non releuentur per tres menſes, cùm Rex, ſeu eius procurator in illis ſit principalis pars: & ſic pars priuata beneficio procuratoris Regij eam proſequetur, vt cenſuit Senatus anno 1534.die 13. & ſeq.Aprilis.poſt Paſcha.

Appellationes ab abuſu non ſunt deſerta poſt tres menſes.

19 Poſt triginta verò annos,ſi non fuerit per ſecuta appellatio, non poterit appellatus citare appellantẽ ad deſertionẽ.& do.Clau.de Cruce.d.de Planc. qui poſt xxxv. annos ſic fecerat citare habitantes de Planci,fuit reiectus,& abſoluti habitantes cum expenſ.anno 1524.die 26.Ianuar.

Poſt triginta annos an appellatio ſit deſerta.

Areſtum.

20 Si tamen vltimo de trium menſium fuerit facta citatio ſuper deſertione,& impetratio releuationis appellationis, præſumetur pro impetratione,& citatio non valebit: teſte AEgid. Bella. dec.xlviij.de reſcript. incip. ſuppoſito.Fely.in c.paſtoralis.col.iiij.de reſcr.Doct.in l.j.ff.ſolu.matri.

Citatio & impetratio eodem die vtra valeat

21 Nec poterit procurator hoc tempus trium menſium prorogare,vt docet Cald.conſi.iij.an procurator de procurato.

22 Partes tamen prorogare hoc tempus poterunt,vt per Doct.in l.ij.ff.de re iudic.& patet in clemen.quandiu.de appellatio.

Prorogari tres menſes à partibus non à procuratoribus poſſunt.

23 Sufficit releuare pro ſe & conſortibus,& iſta appellatio etiam conſortibus prodeſt, vt cenſuit Senatus pro Iacob.le Groux.& conſortibus,con-
24 tra Charmeau anno 1517.die 14.Iulij.† quod eſt verum quãdo erant inſolidum condemnati,ſecùs ſi pro parte,l.ſi qui ſeparatim.ff.eod.c. vna ſententia.vbi Doctor.eod.tit.imò ſi is qui appellauit,compoſuerit,ſeu tranſegerit, adhuc alter appellationem proſequetur.c.ex parte.ij. de reſcript.
25 Spec.in eo.tit.§.j.ver.ſed quid ſi ille.† fuit tamẽ à Carolo ſtatutum, quòd nullus recipiatur appellans pro ſe,& adhærentibus, ſeu adhærere volentibus,anno 1299.die 16. Iunij, vt licèt videre in libr.ord.antiqua.fol.154. quamuis de iure valeat talis appellatio,vt ſuperiùs probatum fuit.

Releuare pro ſe & cõſortibus an poſſit.

Areſtum.

Ordinatio Caroli contra appellantes.

26 Item quando appellatur à locum tenen. Amirallij,.i.eius qui claſsi maritimæ vniuerſæ præeſt,quem nos Gallicè vocamus *Admiral*, debet quis intra quadraginta dies releuare, vt eſt ſtatutum in titu. de *l'Amiral*. ord.i. artic.xij.in his Conſti.Reg.

Quadraginta dies ad releuandum quando dentur.

27 Et in præconiorum materia,ſi quis ad Senatum appellet,debet releuare intra quindecim dies, alias poſteà non recipietur, ſed appellatione erit deſerta,quia hęc materia eſt ſummaria,vt decreuit Senatus anno 1513.die 13.Martij.pro *Barthou* contra *Valim*. & hoc fuerat anteà à Rege ſtatutum, vt habetur in ordina.antiq.

Quindecim dies ad releuandum in præconiis.

Et en outre auons ordonné.

GLOSSA II.

1 VULT vt partes,quæ non releuauerint appellationes intra tres menſes,citentur ad audiendum declarari incidiſſe in pœnam ſexaginta librarum Pariſ. quæ mulcta præſtitura eſt merè appellantibus:vt inferiùs dicetur, & ſic iudex à quo pote-
2 rit ſuam exequi ſententiam poſt tres menſes, †& poterit inſtante procura-

Praxis quã

do appellatio nõ eſt releuata intrà tres mẽſes.

tore Regio citari appellans ad Parlamentum,vt declaretur incidiſſe in mul
ctam lx.librarum propter appellationem deſertam. vnde ſolent appellatus
& Regius procurator impetrare literas Regias, in quibus narratur ſenten-
tia,& ab ea appellatio, ac etiam deſertio. Ideò Rex permittit iudici à quo,
vt ſuam exequatur ſententiam, & citetur appellans ad Parlamentum, vt
oſtendat operam diligentiámque adhibuiſſe in hac appellatione, alioqui
deſerta pronuntiabitur,teſte Imber.in Inſt.foren.li.ij.§.reſcriptum.

Differentia multa in literis releuamẽti inueniuntur.

Notandum eſt tamen in hac patria conſuetudinaria eſſe differentiam, 3
in literis releuamenti appellationis quia ſi appellatum fuerit à iudice Re
gio ad Curiam ſupremam,literæ dirigentur ipſi iudici,& in illis citabi-
tur iudex ad tuendum ſuam ſententiam,poſteà mandabit Rex apparito-
ri primo,vel alteri ſeruienti, vt parti hanc appellationẽ intimare debeat,
& ei defendere ne quicquam attentet.

Si verò appellatũ fuerit à iudice non Regio ad Parlamentum, tunc li- 4
teræ dirigi ſolent primo apparitori,vel ſeruient Regio,vt patet in ſtylo
cancellariæ,nẽpe vt citet iudicẽ,& parti intimet,ac ne attentent,præcipiat.

Literæ appellationis à Pari Franciæ quomodo illi debeant intimari.

Sed ſi appellatum ſit à Pari Franciæ,vel ab eius iudicibus ad Parlamẽ- 5
tum, is qui appellat, debet binas literas à Cancellaria impetrare. Primæ
ſunt releuamenti,quæ diriguntur Pari illius iudicis,qui protulit ſenten-
tiam,à qua eſt appellatum, in quibus citatur Par Franciæ, & præcipitur ei,
ne aliquid attentet. †Secundæ verò literæ executoriæ diriguntur proxi- 6
miori iudici Regio,à quo eſt appellatum,& in eis ad verbum tranſcribun-
tur primæ,& mandatur iudici,vt literas Pari Franciæ præſentet, vel eius
officialibus in patria exiſtentibus,vbi eſt appellatum:etiam mandabit in
eis,& præcipiet Rex primò apparitori, vel ſeruienti Regio, vt parti inti-
met prædictam appellationem, & illi inhibeat, ne quicquam attentet.
Iſta ſolent in praxi fieri.

Iudex vel executor quomodo debet intimari.

Areſtum.

Sciendum eſt, quòd iudex, vel apparitor ratione executionis non de- 7
bet intimari, ſi pars cauſam proſequatur, alioqui perperàm intimatos
pronuntiauit Senatus apparitores *le Conte* & alios *de Mante* contra ma-
giſtrum *Ioannem forget* Archidiaconum de Pincernay, anno 1515. die 4.
Februarij, niſi excederent vt ſcripſi in tract.de ſentent.execut.articu.vij.
Idem fuit dictum pro Locumtenen.de Sanlis die v.Februarij, eodem an-
no,qui fuerat intimatus, licèt haberet partem, † vel niſi quis citaret par- 8
tem extra Regnum. eo enim caſu non poteſt pars, quæ in Regno non eſt,
intimari. ideò apparitori intimatio facta valet, vt iudicauit Senatus, de
quo dictum fuit in titu.de cauſis.in Concord.

Item intimatio fieri debet domino in perſonam procuratoris, non 9
procuratori ſoli, vt iudicauit Senatus pro domino Comite *de Guyſe*, an-
no 1527. die xvij.Iunij.& quia intimatio procuratori facta non valebat,

Intimatio Epiſcopo fit in perſona officialis, & domino in perſona procuratoris.

etiam quia tres menſes erant elapſi, tamen Senatus permiſit, vt non ob-
ſtante lapſu trium menſium poſſet releuari appellatio, in qua non fue-
rat pars negligens. Ita in illa cauſa fuit conceſſum. † Etiam intimari de- 10
bet Epiſcopus non officialis, niſi intimetur in perſona officialis Epiſco-
pus. Sic cenſuit Senatus pro officiali Nouonienen. contra Præpoſitum
de Chaul

de Chaului. anno 1529. die 22. Nouembris.

Et ſeront tenus leſdits Baillifs.

GLOSSA III.

1 OPTIME prouidet hic, quòd mulcta temerè appellantium exigi poſsit, vt iudices, & procuratores Regij locorum immediati ad Parlamentum conſcribant, & mittant Procuratori generali Regis catalogum appellationum, & appellantium, vt demum ille catalogus Procuratori generali Regis tradatur his diebus, quibus ordinariè agitantur cauſæ illius Seneſchalliæ, vel Bailliuatus & hic procurator curabit, vt appellantes citentur ad mulctam ſoluendam.

Catalogus appellationũ ad procuratorem Regiũ mitti debet.

2 Et nota hic, quòd Procurator generalis vocatur is, qui præeſt in Parlamento: alij verò omnes dicũtur, ſubſtituti procuratoris generalis: vt ſcripſi in titulo de electionibus deroga. in fin. in verbo, Regium aduocatum.

Procurator generalis in Parlamento, ſubſtituti alij.

Et quant aux appellations emiſes.

GLOSSA IIII.

1 STATVIT quòd iudices, à quibus appellatur ad alios iudices quàm ad Parlamentum, ſi partes non releuauerint intra tempus conſuetum, poterunt exequi ſuas ſententias, & citabuntur appellantes ad mulctam ſolitam, & debitam in dicta Curia ſoluendam, vt dictum fuit ſuperiùs.

Quod tẽpus ad releuandum detur in Curiis inferioribus.

2 Et ſic per iſtum text. patet, quòd tempus detur ad releuandum appellationem in aliis curiis, ſcilicèt pro conſuetudine & ſtylo fori, & Curiarum. Bartol. in l. vna. ff. de libel. dimiſſo. & in conſtitutio. Neapol. rubri. de appellatio.

3 Et per ſtatuta Delphinalia appellatio debet introduci & releuari intra triginta dies, vt aſſerit Guido Papæ in deciſione Delphi. quæſtio. ccxiij. ſtatuta.

CHARLES VIII. *Article* LXII.

ITEM, *& ſi d'aucune ſentence y a appellation interiectée en noſtre Cour de Parlement, & elle n'eſt releuée dedans les trois mois, le iuge pourra mettre à execution la ſentence, nonobſtant oppoſitions ou appellations quelſconques, & ſans ce qu'il ſoit beſoing à la partie de faire adiourner l'appellant en matiere de deſertion d'appel: & neantmoins ordonnons à noſtre Procureur general qu'il face adiourner l'appellant en noſtreditte Cour, pour le voir declarer eſtre decheu en amende de ſoixante liures Pariſis.*

Articu. quĩtus.

GLOSSA VNA.

Pars an ſoleat ad deſertionem citare.

HIC articulus breui ſtatuit ea, quæ in ordinatione præcedenti fuerant introducta: addit tamen iudicem à quo poſt tres menſes poſſe ſentẽtiam exequi, nec tenebitur pars curare citandum appellantem ad deſertionem, ſed procurator Regius ad mulctam cauſa deſertionis debitam citare appellantem poterit: hoc tamen regulariter fieri ſolet proſequente parte. 1

Deſertio appellationis dicitur multis modis.

Sciendum quòd deſertio dicitur multis modis. primò quando quis appellauit, & intra tres menſes non releuauit, ſeu intra aliud tempus conſuetudine vel ſtylo præſtitutum, de quo in proximo articul. dictum fuit in fin.olim verò non condemnabatur ad mulctam,ſed Philippus ſtatuit, vt condemnetur,vt habetur in Ordina.Philip.in ſtylo,articu.iij. & ſeq.in impreſsis Lugduni. 2

Etiam quando quis appellauit, & non petiit apoſtolos intra triginta dies c.ab eo.eod. tit.in vj.in clem. ij. illo tit. ſed in Francia non petuntur, in curiis ſecularibus, vt inferiùs dicetur. 3

Deſerta etiam dicitur ,quando releuauit, & intra annum, vel biẽnium non eſt proſecutus,c. cùm ſit Romana. de appe.authent. ſi quis appellat. C.de tempo. appel. 4

Deſerta appellatio quando dicatur.

Deſerta etiam dicitur, ſi quis appellauerit ad iudicem competentem quidem,ſed plures ſunt hi iudices, & pars intra tempus præſtitutum non declaret ad quem illorum.glo.magna.in ca.ſi is cui.de offic.delega.in vj. Doct.in l.qui Romæ.§.pe.ff.de verb.oblig.ſic conſuluit Alex.conſ.xij.videtur.col.j.in vj.vo.†Aliiſq; modis dicitur deſerta,vt per Doct.in c.ex ratione.eo.tit.& per Fel.in c.ex parte.ij.de reſcript. 5 6

Poſt deſertionem ius eſt perditũ.

Item poſtquàm appellatio eſt deſerta,totum ipſo iure perditũ cenſetur, quia retro fingitur nihil actum. arg.l.Neratius.ff.de manu.teſta. 7

Inualida & deſerta appellatio quãdo dicatur.

Deſerta etiam dicitur ſi quis ab interlocutoria non appellauerit in ſcriptis,ſed verbo tantùm,c.j.de appel.in vi.Guid.Pap.conſ.lxxvij.in cauſa.col. penul.†Ego potiùs inualidam vocarem,quàm deſertam, ſicut ſi in patria conſuetudinaria non illicò appellet,non valet appellatio.artic.j.ſuperiùs dictũ fuit.ſed appellatio non pronuntiatur deſerta, ſed is non recipitur tanquam appellans: † & generaliter in caſibus, in quibus non poteſt appellari, vel appellatio eſt nulla, tunc pronuntiatur appellationem non eſſe recipiendam. ſi verò appellatio quidem valeat, ſed ex negligentia, vel alias ſit omiſſa, pronuntiatur deſerta. 8 9 10

Proceſſus poſt deſertionem non valet, nec ſententia.

Item quando appellatio eſt deſerta, poſteà proceſſus non valet, nec ſententia,quia iudex eſt incompetens.clemẽ.ſi appellationem. de appel. Alex.conſi.lxiiij.viſo proceſſu.in vj. volu.& conſi.lxxxij. ibidem. Ancha. conſi.cccxlv.iam deſerta. 11

Vnde ſi de facto ſententia proferatur ſuper negotio principali, confirmando, vel infirmando primam ſententiam, hæc ſententia erit nulla,tanquam lata à non ſuo iudice, nec quidem valebit ad excipiendum. clementi.ſi appellationem. de appellat.& docet Bald. in authent.ei qui. 12

infin.

in fi.C.de tempo.app.& in §.fi.quo tem.miles. Guid.Papæ conſi.xlvij.cir-
13 ca.in iij.q.& conſi.xxxviij.col.ij.& conſi.xxvij.†Et hoc caſu iudex poteſt
pronũtiare appellationem deſertam.Doct.in c.ex ratione. de appel. quia
quo ad hoc non deſiit eſſe iudex.artic.cle.j.de reſcri.Guid. Papæ conſi.x.
in præſenti.in fin. vbi dicit etiam non poſſe cognoſcere de nullitate poſt
deſertionem de qua debet cognoſci coram ordinario.c. dilecto. de app.
& cùm principale ſit extinctũ, ergo & nullitas, quæ eſt acceſſoria.l.cum
14 principalis.ff.de regul.iur.†ideò hic iudex appellationis poteſt deſertum
appellationem pronuntiare,& nullitatem ad ordinarium remittere, ſe-
cundum eum.Ancha. conſi. cccxlv. iam deſerta.nec poterit pronuntiare
bene vel malè iudicatum.Bal.conſi.xx.in j.volumi.

Iudex ad quem etiã de nullitate poſt deſertionẽ non cognoſcit.

15 Nec ſuper attentatis,quia ſi ſuper principali non poteſt,nec ſuper ac-
ceſſorio,& quia poſt deſertionem habetur, ac ſi non eſſet appellatum.c.
licèt.de ſent.excommu.in vj.Doct.in l.fi.§.illud.C. de tempo. appella. de
Rota deci.j.de appellatio.in nouis. vbi pleniùs vide. & Cardin. clemen.
ſi appellationem.de appellati.

De attentatis poſt deſertionem iudex non cognoſcit.

16 Poſt deſertionem tamen poteſt de excommunicatione quæri,cùm de
animæ ſalute agatur,c.licèt de ſen.excom.in vj.Peru.in c.qua fronte.no.
viij.de appel.idem in cauſa beneficiali.not.idem Peru.in c. conſtitutus.eo.
quia publicè intereſt.& ſic ex officio.Card.in clemen.conſtitutionem.§.
inſuper. de elect.de Rota deciſ. xvij. de appellatio.inci.maior pars.in no.
17 de Petrucia in tract.de virib.iura.in ij. remed. finem litium.in fi.†quod eſt
verum ſuper petitorio.vt per gl. & Doct.in c.j.de conce.præben. ſecùs ſi
ſuper poſſeſſorio appellatio fuerit deſerta,quia amplius non agetur poſ-
ſeſſorio.ac ſi ſententia dicta eſſet.

Excõmunicatus poſt deſertionẽ quæri poteſt.

18 Deſerta non cenſetur appellatio, licèt apparitor non fecerit executio-
nem literarum intra tres menſes, quia ſufficit quòd pars releuauerit, &
literas impetrauerit, ac executori tradiderit intra tempus trium menſium,
cùm hic text.non loquatur de executione.capit.cùm cauſam de re iudic.c.
ex parte.& c.dilectus.ij. de reſcrip. & docet Caſſador.in dec.iiij. & v.titul.
de appel.

Executio literarum appellationis poſt tres menſes fieri poteſt.

19 Item appellatio procuratoris Regij fuit declarata deſerta ad vtilitatem
Narbonen.Epiſcopi, non obſtantibus literis per ipſum procuratorem im-
petratis anno 1367. die 21. Iulij. licèt deſertio communiter non tangat
ipſum procuratorem Regium.

Appellatio procuratoris Regij deſerta.
Areſtum.

20 Deſerta non dicitur appellatio quo ad non proſequentes, ſi duo, vel
tres è municipio pro ſe, & eorum conſortibus appellauerint, & ſic proſe-
cuti fuerint,vt cenſuit Senatus anno 1515.die 11.Decembris,pro quibuſ-
dam ruſticis, qui omnes appellauerant in illo pago degentes, & quatuor
tantùm proſecuti fuerant pro ſe & conſortibus.

Duo aliorũ appellationes proſequi poſſunt.
Areſtum.

21 Item quòd iudex ſtatim facta deſertione poſſit mittere ſententiam exe-
cutioni,probat text.in l.quoniam.j.C.de appe.text.melior in capitu.repre-
henſibilis.ibi,ſi forte proſequi neglexerit,tunc epiſcopus liberè ſua autho-
ritate vtatur.eodem.tit.in decre.
22 Ante ergo tres menſes iudex non poterit exequi, etiam ſi conſtaret

Executio ſtatim à deſertione fieri poteſt nõ ante.

quòd appellans non poſſet releuare.per ca.commiſſa. de elect.in vj.Matheſilla.in tract.de ſucceſ.ab inteſta.fol.41.col.ij. & ſeq. vide Guid. Papæ in deciſio. Delphi. quæſt. clxxxv.& ſingul. clxxxij.ſi ab interlocutoria.& dcxiiij.Panormi. conſi.lv.in j.volumi.

Deſertio appellationis plus nocet quàm ſententia.

Nota quòd magis nocet appellatio deſerta,quàm ſi pronuntietur malè appellatũ,quia appellatio fingit retrò non autem ſententia, l.furti.§. j. ff.de his qui not.infa.& ibi Bald.col.ij.& in §.iudices.in fin.de pace iu. fir. 23

Confirmatio appellationis expreſſa & tacita differunt.

†Fortior eſt tamen confirmatio expreſſa,quàm tacita:quia expreſſa mandatur executioni per iudicem ad quem,tacita per iudicem à quo,expreſſa valet per ſe,ſed tacita non valet, ſi ſententia fuert ipſo iure nulla. arg. l.iij.C.ſi pen.appel.mors interue. item quando expreſsè confirmatur,condemnatur aduerſarius in expen.lex autem in expenſis neminem condemnat,niſi iudex condemnet.ſunt verba Bal.in c.ex ratione.col.ij.de appel. Et ſic iſta habent ſe tanquam excedentia, & exceſſa. 24

Tempus iudicatis poſt deſertionem an detur.

Nam poſt appellationem deſertam appellans non habebit tempus quod iudicatis datur, ſed ſtatim poteſt cogi ad ſoluendum, quia longo tempore litigauit.text.in l.quoniam.in verb.mox. C.eod gl.in l.ij.in ver. executioni.de tempo. appel.Alexand. conſi.lxj.& ſi puto.in iij. volu. Vincen.Hercula.in l.iiij.§.ſi quis condemnatus.ff.de re iudi. Iaſ. in l.debitoribus.col.ij.in iiij.limita.ibidem. 25

Intelligit Peru.in c.ex ratione.col.xx.q.iij. eod. qnando appellatio eſt deſerta per negligentiam appellantis:ſed ſi appellans fecerit quandam diligentiam, tamen quia malè appellauit, appellatio pronuntiatur deſerta, tunc etiam appellans habebit terminum datum iudicatis: & ſic conciliabuntur opiniones contrariæ. Vide quæ ſcripſi in interpre.l. ſi quis debitori.ff.de iudi. in nouo intellectu ad illam legem. 26

Deſerta in dubio appellatio nõ præſumitur.

Verùm in dubio non præſumitur appellatio deſerta, ſed debet iudex potiùs interpretari,& iudicare non deſertam eſſe, quàm deſertam, quia iudex debet viam eligere,per quam vtrique parti conſulitur,l. j. vbi Iaſ. vi.no.ff.ſi quis cau.Deci.conſi.xxxiiij.& pro tenui.nu. 5. 27

Tria petit actor in deſertione appellationis.

In hac materia deſertionis tria petit actor:Primò, declarari appellationem deſertam, eo quòd non releuauit illam intra tempus præſtitutum, vel non eſt eam proſecutus.Bart.in l.eos.C.de appel.ſuperiùs dixi. 28

Secundò,quòd decreta à iudice & ſtatuta ſuum ſortiantur plenum effectum.c.cum appellationibus.de appel.in vj. 29

Tertiò,quòd reus appellans condemnetur in expenſis inſtantiæ deſertionis.c.ex parte ij.de reſcri.c.cum appellationibus. eod.titul.libr. vj.quia impediuit iudicis officium.l.litigator.C.de fruct.& litium expenſ.vbi Cy. &alij.Federi.conſil.cxxxiij. caſus talis. Guid. conſil. cxxxviij. nedum. col. ij. 30

Praxis in petẽdo deſertionẽ appellationis.

† Quæ omnia his aut ſimilibus verbis fieri ſolent, *Ie demande que l'appel ſoit declaré deſert, par faute d'auoir releué dans le temps,pour ce faire ſtatué, & que ce dont eſt appellé, ſorte ſon plein effect, & le defendeur ſoit condamné es deſpens de l'inſtance de deſertion*, & plus aliquando petitur, vt ſcilicèt cauſa remittatur ad iudicem à quo,faciendæ executionis cauſa. 31

Reus etiam citatus ad deſertionem tria petere ſolet: Primò, vt abſoluatur 32

uatur à petitione deſertionis. Secundò, vt recipiatur ad proponendum cauſas appellationis, nonobſtante deſertione allegata per appellatum: & ſic probare debet ſe proſecutum fuiſſe appellationem, l. ſi contra. vbi Bart. C. eo. Rota Deci. ij. de appellat. incip. nota quòd vbi. in antiq.

Reus in deſertiõe quid petere ſoleat.

33 Tertiò, quòd actor petens deſertionem, condemnetur in expenſis deſertionis, & his ferè verbis gallicis: *Je dis que ie doibs eſtre abſouls de la demande de deſertion, & conſequemment eſtre receu à propoſer mes cauſes d'appel, & que le demandeur ſoit condamné es deſpens.*

Formula rei in cauſa deſertionis appellationis.

34 Nec poteſt dici deſerta appellatio, ſi quis appellauerit, & non oſtenderit commiſsionem, ſi poſt tres menſes oſtendatur commiſsio, & citetur ad deſertionem, malè citatum cum expenſis dixit Senatus anno 1540. die vij. Septembris apud Molinos in conuentibus (vt aiunt) iuridicis. vide Bal. in c. ex parte. ij. col. ij. de reſcri.

Cõmiſsio ante deſertionem oſtendenda.

Areſtum.

35 Poterit tamen declarari appellatio deſerta, quamuis iudex à quo citatus non fuerit, vt cenſuit Senatus, *Boguier* aduocato poſtulante.

36 Item ſi condemnatus per contumaciã impetrauerit literas, vt refuſis impenſis audiatur, non poterit poſteà citari ad deſertionem, vt ſtatuit Senatus anno 1543. die 8. Ianuarij poſt prandium. Tamen quando verè appellatio deſerta eſt, poteſt appellatus vocare appellantem coram iudice à quo, ad procedendum in cauſa, & coram iudice ad quem ſuper pronuntiatione deſertionis, ex decreto Senatus anno 1536. die 9. Februarij.

Deſerta appellatio hic nõ declaratur cõtra cõtumacem.

Areſtum.

37 Addẽdum hoc notabile verbum, quòd ſi condẽnatus appellat, & poſteà videns cauſam iniuſtã, deſiſtit, cauſamque appellationis nõ proſequitur, debet excuſari ab expenſis. allegatur tex. in l. qui cũ natu maior. §. accuſaſſe. ff. de bo. li. Cy. & alij in l. alia. in fi. C. de his qui. vt indig. gl. in l. j. ff. de act. emp. & hoc extollit Io. Ignæus in rep. l. cõtractus. col. lv. ff. de reg. iu. ſed non ſeruatur in praxi, imò hic deſiſtens condemnatur ad expenſas, vt hic patet.

Deſiſtẽs ab appellatione an in expenſis condemnetur.

38 Item de iure poſt deſertionem debet iudex appellationem deſertam eſſe pronuntiare, l. ſi præſes. C. quomodo. & quan. iu. & à iudicij obſeruatione abſoluere. Bar. in l. eos. C. de ap. Felin. in c. ex parte ij. col. v. de reſcr. Bald. conſi. cccxxxviij. reparatio. in iij. vol.

Declarari debet appellatio deſerta.

39 Quia multæ excuſationes proponi poſſunt, ne videatur appellatio deſerta. c. ex ratione. de appellatio. & vbi poteſt competere defenſio, requiritur ſententia declaratoria. ca. cùm ſecundum. de hæret. in vj. & ca. cùm ſit Romana. de appel. ibidem.

40 Practica eſt, vt in fine aſsiſiæ, & iuridici cõuentus, declarẽtur appellationes nõ proſecutæ deſertæ, ac detur facultas iudicibus, à quibus ſunt prolatæ ſententiæ eas exequendi: & ita vidi ſeruari. vide tex. in l. fi. §. illud. C. de temporib. appell. Bar. & alios in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact.

Praxis declarãdi appellationes deſertas.

41 Tamen in hoc caſu non requiritur pronũtiatio, per iſtum text. ibi, *ſans ce qu'il ſoit beſoing à la partie de faire adiourner l'appellant en matiere de deſertion d'appel.* Ratio ponitur art. ſeq. quia declaratur appellatio deſerta ab ordinatione, & lege, ergò iudex non tenetur eam deſertam pronuntiare. ita habetur in artic. ſeq. ibi, *& declairons laditte appellation deſerte.* facit l. quoniam. j. ibi, deſerta eo prouocatio exiſtimetur, móxque debitum exigatur.

Pronũtiatio deſertionis quando requiratur.

& l.ſi contra.gloſ.in l.eos.in princ.C.eo.Bal.conſil.cccxc. punctus.in iij.vol. vbi dicit, †quandoque pronuntiatio ſuper deſertione neceſſaria eſt, quandoque non,declarari tamen poteſt appellatio deſerta à iudice ad quem, ratione mulctæ, vt in articul. ſequen. licèt de iure iudex à quo poſsit etiam declarare appellationem deſertam, ſi non fuerit proceſſum coram iudice ad quem:vt docet Paul.& alij in l.ſi præſes. C. quomodo & quando iudex. & Federic.conſilio cxxxiij.caſus talis.columna ij.Felin.in ca.ex parte ij. col. v.de reſcriptis. 42

Sentẽtia ſuper pronunciatione an ſit definitiua, an interlocutoria

Et hæc ſententia ſuper pronuntiatione deſertionis eſt definitiua,ſi ſuper appellatione à definitiua pronuntietur, tùm quia totum definit negotium, & nihil aliud ſupereſt,vt docet Bar.conſil.ccxx.appellatum. & Bal.in d.c.ex parte.Rota in deciſ.lxxxv. incip. nota quòd ſit appellatio. & dec.lxxxvij.incip. nota quòd ſententia lata. de appellationi. in antiq. Guido Papæ. q. xj. vtrum Aufre.q.xlviij.& q.xxxvj. 43

Sed ſi ſuper deſertione ab interlocutoria ſit pronuntiatum, ſententia quoque erit interlocutoria, habens tamen vim definitiuæ. gloſ. & Doctor. in clem.vlti.de app.Bal.in l.ij. q.xiiij.C.de epi.aud.multa allegaui in præfat. ad d.l.quod iuſsit.num.5 1.ff.de re iudi. 44

Probari deſertio quomodo poſsit.

Quomodò deſertio appellationis probetur?Reſpon.ex inſpectione actorum,& ex illorum collatione.Bal.in l.ſi contra.verſic.ſed qualiter probetur. C.eo.arg.l.fi.de iu.& fact.igno. 45

Sic probatur appellatio non deſerta, quando probatur diligentia appellantis, etiam per iuramentum procuratoris, iunctis debitis coniecturis, vt docent Domini de Rota deciſi.xxxiij. in antiq. & refert Fel.in c.ex parte ij. col.vij.de reſcri.quam tamen deciſio.non reperi,licèt eam alleget Fel. 46

Cautela vt poſt deſertionem pronũtietur appellatio nõ deſerta.

Imò plus dicit Felin. ibidem, quòd ſi partes velint proſequi appellationem, & nolunt eam deſertam probare, poterit iudex eam pronuntiare non deſertam, & eſt optima cautela, vt partes poſteà cauſam proſequantur, & vt valeat proceſſus poſteà factus à iudice ad quem. 47

Sententia ſi non fuerit producta, appellatus de ea interrogabitur.

Non tamen dicitur deſerta appellatio, ſi appellans non produxerit ſententiam, vel grauamen illatum, vt docet Angel. conſil. cxciiij. viſis proceſsibus.col.vlt.in iij.dubio.quia tunc iudex poteſt interrogare appellatum an ſit lata ſententia pro eo à tali iudice: qui ſi confiteatur, ſufficit, teſte Card.in clem.conſtitutionem.§.inſuper.q.vij. de elect.Bal.in l.ij.col.ij.C.vt lite penden. 48

Si verò appellatus neget aliquam ſententiam pro eo latam, tunc iudex poterit perpetuum illi imponere ſilentium ſuper ea, ac ſi lata non eſſet, & quòd ea iuuari non poſsit,vt docet Innoc.& alij in ca.G.perpetuus.de fide inſtru. vt in ſimili dicit Bart.de editione.in l.ij.col.ij.C. de edend.& ibi addidi ad Bart. 49

Niſi appellatus iuraret ſe non recordari de tenore ſententiæ, quia plura continebat capita.Bal.in l.hi qui.col.iij.verſic. quærit Inno.C.eod.arg.text. in l.fi.C.de fide inſtru. 50

Vel niſi pars eſſet negligens ad petendum ſententiam tempore debito. Barb.in rub.de re iudi.col.xxv.in cle. 51

Charles

CHARLES VIII. *Article LX.*

Articulus ſextus.

ITEM, & ſi celuy qui ſe ſeroit porté pour appellant, auoit quelque cauſe, au moyen dequoy il n'auroit peu releuer ſondit appel, il ſe pourra tirer à nous, ou à noſtre Chancellerie, pour le pourueoir de tel remede, qu'on verra eſtre à faire: mais neantmoins ladite ſentence demeurera executée, iuſques à ce qu'il ſoit cogneu, ſi les cauſes dudit reliefuement ſont vrayes.

GLOSSA VNA.

Releuat Princeps in appellatione.

1 HIC ſtatuit Princeps, quòd ſi fuerit aliqua cauſa ob quam non potuerit appellans releuare ſuam appellationem: poterit ad Principem recurrere, qui ei prouidere promittit: nihilominùs tamen ſententiæ executio remanebit, donec fuerit cognitum de cauſis releuamenti.

2 Et ſic princeps poteſt releuare etiam parte non vocata, l.ij.§. quòd ſi ita. C.de tempor.appellat. & ita ſeruat Cancellaria Franciæ, teſte Guido Papæ in ſtatuto, ſi quis in verb.etiam abſque violenti euocatione. verſicul. idem etiam videmus.

Attẽtatum ante releuamentũ quãdo debeat retractari.

3 Sed aduertendum eſt, quòd reparatio appellationis deſertæ aliquando conceditur ex mera iuſtitia, vt pote propter iuridicum impedimentum, & tunc retrotrahitur, & quicquid eſt innouatum reparatur.

4 Quandoque fit ex mera gratia, & tunc medio tempore attentatum non irritatur, c.quamuis.de reſcrip.in vj.l.in cauſæ.§.interdum.ff. de minor.vtor verbis Bal.in conſil.cccxxxviij.reparatio.in princ.volu.iij. niſi in literis contrarium dicatur.

Cauſæ releuamẽti cõcedendi.

5 Quæ cauſæ allegari poſsint? Reſpon.ex perſona appellantis impedimentum, vt pote, quia hic appellans fuit in vinculis detentus à iudice à quo, vel ab alio captus, & per id tempus, quo debuit appellationem releuare, detentus.l.ſuccurritur. cum l. ſeq. & l.ab hoſtibus. ff.ex quib.cau. maior. non enim negligentibus ſubuenitur, ſed neceſsitate rerum impeditis: totúmque illud arbitrio prætoris temperabitur, l.non enim.ibidem.

6 Vel appellans aduerſa valetudine, ſeu iuſto timore mortis præpeditus, vel cruciatu corporis, releuare, vel proſequi eam appellationem non potuit.l.metus.ff.ex quib. cauſ. maio. idem ſi nuncius appellantis fuerit in via impeditus.ca.ſignificante.de pign.vel occiſus.l.cùm à matribus. C. qui petant tuto.

7 Idem ſi alio iuſto impedimento niuium, vel aquarum, ſeu tempeſtatis fuit detentus.l.ij.per totum. ff.ſi quis cautio.

Impedimẽtũ cauſa eſt releuamẽti.

8 Etiam Doctor.dicunt in c.ex ratione.de appell. quem ratione paupertatis excuſari, quod vix in praxi ſeruaretur. vnde ſiue impedimentum prouenerit ex perſona appellati, qui impediuit appellantem releuare, ſeu proſequi appellationem, ſiue ex perſona iudicis, ſiue ex perſona tertij, fortè procuratoris vel nuntij, qui in itinere per latrones occiſus, vel per caſum fortuitum aquarum fortè, vel niuium, vel quocunque alio modo accidat

cidat

cidat impedimentum, propter quod non potuerit releuare appellationem, eidem ſuccurretur, vt hic: quia ex cauſa dicit hic Princeps ſe ſubuenturum, ſicut prætor in l.j. ff. ex quib. cauſ. maior. aliæ cauſæ an ſint iuſtæ necne, arbitrio iudicis relinquitur, l.j.ff.de iure deliberandi.

Françoys *Article CXIIII. de publiées M. D. XXXIX.*

Articulus ſeptimus.

QV'ES *appellations des ſentences des procès par eſcrit, ou il y aura pluſieurs chefs & articles, ſeront les appellans tenus par la concluſion declarer ceux deſdits chefs, & articles, pour leſquels ils voudront ſouſtenir leur appel, & conſentir que quant au ſurplus la ſentence ſoit executée: autrement & à faute de ce faire, ſeront en tout, & par tout declairez non receuables, comme appellans, ſans eſperance de relief.*

GLOSSA PRIMA.

Appellans articulos declarare debet ſuper quibus appellationẽ proſequitur.

IVSTVM videtur, quòd ſtatuitur hic in prima parte, videlicèt vt appellans à ſententia prolata ſuper proceſſu in ſcriptis, teneatur declarare in concluſione, quæ fit dum concluditur, malè iudicatum & bene appellatum, articulos, ſuper quibus appellationem proſequi vult, ſi plures ſint, & conſentire quòd in reliquis ſententia executioni detur: alioqui in omnibus declarabitur non recipiendus vt appellans, in odium illius. 1

Sed hoc videtur iniuſtum, quòd in omnibus habeatur pro non appellante. nam ſi in aliquibus inueniatur grauatus, cùm iſti articuli ſint ſeparabiles, debent reformari, & in quibus non eſt grauatus, quòd condemnetur ad mulctam, eò quòd temerè appellauit, & hoc iuſtius videretur. 2

Sed hoc ſtatuitur hic in pœnam illius, qui hoc non declarauit, ex eo quòd ita oportet iudicem videre omnia, & ſingula acta, vbi ſufficiet per hanc conſtitutionem videre ſolùm acta illorum articulorum. 3

Appellãs ſuſtinet malè iudicatum, reus cõtra.

Et nota ibi, *ſouſtenir leur appel.* quòd appellans debet ſuſtinere, & dicere malè iudicatum, alioqui condemnatur ad expenſas, & mulctam. 4

Appellans verò debet ſuſtinere bene iudicatum. ca. ex parte.ij. de reſcri. alioqui condemnabitur ad expenſas, vt ibi, vſque ad diem declarationis, vt cenſuit Senatus anno 1516. die xiij. Aprilis. 5

Areſtum.

Non receuables comme appellans.

GLOSSA II.

Caſus in quibus non recipitur appellatio.

NOTANDI ſunt caſus, in quibus non excipitur appellatio de iure, quos enumerat Spe. in tit. de appell. §. in quibus autem caſibus. †Et primò contumax non auditur appellans. ca. fin. §. ſunt etiam quorum. ij. q.vj. l. ex conſenſu. in fin. eo. † Intellige verum 6
7
8

verum contumacem non poſſe appellare, ſecùs in ficto: & verum dicunt inuentum,& quem citationes comprehenderunt, & qui ex contemptu, vel inobedientia vocatus non venit, vel non paruit.

9 Fictus verò quem citatio non apprehédit,quia citatio domi in perſona domeſticorum facta fuit.gloſ.& Doctor.in clem.vna.de dol. & hic caſus eſt approbatus à legibus noſtris,vt patet in titul.de contuma.art. x.

Contumax verus & fictus quis.

10 Si tamen procurator fuerit contumax, non prohibetur regulariter dominus appellare,vt docet Bar.& alij per illum text. in l.j. §.ſi procurator. ff. quod quiſque iuris.Guid.Papæ in ſtatuto, ſi quis. in verb. appellatione. & Phili.Franc.in c.Nicolao.col.pe.eo.tit.

11 Secundus caſus eſt,vt nullus homicidarum,veneficorum, maleficorum, adulterorum,itémque eorum,qui manifeſtam violentiam commiſerunt,argumentis conuictus,teſtibus ſuperatus, etiam voce propria vitium ſcelúſque confeſſus,audiatur appellans,l.ij.C.quorum ap. non rec.c.ſi. §.nullus.
12 ij.q.vj. †ſed in hoc Regno hi, & alij delinquentes etiam in criminibus hæreſis,& maieſtatis, & falſæ monetæ, appellant, dum non ſint condemnati à ſupremis iudicibus,à quibus non licèt appellare.

Venefici malefici, & alij non appellant.

13 Tertius caſus,eſt in officiali, cui non licèt appellare, ſi in adminiſtratione deliquerit,quia iuſtè præſumitur condemnatus à ſuo iudice, l. nulli. C. quorum appel.non rec.& c.vlt.§.nulli.ij.q.vj. hic caſus in Francia non ſeruatur,ſed eius ſolet recipi appellatio.

Officiali regio licet appellare.

14 Quartus,in tributis fiſcalibus,ac collectis non recipitur appellatio,l.abſtinendum.& l.ſi.C.quorum appel. non recip. & §.quoties. in d.c.ſi. nec in decimis, quæ ſunt tributa egentium animarum. ca. tua. de decimis. in hoc Regno admittitur appellatio,ſicut in aliis,vt etiam ſcripſi in tract.de Deciſ. quæſt.vltim.

In tributis & decimis an appellatio recipiatur.

15 Quintus,ab executore,niſi modum excedat,non appellatur, l.ab executore. C. quorum appel. non recip. c. nouit. eo. quia iudex cenſetur inferre grauamen,ſi quod eſt,non is,qui iudicis mandatum exequitur.c. ſuper. §.j. de offi.deleg.iſtum caſum plenè docui in tract.de ſent.executo.art.vij.glo. xij.& ſeq.vbi videbis in quibus huic caſui derogatum ſit. in j.Tomo Commen.in has Conſtitu.Reg.

Ab executore an appelletur.

16 Sextò, non appellatur à ſententia ſuper poſſeſſorio lata. allegatur l. vna.
17 C. ſi à momen. poſ. fuerit appel. † in hoc tamen Regno Franciæ appellari poteſt etiam à recredentiæ ſententia ſuper poſſeſſione lata, ſed appellatione non obſtante ſententia mandabitur executioni. cano. ei qui appellat. §. de poſſeſſione.ij.q. vj. vt plenè ſcripſi dando intellectum ad dict. l. vnic. in tracta.de ſent.execu.artic.v.gl.iij.in d.j.Tomo Comment.

An in poſſeſſorio appellatur.

18 Septimò,à nominatione publici muneris,quod eſt vtilitate priuatum, vt tutela,vel cura,non appellatur.l.j.§.ſi quis. ff. quando appel. ſit quia poteſt ſe excuſare,& niſi excuſatio recipiatur,appellare poterit. l. ſcire.ff. de excu. tu.& §.qui autem.illo.tit. in Inſtitu. ſecùs ſi officium ſit publicum authoritate & vtilitate. l. iiij. & l. hi qui ad Ciuilia. & l. nominationes.C.eo. & hic caſus quotidiè ſeruatur.

A nominatione an appelletur.

Appellari non poteſt, vbi res dilationem non capit.

19 Octauò, quando res dilationem non capit, vt in alimentis præſtandis,

& in

& in aliis caſibus poſitis in l.fi.ff.de app.recipien. † in hoc tamen Regno hi caſus ſunt prouiſionales, & recipiunt appellationem, ſed (vt dixi) fiet exe- 20
cutio non obſtante appellatione,quam potetit poſteà appellans proſequi, vt ſcripſi in tract.de ſent.proui.in j.Tomo.Comment.in has Conſtit.

Nonò quando eſt appellationi renuntiatum, & hic caſus ſeruatur, vt 21
ſcripſi artic.xv.infrà eod.

In notoriis non appellatur.

Decimò,in criminalibus notoriis ius non recipit appellationem, l. ij. C. 22
quorum appel.non rec.c.cùm ſit Romana.in fin.& c.peruenit. j. cum ca.ſequen.eod.†hoc tamen non ſeruatur in Francia, in qua liberum eſt etiam in 23
notoriis appellare.

Correctionē non impedit appellatio.

Vndecimò, correctionem per ſuperiorem fortè Epiſcopum, vel Abba- 24
tem in ſubditum faciendam non impedit appellatio,ca.irrefragabili.de offi. ordin. ſiue ſubditus ſit ſecularis, ſiue regularis, ca. ad noſtram. & ca.reprehenſibilis.in fin.eod.Spec.eod.ti.§.in quibus.verſicul.xj. à correctione.† & 25
hic caſus hodie recipitur per leges Regni,quibus cauetur, quòd ſi presbyteri, vel alij viri eccleſiaſtici appellauerint tanquam ab abuſu ad Parlamentum ratione diſciplinæ, & correctionis, poſsit non obſtante appellatione iudex eccleſiaſticus corrigere ſuum ſubditum, & poſteà is appellans proſequetur appellationem, ſi velit, vt eſt in titu. proximo inferiùs, vbi dicetur.

Clauſula, appellatione remota, tollit appellationem.

Duodecimò, quando in reſcripto inhibetur appellatio à Principe, l. j. 26
in final. ff. à quib. appellat.non licet. licèt friuola tantum videatur ſublata. ca.paſtoralis.eod. & hic caſus ſeruatur in Francia. nam vbi Princeps committit aliquibus cauſam aliquam remota appellatione, tunc non ſolet appellari.

A Principe & Curiis ſupremis nō appellatur.

Decimotertiò, nòn appellatur à Principe,à Parlamentis,nec ab aliis Cu- 27
riis Franciæ ſupremis,vt à Curiis Generalium iuſtitiæ, magni Conſilij, vel aliis,vt in l.j. ff. à quib. appel. non licet. Specu.eod. §.videndum.in fi. & hi quoque caſus ſeruantur in Francia.

Ab interlocutoria quādo appelletur.

Decimoquartò, non appellatur ſecundum leges ab interlocutoria, non 28
inferente grauamen irreparabile in definitiua.l.ij.ff.de appel.recipiendis. & hoc etiam cautum eſt legibus Regni,in tract.de ſenten.executorialib. artic. xj.& ſic ſeruatur,vt ibi ſcripſi.

Tertiò prouocare nō licet.

Decimoquintò, non licet tertiò prouocare, vt patet in rubrica. C. ne 29
liceat tertiò prouoca. & capitul. ſua nobis. eodem titulo. hoc etiam eſt approbatum in Concord. in titul. de friuol.appellat.§. ab interlocutoriis. vbi etiam ſcripſi.

In quibuſdam tamen regionibus etiam tertiò appellatur, ſcilicèt vbi 30
ſunt domini habentes iuriſdictionem primæuam, cui præeſt præpoſitus, à quo appellatur ad Bailliuum eiuſdem domini, poſteà ad alium Bailliuum, ſeu Seneſchallum Regium, demum ad Parlamentum, ſed hoc rarum eſt.

A ſententia arbitri an appellatur.

Decimoſextò, ex ſententia arbitri ex compromiſſo aditi non appella- 31
tur. l. j. C. de arbitr. hodie in Francia ſecùs, vt ſcripſi ſuprà in tractatu de arbitris.

Decimo

32 Decimoſeptimò, à ſententia quæ nulla eſt, non eſt licitum appellare, l.j. C. quando prouo. non eſt neceſſ. ſed in hoc Franciæ regno appellandum eſt, alioqui per viam nullitatis vix audiretur aliquis, vt alibi ſcripſi.

A ſententia nulla debet appellari.

33 Decimooctauò, non appellatur ab eo quod maior pars capituli facit. capitul.j.de his quæ fiunt à maior. parte ca. paſsim tamen in Francia appellatur etiam in his.

34 Decimononò, ſi victus appellet, non poterit victor appellare ob expenſas ſibi non adiudicatas, vel non ſufficientes, l. fin. C. quando prouo. non eſt neceſſ.

Ab expẽſis etiã victor appellat.

35 Ego vidi appellari etiam in Curiis eccleſiaſticis, quia de iure per appellationem aduerſarij poteſt ipſe conſequi expenſas, ideò non debet appellare: ſed cùm in hoc Regno non obtineret ſine appellatione, putarem appellari poſſe.

36 Vltimò, in caſibus, in quibus de iure denegatur audientia, non licèt appellare, quia audiretur appellando: vt docet Specu. in eo. titul. §. in quibus. verſi.xxxij. vt in ca. rurſus.xj.q.iij.& in c.in nomine xxiij.diſtin.

Audientia vbi denegatur & appellatio.

37 Sed in his caſibus vidi etiam in Francia appellationem recipi, & regulariter in aliis caſibus, vbi de iure appellatio prohibetur, in Francia ſolet recipi: ideò non refero alios caſus, in quibus omnimodò appellatio admittitur, licèt Doct. dicant non recipiendam, ſed inter alios iſtos notare volui, vt apud nos ſciat quiſque quomodo recipiatur appellatio, & in quibus iuri in his detractum ſit.

Sans eſperance de relief.

GLOSSA III.

1 PRO hoc facit text. in ca. j. in fin. de elect. in vj. ibi, nullam ſuper hoc de miſericordia ſpem, aut fiduciam habiturus: ſi tamen Princeps conceſſerit contra iſtam ordinationem, valebit, facta huius articuli vel generali mentione, l. fin. C. ſi contra ius. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de legatis tertio. vbi Bart.

Et pour chacun deſdits chef & articles ſeparez, y aura amende, ſinon qu'ils fuſſent tellement conioincts, que la deciſion de l'vn emportaſt la deciſion de l'autre.

Artic. octau⁹.

GLOSSA VNA.

1 RIGOROSVS eſt hic articulus, quòd ſuper quolibet articulo vna exigatur mulcta in Parlamento, & hoc quando articuli ſeparati ſunt, ſecùs ſi coniuncti: quia primo caſu tot videntur ſententiæ, quot articuli, ſeu capita, per l. quædam. ff. fami. erciſc. l. quid tamẽ. in principio ibi, *quaſi plura ſunt compromiſſa.* de arbitr. gloſſ. in l. etiam. §. ex cauſa. in verb. audiendus. de minor. l. ædiles. in fin. de ædit. edic. Iaſon. in l. ſcire debemus. in j. not. ff. de verborum obligationibus.

Mulcta pro quolibet articulo imponitur.

ergo etiam tot videntur appellationes, l. ſi qui ſeparatim. ff. eodem.

Nam cum in vna cauſa duplex ſententia datur, veluti vna ſortis, alia vſurarum, duplex appellatio neceſſaria eſt, ne alteram agnouiſſe, de altera prouocaſſe intelligatur, l. cùm in vna. ff. eod. 2

Appellãs à pluribus ſententiis, ab omnibus appellare videtur.

Et ſic per iſtum tex. ſi quis ſimpliciter appellauerit à pluribus ſententiis, ab omnibus appellaſſe videtur, l. appellanti. vbi Bart. ff. eo. ca. ſuper eod. de appellatio. 3

Si verò condemnatus in pluribus ſummis, ab vna appellauerit, in altera acquieuiſſe videtur. in l. cùm in vna. & c. vno. eo. in decret. l. etiam. §. j. ff. de min. Dec. in c. bonæ. nu. 16. e. Paul. Pariſ. conſil. 66. videtur. in j. vol. 4

Ideò vult hic tex. quòd appellans exprimat in quo articulo appellat, & in alio conſentiat ſententiam executioni mandari, & ſic etiam emenda reſpectu articuli debetur, l. ab executione. in fin. ibi, appellantes vel ab articulo. C. quorũm ap. non reci. 5

Mulcta vna in articulis cõiunctis datur, & in perſonis.

Limitatur iſte tex. quando articuli coniuncti fuiſſent, tunc non debetur niſi vna mulcta, quia ab vno appellando habetur, ac ſi ab omnibus fuiſſet appellatum: cùm enim non potuerit ſeparari vnum ab alio, pro vno habentur. tex. in l. ſi qui ſeparatim. ff. eo. l. ampliorem. vbi gloſſ. & Doctor. C. eod. Doct. in c. ſi duobus eo. 6

Sic & quando ſunt plures perſonæ in vna cauſa, & ſuccumbunt, non debent niſi ad vnam emendam condemnari, quia loco vnius habentur. l. ædiles. in fi. ff. de ædi. edic. facit l. ſingularia. in fi. ſi cert. per Docto. in l. ſi familia. ff. de iuriſdi. om. iud. Bar. in l. ſi multi. de publi. & vect. & in l. ſemper. §. ſi in ſepulchro. quod vi aut clam. hic non exprimit ad quam emendam teneatur, ſed intelligitur ad conſuetam, ſeu ordinariam, videlicet ſexaginta librarum Pariſ. ſi ad Parlamentum appellauerit. 7

Acquieſcere poteſt quis in vno, & in alio appellare.

Ergò poteſt quis in vno acquieſcere ſeparatim, & in alio appellationem proſequi. Petr. Iac. in ſua. pract. fol. 160. rub. de actio. in factum ex interd. vti poſsidetis. verſic. ponamus iudex. 8

Mulcta duplex impoſita cõtra appellãtẽ, qui nõ expreſſerat à quo articul. appellauerat. Areſtum.

Tamen anno 1499. die xij. Iunij appellans, qui à multis articulis taxationis expenſarum appellauerat, & non declarauerat à quibus, fuit ad duas emendas condemnatus, & deciſum, taxationem rectè in omnibus factam: & ſic viſum fuit duabus cameris Inqueſtarum, & in mente Curiæ retentum. vide tamen Boër. in Deci. Curiæ. Burdeg. q. lxxiij. ſæpè dubitatum. 9

FRANÇOYS *Article CXVI. de publiées.*

Articu. nonus.

Que les appellans du païs de droict eſcrit, ſeront condamnez en amende pour le fol appel, comme appellans du païs couſtumier.

GLOSSA VNA.

Mulcta in patria iuris ſcripti appellantibus etiam impo nitur.

OLIM in patria iuris ſcripti nulla erat certa mulcta perperàm appellantibus, ſed erat pro modo culpæ arbitraria, vt patet in ordi. Phili. quã in ſtylo Parlam. poſui, hodie vult iſte tex. vt certa imponatur, ſicut in patria cõſuetudinaria: quia vbique appellans videtur eſſe in mala fide: cũ præſumatur pro ſentẽtia, l. Herẽnius. §. Caia. ff. de euict. c. in præſentia. 1

ſentia. de renun.no.Boër.in §.xxviij.de iuriſd.om.iud.in conſue. Bituri.
2 Quid ſi partes durante appellatione conuenerint inter ſe, an noceat fi-
ſco,quominus emendam petere poſsit:quòd non,concludit Guid.Papæ in
ſtatu.ſi quis.in verb.fiſci. verſicul. iuxta materiam. quia ſicut Princeps non
poſſet auferre pœnam parti applicandam, l. venia. C. de in ius vocan. ita
nec pars pœnam fiſco applicandam.gloſ.& ibi Doctor. in l.ij.ff. de ſenatuſ-
con. Silla.ideò non niſi de conſenſu procuratoris Regij hoc ſolet fieri lite-
ras impetrando.

Conuentio partium nõ nocet fiſco quoad mulctã appellantium.

3 Quomodò puniatur de iure temerè appellans? Reſpon.primò in expẽſis
vtroquẽ iure.ca.reprehenſibilis.de ap.& in ſtylo Parlament.rubr.an appel-
lans vel iudex.§.j.& ſeq.& inferiùs plenè ſcribam,quia ſicut temerè litigans
in expenſis condemnatur,l.eum quem temerè.ff. de iudic. l. properandum.
§.ſinautem alterutra.C.de iudic. vt plenè dixi in tract. de expenſ. ſic & te-
merè appellans, quia temerè litigat. Et hanc appellationem fruſtratoriam
vocat Iuriſconſult. in l.tutor. ff. de vſur. & friuola vocatur in titu. de friuo.
ap.in Concord.vbi etiam ſcripſi.

Appellans temerè quomodò puniatur.

4 Clericus ante ſententiam appellans in quinquaginta libris argenti pu-
5 nitur.l.ij.C.de epiſco.audien. † quæ mulcta hodie eſt abolita per diſſuetu-
dinem.& per contrariam legem de friuo.ap.in Concor.ſcriptam.
6 Interdum iudex appellationem non recipit, l. ſi quis filio.§.hi autem. ff.
de iniuſto rupt.& irrit.teſta. & is qui ſic temerè appellauit, puniri debet, vt
in l.quoniam.j.C.de appel.& probatur in rubr. ff. de ap.recip. & is ad mul-
ctam ordinariam condemnari ſolet.
7 Item litem perdit,l. à proconſulibus.C. eo. quando appellatio illius non
recipitur, hic litem perdit,& efficitur infamis,vt ibi patet.
8 Et qui ab executione appellat, niſi modus excedatur quinquaginta li-
brarum auri animaduerſione plectitur. l. ab executione. in fin. C. quorum
9 ap.non reci.Quia maior videtur temeritas,† pertinacia & culpa in appella-
tione ab executione, quam à ſententia, ideò maiori pœna venit is punien-
dus:in Francia tamen non ſolet puniri maiori mulcta ſexaginta librarum: vt
inferiùs dicetur in vtroque caſu.

Pœna temerè appellantis ab executione.

10 Item appellans in caſibus,in quibus prohibita eſt appellatio,vt ne teſta-
mentum aperiatur,vel ne hæres ſcriptus in poſſeſsionem mittatur.l.fi.C.de
11 edict.diui Adria.tollen. †& in caſibus executoriis punitur viginti librarum
auri mulcta,& iudex qui tam ignauem cõniuentiam adhibuerit,l. quiſquis.
C.quorum ap.non reci.

Pœna appellantis in caſibus prohibitis.

12 Hodie promiſcuè in Francia temerè appellans ad Curiam ſuppremam
condemnatur ad mulctam ſexaginta librarum Pariſ.prout ſuperiùs dixi,niſi
à Curia moderetur, ſiue non recipiatur eius appellatio, ſiue recipiatur, &
malè,& perperam appellatum pronuntietur,etiam quo ad executionem, &
13 in caſibus prohibitis appellare etiam ab interlocutoria: † ſed in expenſis
etiã cõdemnari ſolet.aliæ verò pœnæ non habent locũ, ſed ſunt abrogatæ,
nec audiretur volens opponere infamiam cõtra eum, cuius appellatio non
fuit recepta,vt vidi ſeruari in forenſi iudicio,quicquid Doct.ſcribant.

Mulcta ordinaria cõtra temerè appellantes in hoc Regno.

14 Apud Generales verò iuſtitiæ ſolet emenda eſſe viginti librarum, apud

Seneſchallos & Bailliuos in patria conſuetudinaria ſolet eſſet ſexaginta ſolidorum:vt Boër.docet in Conſuetu. Biturig. titu.de iuriſdict. omn. iudic. artic.xxviij.†ſed in patria iuris ſcripti nulla datur emenda, ſed ad expenſas 15
tantùm condemnatur appellans in curiis inferioribus, ſed in Parlamentis ſeruatur hæc ordinatio.

In Curiis autem eccleſiaſticis non ſolent temerè appellantes ad mul- 16
ctam condemnari,ſed tantùm ad expenſas:vt docet Boër.in d. §. xxviij. de iuriſdict.om.iudic.in conſuetu.Biturig.glo.in l. j. ff. à quibus appellar. non licet. quia iudicium eccleſiaſticum gratis cum omni puritate procedit. c. ſtatutum.§.inſuper.de reſcriptis.in vj.dixi in §. quia verò. titulo de public. concub. in Concordan. licet ibidem mulcta imponatur, tamen non ſolet imponi.

Malè appellans pro parte ad mulctã an teneatur.

ſed ſi pronuntietur pro parte bene iudicatum, & pro parte malè, nulla 17
mulcta debebitur,quia omninò non temerè appellauit:vt habetur in ſtylo Parlam.titu.an appellans vel iudex teneatur ſoluere emendam. §. item vbi appellatio.ſed ſolent expenſæ inuicem compenſari.c.cùm Ioannes. de fide inſtru.c.Raynutius.de teſta. Bart.in authent. nouo iure. C. de iudic. & Iuriſconſ.ait non ſolere improbari appellationes eorum, qui vel vnam cauſam appellandi probabilem habuerunt,l.appellanti.ff.de appella.

Emẽda perperàm appellantium cui applicetur.

Cui hæc mulcta applicetur?Reſpon. hodie fiſco, etiam ſi fuerit emenda 18
clericorum,quæ tamen pauperibus erogari de iure debebat,l.ij.C.de epiſco.audien.& ibi Ioan.Fab.& Bald.

Nec poterit pars hanc mulctam euitare, etiam ſi dicat appello quatenùs 19
de iure poſſum,quia pœna committitur propter nudum factum,& illa proteſtatio non iuuat:vt docet Bald. in l. ij. & Guid. Papæ in ſtatuto ſi quis.in verb.appellatione.verſicu.quæro vlterius.& in ſing.cxxxij.verſic.quomodo poteſt fieri.quicquid dicat Nicol.Matarel.Docto.antiquus, cuius ſententiam reiiciunt Docto.& ſeruatur interpretum ſententia, vt non poſsit hæc mulcta euitari, ſi quis malè appellet, quacunque conceptione verborum ſuam interponat appellationem.

Expenſas debet temerè appellãs, & appellatus.

Præterea licèt iſte text. non dicat in expenſis, tamen condemnari de- 20
bet temerè appellans, tam in patria iuris ſcripti, quàm conſuetudinaria, & tam in curia ſeculari, quàm eccleſiaſtica. probatur in l. eos. §. cautione. vbi Bald.C.eod.c.ex parte.ij.de reſcri.c.omnimodo.ij.q.vj.cap.ſignificauerunt. de teſti. vt hoc ſaltem timore perterritus in grauamen alterius non facilè quis appellet.cap.reprehenſibilis.c.ſæpè. & c.vt debitus.eo. † & tam 21
appellans,quàm appellatus,ſi ſuccumbat,& dicatur bene appellatum, quia contra iuſtitiam defendit malè iudicatum, ideò in expenſis condemnari debet,quia temerarius eſt litigator,glo.& Doctor.in cap. finem. de dolo & contumac.Feder.conſil.cxxxiij. caſus talis. ij. col. & Matheſi. notab. lxxxij. noto regulam.

Renuntiãs appellationi poſt octo dies ad expenſas tenetur.

Etiam ſi renuntiet appellationi poſt tempus octo dierum : vt in articu. 22
xv. inferiùs patet, quia ad tempus permiſſa, poſt tempus ſunt prohibita .authentica, hodie. C. de appellationibus. l. eum actum. ff. de negotiis geſtis. dominus Bartolus, in l. non ſolùm. §. ſed vt probari. ff. de noui

operis

operis nuntiatio.

23 Item ſi non proſequatur appellationem, vel non releuet eam, aut alio modo fiat deſerta, etiam tunc ad expenſas deſerens condemnabitur, vt ſuperiùs dictum fuit artic.v.

Nō releuās appellationem ad expenſas tenetur.

24 Item is qui omiſſo medio appellauit, expenſas non euadat: vt inl. Imperatores.ff.de appellationibus, vbi tradunt iuris interpretes, & ſuperiùs ſcripſi artic.ij.

25 Imò indiſtinctè victus in cauſa appellationis condemnatur in expenſis, licèt in cauſa principali error & cauſa probabilis excuſent. gloſ. notab.in regula, iuris ignorantia.de regul.iuris. in vj. nam in prima inſtantia eſt error facti, quia in ea ex probationibus, quæ in facto conſiſtunt, proceditur.

Victus in cauſa appellationis in expenſas cōdemnatur.

26 Sed in appellationis cauſa proceditur ex prioribus actis cauſæ, vbi eſt error iuris, qui non excuſat ab expenſarum condemnatione: vt docet Bald.conſilio.ccxvij.verba libelli. in fin. volumi. ij. nempe in cauſa appellationis mala præſumitur fides, cùm præſumatur pro ſententia, l. ſi non bonam. C. de adminiſtra.tuto. vbi gloſſ. & in verbo. expenſarum. de friuol. appel. in Pragm.in §.quodque. Guid.Papæ in Deciſ. Delph.quæſt.cxxxvij. ſed quid.

27 Et niſi iudex appellationis condemnet in expenſis, poterit ab eo appellari.ca.ſignificauerunt. de excep. gloſ.in verb.condemnetur. rubr.de friuo. appella.in Pragma.Inno.in c.ſæpè.eo. & Bart. in l. ab executione.in fin. eo. quicquid dicat Bal.in l.fin. C. quando prouo. non eſt neceſſe. nam in illis grauatur pars, niſi petitæ fuerint, & iudex non condemnauerit.

Appellare licet ab omiſſione cōdēnationis expēſarum.

28 Imò, iudex appellationis condemnare debet, non ſolùm ad expenſas cauſæ appellationis, ſed etiam ad expenſas cauſæ principalis. Felin.in ca. ſignificauerunt.col.vij.num.7.de except.

29 Et ſi condemnauerit ſimpliciter iudex aliquem in expenſis, intelligetur etiam de cauſa principali, & tam de factis ante ſententiam, quam poſt. l. fi. C.quando prouoc.non eſt neceſſe. Decius. in ca.reprehenſibilis. colum.ij.

In expenſas cauſæ principalis an iudex appellationis cōdemnare debeat.

30 eo.& ita iudicauit Senatus Pariſ.anno 1383. †etiam ſi prima ſententia fuerit confirmata, ſi in tertia fuerit dictum malè iudicatum, ad expenſas duarum ſententiarum tenetur: vt cenſuit Senatus anno 1518. die xxj. Aprilis pro religioſo Angoliſmen.

Areſta.

31 Etiam ſi iudex appellationis ſimpliciter abſoluat, intelligitur abſoluere ab expenſis cauſæ principalis, vt conſuluit Fulgoſ.conſilio. clviij. Domina Grauolina.& Dec.in capitul.ſæpè.colum. vltim.eodem refert, licèt Fulgoſius dicat contrarium, quia eadem ratio videtur in abſolutione, quę in condemnatione.

32 Intellige ſi iudex à quo ad expenſas condemnauerat, alioqui iudex appellationis non poſſet ſuper expenſis cauſæ primæ iudicare, ſuper quibus non fuiſſet iudicatum, nec appellatum, & ſic ipſe ad hoc non eſſet iudex. Deci.in c.reprehenſibilis.col.iij.eo. tit.

33 Hodie ſolent iudices in ſententia exprimere, in quibus expenſis condemnent: alioqui dari poteſt ſupplicatio ipſi iudici, vt declaret de quibus expenſis intellexit, vt dicitur in l.Paulus.ff.de re iudic.

Excuſetur quandò appellans ab expenſis. Excuſatur tamen appellans ab expenſis, quando iuſtam litigandi cauſam habuit. gloſſ. in §. final. in verb. expenſarum. de friuol. appellationi. in Pragma. Bartol. in l. qui ſolidum. §. etiam. ff. de legat. ij. & in l. ſancimus. C. de iudiciis. 34

Etiam excuſatur, ſi in vno obtineat, & in alio ſuccumbat. c. Raynutius. & cap. Raynaldus. de teſta. cap. cùm Ioannes. de fid. inſtrumen. intellige vt dixi in tract. de expen. in princ. 35

Nouæ probationes excuſãt ab expenſis. Idem quando in cauſa litigandi requiſitæ fuerunt nouæ probationes, ex quibus appellans obtinuit, & tunc etiam ab expenſis excuſatur appellatus, quia iuſtam videtur habuiſſe cauſam litigandi, & quilibet cenſetur eſſe victor & victus, & ſic confunduntur expenſæ. Bald. in l. cos. §. cautione. C. de appellationibus. glo. & Doctores, in capitulo finem. de dolo. Bartol. & alij in l. fina. ff. de re iudicata Alexand. conſilio xlj. viſis. column. prima. in iiij. volumine. Domini de Rota deciſione x. de dolo & contumac. licet ſententia. in nouis. 36

Expenſæ ſi nõ petãtur, non debentur. Et ſi expenſæ non ſint petitæ, iudex appellationis non condemnabit: vt puchrè docent Panormitanus & Felynus, in capitulo ſignificauerunt. de exceptionibus. gloſſ. & Doctores, in capitulo finali, de reſcriptis. gloſſ. vltima, in §. fin. de friuol. appellationib. in Pragmati. ſcripſi in tract. de expenſis. ſuprà. 37

Expenſarũ cõdemnatio à quo fieri debeat. Excuſatur etiam in multis caſibus, quos conſcripſi in tract. de expenſis, articulo primo. ibi vide, ſi non graueris. 38

Videamus à quo iſta expenſarum condemnatio fieri poſsit? Et breuiter à iudice ad quem faciendam docet text. in capit. reprehenſibilis. & capitul. vt debitus. eod. ac Federic. conſil. cxxxiij. caſus talis. columna. ij. gloſſ. in §. quódque in verb. iudicem. de friuo. appella. in Pragma. Bonifac. in clement. ſi appellationem. col. penult. eod. tit. 39

Quod eſt verum, ſi cauſa fuerit introducta coram iudice ad quem, alioqui non. gloſſ. in verb. condemnandus. in capitulo primo, eodem. libro vj. Doctores in capitu. reprehenſibilis. eodem titulo Peruſ. in capitu. ſæpè colum. xij. quæſtion. ij. eodem. de Petrucia in tractatu, de viribus iurament. in ſecundo remedio, litium finiendar. vide quæ ſcripſi ſuprà articulo v. nume. 36. tracta. de expenſis. 40

Intimatus ad expenſas tenetur. Etiam appellatus, ſi ſuccumbat in cauſa appellationis, condemnandus eſt in expenſis, quia victus eſt, & quia temerarius eſt litigator, & hoc docet Speculator in titulo, de expenſis. §. nunc videndum. verſiculo, ſed quid de appellatio. 41

Quod dicunt verum, quando ex eiſdem actis iudicatum fuit: ſecùs ſi ex nouis. Bartol. in l. properandum. §. ſinautem alterutra. C. de iudic. deciſio Rotæ x. de dolo & contumac. licèt ſententia. in noui. 42

Appellatus ratione primæ ſententiæ an ab expenſis excuſetur. Quòd limitarem, niſi appellatus habuiſſet iuſtam litigandi cauſam: nàm poſtquàm iuſta cauſa eſcuſat à prima, multò fortius à ſecunda excuſabit, cùm habeat præſumptionem ſententiæ pro eo. l. Hærennius. §. Caia. ff. de euictionibus. Panormita. in capitulo finem. numero 25. de dolo & contumac. 43

Maximè

Maximè ſi haberet duas ſententias, tunc dicunt quidam excuſandum in tertia ſententia ratione præſumptionis duarum ſententiarum. argumento l. Baliſta. ff. ad Senatuſconſultum Trebellianum. & quod de pacto nudo geminato docet Iaſ.in l.iuriſgentium. §. ſed cùm nulla. ff. de pact. & Corſetus, in tractatu de poteſtate Regia. vbi tradit quid operetur geminatio.

IDEM *Article CXVII.*

NOVS *declairons & ordonnons, qu'il ne ſera beſoing cy apres aux appellans de droict eſcrit de demander apoſtres, ainſi qu'il a eſté faict cy deuant: ainçois ſeront receus les appellans à faire pourſuyte de leurſdittes appellations, ſans auoir demandé leſdits apoſtres, & ſans ce qu'il ſoit beſoing en faire aucunement apparoir pour releuer ne faire pourſuyte deſdites appellations.* Articu. lus decimus.

GLOSSA VNA.

1 HIC tollit iuris ſolennitatem, quæ erat in apoſtolis petendis.nam niſi quis intra triginta dies petiiſſet, capit.ab eo.eodem titul.& niſi ſæpiùs, & inſtanter petiti fuiſſent, appellatio non recipiebatur.clementi.quamuis rigor. de appellationibus.hic ſtatuitur non eſſe petendos apoſtolos: & hoc iuſtè & ſanctè, quia illa clementina erat facta ad excludendum appellantes, vt teſtatur Petrus Iacobus in ſua practica,rubric.de ſtatu.Curiæ Romanæ.verſiculo item decreta. clementi. multæque cautelæ dabantur ad illaqueandos appellantes, & excludendum ab eorum appellationibus:vt dicit Cæpol. cautela xlv.ſi vis illaqueare. & Matheſilla.notab.xxj.nota practicam.quæ omnes ceſſant per iſtum textum, vt in dubio appellatio recipiatur.gloſſa in l.qui reſtituere.ff. de rei vendicatione.& ſuperiùs ſcripſi,ideò hic non inſiſtam. *Apoſtoli appellantibus petendi non ſunt.*

IDEM *Article CXVIII.*

QV'EN *toutes matieres, ou y aura pluſieurs appellations, y aura pour chaſcun appel vne amende ordinaire du fol appel, ſans le pouuoir aucunement reduire, ou moderer, ſinon en nos Cours ſouueraines, s'il ſe trouuoit qu'il ſe deuſt ainſi faire pour treſgrande, & treſurgente cauſe, dons nous chargeons l'honneur & conſcience de noſdittes Cours.* Articu. vndecimus.

GLOSSA VNA.

Mulcta pro qualibet appellatione imponitur.

CVM emenda in Parlamento ſexaginta librarum, vel alia in 1
aliis curiis inferioribus temerè appellantibus imponatur, vt
ſuperiùs dictum extitit, dubitari poterat, ſi quis in vna cauſa,
vel diuerſis plures emiſerit appellationes, an vna vel plures
debeantur mulctæ:& plures deberi ſtatuit, quod probatur in l.ſi qui ſepa-
ratim.& l.cùm in vna.ff.eod.vbi iuriũ interpretes:†quia ſicut pro quolibet 2
delicto quis puniri debet,l.nunquam plura.ff.de priua.delict. l. ſi familia.ff.
de iuriſdict.omnium iudic.ita & hic pro qualibet appellatione iniuſta tene-
bitur ad mulctam, niſi Parlamento ex æquo & bono viſum fuerit, quòd
moderari debeant plures appellationes ad vnicam mulctam: †quæ mode- 3
randi facultas ſoli Curiæ ſupremæ datur, non alij inferiori propter præ-
eminentiam & authoritatem Curiæ ſupremæ,& in priuilegium:quæ ſcripſi
in procemio Concordat.in verbo,ſummas.

Pauperi mulcta à Principe & à Senatu poteſt remitti.

Et hæc mulcta fiſco applicatur: nam quando lex ſimpliciter imponit 4
pœnam,& non dicit cui applicetur,in dubio fiſco applicabitur. l.iubemus.
§.his quoque.C.de ſacroſanctis eccleſiis.gloſſ.in §.quódque.in verbo, ap-
pellatæ.de friuol.appellationibus in Pragma. † vbi plus dicit, quòd ſi hic 5
temerè appellans ſit pauper,& non valeat mulctam ſoluere,punitur in cor-
pore,per c.reprehenſibilis.eod. & c.finem. de dolo & contumac.l.penulti.
& fi.ff.de in ius.vocan.

Solet tamen Princeps noſter pauperibus bonæ famæ & opinionis per 6
literas remittere hanc mulctam, vt ſæpiùs vidi, niſi per calumniam appel-
latum fuerit.† & Parlamenta etiam Franciæ mitigare, & ex cauſa remittere 7
ſolent,ſed alij iudices inferiores non:quicquid dicat gloſſa & Doctores, in
l. in mulctis. C. de appellationibus. & Angel. in tractat. maleficiorum. in
gloſſ.qui iudex.& Guid.in ſtatuto,ſi quis.in verbo,mitigatione.

IDEM *Article CXXVIII.*

Articu, duodecimus, & ſequens.

EN *toutes appellations ſera iugé* an bene vel malè, *ſans mettre les appellations au neant, ne moderer les amendes du fol appel, ſinon en nos Cours ſouueraines, ſi pour treſgrande & vrgente cauſe ils voyent qu'ainſi ſe deuſt faire, dont nous chargeons leur honneur & conſcience.*

IDEM *Article XXXI. ibidem.*

ET *quant aux ſentences données par forcluſion, ne ſeront miſes au neant: mais ſe vuideront les appellations*, an bene vel malè, *par appellation verballe, ou proces par eſcrit, ſelon ce que la matiere y ſera trouuée diſpoſee.*

Gloſſa

GLOSSA VNA.

1 ISTE articulus eſt iuri conformis:debet enim iudex appella-
tionis dicere bene,vel malè iudicatum,l.Aemilius. vbi ſcripſi.
ff.de minor.bene aut malè appellatum.

Iudex appellationis quomodo pronunciare debeat ſententiam.

2 Vel emendamus iudicium,l.item quamuis. ibi, ſed prætor
interueniet,& rem emendabit.ff.communi diuidund. c. ſi epiſcopus fortè.
xj.q.iij.c.paſtoralis.in princ.eo.& ſolet Parlamentum dicere, *en amendant le*
iugé &c.& ſic poterit iudex appellationis addere,ſeu remouere, & corrige-
re,per c.Raynutius.& c.Raynaldus.de teſtamen.

3 Vel ſententiam iuſtam vel iniuſtã pronuntiare,l.fi.ff.de re iudicata l.eos.
C.eo.vel non iuſtè appellatum,l.in ratione.j.§.Imperator.ff.ad legem Fal-
cid.vel non recipiendam appellationem,vt ſuperius ſcripſi.

4 Tamen ſola Curia ſuprema poſt Principem poteſt appellationem irri-
tam pronuntiare,& eam pro infecta habere:vt hic dicitur,*mettre au neant.*
gloſſ.in clement.vna.de immunitate eccleſiarum. de quo ſcripſi in proœ-
mio.Concordant.in gloſſa, ſummas. verſicul. vigeſimo. & hoc vbi non eſt
grauamen euidens, vel aliqua cauſa iuſta ab hoc faciendum. idem ſtatuit
Carol.vij.vt patet in titulo *quelles cauſes peuuent eſtre decidées &c.artic.iiij.*

Princeps et Curia ſuprema appellationẽ pro infecta habere poſſunt.

5 Interdum Curia annullat appellationem,& tunc proceſſus non eſt nul-
lus,ſed ſi annullet appellationem,& omnia geſta,tunc & appellatio,& pro-
ceſſus,& probationes nullius erunt momenti,nec poterit pars ſe illis iuua-
re.vnde conſuluit Barb.vt aſſerit in clementi.prima.colũ.viij. de electione.
bona alienata poſſe repeti poſt diuiſionem annullatam, licèt is, qui habue-
rat partem ſuam, eam alienauerit, ac ſi non eſſent alienata. facit l. fina. C.
communia.de legat.l.creditor.de donationib.inter virum & vxo. l.ſi ex pre
tio.C.ſi cert.pet.

Annullata appellatione, an proceſſus ſit nullus.

6 Item ſi reuocetur conſtitutio, ſeu mandatum, & habeatur pro infecto,
per quod aliquis fuerat excommunicatus,tunc is non indiget abſolutione.
per gloſſ.in d.clement.vnic.quem probat Fel.in cap.fina.colum.iiij. de cõ-
ſti.& Barb.in conſi.iij.clementiſsimi.colum.iij. in ij. volum. & conſil. lx. il-
lud.colum.xij.ibidem.

Excõmunicatus quando nõ indigeat abſolutione.

7 Ad hæc ſi Papa mandet executori, vt recipiat reſignationem miniſtri,
& alteri conferat,quod fecit executor,ſi tamen Papa reuocauerit commiſ-
ſionem & inde ſecuta,& ea pro infectis habuerit, eo caſu primus remane-
bit miniſter:vt docent Cardi.& Felyn.in c.ad petitionem.colum. ij. de ac-
8 cu.†quod dicit eſſe mirabile,vt titulus iam extinctus reſurgat,contra l. qui
res.§.aream.ff.de ſolu.

Reſignatio quando habeatur pro infecta.

9 Sed intellige quò ad effectum,& ſic per fictionem : tamen verè factum,
ſemper factum remanet, l. in bello. §. factæ quoque res non poſſunt infe-
ctæ eſſe.ff.de capti.cap.ſi Paulus.xxxij.q. v. Panor.in cap. quæ eccleſiarum.
10 not. iiij. de conſtitu. † vnde ſi fiſcus bannitum reſtituat, habens pro infe-
ctis omnia facta contra exulem, tunc ipſe poterit repetere bona, etiam
per fiſcum alienata,cùm reuocata ſit alienatio.Cardin.in capitu.quia dili-
gentia.de elect.& Barba.cõſil.ix.ſupremi.colum. pen.in j. vol. & conſi.xiij.

Bãnitus reſtitutus põt recuperare bona alienata.

à iure.

à iure colum.iiij.in fin.cum ſeq.in iij.volum.vide quæ ſcripſi in l. Princeps. ff.de verbo.ſignificat.

Facta interim an valeant, ſi habeantur pro infectis poſteà.

Iſta tamen annullatio, *& mettre au neant*, non operatur in præiudicium 11 tertij: ideò omnia quæ fecerit miniſter, remanebunt valida quoad tertium, cui non vult in dubio Princeps præiudicare. l.ij.§.meritò. ff.ne quid in loc. publ.fiat.ca.quamuis.de reſcrip.in vj.docet Corſet. in ſingu.incip. caſſatio. & Barb.conſil.xlij.Deum innocent. colum.ij.in iij.volum.& conſil. lxxxviij. illud.colum.iij.ibidem.

Item ſi appellatio ſit deſerta, debet iudex eam deſertam pronuntiare, 12 non autem bene vel malè iudicatum, vt docet Bald. conſil.xx.decreto. in j. volum.per l.ſi præſes.C.quomodò & quando iud.& ſuprà dixi.

Iudex appellationis cauſam retinere debet antequã aliquid faciat.

Ex hoc fuit dictum perperàm iudicatum à Bailliuo de Sanlis à Chaumont, eo quòd iudicauerat, quòd antequàm ad diffinitiuam in cauſa appellationis procederetur, quòd teſtes iterum erant audiendi, & recolendi, anno 1514.die xiiij.Maij. 13

Nam appellationem recipiendam priùs pronuntiare debebat,& cauſam 14 retinere.gloſ.in ca.vt debitus.in verbo,alioquin. eo.titul. idem pronuntiauit Senatus pro vicedomino d'Amiens,ann. 1527.die viij. Ianu.qui appellauerat à iudice Ambian. eo quòd pronuntiauerat partem eſſe interrogandam,antequam pronuntiaret appellationem recipiendam,vel non.

Adeò quòd etiam de conſenſu partium non poſſet cognoſcere iudex de 15 principali, antequam pronuntiet cauſam retinendam, & appellationem recipiendam.Bar.in l.eius.ff.de ap. reci. per text.in l. ſi quis prouocatione. C. de ap.Domini de Rota Deci.xxiij.inci. voluerunt & ordinauerunt Domini concorditer.de reſcr.in nou.Boër.in Deciſ.Burdegal.q.cclvij.ſed quid.

Iudex appellationis quandò debeat condẽnare & addere ſententia.

Imò ſi actor ſuccubuerit, & tamen de nouo probauerit ius ſuum, iudex 16 appellationis eo caſu non ſolùm debet proferre bene appellatum,ſed etiam debet condemnare reum actori.Bart.in l.cùm apud.ff.iudic.ſolui.Pan.in ca. cùm cauſam.colum.iij.de iudic. †& ſic vbi iſta verba bene vel malè iudica- 17 tum,non poſſunt in totum ſatisfacere, tunc iudex appellationis addere debet,& id facere,quod primus iudex facere debebat: vt aſſerunt Pan.& Feli. in ca.cùm cauſa de re iudic. Abb. n°7 felin. n°2 et 3.

Iudex appellationis ſententiam reformat, & etiam emendat ex nouis actis.

Et ſententiam incertam ſine quantitate non ſolum iudex declarare de- 18 bet,ſed etiam reformare,& emendare, cõdemnando reum in certa quantitate.l.ſi.vbi Bal.C.de ſent.quæ ſine certa quãti.Doc.in §.curare. Inſt.de ac.

Imò ſi ex nouiter productis malè iudicatum pronuntiet, hoc debet ex- 19 primere, vt honor iudicis à quo ſeruetur, ca. vt debitus honor.eod. docet Lanfran.in repet. ca.quoniam.in verbo, interlocutiones. colum.penulti. de probationib.

Mulctã taxatã lege, vel ordinatione Iudex nõ moderatur.

Item non poteſt iudex mulctam à lege, vel ordinatione taxatam ponde- 20 rare, quia leges tranſgredi non poteſt, ſed ſola Curia ſuprema hoc poteſt, vt hic patet: quia iudicat ſicut Princeps iudicaturus eſſet, ex bono videlicèt & æquo.l.j.ff.de offic.Præfect. præto.

Articulus decimus quart⁹.

FRANÇOYS *Article CXX. des publiées,* *M.D.XXXIX.*

QV'IL *ne ſera doreſenauant baillé aucunes lettres de re-*

lieſuement

lieſuement de deſertion ne peremption d'inſtance, pour quelque cauſe & matiere que ce ſoit: & ſi elles eſtoyent baillées, defendons d'y auoir aucun regard, ains les inſtances deſſuſdites eſtre iugées, tout ainſi que ſi leſdites lettres n'auoyent eſté obtenues n'impetrées.

GLOSSA VNA.

Reſcriptũ poſt deſertionem appellationis non valet.

1 DVO hic ſtatuuntur, quòd poſt deſertionem appellationis non
dentur literæ, vt quis audiatur, vel releuetur, nec valet reſcri-
ptum ſic impetratum, imò impetrans eſt infamis. tex. in l. fin C.
vt lit. penden. & Cæpol. cautel. ccxx. poſt Bald. in l. fi. col. vlti. C.
ſentent. reſcin. non poſſe.

2 Niſi ſententia eſſet nulla, vt docet Paul. in l. fin. vt lite pend. Io. Lupus in
repe. ca. vt per veſtras. not. iiij. de donatio. inter vir. & vxo. nume. 25.

3 Vel niſi diceretur, non obſtante lege, vel ordinatione contraria, vel non
obſtante quòd appellatio ſit deſerta. glo. & Bart. in l. fi. C. ſi contra ius. Bald.
in l. ij. col. ij. vt lit. pend. & in l. fi. Doctor. in l. cauſas. C. de tranſact. Iaſ. in l. iu-
ſtitia. ff. de iuſti. & iure.

4 Hoc tamen non ſeruatur in Francia, ſed quotidie etiam ex cauſa impe-
dimenti impetrantur literæ releuamenti à deſertione, vt ſuperiùs dictum
fuit.

Reſcriptũ poſt peremptionem inſtantiæ an valeat.

5 Item de iure ciuili cauſa debet terminari intra triennium, alias perimi-
tur inſtantia. l. properandum. C. de iudiciis. & ab hac peremptione inſtan-
tiæ reſtituitur minor. §. fin. ibidem. quid in maiore? text. in l. & ſi ſine. in fin.
ff. de minorib. ſic ait. Cõſtat autem omnis ætatis hominibus reſtitutio-
6 nem eremodicii præſtari debere, ſi doceant ſe ex iuſta cauſa abfuiſſe. † Et
quamuis iſte textus prohibeat literas dari, tamen praxis iſtum text. non
recepit, ſed quotidie literæ impetrantur, vt non obſtante peremptione in-
ſtantiæ liceat cauſam proſequi, & hoc fit per reſtitutionem: vt docet Ale-
xand. conſi. xlij. volumi. & Socy. conſil. ccxcix. in ſecundo dubio. volum.
ij. & conſi. cxxj. in tertio volumi. Ludoui. Roma. in l. ij. de re iudi. & Georg.
Natan. in repe. clement. ſæpè. in principio colum. xl. & ſequent. de verbor.
7 ſignificat.

Sed peremptio inſtantiæ de conſuetudine dicitur, ſi quis non fuerit pro
ſecutus appellationem intra annum, tunc inſtantia à Dicanicis dicitur pe-
rempta, niſi fuerit cauſa reſeruata: vt ſolent die ſeptimo Septembris in Par-
lamento reſeruari. & partes quæ cupiunt cauſas reſeruare, hoc ſolent pete-
re in fine Parlamenti, vel ſubſcribere in membrana, vbi cauſæ reſeruantur.
ſed hodie hoc iure non vtimur. nam per conſtitutiones nouiſſimas Henri-
ci omnia iſta immutata cenſentur.

Inſtantia cauſæ in cõſil. poſita nõ perimitur. Areſtum.

8 Poſtquàm cauſa eſt conſilio permiſſa in Parlamento, ampliùs non erit
peremptio inſtantiæ, quia non eſt in poteſtate partium, vt cauſa finiatur.
facit l. fina. C. de tempo. appellat. & Doctores in l. properandum. §. penul-
timo. C. de iudiciis. ita cenſuit Senatus anno. 1516. die ſeptima Aprilis poſt
Paſcha.

ITEM,

CHARLES VII. *Article XVI.*

Articu. decim⁹ quint⁹.

ITEM, *& pource que ſouuentesfoys, apres qu'aucuns ont appellé, ils deſirent delaiſſer leur appellation, & qu'aucunefoys iceux appellans ne ſçauent, ou ne trouuent à qui delaiſſer leurſdittes appellations: Nous ordonnons, en enſuyuant les Ordonnances de nos predeceſſeurs Roys de France, que quand aucun aura appellé d'aucun iuge, que celuy qui aura appellé, puiſſe dedans huict iours apres prochains enſuyuans renoncer à ſaditte appellation, & qu'il aille par deuers le iuge, de qui il aura appellé, ou le greffier de la Cour d'iceluy iuge, & ſe delaiſſe de ſaditte appellation: lequel delay ſoit enregiſtré ès regiſtres du greffier. Et s'il aduenoit que le iuge ou greffier ſe abſentaſt du lieu, ou la ſentence ou iugement, dont aura eſté appellé, aura eſté donnée, iceluy iuge ou greffier ſeront tenus de laiſſer perſonnes audit lieu, auſquels icelles appellations ſeront delaiſſees, afin que quand le iuge verra icelles appellations delaiſſees, qu'il puiſſe mettre, ou faire mettre ſa ſentence, ou appoinctement à execution.*

GLOSSA PRIMA.

Renũtiare appellationi quis poteſt intra octo dies.

HIC articulus tractat de tempore, quo poteſt quis renuntiare 1
appellationi: & dicit quẽlibet poſſe renuntiare intra octo dies, computandos à die appellationis emiſſæ.

Et hoc ideò ſtatutum eſt, quia ſi perperàm quis appellauerit, 2
intra octo dies ſumet conſilium, & ſi inuenerit ſe ſine grauamine appellaſſe, renuntiabit appellationi. Renunciatio autem duplex eſt, expreſſa videlicèt & tacita.

Renũtians appellationis duplex.

Expreſſa eſt, quando quis per pactum, vel aliàs expreſsim renuntiat ap- 3
pellationi. c. interpoſita. §. ille denique. & c. dilectæ. eod. tit. Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact.

Renuntians appellationi an iuri appellandi renuntiare cenſeatur.

Sciendum eſt, quòd ſi quis renuntiet ſimpliciter appellationi, videtur 4
in totum renuntiare & appellationi, & iuri appellandi iterum in illo articulo, text. in l. ſi quis libellos. C. eodem titulo. ideò iterum appellando nihil agit. Bartol. Alexandr. & alij in l. cùm procurator. §. j. ff. de noui oper. nun. † Sed ſi quis renuntiet appellationi mutando fortè, vel emendando, 5
aut iterum appellando, & tunc iuri appellandi renuntiaſſe non cenſetur, teſte Bald. in addi. ad Specul. in eod. titulo colum. xv. verſicu. quandoque quis renuntiat.

Renuntiari appellatiõi per pactum an poſsit.

Certum enim eſt, quòd per pactum de conſenſu ambarum partium re- 6
nuntiari poteſt appellationi interponendæ. l. vlti. §. fi. C. de tempo. ap. ſecùs per renuntiationẽ; vt docent Domini de Rot. dec. ij. de renũ. inci. licèt appellationi.

pellationi.in nou.gloſ.& Doctor.in l.j.C. de pact.

7 Tacitè verò renuntiare appellationi cenſetur, quando poſt appellationem ab interlocutoria,appellans adit iudicem à quo, vt iuſtitiam in illa cauſa recipiat.c.ſi à iudice.eo.ti.in vj.c.gratum.de off.dele. ca. ſolicitudinem in fi.eo.niſi proteſtaretur.Alex. conſil. cxxx. in cauſa.volu.iiij. & Gui.Papæ in Deci.Delphi.q.ccclxiiij.ſi quis.& Aufrer.Deci. cxciij.

Tacitè quãdo quis dicatur renũtiare appellationi.

8 Si tamen appellatus impetret literas contra appellantem, vt cogatur declarare,an velit proſequi appellationem necne, & ſi velit,quòd anticipetur coram iudice ad quem,& ſi nolit,quòd teneatur procedere coram iudice à quo,perperam impetraſſe,& abuſiuè,iudicauit Senatus. anno 1528.die 24. Nouembris.quia appellatus habet ſua auxilia ordinaria, & ſic extraordinaria non ſunt quærenda, l.in cauſæ.ff.de minorib.

Areſtum.

9 Item renuntiare tacitè quis videtur, ſi tranſegerit ſuper iudicatis, l. tale pactum.§. qui prouocauit.ff. de pact. vbi etiam gloſ. dicit quem renuntiare appellationi,ſi iudicatum facere promiſerit,quod probat Lanfranc. in repe. ca.quoniam.in verb.interlocutiones.col.xxvj.de proba. & Cotta.in ij.parte memor.in verb.appellari.

Trãſigendo ſuper iudicatis appellationi quis renuntiare cenſetur.

10 Item ſi lite pendente ſuper appellatione appellans ſpoliet aduerſarium, ſecùs ſi ante iudicium incœptum.tex.ſingul.in ca.ex parte ij.de reſcrip.c.an ſit.& ca.cùm cauſam.de appella.glo.vlt.in c.non ſolùm.eo. tit.in vj.Matheſil.no.xxviij.no.quòd actor.Fely.in d.c.ex parte.col.iij.

Spolians appellationi renuntiare videtur.

11 Idem ſi non petantur Apoſtoli intra triginta dies, c.ab eo.de appellat.in vj.l.j.ff.de lit.dimiſſo.vbi Bar.Guido Papæ in ſtatuto,ſi quis.in verb.appellatione.col.ix.& Aufre.q.xliiij.& Rota dec.lvij.de appel. incip. ſi auditor.in no.hodie in Francia non petuntur, vt ſuperiùs dictum fuit articul.x.& qui permittit labi tempora,videtur acquieſcere ſententiæ.Bald.in authen.item. C. de temp.appel.refert Alexan.in addi.ad Bart. in l.ſi quis ſeparatim.in fi. C. de appella.

Non petens apoſtolos an appellationi renuntiare præſumatur

12 Idem ſi appellans non ſe præſentet in termino præſtituto ad ſe præſentandum coram iudice ad quem,c.perſonas.de app.Bal. in l.præſes. C.eo.& Doct.in c.ſæpè.eo.

Nõ ſe præſentãs in termino fingitur renũtiare appellationi.

13 Et ideò inualuit conſuetudo in Curiis eccleſiaſticis,vt iudices aſsignent appellanti terminum ad faciẽdum fidem de proſecutione appellationis, vt impunè poſsint ſuas exequi ſentẽtias, ſi non cõſtiterit eis de proſecutione, teſte Fed.cõſ.xxviij.punctus quæſt.& Rom.ſing.clxij. hoc neſciunt legiſtæ.

14 Dicens tamen quòd licèt appellans non oſtẽdat proſecutionem, eo ſolo non erit appellatio deſerta.ſequitur Feli.in ca.perſonas. & Anto.Tremol.in addi.ad practic.de Bona curſo tit.de impe.exe.in verb.iuxta tempora.

15 Vel tacitè renuntiat,quando appellans non facit id,quod facere tenetur ex lege,conſuetudine,vel ordinatione, vt pote ſi debebat ſoluere ſexdenarios pro libra,& ne obolum quidem ſoluerit,vt docet Bal.in addi. ad Spec. in eo.tit.ver.ſed pone dicit ſtatutum.refert Iaſ.in auth.qui rem.col.vj.verſi. decimò adde.C.de ſacroſanct.eccleſi.

Appellans ſi non faciat quod debet, appellationi renuntiare intelligitur.

16 Item ſi petat dilationem ad ſoluendum iudicatum, appellationi renun-

Petens dilationẽ ad ſolnendum, appellationi renuntiat.

tiare cenſetur, vel ſi aliter acquieuerit, l. ad ſolutionem. ff. de re iudi. & vide
alios caſus per Doct. in l. ſi qui ſeparatim. in fi. ff. de appellationibus.

Renũtians appellationi nihil præſtare tenetur.

Areſtum.

Item poſtquàm iſte text. dat facultatem renuntiandi, ibi, *puiſſe renoncer* 17
quando ritè renuntiat non tenetur aliquam mulctam præſtare, nec expen-
ſas, damna, aut partis intereſſe, quia hoc facit authoritate iuris, id eſt, huius
ordinationis, & qui authoritate iuris aliquid fecit, non punitur. allegatur l.
Gracchus. C. ad legem Iuliam de adul. & ita cenſuit Senatus anno 1543.
die xviij. Decembris poſt meridiem in magna Camera. † licèt Rex Caro- 18
lus ſtatuiſſet anno 1365. die xvij. Nouembris appellantes à Seneſchallis, &
aliis immediatè ad Curiam condemnandos ad ſexaginta ſolidos Pariſ. ſed
hanc ordinationem vſus non recipit, licèt fuerit in Parlamento publi-
cata 19. Ianuarij. eod.

Tamen in ſupplicationum auditorio, ſeu Requeſtarum (vt vocamus) ob 19
honorem Conſiliariorum ſupplicationum, ſi quis appellationi ab illis emiſ-
ſæ renuntiet, ad ſexaginta ſolidos tenetur. hoc fuit ſtatutum anno 1364. vt
patet in regeſtis conſilij, ſed & iſtud adhuc nec exactè ſeruatur, ſed vidi im-
pune renuntiaſſe intra octo dies.

Renũtiare appellationi non obſtante anticipatione quis poteſt.

Et ſic poſtquàm appellans poteſt renuntiare intra octo dies, non poterit 20
appellatus citiùs illum anticipare, & non obſtante anticipatione poterit ap
pellans renuntiare, quia indultum à iure beneficium nemini eſt auferen-
dum. regu. indultum. de reg. iur. in vj.

Areſtum.

Sed ſi anticipatio fuerit notificata parti eo die, quo ipſemet appellans 21
renuntiauit, & non dixerit ſe renuntiaſſe, tamen anticipans in expenſis fuit
condemnatus. anno 1519. die 8. Maij. eo quia erat in culpa, cùm non vidiſ-
ſet renuntiationem apud acta deſcriptam.

Anticipatio ante octo dies nõ valet

Areſtum.

Si verò fuerit anticipatus poſt octo dies, valebit anticipatio, vt iudicauit 22
Senatus anno 1521. die 16. Maij: ſecùs anteà, vt ſuperiùs dictum fuit.

Nono die renuntiatio appellationis an valeat, & poſteà.

Areſta.

Item nono die poterit quis appellationi renuntiare, quia dies appella- 23
tionis interiectæ, non computatur per verbum, *apres prochains.* & ita decla-
rauit Senatus pro magiſtro Gulielmo *bien aimé*, anno 1520. die xvj. Iulij, vt
refert do. Tiraquel. in tract. de vtroque retractu. artic. j. gloſ. ij. num. 59. vide
in ſtylo Parlamen. areſto 94.

Tamen is qui renuntiauerat poſt nouem dies fuit condemnatus ad ex- 24
penſas, & declarata appellatio deſerta, ſed non ad emendam, quia extrà
tempus renuntiauerat 17. Febr. anno 1510. & 1516. die xix. Aprilis. & inter
Petrum Marchault, & Claudium Mouerbat. an. 1515. die xv. vel ſeq. Iulij.

Renũtiatio appellatiõis nõ valet in criminalib⁹.

In criminalibus tamen non poteſt quis appellationi renuntiare, quia hæc ſapit de- 25
fenſionem, ca. cùm inter. & capitul. olim. de except. gloſſ. in l. pactum in-
ter. ff. de pactis. & non auditur perire volens, l. non tantùm. ff. de ap-
pellationibus.

Poſt octo dies poteſt ſine mulcta quis appellationi renuntiare.

Item licèt quis poſt octo dies expreſsè non poſſit renuntiare appella- 26
tioni, tamen tacitè poterit litigando, & procedendo coram iudice à
quo appellauit. ca. ſolicitudinem. de appellat. c. ſi à iudice eodem tit.
in ſexto. Ideò ſi appellatus eo caſu conuenerit appellantem poſt tres men-

ſes

ſes ad deſertionem declarandam, perperàm agit, vt in iuridicis conuentibus Molinis habitis fuit declaratum, & appellatus in expenſis condemnatus anno 1534.die 22.Septembris. *Areſtum.*

27 Tamen ſi coactus procedat: vt pote quia procedi poteſt non obſtante appellatione, tunc facta proteſtatione quòd non intendit ſuæ appellationi renuntiare, eam poſteà proſequi poterit, vt iudicauit Senatus anno 1510.die 25.Ianuarij,& ſuperiùs dixi per text.in capit.ſi à iudice. de appellatio.in ſexto. *Agens coram iudice a quo quãdo nõ renuntiare appellationi videatur.*

28 Etiam poterit appellans poſt renuntiationem proſequi, quando appellatio fuit generalis,& renuntiatio ſpecialis ſuper aliis,in quibus non eſt renuntiatum,vt ſuperiùs artic.vij.& ſequen. dictum fuit. *Areſtum.*

29 † ſecus ſi appellatio & renuntiatio fuerint ſpeciales,l.ampliorem. vbi Doctor.C. de appellationib.de Ferra.in practi.ſua in forma appellation.à definit.in princip. colum. ſecunda.& in verb.in illis Peru.in dicto capitul.ſi à iudice.in fi.eodem.Deci.in c.ex parte.v.eodem.Imbert.Inſtitu.foren.pag.cxciiij.

30 Cedens liti notificare debet iudici.Bal.in c.dudum.ij. colũ.iiij.de elect. & in cap.gratum.de offic.delega.Fely. in capitu. quod ad conſultationem. numero 5.de re iudic.Guido.Papæ,ſing.xxvij.Bald.in capit.j.colum.vltim. de offic.delega.Peru.in capit.fi.de dolo.libr.vj.Socy.conſi.xlv.viſa,volum. j.Fely.in capit.cùm Ioannes.nume. 19.de fide inſtru. Cur. in l.nam poſteà. §.ſi minor.ff.de iureiur. *Cedens liti, iudici notificare debet.*

31 Item iſte text. loquitur in appellatione iudiciali, ideò in extraiudiciali poterit quis renuntiare poſteà: quia ſub nomine appellationis non venit prouocatio, quæ extra iudicium fit,hoc tamen reprobaui ſuperiùs in præfa.licèt hoc doceat Ioan. Samſon. in conſuetu.Turonen.artic.xviij. rubric. *des amendes.* tamen à ſimilitudine rationis fortè etiam iſte text. haberet locum in appellatione extraiudiciali,ſi quis non renuntiet vt hic:ſed ne extẽdamus pœnam conſiderari debet, an ſit eadem ratio necne,& ex hoc iudicabitur:alioqui quandocunq; prout de iure renuntiandum erit.

ET *qu'il alle par deuers le iuge de qui il aura appellé, ou le greffier de la Cour d'iceluy iuge, & ſe delaiſſe de ſaditte appellation, lequel delay ſoit enregiſtré es regiſtres du greffe.*

GLOSSA III.

1 QVOMODO debet appellans renũtiare? hic reſpõdet quòd coram iudice à quo appellauit:nam appellando ſuſpenderat poteſtatem cognoſcendi in hac cauſa.ca.venientes. de iureiurand.ob id denutianda eſt renuntiatio iudici à quo, cuius iuriſdictio per appellationem ſuſpenſa erat. *Renuntiatio appellationis quomodo fieri debeat.*

2 Item ſi non inueniat facilè iudicem, poteſt adire ſcribam, & grapherium curiæ, & coram eo appellationi renuntiare: etiam hoc eſt introductum,quia cùm grapherius debeat acta appellationis tradere vtrique parti

†ideò appellatus facilè hanc renuntiationem videre poterit, & à proſecutione ceſſare, & iudex quoque hoc per relationem actuarij ſcire poterit, & in cauſa procedere viſa renuntiatione. 3

Dies renuntiationis appellationis in actis ſcribi debet.

Sed quomodò debeat ſcribere renuntiationem? Reſpon. ordinatio, *lequel delay ſoit enregiſtré es regiſtres du greffe.* Primò ſcriba debet ſcribere dilationem.j.quo die hic renuutiauit,vt cognoſcatur an tempore debito renuntiauerit: videlicèt an intra octo dies, & ſic quam fecit dilationem appellans ac renuntiandum. 4

Et quòd iſtam renuntiationem ſcribat in libro actorum, videlicet in eo libro,quo appellauit pars: nam poſteà adiiciet ſcriba,quòd poſteà tali die renuntiauit tali appellationi emiſſæ,& hoc fit vt parti appellatæ conſulatur volenti proſequi cauſam coram iudice à quo, vt eam proſequi poſsit cognita renuntiatione. 5

Renuntiatio appellationis apud acta valet etiam non notificata parti. Areſtum.

Quæro,ſi quis renuntiauerit coram ſcriba,& apud acta,non tamen ſignificauit parti,an renuntiatio valeat?Reſpond. valere, quia hic ponitur alternatiua,cuius natura eſt,vt alterum ſufficiat.regu.in alternatiuis.de regu.iuris. in ſexto.l.tertia. ff.de eo quod certo loco. Et ita cenſuit Senatus pro C.Meldun.ann.1510.die 16.Aprilis,quamuis ſtylus eſſet ibidem,vt ſignificari deberet,qui in hoc fuit reprobatus,quia contra legem Regiam. 6

†ſi tamen fuerint duo ſcribæ, & apud vnum appellatio ſit interpoſita, & deſcripta,alter verò eius renuntiationem exceperit,aduerſario hæc renũtiatio intimari debet,vt docet Imbert.in Inſtitu. Foren.lib.ij.§. ſequitur. tamen quia hic text.non cogit appellantem,niſi alternatiuè,ergo non requiretur niſi alterum,l.ſi ex pluribus.ff.de lega.ij.& ideò videtur ſufficere ſi illle actuarius conſcripſerit in libro actorum, vt hic ſtatuitur. 7

Parti an debeat intimari appellationis renuntiatio.

Vtrum iſta renuntiatio debeat intimari parti? quod videtur nam omnia quæ partæ abſente fiunt,ei notificari debent.l.eos.§.j.C.de appella. 8

Contrarium eſt verius,quia iſte text. non adſtringit renuntiantem ad ſignificandum parti,ergo nec nos ad id illum grauare debemus.arg.l. de pretio.ff.de public.in rem actio. 9

Areſtum.

Vnde ſi quis poſt renuntiationem intimauerit eam parti in domo habitationis,licet appellatus fuerit proſecutus appellationem, dicens ſibi debere intimari in perſona,ſi proſequatur deſertionem, perperàm agit, & renuntians fuit abſolutus cum expenſis, anno 1544. die 14.Iulij, quia vbi non requiritur intimatio,ſi interueniat,& inepta ſufficit. gloſſ. in §.ſerui.Inſtitut.quibus ex cauſis manumittere non licèt.& in l.vinum. ff.ſi certum petatur. 10

Renuntiatio appellationis corã apparitore parti intimata valet Areſtum.

Item ſi quis renuntiauerit coram apparitore, ſi illam renuntiationẽ parti intimauerit, valere pronuntiauit Senatus: ſi verò non denuntiauerit parti,ad expenſas fuit condemnatus renuntians citatus deſertionis gratia: anno 1540.die 6.Octobris in iuridicis conuentibus Molinis habitis. 11

Intra tres menſes fieri debet renũtiatio.

Et hæc denuntiatio ſaltem intra tres menſes fieri debet, vt iudicauit Senatus prout refert Aufrer.in ſtylo Parlam.areſto 94. 12

Tamẽ Ludouicus de Põteruault fuit abſolutus à deſertione,q̃ licèt extra 13

iudicium appellaſſet à ſaluagardiæ conceſsione datæ Ioanni Abraam, tamen renuntiauit coram apparitore & teſtibus, qui apparitor non fecit certiorem appellatum de renuntiatione : ob id Parlamentum reſeruauit dicto Ioanni Abraam actionem contra ſeruientem ad expenſas.

14 Item dominus debet renuntiare, non procurator, vt docet Bald.in l.fi.in fi.de tempo.appella.Alex.conſ.cxv.attentis.in fi.volu.v.& Peruſ.in c.Nicolao.col.iij.q.vj.eod.tit.quia eſt quædam ſpecies donationis, quæ non poteſt fieri, niſi per dominum.Bal.in l.fi.& Ioan.Sanxon.in ordina. Turo.artic.iiij. Iaſ.in l.cùm procurator.ff. de operis noui nuntiatio. niſi poteſtatem appellandi habuerit : quia tunc etiam renuntiandi poteſtatem cenſetur habuiſſe: vt iudicauit Senatus anno 1535. in craſtinum corporis Chriſti, patronis Alberico & Vielard poſtulantibus. *Procurator nõ poteſt renũtiare, ſed dominus.*

15 Etiam poteſt quis renuntiare vt hic, ſi quis appellauerit ad Parlamentum, vel ad Regem, ſeu ad magnum Conſilium, & ita declarauit Philip. Auguſtin. olim Franciæ Rex, vt in libro ordinatio. antiquarum patet. folio 43. *Areſtum.*

16 Poteſt etiam quis acquieſcere appellationi non ſolùm intra octo dies, ſed ſemper quouſque de appellatione in conſilio cognoſci cœptum ſit, vt dicetur infrà, de literis ceſsionis, prouocatio. & quando ea renuntiatio fieri debeat. *Acquieſcere appellationi quãdo quis poßit.*

17 Etiam inuito appellato quis renuntiare appellationi ſuæ in hoc Regno poteſt, cùm appellatus non iuuetur prouocatione, de conſuetudine Regni, per l.ſi iudex.ff.de minori.contra ca.ex parte ij. de reſcrip. Bald. in l. fin. C. quando prouoc.non eſt neceſſe. *Appellans etiam inuito appellato renuntiat ſuæ appellationi.*

Et s'il aduenoit que le Iuge, ou greffier ſe abſentaſt du lieu.

GLOSSA III.

1 HIC prouidet quando iudex, qui non vult regulariter audire iſtas appellationes, ſe abſentat, ne illi intimari poſsit, idem in Grapherio, vt aliquos relinquere teneantur, apud quos appellationis renuntiatio fiat, l. vt perfectiùs.C.de anna.except.facit l.j.§.adeundi.ff. quando appellatum ſit.

2 Requiſita ex hoc text.habes ſequentia. Primò, quòd quis appellauerit.non poteſt enim renuntiare appellationi, qui non appellauit.priuatio enim præſupponit habitum. l. decem. de verb. oblig. §. ſeruus.de capitis.in Inſtitutio. *Requiſita vt iure appellationi renunsietur.*

3 Secundò, requirit iſte tex.renuntiationem appellationis ipſo facto, vnde non ſufficeret dicere, volo renuntiare appellationi, quia non ob hoc renuntiaret, quia verbum volo, tunc non induceret diſpoſitionem, ſecũdum Bar. in l.j.ff.manda. & in l. j. C.de ſumma trini. & oportet vt de facto appellans renuntiet appellationi.per iſtum tex.ibi, *& ſe delaiſſe de ſadicte appellation.*

Renuntiatio appellatiõis corã notario,& teſtibus non valet.

Areſtum.

Areſtum.

Tertiò,requirit hic text.quòd renuntiet corã iudice, vel grapherio.ideò 4
non valeret renuntiatio coram notario & teſtibus, vel coram duobus notariis.Inde appellationem emiſſam coram duobus notariis, deſertam pronuntiauit Senatus anno 1389.die vltima Maij.

Non valeret etiam facta coram apparitore:ideò contra Robertum Bau- 5
doin Fripier,qui ſic appellauerat,& poſteà renuntiauerat,fuit pronuntiata appellatio deſerta pro Puſleram anno 1524. die 2. Decembris,niſi poſteà notificata eſſet parti,vt dixi in ij.gloſſ.ſuprà eod.

Quartò requiritur in hoc text.quòd infrà octo dies à tempore emiſſæ 6
appellationis computandos quis renuntiet: quamuis de iure quis appellationi renuntiare poſsit antequàm iudici ad quem ſit præſentata, ca.quamuis.ij.de electi.in vj.

Quintò,quòd dies renuntiationis factæ ſcribatur in regeſtis ſcribæ, ſeu 7
grapherij.ibi,*lequel delay ſoit enregiſtré es regiſtres du greffier.*

Renuntians literas habere debet à iudice corã quo appellationi renũtiat.

Sextò,ſi iudex vel ſcriba ſe abſentauerint,oportet vt relinquãt aliquem 8
coram quo deſiſtere à ſua appellatione quis poſsit,vt hic. Et ſic ordinatio Philippi Regis edita anno 1344.ſtatuit, quòd appellantes debent habere literas ſuæ renuntiationis à Bailliuis, à quibus appellauerunt, vel à ſuis commiſsis.

Affin que quand le iuge verra icelles appellations delaiſſees,qu'il puiſſe mettre,ou faire mettre ſa ſentence,ou appointement a execution.

GLOSSA IIII.

RATIO ponitur hic quare coram iudice, vel ſcriba debeat 1
renuntiari appellationi,ſcilicèt vt iudex à quo videns renuntiationem poſsit ſuam ſententiam executioni mandare, ſiue ſit interlocutoria,ibi,*appointement*,ſiue ſit definitiua.

Renũtians poſt octo dies per literas recipitur ad expẽſas, tamen condẽnatur.

Areſta.

Et ſic qui non renuntiauerit intra hoc tempus octo dierum,poſteà non 2
recipitur.Limitatur niſi per literas Regias cõcedatur,quod ſolet ſæpè fieri etiam non ſoluta emenda,conſentiente Regis procuratore.

Item hic renuntians ſi poſt octo dies renuntiet, ad expenſas & damna 3
partis tenetur.cap.interpoſita.§.illæ.de appellatio.vt placuit Senatui anno 1519.die 15. Iulij. † ſecùs ſi intra tempus hic ſtatutum renuntiauerit, eo 4
quòd authoritate huius ordinationis hoc faciat: & ita declarauit Senatus 18.Decembris.anno 1543.

Etiam poſt iſtam renuntiationem non poterit pars appellationem proſequi, quia remittentibus actiones ſuas ampliùs non eſt dandus regreſſus, 5
l.quæritur.§.ſi venditor.ff.de ædili. edict.capitul. quàm periculoſum. vij. quæſtio.j.

A renũtiatione appellationis an quis reuelari poſſit.

Areſtum.

Niſi ab illa renuntiatione releuaretur fortè ratione minoris ætatis. Barba.conſil.xliiij.in iij.volumi.vel alia ex iuſta cauſa,vt cenſuit Senatus anno 6
1510.die 17.Februarij.

Item

7 Item poterit quis agere de nullitate, licet appellationi renuntiauerit,c. ſi.de appel.in vj.vbi Doct.in l.ſi expreſsim.ff.eo.& c.dilecto.eod.

8 Etiam poterit agere poſteà contra iudicem in ſyndicatu.gl.& docto.in c.paſtoralis.§.quia verò.de offiic.deleg. Bart.in l.j.ff.ꝙ quiſque iur.ſiue renuntiauerit tacitè,ſiue expreſsè.Bal.in c.ſæpè.eo.& ſic conſuluit Soc.conſ. xxiiij.viſis.col.iij.ver.ſecundò principaliter.in j.volumi. *Agi poſt renuntiatione appellationis cōtra iudicē an poſſit.*

9 Quamuis hoc non ſeruetur in Francia, quia extrà tres caſus non ſolemus agere contra iudices vel magiſtratus,videlicèt doli, fraudis, & concuſsionis,vt ſuperiùs dictum fuit.

10 Iſta renuntiatio non præiudicabit adhærentibus, vel aliis,vt docet Bal. in l.j.in fi.C.ſi vnus ex plu.appellauer.quia res inter alios acta aliis nō præiudicat,vt patet in rub.C.illo tit. † Vnde ſi plures fuerint appellantes,omnes renuntiare tenentur,& vnius renuntiatio non nocet aliis,cap.ex parte. ſuprà de reſcript.ideò poterunt alij, qui non renuntiauerunt citari ad deſertionem poſt tres menſes, vt ſuperiùs dixi. & ſic iudicauit Senatus pro Abbate & religioſis ſanctis Ioannis Du Dart, contra do. Ludouic.dominum de Anulles,anno 1528.& die 10. Decembris, vide text.& ibi Deciſ. in l.ſi qui ſeparatim.in fi.de appel.ff. *Quilibet appellans renũtiare debet.& vnius renuntiati non ſufficit.* *Areſtum.*

11

CHARLES VII. *Article* X.

Articulus decimusſextus.

ITEM, *voulons,& oodonnons,que s'il y a attemptat contre aucune cauſe d'appel releuée en noſtredite Cour de Parlement, dont l'appellation aura eſté faicte formellement en noſtredite Cour, qu'icelle noſtre Cour en puiſſe retenir la cognoiſſance. Et prohibons,& defendons,qu'aucun n'alegue auoir eſté faict attemptat,ſi veritablement il n'a eſté fait, & qu'il ne monſtre promptement par information deuement faite. Et en cas que par information il ne monſtrera auoir eſté faict attemptat, que le procureur, qui aura allegué l'attemptat, ſoit condamné en l'amende: & pareillement la partie, qui aura fait faire l'adiournement ſur l'attemptat: & la cauſe ſoit promptement renuoyée par deuant le iuge,auquel de droict, & de couſtume la cognoiſſance en appartiendra,& ſans en faire difficulté.*

GLOSSA PRIMA.

1 PRIMVM quod hic ſtatuitur,eſt quod ſi aliquid attentatum fuerit poſt appellationem ad Curiam, ipſa poterit cognoſcere,& cauſam retinere, quia attētatum fuit factum in contemptũ Curiæ, ideò ad eam pertinere cognitio debet.arg.l.quoties.C.de iud.Maſuer.eod.tit.verſic.item ſi agatur. *Parlamentum de attētatis pendēte appellatione cognoſcit.*

Inhiberi nõ debet nequid attentetur.

Nota tamen quòd pendente lite non debet fieri inhibitio, ne aliquid 2
attentetur, ſeu innouetur, alias eſſet prohibere Curiæ, ne quid ageret, ſed
debet inhibitio fieri, nequid atentetur in odium, ſeu præiudicium litis,
ſeu appellationis. Sic ſtatuit Senatus anno 1519. die j. Martii cõtra moniales de Poyſsi. † Sciendum eſt quòd appellatione emiſſa non debet quis 3
priuari commodo ſuæ poſſeſsionis. c.j. vt lit. penden. nec dicitur ille innouare, qui ſua poſſeſsione vtitur pendẽte appellatione, eo modo, quo priùs
poſsidebat ſed inniti priori cenſetur. l. vtique. in fi. ff. de rei vend. ideò in ea
nullo modo turbari debet. text. in cap. cùm teneamur. eodem. gloſ. in cap.
non ſolùm. iſto tit. in vj. Ioan. Monach. in c. cupientes. numero. 138. de electio. in ſexto.

Areſtum.

Poſſeſsione ſua pars nõ debet priuari appellatione pendente.

Innouari quid nõ debet appellatione pendẽte.

Itaque non debet quis poſt appellationem aliquid innouare, vt patet in 4
titulo. ff. nil nouari appella. penden. alioqui illa retractanda ſunt capitul.
non ſolùm. de appellat. in ſexto. vbi non ſolùm innouata poſt appellationem à definitiua retractantur, ſed etiam ea omnia, quæ medio tempore inter ſententiam & appellationem (quæ poſtmodum intra decendium interponitur) innouata ſunt. Alex. conſil. xcix. viſis. in v. volumi. Deciſ. conſil. cc.
in caſu.

Attentata poſt appellationẽ ab interlocutoria an retractẽtur.

Attentata verò poſt appellationem ab interlocutoria non reuocantur, 5
niſi ea quæ facta ſunt poſt inhibitionem, d. c. non ſolùm. in fi. † Innouare & 6
attentare is dicitur, quando non relinquit rem controuerſam in eodem
ſtatu, in quo erat tempore appellationis, l. appellatione. C. eod. & c. ſignificantibus. eod.

Innouare quid & attentare.

Ratio huius reuocationis eſt, quia attentãs aliquid poſt appellationem 7
videtur iniuriam inferre iudici ad quem, & illud facere in eius contemptum: ideò æquum eſt, vt illud reſtituatur. Domi. in d. c. non ſolùm.

Literæ non facta mẽtione appellationis nõ valent.

Et hæc reuocatio attentatorum poteſt peti vſque ad concluſionem in 8
cauſa. de Rota deciſ. iiij. incipien. attentata lite pendente. vt lit. pendent. in
nouis.

Vnde literæ impetratæ appellatione pendente eius non facta mentione 9
ne ſunt ſubreptitiæ. gloſſ. no. in capit. oblatæ. eod. tit. vbi Præpo. tradit quatuor limitatio. & Roma. conſil. ccxlix. in caſu. vbi dicit poſt appellationem
non debere nouum iudicium inchoari ſuper re, ſuper qua eſt appellatum.

Pars nil innouare debet pendente appellatione.

Amplia vt quid innouare non debeat iudex, nec pars. c. dilectæ. de ex- 10
cep. vbi Hoſti. & alij dicunt innouata à parte reuocanda ex ſolo iudicis officio, etiam ſine libello. Bal. in l. iij. ver. quæro. vtrum attentata. C. eod. licèt
Doctor. intelligant illum titu. nil nouari. in iudice, vſus tamen forenſ. etiam
intelligit in parte.

Imò ſi appellans aliquid attentet, eo ipſo reddit ſe indignum beneficio 11
appellationis, & iudex à quo procedere poterit, ac ſi appellatum non eſſet.
cap. an ſit deferendum. eodem Ioan. Monach. in c. cupientes. num. 136. de
electio. in ſexto. Decius conſil. ciij. in cauſa. colum. ij. hoc tamen iure non
vtimur in Francia.

Limitatur quoad tertium, qui ratione ſui intereſſe non prohibetur in- 12
nouare,

nouare.gl.ſing.in l.creditor.in prin.ff.manda.probant do. de Rota Deciſ.ij. no.quòd vbi auditor.vt lit.pen.in antiq.& Barb.in c.j.num. 10. de reſcri. & in conſil.xliij.Præclarè.col.xvij.in j.vol.vide limitationes in ca. bonæ.eo.titu.per Doct.

Tertius innouare nō prohibetur.

13 Secundò non procedit quando ipſa appellatio nouaret,l.eos.§.ſuper his. & l.minimè.C.eod. *Ideò ſi quis intrudatur in carcerem,& appellet,debet detineri,* per illum tex.& in Ordina.reg.titu.*des adiournemens perſonelz.*arti.v.& ſeq. Et hoc ſeruatur de conſuetudine generali omnium curiarum, teſte Guid. Papæ in deciſio.Delphina.q.ccxxxv.ſi quis incarceretur.

Pendēte appellatione in carcere pars intrudi poteſt.

14 Tertiò limitant in interlocutoria,in qua ante inhibitionem iudicis à quo non prohibetur quis innouare.c.non ſolum,eo.tit.in ſexto.Bal.in l.ij.col.iij.

15 ver.ſed incidenter quæro.C.de epiſcop.audien. † quod eſt verum,quando grauamen poterat reparari per appellationem à definitiua, alioqui contrà, vt ſi appelletur à tortura,c.fi.eodem tit.in vj.Bald.in l.generaliter.§. ſed iuramento.verſi.ſed quid ſi eſt talis.C. de reb.cred. vel niſi iudex appellationi detulerit. tunc enim ſibiipſi ſatis videtur inhibere deferendo appellationi.Bar.in l.eius qui col.ij.verſic.ſecundò quæro.ff. de appella. recipien. & l. intra vtile.col.v.de mino.

Innouare poſt appellationē ab interlocutoria quādo licet.

Prouiſoriæ ſentētiæ pendente appellatione exequi poſſunt.

16 Quartò.innouare quis poteſt ex prouiſione legis, vel ordinationis.l. per hanc. C. de tempo. appella. ideò ſententiæ per modum prouiſionis latæ, executioni demandari ſolent, non obſtante appellatione, vt ſcripſi in tractatu de ſenten.prouiſio.& de ſenten.executor.in j.Tomo.Commen.in has Conſtitu.Reg.

Cautio pendēte appellatione peti poteſt.

17 Quintò,quando attentaretur, quod potuiſſet in cauſa principali fieri, & ſic cautio peti poteſt appellatione pendente, ſicut in priori inſtantia fieri poterat,l.poſtquàm.§.imperator.& ibi Bart.ff. vt leg. not. caueat. Bart.in l. furti.§.j.de his qui no.infa.Bolog.in addi.ad Ioan.de Ana.conſil.j. Iaſo.in l. j.C.de bon.poſſeſſ.ſecund.tabu.

18 Vnde infert Pan. in c.paſtoralis. de iure patro. quòd licèt primus præſentatus appellauerit, poterit tamen ſecundus præſentari, quia ſecunda præſentatio etiam ante appellationem & lite pendente fieri poterat.

19 Sextò,non habet locum, quando deſerta eſſet appellatio, quia tunc habetur,ac ſi appellatum non eſſet.l.vlt.§ illud.C.de temp.app.Bal.& Iaſ. in l. j.C.de ſecund.tabu.

20 Idem dicunt Doctor.ſi appellatio eſſet manifeſtè friuola.c. cnm appellationibus.eodem.in vj.Bal. conſil.ccclxvij. ad euidentiam. in primo volumi. Corne.conſilio xlv.duo principaliter.in j.volu.quod non haberet locum in hoc Regno, in quo omni appellationi defertur ob ſuperioris reuerentiam, vt dixi ſæpiùs ſuperiùs.

21 Attentata tamen ſunt ipſo iure nulla, etiam ſi appellans renuntiet appellationi, vel ſit deſerta. c.cùm veniſſent. de inſti. Peru. in capitul. ad audientiam.in fin.eod.nec poſteà conualeſcunt.Panor.& alij in c.ſæpè,& in c. conſuluit. ij. eod. & vide in ca.bonæ. eod. Quod remedium attentatorum eſt melius, quàm interdictum vnde vi, ſed petuntur reuocari, & irritari

Attentata nulla etiam ſi appellans renuntiet.

quatenùs

quatenùs de facto attentata ſunt.arg.c.ſi quis.de reb.eccl.non alienan.

Alios caſus vide per Spe.in eo. tit.§. nouiſsimè. & Corſe. in ſingu.inci- 22
piente,appellatio.& Socy.in tract.fallen.reg.xxj.appellatio. Fely. & alios in c.dilectæ.de excep.& Doct.in c.ſolicitudinem.& c.paſtoralis.eod.

Lite pendēte nihil innouandum.

Quę ſuperiùs dicta ſunt,nihil innouandum appellatione pendente,eadē 23
ferè dicenda erunt lite pendente:nihil enim innouandum erit lite pendente,vt in titulo,vt lite pendente nil innouetur.C. & in decre. & vi. & in cle. hoc etiam aſſerit Io.Monach.in c.cupientes. nu. 138. & ſeq. de elec. in vj. deci.Neapoli. cxxxj. quidam conceſsit. Vnde lite pendente coram iudice 24
ſeculari ſuper poſſeſſorio beneficij, nihil eſt innouandum coram eccleſiaſtico ſuper petitorio,vt docet Bened.in repe.c.Raynutius.in ver. & vxorē. nu.433.de teſta.& dixi ſuprà de cauſis beneficiorum poſſeſſoriis.

Cōpromiſſo pēdente nil eſt innouandum,& ſupplicatione ac euocatione.

Idem prorogatione appellationis pendente,ſiue compromiſſo penden- 25
te,cle.quandiu.de app.Barb.conſi.xviij. clementiſsimum. col. v. volum. iij. etiam ſupplicatione pendente nihil eſt innouandum, authen. quæ ſupplicatio.C.de prec.Impe.offe. quia hæc ſupplicatio eundem effectum habet, quem appellatio.cap.tum ex literis. de in integ.reſtit.Panor.in cap. paſtoralis §.j.in glo.j.eod.dixi plenè in tract.de ſupplica.in j.Tomo harum Conſti.Reg.in commenta.

Idem dicendum eſt euocatione pendente, c. vt noſtrum. de app. plenè 26
ſcripſi in tract.de euoc.in j. Tomo Commenta.in has Conſtitu. Reg.

Inuentarij confectione pēdente nihil eſt innouandum.

Nihil etiam eſt innouandum inuentarij confectione pendente, nec hæ- 27
res eſt id temporis à debitoribus moleſtandus,nec conueniendus. l. fin. §. donec.C.de iure delibe.†ideò ſis cautus vt inuentarium non compleas:ni- 28
ſi in fine trium menſium, vt docet Cæpo. caut. ccxxij. inſtitutus. quod eſt conſcientiæ damnoſum ſic differre.vide tamen caſus ſex, in quibus hæres conuenitur in §.donec.per Iaſo.ibidem.

Conſultatione pendēte nihil eſt innouandum, nec relatiōe

Relationes hodie rarò fiunt.

Conſultatione ſeu relatione pendente,& donec conſulitur Princeps,& 29
cauſa ad eum refertur,nihil debet attentari,l.j.& l.ſi quando. C. de rela. †hodie iſtæ relationes ſublatæ ſunt, vel rarò fiunt in Francia. per text. in 30
authentica vt iudices non expectent ſacras iuſsiones. collat. ix. declarat Cotereau.in ſuo tracta.ſcedula.magiſtra.Balliæ.rubr.de audito. Princip. folio 17.

Nullitate pendente nihil innouandum.

Nullitate pendente quid non eſt innouandum.cle.j. de re iudic.l. iiij. §. 31
condemnatum.ff.de re iud. Bar. in l. j. C. quando prouoc. non eſt neceſ. Docto.in c.dilecto.eod.

In integrū reſtitutione pendēte nil innouandū.

In integrū reſtitutione pendente nihil noui fieri debet, in tit. C. in in- 32
teg.reſt.pen.ne quid noui fiat cap. ſuſcitata. de in integ. reſt. Aufrer. deci. Tholoſa.q.liiij.Anto.Tremol.in addi.ad Vbertum in tit. de impen. execu. verſic.ſecundò ſi in.

Dilatione pendente nihil attentari debet.

Dilatione pendente nihil attentari debet,l.ſiue pars.C. de dilat. c. præ- 33
tereà.illo titulo.Limitant Doct. in c.ſignificante. & Soci. in tract. fallē reg. xciij.& Geor.Natā.in repe.cle.ſæpè.col.xlix.& ſeq. verſi. prædictis. de ver. ſigni.ſcripſi in tit.de dila.art.decimo.ſuprà.

Recuſa

34 Recuſatione pendente nihil innouandũ iura cenſent. l.apertiſsimi.C. de iudic.c.ſuſpitionis.vbi Doct.de offi. dele.c.ſecundo requiris.& ca.poſtremò.eo.c.ij.eod.tit.in vj. ſcripſi in tract.de recuſa.ſuprà.

Recuſatione pendente nihil innouetur.

35 Pendẽte recurſu ad arbitrium boni viri nihil attetandum eſt.l.ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſoc.Bal.in additio. ad Specul. in ti. de arbit. col. v.ver.ſed an pendente.quia hic recurſus inſtar appellatiõis ſe habet. l.nõ diſtinguemus.§.cùm quidam.ff.de arbitr.Barb.conſi.xviij.col.ij.in iiij. vo. ſcripſi in tract.de arbi.ſuprà hoc libro.

Recurſu pendente ad arbitrium boni viri nihil innouari debet.

36 Securitate pendente nihil committendum eſſe iura volunt,ſiue à Principe concedatur,l.j.§.vlti.ff.de quæſt.& l.relegati. de pœn.ſiue ab inferiore ex iuſta cauſa,l.iij.§.ſeruus.ff.de acqui.poſ.l.fi.C.de his.qui ad eccl.cõfug. Io.Raynaud.in ſuo tract.ſecuritatis.

Securitate pendẽte nihil innouã- dum.

37 Accuſatione pẽdente nihil innouabis,l.defenſionis facultas.& l.prohibitum.C.de iure fiſc.lib.x.l.aufertur.§.in reatu.ff.de iure fiſc.Bar. & Alex.
38 in l.poſt contractum.ff.de dona. † Ad hæc ſtatus dilatione pẽdente nihil innouãdum iura cenſent,vt plenè ſcripſi in tract.de lit.dila.in j.Tomo ha
39 rum Conſtitutio.†Etiã itinere peregrinationis pendẽte nihil eſt de nouo
40 faciendum,vt c.vno.de cler.peregr.vbi plenè Doctor. †Coadiutoris datione pendente idem. in cleri. ægrotan.in ſexto.

Accuſatiõe pẽdente nihil innouetur.

Status dilatione pendẽte nihil agendum.

Itinere peregrinationis pendente nihil faciendum.

41 Nihil innouari debet ſede vacante. in ti.ne ſede vacan.aliquid innouet.vbi Doct.multa ſcribunt. De his clauſulis multa tradit Vital. de Cãb. in tracta.clauſula.in clauſula nihil nouari,vbi vide pleniùs.

Sede vacãte nihil innouetur.

42 Nota quòd vt reuocatio attentatorum fiat, intimanda eſt iudici, & parti reſpectiuè appellatio,alias non imputatur illis.c.ſi duobus.vbi Doc.
43 eo.& cle.j.illo ti.Peru.in c.fi.nu.40.& ſeq eod.†Et Curia Parlamenti volens interdum ex cauſa reparationem attẽtatorum fieri per alium,remittit illa,& exceſſus cognitionem ad Seneſchallum, vel ad alium iudicem
44 Regium,in cuius territorio fuere commiſſa.†& quãdoq; ex cauſa committit alteri iudici ordinario conmittentis quoad illos ipſum delegando,quia in propria qualitate attentatorum remittere cauſam, vel alteri committere frequenter non conſueuit,vt docet Benedict. in c.Raynutius.in verb. vxorem.nu.433.de teſtamen.

Coadiutoris dilatione pendente ceſſet innouatio.

Appellatio parti & iudici cur intimanda.

ET prohibons & defendons, qu'aucun n'allegue auoir eſté fait attemptat, ſi veritablement il n'ha eſté fait, & qu'il ne monſtre promptement par information deuëment faite.

GLOSSA II.

1 NON debet alegari attentatum,niſi probetur ex tepore,*promptement, & par information deüement faicte.* Et iſtæ informationes ſuper attentatis fieri debent, & non ſuper aliis rebus, alioqui nullæ declaratæ fuerunt informationes, quibus alia facta adiuncta erant.anno 1506.& die quinta Ianuarij ex ordina.Curiæ.

Informationes attentatorum alia cõtinere nõ debent.

Areſtum.

Vide

Vide alios caſus,in quibus probatio extẽporanea fieri debeat. ar.iij.gl. 2
vna. tracta. de lit.dilat. in ſecundo Tomo Conſtitu Reg.in Commenta.

Duo in attentatis probanda.

Tenetur autẽ pars duo probare.Primò,quòd ſit attentatum.Secundò, 3
quòd appellatione vel lite pendẽte,c.primo.& c.eccleſia.vt lite pendente
c.bonæ.co Ioã.Monach.in c.cupientes.nu.136.de electio.in vj.

Attentatorum inquiſitio quomodò fieri debeat.

Quomodò hoc fieri debeat?Reſpon.appellatione recepta per iudicem 4
ad quem,datur ipſi ſupplicatio,vt inquiratur de attentatis, & ipſe permittet,& committet apparitori, vel alij,vt de his informationes faciat.

De literis lite pẽdente.

Aliquando verò impetrantur literæ,quæ vocantur,lite pendente,qui- 5
bus mandatur vt inquirat talis,& informationes clauſas mittat: † & inter- 6
dum ſolet in literis releuamenti appellationis apponi,quòd ſi quicquam
innouatum fuerit inquiratur, raró tamen : † vel ſupplicatio iudici datur 7
vt inhibeatur attentanti, & informare liceat de attentatis, & iudex concedit,& tunc actuarius,ſeu grapherius facit commiſſionem primo apparitori, vel alteri prout iudici viſum fuerit.

Praxis cõtra illũ qui aliquid attentauit.

Item poſteà iſtæ informationes deferri ſolent ad iudicẽ ad quẽ,& oſtẽ 8
duntur procuratori Regio,qui petit,vt is qui attentauit,citetur perſonaliter comparitурus,& iudex decernit, vel alias pro grauitate criminis, &
poſteà literæ à iudice ad quem impetrantur ad citandum iſtum innouantem,quo citato compareat neceſſe eſt,& audiatur vt hic.

ET en cas que par information il ne monſtrera auoir eſté fait attemptat, que le procureur, qui aura allegué l'attemptat, ſoit condemné en l'amende: & pareillement la partie, qui aura fait faire l'adiournement ſur l'attemptat,&c.

GLOSSA III.

Procurator allegans attentatũ punitur, ſi illud non probauerit.

PROCVRATOR allegans attentatum,& non probans,ad mulctam puniri debet,non dicit quam,ideò intelligo arbitrariam,l.j.ff.de effracto.& pars remitti debet,ad illum iudicẽ,qui de iure vel cõſuetudine cognoſcere de cauſa poteſt.

CHARLES VII. *Article LXIIII.*

Articulus decimusſeptimus, & decimusoctauus.

ITEM, *ordonnons, que quand aucune cauſe d'appel, d'appointement, ou ſentence interlocutoire,ou d'execution(ſoit de ſentence difinitiue,ou d'autre choſe) ſera plaidée, que le procureur de la partie intimée ait promptement en iugement les actes, & memoriaux de laditte cauſe & auſſi les exploits,& lettres de l'execution,pour en faire prompte foy en iugement, affin que s'il eſt poſſible,la cauſe d'appel ſoit ſur le champ vuidée & expediée.*

CHARLES VIII. *Article XXXIII.*

ITEM, *ordonnon, que quand vne cauſe d'appel, d'appointement*

ctemtnt, ou ſentence interlocutoire, ou d'execution (ſoit de ſentence diffinitiue au d'autre choſe) ſera plaidée, le procureur de la partie intimée ait promptement en iugement les actes & memoriaux de la dite cauſe, & auſsi les exploicts, & lettres d'execution, pour en faire prompte foy en iugement, a fin que s'il eſt poſsible, la cauſe d'appel ſoit ſur le champ vuidée, & expediée.

GLOSSA VNA.

Ordo titulorum harũ Ordinationum quid proſit.

1 HAE Ordinationes idem omninò continent, & ſi in titulos redactæ princ. fuiſſent, non eſſent iuſtæ ſuperfluitates, ſed ſtatuentes non erant memores alterius ordinationis, ideò bis idem ſtatuerunt, vt hic videtis: ex quo diſcerni poteſt quid ordo proſit, & titulorum hæc ſeries.

Aduocati & procuratores acta dum cauſa litigatur habeant.

2 Iſte text. præcipit, vt quando appellationis cauſa diſputatur, & coram iudice verbo inter aduocatos tractatur, quòd procurator appellati & intimati habeat acta, & munimenta cauſæ, vt ex tempore cauſa appellationis decidi poſsit. Idem ſtatuitur in titul. *des Parlemẽs de Tholouze & Bourdeaux.* articul. vj. & vocatur hæc appellatio à Budæo vocalis, quam vulgò verbalem dicimus De hac alibi dicam.

3 Sed an habeat locum in procuratore appellantis, iſte text. non loquitur de eo, ſed eadem & maior eſt ratio in actoris. i. appellantis procuratore, qui inſtructus venire debet. l. qui accuſare. C. de edend. cap. j. eod. in vi. quia in ſua poteſtate eſt agere, non verò rei, cùm iudicium ſubire cogatur: vt eſt text. in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. ff. de verb. obliga. & ita declaratur articu. xix. infrà eod. † & procurator ſiue actoris, ſiue rei non debet cauſam alicuius defendendam ſuſcipere, niſi ſit inſtructus: vt cautum eſt artic. iiij. ſuprà titu. *des procureurs.* & ſeq.

4 Quomodo debeant iſta acta oſtendi, an ſufficiat exemplum, an verò memoriale, & originale præſtandum ſit. Reſpond. qnando agitur de proceſſu in ſcriptis, ne partes onerentur laboribus & expenſis ad habendum exemplum proceſſus, debet proceſſus efferri iiſdem verbis, quibus conceptus fuit & ita cenſuit Senatus anno 1567. die 7. Septemb.

Proceſſus exemplum ferri nõ debet.

5 Sed ſufficit memoriale eſſe ſubſcriptum à parte: & quotidiè ita fit, ſed acta & inſtrumenta debent eſſe authentica, vt in cap. j. & ij. de fide inſtrumentum tranſcriptum parte vocata apud grapherium per requeſtam vel alibi per literas compulſorias (vt fieri ſolet) ſufficiet.

Areſtum.

6 In appellationibus vocalibus, ſeu verbalibus vnus obtinet originale, videlicèt appellans, & intimatus exemplum: tamen debet eſſe ſuſcriptum à notario, vel alio, vt fidem faciat: vt putà apparitore, qui tradit, & intimat, vel alia perſona publica.

Procurator nõ paratus die dicta mulctatur.

7 Quæro quid ſi procurator non præparet iſta cauſæ munimenta. Reſp. poterit ſuo nomine proprio ad mulctam condemnari, ſed parti non nocebit, l. j. §. procurator. ff. ſi quis ius dicen. non obtempe. vel ſi cauſa deciſa ſit contra partem, ipſa poterit ad id quod intereſt agere contra illum procuratorem: vt infrà articu. xix. in fin. ſtatuitur.

CHARLES VII. *Article LXXVII.*

Articu. decimꝰ nonus.

ITEM, *& pource que quand aucune cauſe d'appel a eſté plaidée en noſtre-ditte Cour, les parties ſont aucunesfoys long temps ſans produire leurs lettres, actes & autres choſes qui ſont neceſſaires pour le iugement d'icelles cauſes d'appel, & par ce moyen demeurent icelles cauſes d'appel long temps ſans eſtre iugées ne decidées: Nous ordonnons que doreſnauant en telles cauſes d'appel, qui ſeront plaidées en noſtreditte Cour de Parlement, les parties produiſent leurs actes, & procez dedans trois iours prochains enſuyuans la plaidoyrie: ſinon qu'ils ayent demandé en plaidant autre delay, lequel la Cour leur ait octroyé: & enioignons aux procureurs des parties, qu'incontinent la iournée de la preſentation de la cauſe d'appel eſcheue, ils facent leur inuentaire de leurs regiſtres, actes & procez en cas d'appel: & les baillent auec leurs memoires à leur aduocat, a fin qu'au iour de la plaidoyrie, les parties en plaidant leurs cauſes puiſſent faire prompte foy de leurs actes & procez: a fin que ſi ladicte cauſe d'appel peut eſtre decidée, & determinée promptement par noſtreditte Court, qu'elle le ſoit: ou que ſi elle n'eſtoit iugée, & icelles parties fuſſent appoinctées en droict ſur icelles cauſes d'appel, qu'incontinent les parties leur produiſent leurs lettres, actes, & procés, en laditte cauſe d'appel, a fin qu'icelle cauſe d'appel ſoit briefuement expediée. Et pource que de tant que laditte cauſe d'appel ſera plus brief iugée apres la plaidoyrie de tant auront les Preſidens & conſeilliers meilleure, & plus freſche memoire des choſes dittes & propoſees par les parties en leur cauſe d'appel: Nous mandons & enioignons à ceux de noſtreditte Cour, qu'il iugent & decident les cauſes d'appel, le plus brief que faire l'on pourra. Et en cas que les procureurs deſdittes parties n'auront produict dedans leſdicts trois iours, le procés ſera iugé en l'eſtat qu'il ſera trouué. Et voulons & ordonnons que ſi par negligence du procureur la partie pert ſa cauſe, qu'icelle partie ait ſon recours contre ſon procureur pour ſes dommages & intereſts.*

GLOSSA I.

Producere appellãs intra quod tẽpus debeat.

ALIQVANDO appellationis cauſa litigatur coram iudice 1
appellationis, & ex tempore decidi non poteſt, ideò ad conſilium reiici ſolet. Et interim ſtatuitur, vt partes acta & munimenta cauſę producant, quod facere tenentur intra tres dies proximos, niſi aliã habuerint dilationẽ. Sed hæc ordinatio parum ſeruatur in Parlamento, in quo

in quo non ſolùm dantur tres menſes,ſed aliquando tres anni,& interdum tria luſtra,maximè in hoc Senatu,ſed hoc ex malitia, & calliditate partium prouenit.

Et enioignons &c.

GLOSSA II.

1 PRAECIPIT procuratoribus, vt ſtatim à die præſentationis cauſæ appellationis inuentarium conficiant,& munimenta & acta aduocatis præſtent, vt præparati die dicta veniant. De hoc inuentario ſcripſi in tracta.de ſentent.prouiſ.articul.tertio gloſſ.tertia.& alia ſcripſi in titulo de inuentar.ſuperiùs. *Inuentariũ munimẽtorũ fieri debet.*

Et pource. &c.

GLOSSA III.

1 STATVIT vt quàm citò fieri poterit, cauſa in conſilium miſſa decidatur, vt præſes & Conſiliarij ſint illius memores:& ideò partes vel procuratores illarum breui producere debent inſtrumenta & munimenta cauſæ. idem ferè ſtatuitur in tit. *des preſidens*.articu.ij.

Et en cas que les procureurs deſdites parties,&c.

GLOSSA IIII.

1 HIC comminatur, quòd ſi acta cauſæ non ſint intra tres dies producta, cauſa in eodem ſtatu decidetur: quòd ſi per negligentiam procuratoris pars cauſam amiſerit, poterit ad id quod intereſt agere contra ſuum procuratorem,l.j.in fin.ff.quando appel.ſit, vbi Bartol.vide plenè Docto.in l.vna. ſi quis ius dicen.non obtempe.vbi idem dicunt,ſi dolo procuratoris hoc factum fuerit.facit glo.in verb.audiatur.cap. biduum.ij.q.vj. *Procurator negligẽs punitur.*

2 Vel poſſet Princeps partem reſtituere, concedendo ei literas in forma ciuili, de quibus plenè ſcripſi in tract. de liter. ciuil. in Primo Tomo comment.in has Conſtit. Regias.

CHARLES VII. *Article XXV. touchant le ſtyle.*

ITEM, *ordonnons,que ſi toſt qu'aucune cauſe ſera encommencée à plaider, elle ſoit paracheuée, ſans aucune interruption ou interpoſition d'autre cauſe: ſinon entant qu'aucune des parties, qui à ce ne ſeroit preſte,requiſt conuenablement aucun delay.* Articu. vigeſimus.

GLOSSA VNA.

1 PRAECIPIT vt cauſa cœpta continuetur ſine aliquo impedimento, & interruptione, & ne alia cauſa interponatur donec cauſa cœpta deciſa ſit, niſi pars non parata ad cauſam dilationem petierit. Idem ferè ſtatuitur in titulo *de la Cour* *Cauſa cœpta ſine interruptione continuari debet.*

de parlement. articulo xxvj. & articulo xxxvij. & xxxix. & in titulo *des Conſeilliers.*art.iij. vbi Conſiliarij audire debent referentes factum cauſæ ſine impedimento & interruptione.

CHARLES VIII. *Article XLV.*

Articu. vigeſimus primus.

ITEM, *& pource qu'il n'eſt poßible de faire appeller en iugement toutes les cedules des defaux & congez, ou les parties ſeroyent appoinctées à bailler leur plaidoyé par eſcrit, & que par ce moyen les parties ſont contraintes d'attendre iuſques à la ſainct Martin, pour demander leur congez & defaux, en quoy elles ſont grandement endommagées & intereßées: Nous ordonnons, que contre toutes les parties, qui auront à bailler leurs cauſes d'appel ou plaidoyé par eſcrit, & ils ne voudroyent fournir dedans huictaine apres les plaidoyries eſcheües, ſeront baillez & deliurez les congez & defaux ou exploicts par faulte de non bailler leſdittes cauſes d'appel par eſcrit, tout ainſi, & en la maniere, que ſi leſdits congez, & defaux & exploicts eſtoyent demandez ou donnez en iugement.*

GLOSSA VNA.

INSTRVIT procuratores ſuper ſchedulis tradẽdis. De hoc plenius ſcribitur in titulo *des procureurs.*ibidem vide.

IDEM, *Article XXXVIII.*

Articu. vigeſimus ſecũdus.

ITEM, *ſi en receuant les proces par eſcrit l'aduocat de la partie appellant eſt receu par la Cour à bailler les griefs: Ordonnons au greffier ſur peine d'amende arbitraire, qu'il adiouſte audit appoinctement, que les griefs, qui ſeront baillez, ſeront hors le procés. Et en cas que les aduocats propoſeroyent aucuns griefs, qui ſeront dedans le procés, ordonnons, & enioignons à noſtre ditte Cour, que ſans dißimulation elle les condamne en l'amende. Et pour cognoiſtre qu'els aduocats les auront faicts, Ordonnons que ceux qui les auront faits les ſignent, & ne voulons iceux eſtre receus par les greffiers de noſtreditte Cour, s'ils ne ſont ſignez.*

GLOSSA PRIMA.

SEQVENTIA hic ſtatuuntur. Primum quòd ſi quis proferat commentarium prouocatorium, & grauamina, debet adiicere grauamina extra proceſſum, & hoc ſeruatur ab aduocatis dicentibus, *griefs hors le procés, &c.*

Secundo

2 Secundò, quòd ſi aduocatus propoſuerit grauamen ex proceſſu, debet ad mulctam cōdemnari, quia iudices inter videndum proceſſum ſatis videbunt conſcripta in proceſſu grauamina, & ſic illa fruſtrà adducerentur.

3 † ſed hoc non ſeruatur: nam partes ſolent omnia grauamina cumulare tam ex proceſſu, quam extrà proceſſum, licèt dicant, *grief hors le proces.*

Grauamina extrà proceſſum adducenda

4 Tertiò, præcipit aduocatis vt ſignent grauamina, alioqui non recipiantur, & hoc bonum eſt, vt dignoſcatur quis ea confecerit, vt poſſit puniri, ſi aliqua iniurioſa, vel honorem alterius partis labefactantia appoſuerit.

Griefs.

GLOSSA II.

1 DICITVR, ſi grauaris, appella. cap. omnis oppreſſus. ij. q. vj. & non auditur appellans ſine grauamine regulariter, niſi ordo omitteretur. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minori. Bald. in capi. cùm dilecta. col. ij. nume. 30. de reſcrip.

Grauatus appellare poteſt.

2 Notandum eſt quòd appellans ſequentia probare debet: primò quòd appellauerit. voluntas enim appellandi, niſi eā expreſſerit non prodeſt. l. j. cum l. ſeq. ff. eodem.

3 Secundò quod appellauerit intra decem dies in patria iuris ſcripti, in patria verò quæ conſuetudinibus regitur, illicò debet appellare, arti. j. ſuprà eod. authen. hodie. C. eod.

4 Tertiò quòd ex iuſta cauſa fuerit interpoſita, & ex grauamine: vt aſſerit Ioan. And. in c. Romana. §. ſi verò. eod. tit. in vj. & Peruſ. in cap. cùm appellationibus. ibidem. l. hi qui. C. eod. ibi iuſtè te appellaſſe oſtende. ideò grauamen appellans probare debet, vt ibi.

Grauamen appellans probare debet.

5 Quartò, quòd intra tempora legitima fuerit proſecutus. capit. cùm ſuper. de re iudic. c. cùm ſit Romana. eo. ſcripſi in articu. iiij. ſuprà eod.

6 Quintò, iudex grauare dicitur, quando tollit alicui iuris beneficium, per text. in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minori. indultum enim à iure beneficium nemini eſt auferendum. regu. indultum. in vj. & idem dicendum eſt quomodocunque competat, etiam ſi per conſuetudinem, vel ordinationem, ſeu alias.

Grauare quando iudex dicatur.

7 Vel ſi præpoſtere procedat, l. liber. C. de peti. hæred. & l. dicimus. ff. de excu. tuto. Bald. in l. j. C. eod. per illum text. in iij. notab.

8 Idem ſi denegat dilationem ſine cauſa, & à iure vel ordinatione permiſſam. c. j. & per totum. de dila. Inno. in c. ſignificauerunt. de teſtibus.

9 Idem ſi præcipiatur impoſſibile. reg. impoſſibilium nulla eſt obligatio. ff. de regul. iuris. vel id, quod parti difficile, aut periculoſum eſt, text. in cap. accepimus. vbi Panor. & alij de fidè inſtru. c. ex parte. j. eod.

10 Idem ſi ſententia contineat aliquid contra ius, vel rationem, tunc pars grauari dicitur, & aliis multis modis, quos enumerare difficile eſſet, ſed hoc ex frequenti vſu dignoſci poteſt: & ex iuribus. Et nota quòd quicquid fit à iudice incompetente dicitur grauamen illi, contra quem fit. Bal. in j. conſtitu. Cod. colum. vlt. & Doctor. in l. j. C. ſi à non competent. iudi.

Iudicans per ſordes vel contra ius grauare dicitur.

iudic.fuer.& maximè quando iudex iudicat per ſordes,grauare dicitur. l. ſi filiusfamilias. ff. de iudic. & vbicunque contra ius iudicat. capitulo primo de ſentent.& re iudica.

Grauamina plura ſi ſint, ſigillatim ſunt tollenda.

Vltimò,ſi pars pluries appellauerit,vel ſi ſint plura grauamina, iudex ad quem debet dicere in omnibus & per omnia malè appellatum, vel benè, vel ſigillatim debet ius reddere ſuper qualibet appellatione, & grauamine: † alioqui ſi ſimpliciter malè vel bene appellatum diceret, nihil ageret, imò perperàm iudicaret: vt cenſuit Senatus me præſente anno 1535. die xj. Ianuarij, poſtulante Ianuario aduocato pro appellante, & Barbeau pro appellato. 11 12

Areſtum.

Loys XII. *Article LVII. des publiées 1512.*

Articu. vltim⁹.

ITEM, *que doreſnauant on ne baillera en nos Chancelleries aucun reliefuement en cas d'appel, des ſentences interlocutoires,ou griefs faits hors iugement, que la partie ne declaire ſes griefs particulierement par le menu, & non en termes generaux: & ne pourra l'appellant pourſuyuir autres griefs, que droict eſcrit en l'inſtrument appellatoire.*

GLOSSA VNA.

Grauamina ſpeciatim exprimenda.

DVO hic iuri conformia ſtatuuntur. Primum,quod non poterit quis releuare appellationem emiſſam ab interlocutoria,vel à grauamine extra iudicium facto, niſi priùs declarauerit expreſsè, & in indiuiduo grauamina. & dicit hic text. *par le menu, & non en termes generaux.* hoc elicitur exc. vt circa. de elect. in vj. ibi, appellantes in inſtrumento publico, ſeu literis ſuper appellatione confectis omnia, & ſingula exprimant: alioqui tam opponentes,quàm tempore appellationis interpoſitæ, vel poſt modum adhærentes eiſdem, obiiciendi aliqua, quæ non fuerint in huiuſmodi literis, vel inſtrumentis expreſſa, poteſtatem ſibi nouerint interdictam: niſi &c. in clemen. conſtitutionem. illo titu. alia ſcripſi in articu.j.tract.de reſtitu.in ij. Tomo harum Conſtitu. quæ huic materiæ confinia ſunt. 1

Grauamina inſtrumentorum appellationis quando ſint exprimenda.

Secundum, quòd ſic appellans non poterit proſequi alia grauamina quàm expreſſa,vel in literis releuaminis appellationis in patria conſuetudinaria, vel in inſtrumento appellatorio in patria iuris ſcripti. hoc probatur in ca.j.de appella.in vj. & in clemen. appellanti. eodem, vbi alia multa dicuntur,quæ hunc non tranſcribam. 2

In appellatione verò à diffinitiua non ſolent grauamina exprimi in literis appellationis, cùm fortè plura ſint, nec tam citò videri poſſunt, & ſolet dici quod à certa ſententia eſt appellatum, ſed in interlocutoria ſic, ca.j.de appella.in vj. † Sed in patria iuris ſcripti grauamina exprimuntur in inſtrumen 3 4

inſtrumento appellationis:alioqui iudex non recipiet appellationem, nec literas in cauſa appellationis concedet:at in patria conſuetudinaria in literis releuamenti appellationis grauamina exprimi ſolent.

Opponi quæ cõtra appellationẽ poſſint.

5 Nunc videamus,quæ contra appellationem opponi poſsint? Primo ad fines vt Dicanici dicunt non recipiendi, videlicèt quòd appellans non eſt recipiendus,eo quòd præcepto ſibi facto opponere debeat, & non appellare:vt ſcripſi in §.j.de liter.oblig.in j. Tomo comment.in has conſtit.Reg. & ſine grauamine,& ſine intereſſe appellauit,& iuriſcon.ait non ſolent audiri appellantes niſi quorum intereſt,l.j.ff.de appel.recip.

6 Item quia non appellauit illicò,vel intra decem dies,vel alias intra tempus competens,vt ſcripſi artic.primo.ſuprà eodem.vel non releuauit intra tempus præſtitutum.artic.iiij.ſuprà eo.vel non eſt proſecutus, vt ibi.& ca. cum ſit Romana.de appel.

7 Item quia eſt talis caſus, in quo non potuit appellari ab executione, vt in executoriis:vt ſcripſi in tract.de ſent.executo.in j. Tomo Commenta.ad has Conſtit.vel eſt appellatum ad eum, ad quem non debuit appellari de iure,vel omiſſo medio:vt ſuperiùs ſcripſi artic.ij.& iij.

8 Vel pars tacitè renuntiauit appellationi, vel expreſsè:vt artic.xv.ſcripſi ſuperiùs.

9 Item opponi poteſt,vt Pragmatici dicunt, *à fin de non valoir: car ce qu'a eſté faict ne vault,*factum non valet, quia à iudice incompetente:vt in rub. ſi à non compe.iudi.iudic.fuer.

10 Vnde appellatio alternatiua,aut generalis non valet, c.ij.& c.conſuluit. eod.Bald.in cap.de cauſis col.vj.de off.delegat.

Incerta appellatio non valet. *Areſtum.*

11 Ideò anno 1537.die 27. Nouembris non fuit receptus appellans,qui à iudice eccleſiaſtico appellauerat ad illum, vel illos ad quem, vel quos de iure poteſt appellatio deuolui, & maximè ad Curiam ſupremam tanquam ab abuſu,ſi expedierit, & hoc inuenerit per ſuum conſilium.vide Felin.in cap.ſuper literis.colum.ix.de reſcript.

Qualitas in intimatione appellationis exprimenda.

12 Item oportet intimare officialibus Regiis ſub illa qualitate, nec valeret aliter,vel curatoribus aut tutoribus:alioqui ſi ſimpliciter nominando perſonas intimaret.non valeret.arg.capi.fi.de præbend.in vj.capit.ad aures.de reſcript.

Subſtituti procuratoris Regij quando poſſint intimari proprio nomine. *Areſtum.*

13 Sed ſi appellatio emiſſa à procuratoris Regij ſubſtituto non fuerit approbata à procuratore generali,tunc intimari poterunt illi officiales Regij proprio nomine.ita cenſuit Senatus anno 1520. die 3. Maij pro officialibus Regiis de Chaumont, contra cardinalem *de Lorraine*, & ſufficit tunc quando reprobata eſt à procuratore Regio appellatio, accipere commiſſionem ad intimandum illis nomine proprio. Alia quæ opponi contra appellationem poſſunt,tradit Specu.eod.tit.§.fi.

Cõcluſio appellati ſeu intimati.

14 Vnde ferè his verbis ſolent concludere appellati: *Que l'appellant ne doit eſtre receu comme appellant,& s'il faiſoit à receuoir (que non) que ſoit dict eſtre & auoir eſté moins ſuffiſamment pourſuyuie,& par ce deſerte,& en outre que la partie n'a point eſté greuée:& ſi à receuoir faiſoit, qu'elle n'a pas bonne cauſe, qu'il ſoit dict bien iugé, mal appellé, & partie aduerſe ſoit renuoyée deuant ſon premier iuge pour mettre ſa ſentence à execution,*

Effectus appellationis plures.

Vltimò dicamus effectus appellationis. Et primus eſt deuolutionis. de-
uoluit enim cauſam ad ſuperiorem eius,à quo appellatum fuit.capi.anterio 15
rum.ii.q.vi.ca.vt debitus.eo.& ca.cùm appellationibus.in vi.etiam ſi appel
letur à ſententia nulla.c.exhibita.de iudi.c.dilecto.eod.

Deuoluit appellatio cauſam ad ſuperiorem.

Deuoluit etiam acceſſoria,c.dilectis.circa fin. & ibi Philipp. Franc.not.
xiii.& in rubric.nume.25.eodem gloſſ.in §. & ne ſub vmbra. in verbo, in- 16
terponi.de cauſ. in pragmat. adeò quòd iudex appellationis poterit pro-
nuntiare etiam ſuper articulis omiſsis à primo iudice,etiam ſi hoc non pe-
tatur,vt docet Præpoſit. in rubric. de appellat. in fin. allegat Rotam deci-
ſio.ccclxi. item ſi à definitiua,quam non inueni. adducit etiam Bartol. in l.
fin. C. quando prouoca. non eſt neceſſ. & Imol. in capi. fina. in de exce-
ptionibus.

Ego verò dico, quòd iudex hoc poterit petente parte, non aliàs, per l.
iiii.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infecto.& ita ſeruatur in curiis Fran 17
ciæ,& ſic aſſerunt Bart.& Imol.adducti.per Præpoſi.

Item adeò cauſa deuoluitur ad iudicem ad quem eſt appellatum, vt ſi
ipſe iudex à quo aliquid attentet, nihil facit : vt in rubric.nil nouari appel- 18
lat.penden.vt ſuperiùs ſcripſi articu.xvi.imò nulla ſunt, quæ fiunt poſt ap-
pellationem,etiam nondum releuatam.cap.non ſolùm.de appellat. in vi. &
ſuperiùs dixi.

Et iudex non deferens appellationi punitur.c. decreto. ii.q. vi. capitulo
de priore.eodem titu.& pœna eſt arbitraria, cùm à iure non ſit ſtatuta, vt 19
dicit Peruſ.in ca.de priore.& Doctores, in c. cùm appellationibus. eodem
titu.in ſexto.

Falſa demõſtratio non vitiat appellationẽ.

Effectus alius, nempe falſa demonſtratio appellationem non vitia: vn
de ſi quis appellat die decima à ſententia lata die octaua,& tamen erat lata 20
die decima, ille error non impedit appellationem, quia ſufficit ſententiam
iam latã fuiſſe tẽpore quo appellat, nec vtile vitiabitur per inutile:vt docet
Bal.in l.etiam.C.de falſa cau.adiect.per l.ſi quis libellos.C.eo.& l.i.§.ſi quis
ff.eo.ſequitur Peruſ.in rub.de appellationibus.colum.ii.

Suſpendit ſententiam appellatio.

Tertius effectus appellationis eſt, vt ſuſpendat ſententiam, & iuriſdi-
ctionem iudicis à quo,c.ſuper eod.j.& ca.ſæpe.in fin.eodem.ca. venientes. 21
de iureiuran. † Et iudicialis appellatio etiam in vno articulo ſuſpendit iu-
riſdictionem iudicis in totum,& quoad totam cauſam. capi. ſi à iudice. de 22
appellationib. in vi. ſecùs in appellatione extra iudiciali, niſi articuli ſint
ſeparati, tunc executioni mandari poterit ſententia in illis, videlicet arti-
culis,in quibus non eſt appellatum.Doctor.in l. ſi qui ſeparatim. ff. eod. &
in ca.vna ſententia.eo.l.ampliorem.vbi Doctor.C.eo.Boër.in deciſio.Del-
phi.q.lxxii.ſæpè dubitatum.

Quod eſt verum inſpecto futuro euentu.l. ſi cauſa cognita. C. de tranſ-
actionibus,ſed quoad præſentem ſtatum ſententia extingui videtur, quia 23
non poteſt mitti executioni, ac ſi nulla fuiſſet. l. j. in fin. ff. ad Turpillia-
num.Bald.in rubric. C. de appellationibus † & condemnatus non dicitur,
qui prouocauit, l.ſecunda. in fine. ff. de pœnis. nec eſt infamis penden- 24
te appellatione, l. furti. in principio ff. de his qui notantur infamia. imò
eo tem

eo tempore poterit teſtamentum condere, l.ſi quis filio. §. hi autem. ff. de iniuſt.rup.& irrit.teſta.l.qui à latronibus.in fin. de teſta. l. fin. C. ſi reus vel accuſator mortuus fuerit.

25 Limitatur in ſententiis cenſuræ,quæ ſtatim ligant. ca. quærenti. de verborum ſignificationibus.cap.paſtoralis §.j.eod.

26 Item licet præſumatur pro ſententia. capitul. in præſentia. de renunt. l. Herennius. §.Caia.ff.de euict.& quantò maior eſt iudex, tantò magis pro eo præſumatur,& ex quo eſt magis peritus.capit.pen.de preſumpt. capi. in noſtra.de procura.

27 Tamen appellatio tollit, ſeu ſuſpendit illam præſumptionem ſententiæ, teſte Innoc.in capit.bonæ.j.de electio. Panormi. & alij in rubric. de appellatio.text.in capit. cùm ad ſedem. de reſtitutio. ſpoliat.maximè ſi pars eam irritandam probauerit.

Appellatio tollit præſumptiõem ſententiæ.

28 Ego dicerem ſemper præſumendum pro ſententia, etiam poſt appellationem.cap.in præſentia.& cap.bonæ.j.de electio. ideò is qui dicit aliquid contra ſententiam,hoc debet probare.vnde appellans ſemper tenetur probare iniquitatem ſententiæ,l.hi qui.C. eodem.ibi:iuſtè te appellaſſe oſtende.& ſic præſumitur pro ſententia,l.prima.ff.eodem.

29 †Sed dicunt ipſi,non tam præſumitur poſt appellationem, quàm anteà, tamen ſemper præſumitur quouſque probetur contra,vt cáp.cùm ad ſedē. & ca.in noſtra.de procura.

30 Item effectus appellationis eſt, vt reformet ſententiam malè latam, & benelatam confirmet.l.j.ff.de appellatio.l.Titianus. quod cum eo. & confirmando vel reformando addere poteſt:vt in titul. de confirma. vtili. Bar. in l.ſi expreſſim.in fin.ff.eodem.

Appellatio reformat ſenteu tiam male latam.

31 Sola tamen Curia ſuprema ſententiam irritat,& pro infecta habet, ſicut Princeps,vt vulgo ſolet dici,*mettre au neant*,& ita ſcripſi in procœmio Concordat.in verbo,ſummas.per gloſſ.in clement.vna de immu.eccle. & ſuperiùs dictum fuit articul.xij.

32 Et ſi parti non ſit ſatisfactum dicendo bene vel malè iudicatum:tunc iudex appellationis debet addere pro caſus neceſſitate & contingentia.Dec. in rubric.de appella.colum.vij.num. 11.& ſuprà dixi articu.xij.

Iudex appellationis aliquando addere ſententiæ debet.

33 Nota igitur quod pulchrè docet Bald.in ca.fraternitatis.colum.ij.de teſti.videlicet appellationem habere quatuor naturas,ſcilicet ſupplendi:vt in l.per hanc.C. de tempo. appella. & ſic iudex appellationis poteſt ſupplere in cauſa, quæ venit ad petitionem coadiuuandam.l.Titianus. ff. quod cum eo.ſecus ſi veniret ad omninò nouam petitionem.Bald.in l.fin. colum.j. C. quando prouoca.non eſt neceſſ.

Quatuor naturas habet appellatio.

34 Emendandi,in l.j.ff.de appella.Felyn.in c.cum cauſa.col.ij. de re iud.

35 Confirmandi naturam habet:vt in l.eos. in princ. C. eodem & in titulo de confirmat.vtili.

36 Diſcernendi,l.j.C.quando prouoca.non eſt neceſſ.

37 Habet etiam vltra Bald.naturam diuidendi,quia pro parte poteſt iudex appellationis confirmare & infirmare ſententiam. cap. Raynutius. & cap. Raynaldus. de teſtamen.l.Carmelia.ff.de iure patro.

Annul

Annullandi naturam habet.l.quædam mulier.ff.fami.erciſ. 38

Habet etiam naturam procedendi lite non conteſtata inter abſentes, l. 39
l.fin.§.illud.C.de temp.appel.

Etiam habet hanc naturam quòd vno condemnatorum appellante,vter 40
que videtur appellare, quatenùs ſententia contra ſe facit. l. ampliorem in princ.C.eo.licèt non ſeruetur in Francia.

Appellatio in priſtinũ reſtituit ſtatum.

Item effectus eſt appellationis, vt reſtituat cauſam in priſtinum ſtatum, 41
vſque ad litis conteſtationem.vnde omiſſa dilatoria in cauſa principali, nō poteſt opponi in cauſa appellationis,l.ita demum.C.de procur.

Cõcluſio in cauſa appellatiõis vim habet litis conteſtationis.

Ideò in cauſa appellationis non requiritur litis conteſtatio,l.fin.§.illud. 42
C.de temp.ap.ego dixi illam concluſionem,quam faciunt partes, ſeu procuratores coram grapherio, ſeu iudice habere vim litis conteſtationis, &
ab eo tempore debetur emenda. † vnde ſolent iudices & præſides curia- 43
rum dicere,concludatis, & appellans concludit male iudicatum, appellatus bene:vt docui in tracta. de ſenten. prouiſ.articu. j. gloſſ.xij. vbi dixi in quibus caſibus appellans concludere non teneatur.in primo Tomo Commenta.ad has Conſtitu.Reg.

Cauſa appellationis debet decidi per eadem ſtatuta,per quæ prima ſen- 44
tentia.text.in authent.vt cùm,de appelat.cognoſ.§.j. collat. viij. & in ſtylo Parla.titulo de commiſſ.§.item quæro.Panorm.& alij in cap.quod clericis. de foro competen.

Appellatio mutat omnes cautiones.

Appellatio mutat omnes cautiones, & nouas cautiones iudiciales re- 45
quirit. nam cautio de iudicio ſiſti finita eſt in prima inſtantia. l. Græcè. §. & poſt litem.ff.de fideiu.ideò in cauſa appellationis de nouo caueri debet. gloſſ.in auth.de his qui ingred.ad appella.in princ.columน.v.Bald. & Præpoſi.in rubric.de appella.ca.circa fin.

Idem in cautione de rato, vt in cauſa appellationis de nouo cauendum 46
ſit.not.in capitulo non iniuſtè.de procura.l.j.C.eodem.

Alius quoque eſt effectus, vt appellatione pendente nihil innouan- 47
dum ſit.titulo ff.nil nouari appella.penden. ſcripſi ſuprà articul.xvj.Alias vtilitates poteris hic addere bone lector

Iſtas interim non negligendas putamus: pro quibus agimus gratias Deo omnipotenti, qui calamum currentem direxit.

Amen.

TRACTATVS DE APPELLATIONIBVS TANQVAM AB ABVSV INTERPOSITIS, frequens.

Des appellations comme d'abus.

FRANÇOYS *Article V. des publiées.*

M. D. XXXI.

QVE *les appellations comae d'abus interiettées par les preſtres, & autres perſonnes eccleſiaſtiques, es matieres de diſcipline, & correction, ou autres pures perſonnelles, & non dependentes de realité, n'auront aucun effect ſuſpenſif: ains nonobſtant les dittes appellations, & ſans preiudice d'icelles, pourront les iuges d'egliſe paſſer outre contre leſdittes perſonnes eccleſiaſtiques.* primus Articu.

GLOSSA VNA.

1 ABVTI eſt malè & perperàm vti.l. plenum. §.j.ibi & horto,& pomis, & oleribus, & floribus, & aqua vſurum non vſque ad compendium.i.lucrum, ſed ad vſum ſcilicet,non vſque ad abuſum. ff. de vſu & habit. & abuſus dicitur malus vſus: vt ſcripſi in l.bona. ff. de verb.ſig.ac illicitus vſus,vt ſcribit Archid.in cap.quamuis.de offi.deleg.in ſexto, quem ſequitur Lucas de Penna in l. vſum aquæ. columna prima.C.de aquæ duct.libr.xj. *Abuti & abuſus quid*

2 Vnde in hoc Regno introducta eſt appellatio, quæ vocatur à notorio abuſu,quando palàm & notoriè quis ſanctis decretis,ac concordatis,priuilegiíſque Galliæ perperam vtitur,ſicut dicit Cicero pro Roſcio Amerino. Quid eſt aliud iudicio,ac legibus,ac maieſtate veſtra abuti ad quæſtum atque ad libidinem? *De notorio abuſu ſola Curia cognoſcit.*

3 Et ſi Archiepiſcopus non poſsit in prima inſtantia cognoſcere in diœceſi ſuffraganei,tamen quando eſt notorius exceſſus,& abuſus,cognoſcere poterit.cap.Romana.§.ſanè.de cenſib.lib.vj.& cap.Romana.de pœnis.eod. libr.

4 Et de hac appellatione ſola Curia ſuprema cognoſcit, ſiue appellatur *Concluſio*

à iudi

pellantis à notorio abuſu.

à iudicialibus,ſiue ab extraiudicialibus,etiam omiſſo medio:& ſolet appellans concludere his verbis, *ie conclud eſtre mal, & abuſiuement procedé, entreprins,& decerné,& executé, ſi execution y a: & demande, que le tout ſoit reparé: & bailler abſolution à l'appellant, ſi meſtier eſt, & es deſpens, & l'amende. Autrement ſelon la diuerſité du cas doibt conclurre*. & poſteà ſententia erit conformis petitioni:iuxta l.vt fundus.ff.commu.diuid.

Imò etiam vendicat ſibi Curia cognitionem contra clericos,appellando 5
etiam à iudicibus eccleſiaſticis ad Parlamentum, quamuis iuriſdictio eccleſiaſtica ſit dignior, & ſuperior,& ſit tanquam ſol in mundo, & ſecularis tanquam luna:vt dicitur in c.ſolitæ.de maio.& obedient. †& de appellationis 6
ſubſtantia eſt ad ſuperiorem appellare.gloſſ.in ca.ij. de conſuetudini. in vj. vbi non valet conſuetudo nec abuſus in contrarium, ſed regales dicunt in hoc caſu Curiam ſupremam eſſe ſuperiorem. inferiùs dicam, quando hoc eſſe poſsit.

Appellandum ad ſuperiorem.

Item ſi laicus citetur à iudice eccleſiaſtico in realibus, vel in alia mate- 7
ria,de qua vt Regales contendunt,iudex eccleſiaſticus non poteſt cognoſcere, tunc impetrabuntur literæ à iudice Regio, per quas inhibetur ſub magnis pœnis iudici eccleſiaſtico, ne cognoſcat, & parti etiam præcipit ne proſequatur illam cauſam coram iudice eccleſiaſtico, ſub pœna in literis contenta demum citatur pars per eaſdem literas coram iudice laico ad diem ad audiendum ampliores ei fieri inhibitiones.de hoc ſuperiùs dictum fuit in tract.de cita.in hoc Tomo.

Curia quando cognoſcat de notorio abuſu.

Item dicunt poſſe de notorio abuſu Curiam cognoſcere, quando quis 8
venit contra authoritatem Regiam: vt ſi in hoc Regno Comes Palatinus à Papa creatus legitimet in temporalibus, vel creet notarios in eiſdem: tunc ab iſta legitimatione appellatur tanquam ab abuſu ad Curiam, vt docet Bened. in repe. ca. Raynutius. in verbo, & vxorem.numero 197.& ſequent.de teſtament. †& ſic fuit prolatum areſtum contra Ioannem Manar, 9
qui creauerat notarios in temporalibus,& ſic legitimauerat. per quod curia abuſiuè proceſſum cenſuit, & nulla iſta facta declarauit, inhibuítque illi ne amplius in hoc Regno hac poteſtate vteretur, condemnando ad reſtituendum pecunias, quas receperat, & quòd creati notarij ac legitimati deferrent literas apud Curiam, refert Aufrer.in ſtylo Parlamenti areſto 251.

Areſtum.

Præterea ſi fiat quid contra ſancta decreta, & concordata, vt ſi quis o- 10
miſſo medio ad Papam velit appellare, vel in prima inſtantia iudex ab eo delegatus velit cognoſcere:vt per totum de cau. & friuo. app.in Concord. Benedict.vbi ſuprà,num.427.

Areſtum.

Addunt etiam ſi contra priuilegia Regni fiat, vt ſi aliquis exterus trahat 11
aliquem regnicolam,vel externum extra Regnum, contra titu.de cauſis.in Concorda. & ſic fuit latum areſtum, vt docet Aufrer. in ſtylo Parlament. areſto.259. & 269.

Vendicant etiam ſibi hanc cognitionem ab abuſu, quando fit contra 12
Ordinationes Regias, nam eas infringere (vt dicunt) nihil aliud eſt, quam temerè præſumere, & notoriè abuti iuriſdictione Regia: ideò poterit

Rex,

Rex.& eius Curia iudicio etiam pœnali ſuam iuriſdictionem defendere.l.j. ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.Bened.in repe.c.Raynutius.in ver. abſque. ij.de fideicom.ſubſti.nu.48.de teſta.

13 Idem dicunt, ſi quis contra areſta Curiæ molitur, vel quando iudex, etiam eccleſiaſticus vſurpat iuriſdictionē ſecularē: vt ſi velit de poſſeſſorio, vel realibus cognoſcere, & tunc iudex ſecularis etiam clericis inhibet. arg. l.conſulta diualia.C.de teſta. vbi Imperator prohibet clericis, ne de inſinuatione teſtamenti cognoſcant.Ecce caſus præcipuos,in q̃bus abuſus fit.

14 Ego verò putarem hanc appellationem iuſtam in illis caſibus, in quibus Rex habet iuriſdictionem à Papa,vel Canone, ſeu à Conciliis generalibus,vt in cap.principes.xxiij.q.v.vbi qui venit contra fidem, rigore & ſeueriore iudicio Principum atteri debet, authoritate illius text. ideò non dubitò laicos poſſe in hoc cognoſcere, etiam contra clericos,vt eccleſiam protegant: vt etiam ſcripſi in titul. de protectio. Concorda. in Concord. Franciæ.

15 Idem ſi oppugnatur eccleſia.tueri enim à Principibus debet, ob eam autem cauſam Principes conſtituti ſunt, & poteſtas ſecularis. dict. capitu. principes.

16 Idem quando à iure canonico ille caſus expreſſus eſſet, vt in electione ſummi pontificis, cap. vbi periculum.§.prætereà.de electio.in vj.& in aliis caſibus ab ipſo iure expreſsis: quia Regum officium eſt propriũ facere iu-
17 dicium,& iuſtitiam.ca.Regum.xxiij.q.v. † ſi igitur Rex debet facere proprium iudicium, non quærat igitur alienum:nam ordo confunditur, dum
18 ſua vnicuique iuriſdictio non tribuitur.c.peruenit.xj.q.iij. † Propria itaque iuriſdictio eſt tuenda vnicuique.c.nouit.de iudi.nam diuiſum imperiũ cum Ioue Cæſar habet:teneat ergo ille immania ſaxa, veſtras Eure domos, vt ait Vergil.Patet profectò ſedis apoſtolicæ iudicium in ſuis caſibus, cuius authoritate nihil maius, à nemine retractandum, in his quæ pertinent ad ſuam iuriſdictionem, nec cuiquam licere de eius iudicio iudicare tanquã ſupremo.c.patet.& c.nemo.& ſeq.ix.q.iij.

Quemadmodum econuerſo in caſibus,qui pertinent ad iuriſdictionem
19 Principum ſecularium, eccleſia, & eccleſiaſtici iudices non debent ſe intromittere.dict.capit.nouit. de iudic. capit ſi clericus laicum.de foro competenti.

20 Et in caſibus à iure non permiſsis excommunicati ſunt vſurpantes iuriſdictionem eccleſiaſticam in bulla Cœnæ domini: vt ibi etiam ſcripſi, & Anton. Roſellus in tract.de poteſta. Papæ. & Imperat. enumerat caſus, in quibus à iudice ſeculari ad eccleſiaſticũ præuenitur. & Docto.in capit. licet.& capit. nouit. de iudic. & dicit Cardinal. in clementi. prima.de pœniten. & remiſſ. iudicem eccleſiaſticum compellere poſſe ſecularem ad
21 obſeruantiam iuris canonici. † ſed hodie figura ὕστερον πρότερον eſt in vſu, dicit Aufrer. his verbis, nunquam, tamen audiui, neque vidi, niſi ſemel, quod ſuper huiuſmodi meritis cauſarum appellationum pronuntiatum fuerit, ſed duntaxat vel appellationes annullatæ, aut quòd appel-

lantes non recipiendi vt appellantes, quia à iudice ſpirituali non eſt ad ſe-
cularem iudicem appellandum. in tract. de poteſt. ſecu. ſuper eccl. fallen. ij.
verſic. xxx. fallit.

In his appellationibus frequenter presbyteri & clerici volentes effu- 22
gere correctionem, & quandoque ſolutionem eorum quæ debebant, abu-
tebantur: ob id ſtatuit Rex, quòd iſtæ appellationes non ſuſpendant iuriſ-
dictionem iudicis eccleſiaſtici, ſed ea non obſtante procedere poſſit. hoc
probatur in hoc artic. & in c. ad noſtram. de appellat.

Diſciplina non recipit appellationem ab abuſu.

Primò dicit iſte text. *en matiere de diſcipline*. hic non puto accipi diſcipli- 23
nam pro eruditione, quam diſcipulus à ſuo præceptore obtinuit, ſed pro
inſtituto & moribus: vnde ſi Epiſcopus, vel Abbas, ſeu alius velit clerico-
rum mores reformare, vel monachorum, nulla conſuetudo, vel appellatio
hoc valeat impedire, ne ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur. c. irre-
fragabili. de offic. ordinat. & quia remedium appellationis non ideò inuen-
tum eſt, vt alicui à religionis & ordinis obſeruantia exorbitanti debeat in
ſua nequitia patrocinium exhibere. d. c. ad noſtram.

Correctio non admittit appellationem.

Secundò dicit *correction*, ſi clericus appellet ab Epiſcopo volente eum 24
corrigere, tanquam ab abuſu, illa appellatio non ſuſpendit, ſed poterit Epi-
ſcopus illum corrigere clericum, non obſtante appellatione, & poſteà ſi
velit, appellationem iſtã proſequi poteri.† & iſta tam in regularibus, quam 25
ſecularibus clericis locum obtinent, vt per Panormita. & alios in c. irrefra-
gabili. deberent tamen iſti ad ſuos appellare iudices.

Tertiò, idem dicit in perſonalibus, vt ſi clericus conueniatur ad decem, 26
quæ debet ex locatione domus, vel ex aliis perſonalibus, & is tanquam ab
abuſu appellet, non obſtante appellatione iudex eccleſiaſticus procedet,
vt ſcripſi in tractat. vt laici non conueniantur coram iudicibus eccleſiaſti.
ſuprà.

FRANCOYS *Article VI. des publiées M. D. XXXIX.*

Articulus ſecũdus, tertius, & quartus.

Que les appellans comme d'habus, qui ſe departiront en iugement de leurs appellations releuées, payeront l'amende ordinaire du fol appel, & hors iugement, la moytié de ladicte amende, & plus grande, ſi meſtier eſt, à l'arbitration de noſdites Cours ſouueraines, eu regard à la qualité des matieres, & des parties,

IDEM, *Article VII. Ibidem.*

Et en amende vers la partie, pour leurs ſubterfuges, & delaiz, & procés retadé, c'eſt aſçauoir, de vingt liures Pariſis en iugement: & hors iceluy, de dix liures Pariſis.

IDEM, *Article VIII. Ibidem.*

Et quant aux appellations playdées & ſouſtenues par

leſdits appellans, ils ſoyent condemnez outre l'amende ordinaire, en vne amende extraordinaire enuers nous, & la partie : ſelon l'exigence du cas, ſi la matiere y eſt trouuée diſposée

GLOSSA VNA.

1 HIC ſtatuit, quòd ſi quis velit acquieſcere appellationi tanquam ab abuſu emiſſæ, hoc ei liceat, tamen ſi in iudicio antequam ſuper cauſa litigetur, acquieſcat, tenetur ſoluere mulctam ſexaginta librarum fiſco, parti verò viginti pro dilationibus, & proceſſus retardatione. *Mulcta que imponatur pro appellatione ab abuſu.*

2 Si verò extrà iudicium huic appellationi cedat, tunc ad dimidiam emendam tenetur fiſco, & ad decem libras parti, & ad maiorem arbitrio Curiæ pro qualitate materiæ, & partium imponendam.

3 Item ſi ſuper hac appellatione in iudicio litigatum fuerit, & appellans ſuccumbat, non ſolùm condemnari debet ad emendam ſexaginta librarum, ſed etiam ad aliam emendam extraordinariam pro qualitate cauſæ, & ſi hoc materia exigat, quæ conceditur fiſco, & parti, prout ſuperiùs conſcriptum fuerit, videlicèt ſi emẽda fuerit erga fiſcum ad viginti libras dimidia imponi debet, videlicèt alia decem, quæ parti applicantur.

4 Item vidi appellari tanquam ab abuſiua à clerico, cui Abbas maioris monaſterij præceperat, vt caperet monachum. & in hac appellatione dicebat ſe non eſſe ſubditum dicti abbatis ideò illum abbatem abuſum ſua iuriſdictione, Curia iſtum appellantem reiecit, nec eum appellantem recepit, quia ad ſuperiorem dicti abbatis appellare debebat, non ad Curiam, quæ per iſtam appellationem non tuetur iuriſdictionem eccleſiaſticam, ſed ſuam pœnali iudicio. l. vna. ff. ſi quis ius dicen. non obtempera. & hoc ſenſuit Senatus anno 1545. die x. Decembris. *Reiicitur appellatio tanquam ab abuſu.* *Areſtum.*

5 Et iſtæ appellationes regulariter ſunt verbales, & vocales, & aliquando etiam emittuntur ex proceſſu in ſcriptis, vt quandoque vidi. Nam ſi iudex eccleſiaſticus iudicauerit in petitorio reſtitutionem fundi, vel domus faciendam, appellari ſolet tanquam ab abuſu,
6 †etiam ſi tres ſententiæ interuenerint, & omnia annullantur. ita vidi ſeruari, ſed quo iure defendis villas in c. quo iure. vijj diſtin.

7 Alia de appellationibus abundè ſcripſi ſuprà titu. proximo, ea quiſque videre poteſt. Laus Deo.

TRACTATVS DE ANTICIPATIONIBVS, VTILIS, AC QVOTIDIANVS.

RVBRICA

Des anticipations.

LOYS XII. *Article LVI. des publiées M. D. XII.*

Articulus primus.

ITEM, *que touteſfoys & quantes qu'aucun ſera anticiper ſa partie, s'il gaigne en fin de cauſe, l'anticipation, & voyage du ſergent ſera taxé, ſinon que la partie euſt premierement releué, auant qu'auoir eſté anticipé.*

GLOSSA VNA.

Anticipationis literæ, quando impetrari poſſint.

INTERDVM reus dolo,& verſutia plenus,ſe condemnatum intelligens appellat , voléſque cauſam immortalem reddere, impetrat literas appellationis, & citat, ſeu intimat parti ad longiuſculum tempus, ſeu multùm diſtantem diem , quo compareat,putà ad annum, vel ſex menſes,ſeu ad 1
aliud longum tempus. †ſed & tunc appellatus rei moras, & ſubterfugia deprehendens, impetrare poteſt literas anticipationis, & citare appellantem ad diem breuiorem. Et hæc practica generalis Regni. Maſuer. in eod.titu.§. item & ſimiliter. 2

Et fundatur iſtæ literæ ſuper æquitate abbreuiandi lites, quiareipublicæ intereſt vt abbreuientur,l.properandum.C.de iudic. capit.finem, de dolo, & contuma. & de hoc verbo eſt text.in l.ſecunda.C.de vectiga.& commiſſ.ſed ibi non ſic accipitur,vt hic. 3

Iſte igitur articulus diſponit , vt anticipanti taxetur ſalarium apparitoris , qui denuntiauit anticipationem , & hoc ſi appellatus obtineat , & niſi pars releuaſſet ſuam appellationem ante oſtenſam anticipationem.& ſecundum hoc iudicauit Senatus anno 1522.die xxix.Nouembris. 4

Areſtum.

Sed

5 Sed dubiũ eſt an anticipans teneatur probare appellationem interpoſitam,& debito tempore?docet Aegid.Bellamera deci.xlv.inci.quamquã.de appellatione in tit.de app.nõ teneri,refert Fely.in c.capitulũ.nu.14. de reſc. nã q̃ cõfitetur antecedens,videtur cõfiteri & cõſequens.c.dudũ.ij.de elect.

Anticipã appellationem probare debet.

6 Sed contrarium iudicauit Senatus,nam qui appellationem allegat,eam probare debet.l.non ignorat.C.qui accu.non poſſunt...quoties.§.qui do-
7 lo.ff.de prob.& hoc ann.1534.die 24.Martij ante Paſcha. †iſta ſic poſſunt conciliari, videlicèt vt anticipans probare teneatur, quando appellãs nõ proſequitur,ſed quando appellans releuauit,& proſequitur, tunc appel-
8 lans probabit.† Quæro quomodò fieri poſsit iſta abbreuiatio diei, anteuerſio,ſeu anticipatio?Reſpon.per literas Regias,non autem per ſupplicationem, quia huius conceſsio gratiæ non ſolet à Parlamento concedi, nec ab alio.cap.oblate. de appel.ſic concluſit& ſtatuit Senatus anno 1510. die xviij.Martij.argumento eorum quæ Doct.ſcribunt in l.imperium.ff.de
9 iuriſdi.omnium iudic. † vnde ſi quis ad Parlamentum appellauerit, & in longam dilationem diem protraxerit. breuiorem appellato concedet,vel Princeps, vel eius Cancellaria, non alius poterit, vt fuit etiam in Senatu
10 iudicatum anno 1510.die ix.Iulij.& anno 1528.die xviij. Ianuarij, † quod eſt verum,quando ad Parlamentum fuit appellatum,ſecùs ſi ad Seneſchallum, vel Bailliuum, tunc enim is Seneſchallus vel Bailliuus literas etiam anticipationis concedit.

Areſtum. *Anticipatio quomodò fieri poſsit.* *Areſta.*

11 Item in anticipationis literis oportet declarare à quò aliquis appellauerit,& de quo grauamine,vel an à ſententia definitiua, & hoc caſu præcipitur iudici à quo,vt mittat proceſſum cum expletis clauſum,& ſigillatum. Ita vidi in literis anticipationis exprimi.

Literæ anticipationis quæ continere debeant.

12 Aduertendum eſt tamen,quòd in hac anticipatione dilatio dari debet competens,& non nimis arcta, alioqui non valeret. c. oblatæ. de app. ibi, dummodò nimium non præcurrat,& arg. c.j.de dila. Alex.conſil.xix.viſo proceſſu.colum.vltim.in j.vol.Maſue.in rubr. de dila.§.item cùm quis ad-
13 iornatur. † Et an dicatur competens, relinquitur arbitrio iudicis ad quem vt docet.Ioan.And.Anth.& Dec.in c.oblatæ.colum.ij.

Dilatio cõpetens in anticipationũ literis dari debet.

FRANCOYS *Article VII. des publiées 1528.*

ITEM, *& s'il y a appel deſdites ſentences de contumace interiecté:la partie pourſuyuant pourra faire anticiper l'appellant par requeſte,en la ſignifiant audit appellant,ou à ſon procureur,qui aura occupé par deuant leſdits commiſſaires.*

Articulus ſecũdus.

GLOSSA VNA.

1 INTERDVM cauſa in Senatu committitur aliquibus, & partes coram his commiſſariis non comparent, vnde commiſſarij in eos contumaciæ ſententiam ferunt,& ipſi poſteà appellant:ideò ſi pars velit,poteſt eos anticipare, dando Curiæ ſupplicationem, & hoc caſu poteſt releuari anticipatio per ſupplicationem, ſed non regulariter, vt ſuperiùs ſcripſi.

Anticipatio quando per ſupplicationẽ releuari poſſit.

cationem,ſed non regulariter,vt ſuperiùs ſcripſi.

Item ſciendum eſt,quòd per has ordinationes non eſt cautum,nec per 2
literas Regias releuamenti ſtatuitur ,quòd tempus detur ad cōparendum
corā iudice à quo, ſed ſolet regulariter per appellātem declarari,& ſi plus
æquo pro lixum tempus aſsgnauerit,datur anticipatio, vt hic.

Si tamen ageretur de cauſa alimentorum,vel alia prouiſionali,vel con- 3
tra exterum,aut pauperem,tunc breuiſsima debet aſsignari dilatio. argu.
l.fi.ff.de appel.ne mora periculum afferat.l. non ſolùm.§.qui riuos. ff.de
oper.noui nuntia.ſcripſi in tracta.de ſentent.execu t.in primo Tomo Com-
ment.in has Conſtitutio.Regias.

Procurator non anticipat.

Procurator non anticipat, ſed pars :vnde cum procurator, ſeu ſyndi- 4
cus alicuius pagi anticipaſſet appellantem , fuit in expenſis à Senatu con
demnatus,ſaluo tamen iure proſequendi appellationem habitantibus il-
lius pagi & parti,anno 1534.die lunæ poſt Quaſimodo.

Areſtum.

FRANCOYS *Article VIII. des publiées M. D. XXVIII.*

Articulus vltimus.

ITEM, *ſera en l'option deſdittes parties faire iuger leſdits congez ou defaux par leſdits commiſſaires en la matiere deſſuſditte, ou faire appeller leurs cedules deſdits congez & defaux en iugement, comme deſſus, pour en auoir le prouffit, & adiudication par noſtreditte Cour en la maniere accouſtumée.*

GLOSSA VNA.

Anticipatio ante octo dies an valeat. Areſtum. *Areſtum.*

HIC articulus facultatem parti tribuit proſequendi appellatio- 1
nem,vel vt iudicetur contumacia,prout de iure communi,& com
muniter per ordinationes iudicatur. Iſta materia latiùs tractata
fuit ſuprà in tractatu de contumacia & de effectu.

Notandum eſt, quod ſi aliquis anticipauerit intra octo dies, anticipatio 2
valebit, ſi appellans non renuntiet appellationi intra octo dies,vt cen-
ſuit Senatus anno 1522. die vltima Iulij. Si tamen pars poſt an-
ticipationem renuntiauerit intra diem octauum , vt poteſt,
tunc anticipatio non valebit, vt iudicauit Senatus an-
no 1527. die v. Martij. & dixi ſupra titu. de ap-
pella. artic. xv. finem his impono gratias
Deo agens immenſas.
Amen.

TRACTATVS DE PRAESENTATIONIBVS.

RVBRIC.

Des preſentations.

CHARLES VI. *Article XXXVII.*

ITEM, *& quand aux preſentations, nous, en enſuyuant les Ordonnances de noz predeceſſeurs Roys de France, auons ordonné, & ordonnons, que tous ceux qui auront affaire en Parlement, ſeront preſentez dedans le premier iour, ou le ſecond au plus loing, de la preſentation de leur Bailliage, ou Seneſchaucée: ou autrement, ſans nulle eſperance de grace, & ſans demander default, ils ne ſeront plus receus: ainçois ſeront tenus pour purs defaillants, & ſera le defaut puis la enauant baillé à leur parcie.* Articulus primus.

IDEM, *Article XXXVII.*

ITEM, *que ceux qui ſe preſenteront, facent ſpeciale preſentation en chacun Bailliage ou Seneſchaucée, en laquelle ils auront affaire: & s'ils ont affaire en diuers Bailliages, ou Seneſchaucées, ou en vne ſeule, qu'en chacune preſentation ils facent eſcrire tous ceux, contre qui ils ſe preſenteront: ou autrement de tout le Parlement ils ne ſeront receus encontre aucun autre, que contre ceux, contre leſquels ils ſe feront preſentez.*

IDEM, *Article XXXIX.*

ITEM, *que toutes manieres de parties, ſelon ce qu'elles ſe ſeront preſentées, ſoient deliurées par l'ordre des preſentations, ſans nul auantage de donner audience à autre perſonne quelconque, ſelon l'ordre qu'ils ſe ſeront preſentez: & bien ſe gardent les parties, qu'elles ſoyent trouuées à l'huis de la chambre preſentes, & garnies de leur conſeil, quand elles ſeront appellées. Car les parties preſentes ſeront tantoſt deliurées ſans delay, & ſi l'vne eſt preſente, & l'autre abſente, la preſente emportera deſlors tel prouffit, comme ſi elle ne fuſt point preſentée: & ſi toutes les deux parties ſont defaillants, reuiennent à l'autre Parlement, ſi la Cour ne veoit qu'ils l'euſſent fait en fraude d'aucune choſe, qui nous touchaſt, & ainſi ſe deliurera chacune baillie ou ſeneſchaucée auant que commencer l'autre.*

GLOSSA VNA.

Partes ſe debent ſingulis præſentare annis.

HIC PONITVR quomodò, & quo tempore præſentare partes ſe debeant in Parlamento,& ad hoc videndus eſt text.& certum eſt quòd partes ſingulis annis ſe debent præſentare, alioqui interruptus erit proceſſus,vt ſuprà dixi in primo Tomo harum Conſti.gloſſ.v.in procœm. 1

Et quamuis ſingulis annis ſic debeant ſe partes præſentare, tamen non ſolent taxari, niſi viginti ſolidi pro qualibet præſentatione, quia pars non aſtringitur venire pro hac præſentatione,ſed poterit in ſingulos annos mittere hos xx.ſolidos ad ſuum procuratorem, qui iſtam præſentationem facere poterit, & hoc ſeruatur in parlamen.Pariſ. 2

Præſentationis cuiuſlibet ſalarium.

Intelligendus eſt iſte text.quòd quis ſingulis annis ſe debet præſentare ſiue agatur de proceſſu in ſcriptis, ſiue de proceſſu verbali, vt pragmatici vocant. 3

† Et proceſſum in ſcriptis intelligentes,ſi data ſi dilatio ad producendum, & audiendum ius, & ſi iudex dicat,quòd partes produxerint coram eo, & quando iudex recitat ſe in ſententia multa inſtrumenta, & documenta vidiſſe,& hoc conſtat ex actis.ita eſt conſtitutum in tit. *quels procez ſon dits par eſcript.* infrà eodem. qui ex hoc erit expeditus. Etiam hoc fuit in iuridicis conuentibus declaratum, habitis apud Molinos anno 1540.die xix.Septembris propter frequentes dubitationes. 4

Proceſſus in ſcriptis, vel verbalis qs dicatur.

Nec dicitur proceſſus in ſcriptis eò quòd ſcriptus eſt: veluti conſuetudo, quando eſt ſcripta non amittit nomen conſuetudinis, nec ob hoc dicitur conſuetuddo ius ſcriptum.§.ſine ſcripto. de iure natu.in Inſtitutio. Doct.in l.de quibus.ff.de legibus.& in procœ.feudo.ſic videtis in proceſſu dicto in ſcriptis. & hoc tendit ad declarationem Ord inationum Regiarum,quas vide inferiùs pleniùs in d.tit.*quel procez ſont dicts par eſcript.* 5

Areſtum.

Alia lector beneuole ex tex.elicias,& ex tuo ſuppleas ingenio,poſtquàm videris in ſtylo Parla.tit.de præſentat.in Parla.faciend.vbi fuſiùs hæc materia traditur in prima parte.ne plura in re facili adducendo prolixitatis vitium incurram. Laus de iſtis Deo tribuatur. Amen.

TRAC.

TRACTATVS DE

LITERIS IMPETRATIS AD RENVNTIANDVM PROVOCATIONI, & quando quis ad acquieſcendum appellationi recipiatur.

Des lettres des acquieſcemens, & quand l'on eſt receu à acquieſcer.

LOYS *XII. Article XXXI. des publiées M. D. XII.*

ITEM, *que les lettres d'acquieſcement ſe preſenteront à la Cour, & ſeront ſignifiées à la partie ſix iours apres l'impetration d'icelles, ſur peine d'eſtre decheu de l'effect d'icelles.* Articulus primus.

GLOSSA VNA.

1 QVAMVIS vulgò ſoleat dici, renuntiare appellationi intra octo dies, acquieſcere verò poſteà,tamen Latinè renuntiare quis appellationis dicitur, *Renuntiare & acquieſcere an differant.*
2 †ſiue ante octo diesrenuntiet,ſiue poſteà etiam renuntiare liti dicitur, in l.poſtquàm liti de prędio motæ renuntiaſti.C.de pact.vbi Doct. dicunt cedere liti pro renũtiare.prout multa ſcripſi in l.cedere diem.ff.de verborũ ſignification. ego pragmaticorum terminis vtar.

3 Statuitur hic literas has ceſsionis prouocationis eſſe Curiæ ſupremæ præſentandas,& non ſtatuit diem, ideò videtur in arbitrio impetrantis, dummodo eas præſentet intra annum. cap. plerunque. de reſcrip.& alias ſecundum ſtylum & conſuetudinem Curiæ, tamen hic ſtatuit,vt præſententur Curiæ, & ſignificentur parti intra ſex dies ab impetratione computandos: ergo quàm citò commodè fieri poteſt debent Curiæ præſentari.argu.cap.quàm ſit.de elect.in vj.alioqui impetrans priuatur fructu & effectu illarum literarum, vt in text. *Literæ renuntiatiõis appellatiõis quando ſint præſentãdæ.*

Intellige

Renuntiatio eſt duplex quoad appellationem.

Intellige quòd duplex eſt renuntiatio appellationis : prima , quæ fit per 4
literas,& de iſta loquitur iſte text.& illæ literæ Parlamento diriguntur , in
quibus Rex permittit acquieſcere ſine emenda de gratia ſpeciali,& irritat
appellationem,ac annullat , mandátque Conſiliariis vt appellantem reci-
piant ad acquieſcendum , & appellationem annullent : & hoc eſt quando
appellatio in Curia pendet.

Sententiæ à procuratoribus cũ conſilio factæ nõ poſſunt à partibus reuocari.

Areſtum.

Altera eſt quæ fit conſultorum authoritate , & iſta non tractatur hic,ſed 5
debet præſentari quàm citò commodè fieri poterit.argu.c.quàm ſit.de ele-
ctio.in vj. † vnde anno 1539. die 6.Iunij fuit pronuntiatum in Senatu , vt 6
conuenta , ſeu ſententiæ (quas appunctamenta vocant inter procuratores
partium,& aduocatos habita & expedita cum conſilio non poſſint à parti-
bus reuocari,& vt pragmatici dicunt,*ne ſont ſuiets à deſadueu,ſinon qu'on alle-
gue dol,mais l'on pourra agir contre le procureur* , ſi ſit ſoluendo , alioqui contra
partem.Et iſta eliciuntur ex dictis gloſſ. Bart.& Docto.in l.j.in fi.ff.quando
appel.ſit.

Alioqui ſi quis non acquieſcat appellationi , omnia iuſta contra eum 7
valent , antequàm denuntiauerit parti , & ad impenſas tenetur , quouſque
intimauerit ſe renuntiare , ideò vtile eſt ſtatim poſt ceſſionem parti de-
nuntiare.

Aliquando etiam ſine literis Curia Parlamenti recipit aliquem ad ac- 8
quieſcendum , cùm ſua cauſa ibi tractatur , ſed tunc acquieſcens ſolet ad
emendam condemnari non ordinariam , ſed ad quinque libras pro quoli-
bet anno,quo in Parlamento illa cauſa introducta fuit.

Acquieſcere procuratores quãdo poſſunt.

Areſtum.

Item ex Ordinatione Curiæ procurator poteſt acquieſcere , ſi conſilio 9
aduocatorum ita viſum fuerit. Vnde is qui reuocauerit procuratorẽ ſuum
volentem ex conſultorum authoritate acquieſcere , fuit condemnatus ad
mulctam centum ſolidorum Pariſi.& quòd etiam conſentiret renuntiatio-
ni appellationis apud actuarium , ſeu Grapherium , prout conſilium dicta-
uerat,& hoc anno 1538.die 25. Februarij , vt ſcribitur in ſtylo Parlamen-
ti.areſto. 133. item quòd procurator. † Et hoc modo plures expediren- 10
tur cauſæ , ſi partes hoc procurarent , & conſultorum authoritati crede-
rent.

Hæres an poſſit acquieſcere in vim literarũ à defuncto impetratarum.

Areſta.

Si verò impetrans has literas moriatur antequàm ope illarum acquie- 11
uerit , non poterit hæres acquieſcere in vim harum literarum , nec procu-
rator,quia morte mandantis expirauit mandatum , l.eius qui.vbi Iaſon.ff.ſi
certum petat.l.mandatum.C.manda.cap.ſignificauit.de reſcript.ita iudica-
uit Senatus anno 1519.die 9. Februar. Domi. Viellard , & Alligret poſtu-
lantibus.

Acquieſcẽs in materia criminali ad expenſas tenetur.

Areſtum.

Intellige quòd appellationi cedens tenetur ſoluere expenſas,& alia litis 12
diſpendia,vt viſum eſt Senatui anno 1549.die 7.Ianuarij.

Imò in materia criminali hic acquieſcens tenetur nedum ad expenſas, 13
ſed ad damna & intereſſe quouſque acquieuit : vt placuit Senatui contra
Do.de Borbon , anno 1519. die 14. Februarij.Alia multa tractaui in tract.
de appellationibus.

Loys

LOYS *XII. Article LV, des publiées M. D. XII.*

ITEM, *& ſi toſt qu'vn proces ſera ſur le bureau, nul ne ſera receu à acquieſcer : à ceſte cauſe defendons à noſtre amé & feal Chancellier, & autres ayans la garde de nos ſeaux, que doreſnauant ne baillent aucunes lettres d'acquieſcement, ſinon que ceſte clauſe y ſoit, pourueu que les procés ne ſoit veu, conſulté ne iugé.* Articulus ſecũdus.

GLOSSA VNA.

1 PROHIBET ne quis appellans recipiatur ad acquieſcendum poſtquàm lis iudicari cœpta ſit, & vt dicit text. *quant le proces eſt ſur le bureau.* ideò præcipit Cancellariis, ne aliquas literas renuntiationis appellationis concedant, niſi apponatur clauſula, quòd acquieſcere poſsit, prouiſo quòd proceſſus nõ fuerit viſus, conſultus, nec iudicatus: intellige à iudicibus illius cauſæ. ibi, *veu, conſulté, & iugé.* *Acquieſcẽs quando quis non recipiatur.*

2 Et ſic tres excipit caſus, primus eſt in quo non licet appellationi cedere, quando proceſſus eſt viſus, non prout quotidiè videtur ab aduocatis, aut ab ipſis partibus, ſed vt mox dixi, quando viſus eſt à iudice, ſeu à con-
3 ſiliariis. † Nam quando proceſſus viſus fuit, hoc fieret in iniuriam relatoris, qui diutiùs illum videndo dies noctéſque tranſegit inſomnes: & Princeps in dubio non vult quicquam concedere in iniuriam alterius, l.ij. §. meritò. ff. ne quid in loco public. fiat. c. quamuis. de reſcr. in vj. etiam labor Conſiliariorum & iudicum eſſet vanus: & quando quis fortè audiret ſe malam obtinere cauſam, aut periculoſum fore euentum, tunc acquieſceret. *Acquieſcere quis non poteſt quãdo proceſſus videri cœptus eſt.*

4 Idem ſi controuerſiæ enarrator (quem *rapporteur*, vulgò vocamus) cauſam enucleauerit, & iam conſultores audierunt narrationem, iámque Præſes ſententias Conſiliariorum excipit, non poterit acquieſcere pars, ſed poteſt ei dici, quod Imperator ait in l.ij. C. de iuris & facti ignoran. ſera prece ſubueniri tibi deſyderas.

5 Iſtud probatur, quòd poſt concluſionem in cauſa nihi poteſt pars agere, quàm vt dubium expectet litis euentum, c. cùm dilectus. de fide inſtrumen. & concluſum in cauſa cenſetur, quando renuntiatum eſt allegationi-
6 bus iuris & facti. gl. ibidem. † ſi tamen partitus fuerit proceſſus, tunc altera pars poterit producere inſtrumentum cauſam omninò perimens, vt fuit concluſum in magna inquiſitionum Camera in libro ſcriptum ſpecierum, quem vocant. *Producerè poſt concluſionem quãdo pars poſſit.* *Areſtum.*

7 Ideò poſt concluſionem non valent commiſsiones impetratæ. niſi de ea concluſione mentionem faciant. Leg. cancel. Inno.

8 Item *iugé,* dicit text. quia ſi concluſum fuerit in Parlamento reum condemnandum, & ſi breuiculus, ſeu libellus condemnationis ſuper hoc fieri debet, licèt nondum ſit peractus, tamen proceſſus iudicatus quoad hoc cenſetur, vt dicit text. *iugé.* & probatur in l.ij. C. de ſenten. ex breuicul. rec. vbi no. idem eſſe in aliis iudicibus. *Iudicatus proceſſus quando dicetur.*

FRAN

FRANCOYS *Article XIIII. des publiées M. D. XXVIII.*

Articu lus tertius.

ITEM, *aucun ne ſera receu en iugement à acquieſcer, ſoit par nos lettres, ou autrement, ſans payer l'amende à la diſcretion de noſtredite Cour, en ayant egard au temps, que l'aßignation de ladite cauſe ſera eſcheüe en noſtredite Cour.*

GLOSSA VNA.

Mulcta volentium acquieſcere appellatiõi.

PROHIBET ne quis in iudicio cedat appellationi, niſi mulctam ſoluat ad diſcretionem Curiæ, ratione habita temporis, quo fuit introducta appellatio, & hodie dicanicis iſte text. eſt planus, quia Curia ſolet condemnare ad quinque libras Pari. pro quolibet anno appellationis, vnde ſi appellaſſem ad Curiam anno xxxviij. & acquieſcere velim anno quadrageſimo, teneor ſoluere mulctam decem librarum Pariſ. & omnes expenſas, quas appellatus probabit ſe in cauſa expoſuiſſe, vt dixi ſuperiùs tracta. de appel. artic. 9.

Idem Article XV.

Articu lus quartus.

ITEM, *& quand la cauſe ſera miſe au roolle, huict iours apres la publication d'iceluy roolle, ou que ladite cauſe ſera appellée en iugement, aucun ne ſera receu à acquieſcer, ſoit par nos lettres, ou autrement, ſinon en payant l'amende, qui ſera arbitrée par noſtredite Cour, eu egard au temps, que l'aßignation ſera eſcheüe, & ſera tenu le procureur de l'appellant declairer le temps, que ladite aßignation ſera eſcheüe.*

GLOSSA VNA.

Tranſigi an poſſit, proceſſu in Curia pendente.

IDEM ferè continet hic articulus ſicut præcedens. 1

Quæro an poſſit hic tranſigi durãte lite in Curia? Reſpon. ſic, dummodò apponatur clauſula in tranſactione, ſaluo, vel retento beneplacito Curiæ, vt docet Maſuer. in ſua pract. rub. de iudi. §. item ſæpè partes. & in ſtylo Parlamen. titul. de modo proponendi. §. idem in cauſa. alioqui contra: †nam poſtquàm appellatio eſt Papæ præſentata, non poſſunt partes recedere ab ea. capit. quamuis. & c. prouida. de electio. in ſexto. alioqui illuderetur frequenter. c. bone. ij. de poſtu. prela. ca. licet. de officio leg. 2

Areſtum. Et ſi facta fuerit ſic tranſactio, non poterit pars venire contra eam, donec Curia declarauerit ſibi diſplicere. Ioann. Gallus. q. per areſta. q. cxviij. vidi pronuntiari. 3

De hac materia plene tractaui ſuprà tract. de app. articu. xv. ad ibi dicta lector beneuole te reiicio, gratias de his Deo æterno agens. Amen. 4

TRACTATVS DE SALARIIS TAXATIS PRO VISITATIONE proceſſus.

Des ſalaires & eſpices taxez pour la viſitation des procés.

LOYS *XII. Article LVII. des premieres.*

ITEM, *nous ordonnons que les iuges Royaux, ou leurs lieutenans reſortiſſans ſans moyen en noſdittes Cours, qui ont accouſtumé de prendre aucune choſe pour la viſitation des procés, ne pourront prendre doreſnauant aucune choſe pour la viſitation d'iceux procés, qu'il ne ſoit enregiſtré par leurs greffiers, par les mains deſquels leſdits iuges pourront prendre ce qu'il leur ſera taxé raiſonnablement, en eſcriuant & ſignant de leur main ſur le dictum, ce qui aura eſté taxé pour la viſitation. Et d'auantage nous ordonnons que leſdits greffiers ſeront tenus d'eſcrire, & ſigner ſur le reply de la ſentence ce qui aura eſté taxé pour la cauſe deſſuditte.* Articu. primus.

GLOSSA VNA.

1 ISTE text. videtur contra ius, vt iudices poſsint aliquid recipere à partibns, inter quas ius reddunt. nam ſcribitur Iob cap. xv. ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. *Contra munera captãtas.*

2 Et Thebis iudicum imagines viſuntur abſque manibus: & ſummi iudicis oculi conniuent, eo quòd iuſtitia nec muneribus capiatur, nec hominum vultu flectatur, vt alibi legiſſe memini. Vnde ſolebat quidam hos verſus ſcribere:

Munera pontifices ſubuertunt, munera Reges.
Munera ius ſtatuunt, deſtituúntque ſimul:
Munera peruertunt leges, decreta refellunt,
Euacuant patrum iura rigore ſuo.

Munera iudicij libram moderantur, & ipſam
Protinus inflectunt, quo data penſa trahunt.
Omnia vincit amor, ſed amorem munera vincunt:
Excæcant oculos, præcipitántque gradus.
Munera ſi ceſſent, ceſſabunt iurgia, lites,
Mars cadit, & Veneris nullus amicus erit.
Munera ſi ceſſent, miſeris mortalibus vltra
Clamor, nec luctus, nec dolor vllus erit.

Iudices non debent capere munera.

Itaque poſtquàm dona excæcant oculos iudicum: Eccleſiaſt. 20. ideò ipſi conſtanter ea recuſare debent: imò ſtatuit Vlpianus in l. ſolent. in fin. ff. de officio proconſul. & legat. ne donum, vel munus ipſe Proconſul, vel qui in aliquo officio erit, accipiat, emátve quid, niſi victus quotidiani cauſa, quæ ad xenia non pertinent, ſed ad ea, quæ ad edulium accedunt vſum, nec xenia producenda ſunt ad munerum qualitatem.

Annotatio ad l. ſolet. ff. de offic. proconſul.

Et quamuis in quibuſdam libris legatur, excedunt, ego tamen putarem 5
legendum accedunt, vt non liceat iudici donum, vel munus accipere, niſi accedat ad vſum edulium, vt eſculentum, & poculentum: quia non licet recipere ea, quæ excedunt vſum edulium, vt quæ fortè paucis diebus non poſſent conſumi, veluti vinum, aut frumentum.

Scitè Papa ſcribit in c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcriptis, in ſexto. vt gra- 6
tis & cum omni puritate iudicium procedat, nullus iudex munus, vel quicquid aliud à partibus recipere præſumat, niſi forſan eſculentum, & poculentum mera liberalitate oblatum, quod paucis conſumi poſsit diebus.

Nam dicit Caſſador. libro vj. varia. epiſt. xxj. paria eſſe iuſtitiam vendere, 7
& ſimoniam committere, cap. accipimus. in fin. de purga. canoni. imò grauius eſt vendere iuſtitiam, quàm præbendam: quia Chriſtus eſt iuſtitia. cap. exiſtimant. xj. q. iij. & culpa tantò grauior eſt, quantò res, in qua culpa committitur, eſt ſanctior: vt ait diuus Bernar. quem refert Lucas de Penna in l. j. col. xix. C. de deſert. lib. xij. cùm vendere præbendam, & beneficia, inter cætera crimina grauiùs reputetur, quia omnia crimina ad comparationem Simoniacæ hæreſis, quaſi pro nihilo reputantur. capitulo fin. j. quæſtio. vij. Sic vendere iuſtitiam, ideſt Chriſtum qui eſt iuſtitia, grauiùs erit quàm beneficium vendere. Et per hoc expeditus quoque erit titulus, infrà, *des dons & promeſſes pour corrompre iuſtice*, & ſic iudex vendens iuſtitiam poteſt vocari Simoniacus hæreticus.

Vendere iuſtitiam grauius eſt quã vendere beneficia.

Apophthegma quotidianum.

Ideò Peſcennius niger conſiliariis addidit ſalaria, ne grauarent eos, qui- 8
bus aſsidebant, dicens iudicem nec dare debere, nec accipere. Plutarch. in apophteg. vtinam hoc exemplum imitentur hi, qui vendentes officia ſpoliant iudicem aſſeſſoribus interim raptò viuendum eſt. ibidem.

Officiales an cõſequãtur ſalaria temporis eius, quo non ſeruierunt.

Et ordinarij officiales priùs debent habere ſtipendia, quàm extraordi- 9
narij: vt ſtatuit Ludouic. xj. anno 1467. die 6. Februarij: vt patet in lib. Ordinat. Ludo. fol. 148.

Verùm eo tempore, quo non ſeruiunt, ſalarium habere non merentur. 10
l. Seio. ff. de annuis leg. & in l. diem functo. de officio aſſeſſo. author. Capit.

ciſio. cxxv. in deciſio. Neapo. quia propter ſeruitium, vel officium datur etiam beneficium.capitul.fin.de reſcrip. in ſexto.qui ergo non dicit horas, prout officium eccleſiaſticorum exigit, non lucratur fructus beneficij, ſed ad eorum reſtitutionem tenetur,vt alibi ſcripſi.

11 Super hoc tres facerem caſus. Primus eſt quod officium iuſtitiæ emi non debet, & emens Simoniacus eſt: vt ſuprà dixi,& in authentic. vt iudices ſine quoquo ſuffragio.gloſſ.in l.ij.C.de murilegul.libro vndecimo.Benedict. in repetitio. capitul. Raynutius.in verb. duas habens filias. de teſtamen. *Iudicantis officiū emi non debet.*

12 Secundus caſus eſt,non licet iudici dare pecuniam,etiam in cauſa iuſta, vt ipſe in mei fauorem ſuam proferat ſententiam:ſic enim iudex corrumpi videretur.l.ij. in fin. ff. de condict.ob turpem cauſam.quia non licet iudici iuſtum vendere iudicium,quamuis liceat aduocato iuſtum vendere patrocinium,& Iureconſulto conſilium.capitul.non licet.xj.quæſt.iij.& cap. fin. xiij. quæſtio. v. & toto titul. C. de pœna iudi.qui malè iudica. hodie ſuper hoc facta eſt ordinatio Henrici, ne Conſiliarij quicquam à partibus recipiant,nec quidem ſpecies. *Iudici non licet capere pecunias.*

13 Tertius caſus eſt,licere iudici iuſta non habenti aliunde ſtipendia, pro labore aliquid recipere, tam ad laboris compenſationem, quàm vt honeſtè pro ſua dignitate viuat.capitul.cùm ab omni.de vita & honeſtate, clericorum.dicto capitul.ſtatutum.§.inſuper.de reſcriptis, in ſexto. & ſic pro viſitatione proceſſus id quod ei taxabitur, iure poterit accipere. gloſſ. in dicto capitul.non licet. *Et Anitus Archemeonis fuit primus*, qui Athenis iudicibus pecuniam dedit,authore Plutarcho in vitis illuſtrium virorum. *Iudici quā do liceat capere pecunias.* *Quis primus iudicibus pecuniā dedit.*

14 Itaque cùm magiſtratus regni iuſta non habeant pro authoritate ſtipendia, vt commodè viuant, & ne in miſeram cadant mendicitatem: ſalaria pro viſitatione proceſſus, & relatione recipere permittitur eis. & de hoc loquitur hæc præſens ordinatio, quæ per iſta ſatis videtur intelligi poſſe.

15 Requiſita tamen aliquot in hoc text. ſubnectere non pigebit, primum quòd ſit iudex Regius,vel eius locum tenens,ibi, *Iuges Royaux,ou leurs Lieutenans*, idem tamen putarem in aliis, cùm eadem ſit ratio in cæteris, & ſic eadem iuris diſpoſitio,l.illud.ff.ad legem Aquil. *Requiſita in hac ordinatione.*

16 Secundò quòd ſint iudices immediati ad Curiam ſupremam, & ſic quòd præſidiales ſint prouinciarum iudices, vt ſunt Seneſchalli, Bailliui, &c.non primæ inſtantiæ,quos vulgò Præpoſitos vocamus. ibi, *reſſortiſſans ſans moyen en noſdittes Cours.* Secùs ergo in aliis, quia de vno dicens de aliis negat, l. cum prætor.ff.de iudiciis.capit. nonne. extra de præſumptio. cum ſimilib.

17 Tamen cùm eadem ſit æquitas, idem quoque erit. gloſſ. in authentic. quas actiones.C.de ſacroſanct.eccleſi.etiam hodie hi recipiunt.

18 Tertiò requiritur, quòd illi iudices ſint conſueti accipere. ibi, *qui ont accouſtumé de prendre aucune choſe.* Nam interdum conſuetudo facit licitum, quod alias erat illicitum. capitulo denique. iiij. diſtinctio. & iſta eſt conſuetudo generalis Regni Franciæ, tam in iudicibus eccleſiaſticis, *Conſuetudo fecit licitū.*

quàm in ſecularibus, vt pro viſitatione proceſſus pecuniam accipiant.

Quartò quòd ſint conſueti accipere cauſa viſitandi proceſſum: ſecus 19 ergo ſi alia ratione, ibi, *pour la viſitation d'iceux procés*, & ſic pro mercede laboris impenſi. nam ſi vt iniuſtitiam facerent, vel adminiſtrarent non valeret: vt in l. prima. & per totum. C. de pœna iudicis qui malè iudicauit. & vt ſuperiùs diſtinxi, l. prima. §. ſed & conſtitutio. ff. de calumn.

Iudex non vltra taxã accipiat.

Quintò requiritur, illud quod ita iudex accipit, fuiſſe taxatum. ibi, *ce qui aura eſté taxé pour la viſitation.* ergo ſua authoritate capere non poteſt, 20 quia fortè malo auiditatis animo poſſet metas excedere in exigendo, vt notarij, capitulo, ſtatutum. §. notarium. de reſcriptis in ſexto. vel fortè plus acciperet ab vno, quàm ab alio.

Taxatio aqua debet eſſe.

Sextò, quòd illa taxatio ſit rationi conſona. ibi, *ce qui aura eſté taxé raiſonnablement.* extirpandum eſt quod ratione caret. cap. cor epiſcopi. xviij. diſtinct. nam interdum immẽſum taxaretur ſalarium ſpe compenſationis vni, vt poſteà ille communicet aliis, vel vt ipſe taxet (ſi quando ferat occaſio) ſimile ſalarium. 21

Septimò requiritur, quòd illa taxatio ſcribatur in regeſto, & ſignentur, 22 *en eſcriuant & ſignant de leur main ſur le dictum.* Nam quidam annonarij iudices plus iuſto recipiunt, & taxant, & quaſi harpiæ omnia rapere vellent.

Regeſtata & ſignata ſit taxatio.

Octauò, quòd actuarius, ſeu grapherius ſcribat in breuiculo ſententiæ, 23 quod taxatum fuerit ſalarium. ibi, *& d'auantage, &c.* vt poſteà iudices Curiarum ſupremarum hanc immenſam taxationem reformare poſſint, ſi viſum eis fuerit.

Actuarius non pars ſportulas dat iudici.

Nonò, quod iudices hoc ſalarium taxatum ab actuario recipiant, & non 24 à parte: nam pars tradet grapherio, & demum ipſe iudici. ibi, *par les mains deſquels leſdits iuges pourront prendre, ce qui leur ſera taxé raiſonnablement.* alioqui pars poſſet magnam ſummam dare, quæ poſteà non veniret in taxationem: vt igitur hæc taxatio parti computetur, neceſſarium eſt ſic fieri, & non niſi his obſeruatis poſſunt iudices aliquid à litigantibus exigere.

IDEM, *Article XLIIII. des publiées M. D. XII.*

Articu. ſecundus.

ITEM, *& ainſi qu'auons entendu, quand aucun rapporte quelque procés es Cours deſdits Seneſchaux, Baillifs & autres iuges du reſſort de Tholouſe, & les eſpices luy ſont taxées, ceux contre leſquelz la ſentence eſt donnée, qui doyuent payer leſdittes eſpices, ou partie d'icelles, ſe portent pour appellans tant du principal, que deſdittes eſpices &*

taxation

& taxation d'icelles: pour empeſcher que ledit rapporteur ne ſoit payé deſdittes eſpices, & pour coulourer leurdit appel, diſent qu'elles ſont trop exceſſiuement taxées. Au moyen de quoy pluſieurs gens de bien ne veulent prendre la charge de rapporter aucuns procés, doutans eſtre fruſtrez de leurſdittes eſpices: Nous voulons, & ordonnons que quand aucun appellera deſormais de la taxe deſdittes eſpices, diſant qu'elles ont eſté trop exceſſiuement taxées, ou autrement, que nonobſtant quelſconques appellations releuées ou à releuer, & ſans preiudice d'icelles, inhibitions faittes par vertu du relieuement en cas d'apel, que leſdittes eſpices ſoyent payées: & celuy ſur lequel elles ſeront taxées, ſera contrainct à ce faire: ſauf toutesfoys à recouurer par luy ce qui ſeroit dit en fin de cauſe auoir eſté exceſſiuement taxé,

GLOSSA VNA.

1 HIC VOCAT ſpecies honoraria iudicum, quia inſtar ſpecierum acuunt, & olim tanquam ſpecies gratis offerebantur, & quia modicæ ſpecies ſufficiunt eduliis, & obſoniis, ita & modica ſalaria pro his taxari debent ſportulis, cùm iudices alia habeant ſalaria. Doctor. in l. j. C. de ſportul. & ſumptibus. in diuerſi.iudic.fac.& de execut.lit.ſuffraganeis. *Spertulæ ſeu honoraria cur ſpecies gallicè vocentur.*

2 Tamen quidam hodie annonarij iudices plures aureos ſportulares exigunt, quos vix Midas perſoluere poſſet, nec duo quidẽ Aegyptij ſufficere, ob id pauperes reddũt litigantes; vt eſt text. in authen.vt differ.iudic.colla.ix.quos acerrimè deberent caſtigare ſupremæ Curiæ iudices.

3 Aduertendũ eſt, quòd ſi pro areſto interlocutorio pars ſportulas ſeu ſpecies perſoluerit, earum dimidiam partem exigere poterit ab aduerſario, ſi commune erat areſtum, & in vtriuſque vtilitatem, quamobrem dabuntur executoriales literæ ſoluenti contra partem aduerſam. *Sportulæ præſolutæ quando poſſint repeti à colltigãte.*

4 Si verò in areſto fuit dictum ſine expenſis tam cauſæ principalis, quàm appellationis, tunc is qui perſoluerit dicta honoraria, & ſpecies poterit à collitigante repetere pro ea parte, qua quomodum ex

areſto ſentit, quod relinquitur diſcretioni eius camerę, in qua prolatum fuit areſtum. ita fuit concluſum anno 1544. die vigeſimaſexta Iunij in Parlamento. Alia hic non addam, cùm hęc non ſint magni emolumenti: & hodie ſint iſta correcta per conſtit. Henric. moderni, ad quam nunc te reiicio. Benedictus ſit Deus in ſecula.

Areſtum.

Amen.

TRACTATVS DE ARESTIS ET OPPONENTIBVS CONTRA EA.

Des arreſts & des oppoſans contre iceux.

FRANÇOYS *Article CVIII. des publiées M. D. XXXIX.*

QVE *les tiers oppoſans contre les arreſts de nos Cours ſouueraines, s'ils ſont deboutez de leurs oppoſitions, ſeront condemnez enuers nous en l'amende ordinaire du fol appel, & la moytié moins enuers la partie, & plus grande ſi meſtier eſt, ſelon la qualité & malice des parties: Et contre l'execution des ſentences non ſuſpendues par appel, ſeront condemnez en vint liures Pariſis d'amende enuers nous, & la moytié moins enuers la partie, & plus grande ſi meſtier eſt, comme deſſus.* Articu. prim⁹.

GLOSSA PRIMA.

1 SCIENDVM eſt areſtum eſſe vocabulum gallicum, ſi- *Areſtũ eſt ſentẽtia ſuprema Curia.*
gnificans ſententiam ſupremæ Curiæ incorruptam, & in-
uiolabilem: vt docui in tracta. vt contractus & alij actus
gallicis concipiantur verbis. in ij. Tomo Comment. harum
Conſtit. ipſa enim Curia iudicat, ſicut Princeps eſſet iu-
dicaturus. l. vnica. ff. de offi. præfe. præto. ideò non licet ve-
nire contra areſta Curiæ, ſed ea cuſtodire omnes tenentur, tanquam ſacro-
ſancta, nec ab eis eſt recedendum, nec quidem appellandum. l. j. ff. à quib.
2 appel. non lic. † Sed aduertendum eſt, cùm dicitur hic in text. opponi con- *Interponere pro opponere Iure conſultorũ eſt, intercedere Budæi oppo nere genera liter.*
tra areſtum, intelligendum eſt loqui contra executionem areſti, vt infrà
fuſiùs declarabimus: & quamuis Budæus in annota. in Pandect. vtatur ver-
bo, intercedere pro opponere, tamen quia Iuriſconſult. non ſunt vſi, ſal-
tem non memini me apud eos legiſſe, ſed verbo interponere & opponere.
l. ij. ff. de exceptionibus. vt ſcripſi in tit. de verborum ſignifica. ideò nos ter-
minis Iuriſconſult. vtimur, & dicanicorum, cùm in forenſi verſemur iudi-
cio: generale autem eſt verbum opponere, & magis frequens: licèt variis
modis cognoſcatur contra areſta, quæ tractaui in trac. de literis ciuilib. in

Tertius opponit ſe contra areſti executionẽ.

j. Tomo Comment. in has Conſtit. & ſcripſi in tractatu, de reſcript. ar. vij. in ij. Tomo Commenta. in has Conſt. Curiam ſeptem modis de cauſis poſſe cognoſcere: ſed hic additur alius modus, videlicet per oppoſitionem.

Nam ſi opponat tertius contra areſtum, audiri debebit, quia areſtum 3
latum inter aliquos, non debet prodeſſe, nec nocere tertio, ſicut res inter alios acta aliis non nocet, neque prodeſt, l. quia. ff. de iureiurando. & in rubrica, res inter alios acta. quia non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, l. non debet. ff. de regulis iuris. non cenſetur enim eſſe latum contra inauditum: quare audiri denuo opponens debet, l. cùm quæritur. cum l. ſequenti. ff. de exceptione rei iudicatæ. nam Imperator ſtatuit his verbis, ea quæ ſtatuuntur aduerſus abſentes, non per contumaciam ſed denuntiationibus, nequaquam ex more conuentos, iudicatæ rei firmitatem non obtinere, l. ea quæ. C. quomodo & quando iudex. 4

Areſtũ cõtra inauditum non valet.

Abſenti nõ citato dictũ areſtum an valeat.

Si ergo nõ valeat areſtũ contra inauditu, neceſſe eſt vt is poſteà audiatur: ideò per oppoſitionem Senatus eum audiet, cùm non ſoleat in dicta cauſa Senatus areſtum proferre: quòd ſi fecerit, is qui prætendit intereſſe, interponere debebit, & illud areſtum ei non nocebit, niſi poſteà declaretur executorium contra illum, vt fieri ſolet. † imò etiam gloſſ. in dict. l. ea quæ. 5
dicit areſtum non valere pro abſente non citato, quia res inter alios acta, nec nocet nec prodeſt, per totum illum titulum, & definiri non poteſt contra partem inauditam. l. de vnoquoque. & ibi Hippol. numero 34. in viij. ampliat. ff. de re iudicata. multa in præfatio. adduxi in titulo. de citatio. ſuprà. videte text. & ibi doctores, in l. furioſo. ff. de re iudicata. & l. non eo minus. C. de procuratoribus. † Prætereà dicebat Menander Græcus, 6
qui priùs condemnauerit, quàm cauſam luculenter audierit, is malus eſt, quia malè credidit: ideò ne iniuriat fiat ei, qui non fuit auditus, poterit ipſe per oppoſitionem ſibi prouidere. Ex hoc articulo, tanquam ex equo Troiano magna circa practicam vbertas nobis enaſcitur circa opponentes.

Tertius tripliciter ſe opponit.

In hac materia oppotionum tres caſus trad iti ſunt à Barto. in l. ſi pro- 7
luſorio. §. i. ff. de appellationibus. qui præcipuè declarant totam hanc materiam. Primus caſus eſt, quia interdum tertius impedit ne cauſam, quã alius incepit, agat, ſeu defendat, & ſi ſua principaliter interſit, quia fortè eſt emptor, alius venditor, poterit ipſe agere ante litis conteſtationem, & alter defendere, ne agat. l. ſæpè. ff. de re iudica. l. Titia. ff. ſolut. matrimonio. ſi poſt litem conteſtatam veniat, quam ſciuit, & tunc poterit aſsiſtere agenti, ſed vt agat, non poterit impedire. l. ſolutionem. ff. de ſolu. de quo ſcripſi in trac. de ſent. prouiſ. in j. Tom. harum Conſtit.

Adiungere ſe poteſt tertius liti iã mota tripliciter.

Secundus caſus, ſi tertius veniat, vt aſsiſtat, quod etiam tribus modis 8
fieri poteſt, vel vt aſsiſtat, ne fiat colluſio, l. ſi ſuſpecta. ff. de inof. teſt. Secundò vt cauſam adiuuet ad victoriam, tunc is poterit aſsiſtere, & alia facere, quæ poſſet pars principalis, l. ſi parentes. & l. ſequen. C. de euictio. clemen. conſtitutionem. vbi Doctor. de electio. Vnde intra dilationem teſtes producere poterit, quos pars non produxit. gloſſ. in dicta. l. ſi ſuſpecta. in

princ

principio & l.principaliter.ij.C.de libera.cau.vbi Bald.& in auth.nũc ſi hæres.C.de litigioſis.ideò ſi præcluſa ſit via probandi principali, ita & tertio, cap.cùm ſuper.vbi Doctores, de re iudicata. Tertiò poterit aſsiſtere quis aſſumendo in ſe litem,cùm ad eum ſpectet principaliter,dicta l.ſæpè.& l.ij.C.vbi in rem actio.Anton.Bur.& alij,in cap.cùm ſuper.de re iudicata.facit l.ſi actor.ff.de procuratoribus.quia non debet alterius colluſione,aut inertia alterius ius corrumpi,l.ſi pariter.C.de liberali cauſa.

9 Itaque hic tertius debet in eo ſtatu ſine retardatione proceſſus recipi in quo lis eſt,nec debet renouari proceſſus.Bald.in dicta auth. nunc ſi hæres. in fin.& Alexander conſi.lxxxij.in cauſa.in fin. volumine primo. poſt Bart. & Imol.in l.à ſententia.ff.de appellationibus.

Tertius in eodẽ ſtatu recipitur in quo inuenitur proceſſus.

10 Si tamen proceſſus ſit ineptus,tertius non poterit illum ad aptitudinem reducere, nec eum proſequi, vtor verbis Bald.in dict.auth. nunc ſi heres. col.fin.C.de litigioſ.per cle.conſtitutionem.de elect.

Ineptus proceſſus non adiuuatur adiũctione tertij.

11 Et quamuis Iudex non fuiſſet competens quod ad tertium, tamen ratione oppoſitionis incidentis erit competens, per capitulum ſuper eod.de offic.deleg.l.à diuo Pio.§.ſi ſuper.ff.de re iudica.Arch.conſilio clxxxiij.pro clariori,colum.j.facit l.quoties.C.de iudic.niſi quis opponeret contra literas de debitis, tunc remitteretur opponens ad ſuum ordinarium, vt docet Maſuer.in tit.de remiſ.§.item ſi virtute.nume. 3. in praxi. ſcripſi in tract.de liter.oblig.artic.j.glo.oppoſitionis,in j.Tomo horum Commenta. in Conſtitu.Regias.

Competens ſit iudex q alias erat incompetẽs quo ad tertium opponentem.

12 Et ſic poterit quis non ſolùm opponere ante areſtum latum, ſi probet ſua intereſſe, ſed etiam poſt latum, quando non fuit auditus,l.j.C.de iuris & facti ignorantia.l.ſi rem.§.quolibet.ff.de euictio.quia vbi les non præſtituit tempus, ſufficit quolibet tempore,l.qui fundum.ff. de contrahen.emptio.l.in venditione.§.de tempore.de bonis authorita.iudi. poſsiden. Bart. in l.j.per illum text. ff. de aleæ luſu & aleato. Roman.conſilio cccxl.circa fin.colum.j.& Iaſon in l.Gallus.§.videndum.in princip.ff. de liber. & poſthumis.

Inauditus opponit & ante & poſt areſtum.

13 Si quis tamen ſciat ſuam agi cauſam,vel intereſſe,debet ſe opponere ante areſtum, vel ſententiam.alioqui poſtea non audietur. d. l.ſi parentes.C. de euictionib.Bart.in l.ſi proluſorio.§.j.ff.de appella. Ancha.in cle.conſtitutionem,de electio.Felyn.in c.cùm ſuper.de re iudica.

Acta nocent tertio qui præciuerat cauſam agi.

14 Ex quo infertur,quòd acta geſta inter alios præiudicant tertio, ſi ipſe ſciuit cauſam agi.d.l.ſæpè.ff.de re iudic. ſecus ſi ignorauerit, quia tunc etiam poſt dilationem poterit teſtes producere,& omnia agere,quæ ad ſuum ſpectant commodum.Bart.in d.l.ſi proluſorio.Math.deciſi. Neapol.ccxxxv.an tertius. niſi reus procuraſſet, & quæſiuit malitioſè aliquem tertium ignorantem.c.ij.in fin.vt lit.penden.in vj.

15 Etiam hic tertius ignorans cauſam agi publicatis atteſtationibus, poterit ſuper eiſdem articulis producere teſtes, licèt principaliter non,c.fraternitatis de teſti. clemen.ij.illo titul. Bart.in l.ſi proluſorio.§.j. ff. de appellationibus. quia ſicut ignoranti acta non præiudicant, ita nec publicatio,

Publicatis atteſtationib⁹ an producãtur teſtes.

quia

quia non cenſetur facta quoad tertium.Panormit. & Fely.in dicto cap. ve-
niens ij. de teſtib.

Teſtes vltra decē quando tertius producere poßit.

Imò etiam tertius poterit producere teſtes,ſi principalis decem produ- 16
xerit, quamuis lege Regia prohibitum ſit vltra decem teſtes ſuper vno fa-
cto producere, quia intelligitur quoad vnam perſonam, & vnum factum:
vt in tractat. de teſtibus ſuprà dictum fuit. facit capitul. conſtitutus. de te-
ſtibus.

Fortiùs ſi primus tranſegerit,vel inſtantiæ renuntiauerit,poterit tertius 17
cauſam proſequi,l.à ſententia.§.idemque reſcripſi.ff. de appellatio. multò-
magis interponere.

Trāſactione facta tertius non deſinit proſequi.

Executio an impediri poſſit per tertium appellantem.

Tertius caſus eſt, quando poſt ſententiam tertius venit ad impedien- 18
dum executionem ſententiæ:& tunc intra tempus veniens appellare pote-
rit,l.à ſententia.ff.de ap. vel ante executionem factam ſe opponere, vt hic
dicitur:vnde ſcribit Io.Ferra.in ſua praxi.in forma exec.ſen.defini. his ver-
bis,labor eſt obtinere ſententiam, ſed grauiùs eſt illam executioni deman-
dare.nam per cauilloſas perſonas multa opponuntur contra executionem.

Opponere is cōtra quē latū eſt areſtū an poſſit.

Opponit interdum is contra quem latum eſt areſtum in executione, & 19
non auditur,l.j.& ij. C. de execu.rei iudica. niſi fortè dubium areſtum fue-
rit, vtpote ſi quis condemnatus fuerit ad fructus, quos liquidare oportet,
& tunc ſi executor vult exequi non facta liquidatione, opponi ſolet con-
tra areſtum, etiam ab alio, contra quem latum eſt: vt alibi dixi in tract.de
ſentent.execut.& articul. j. de liter.obliga.in primo Tomo Commentar.in
has Conſtitut.Regias.

Tertius opponens quādo iure ſe opponere dicatur.

Item poſt annum auditur etiam is,contra quem latum eſt,opponens cō 20
tra areſti executionē,teſte Maſuer.in titul.de execu.§.item contra areſtum.
nume.36.ſcripſi alios caſus in tract.except.in exceptionibus quæ opponun
tur vt in executione.vide quæ ſcripſi in tractat. de literis ciuilibus in gloſſ.
vltim.in j. Tomo horum Commenta.

Interdum opponit tertius, contra quem areſtum expreſsè latum nō eſt, 21
& de hac oppoſitione loquitur iſte text.nempe ſi iure opponat. nam quod
iure factum eſt pœnam non meretur,ſed opponens obtinebit,l·Gracchus.
C.ad leg.Iul.de adult.ſi verò perperam opponat, vt inferiùs docet iſte tex.
punietur & mulctabitur.

Sed quando iure opponere dicatur? Reſpon.ſi agatur de ſententia pro- 22
lata in actione in rem,ſi res à nullo poſſidebatur, vt pote quia res erat va-
cans,vt hæreditas,præbenda, & tunc opponens impedit executionem.l.fi.
C.de edict.diui Adria.tol.ſi verò res erat poſſeſſa à tertio, & tunc oppoſi-
tio tertij impedit executionem,l.ob maritorum. C. ne vxor pro marit.& d.
l.ſæpè.ſi autem tertius non poſſederet rem,ſed condemnatus,oppoſitio ter
tij hoc caſu nō impediet executionem cautione præſtita, iuxta l.ſi is à quo.
ff.de rei vendica.vt inferiùs dicam.

Summariè tractanda eſt oppoſitio reiectus an

Si verò executio fiat in actione perſonali, vt pote in locato, mutuo, & 23
aliis, tertius opponens impediet executionem, & ſummariè: & de plano
tractari hæc oppoſitio debebit, l. à diuo Pio. §. ſi ſuper.ff.de re iudicat.vbi
Bartol.& alij.

Sed

24 Sed quæ ſunt illa,quæ poſſunt opponi in executione?Reſpon.exceptiones ortæ poſt ſententiam interponi poterunt. *Exceptiones quæ poſſunt opponi in executione.*

25 Illæ verò quæ competebant ante ſententiam minimè. nam exceptiones peremptoriæ ante ſententiam opponi debent.l.peremptorias.C.ſenten.reſcin.non poſſe.c.exceptionem. de excep. quod limitatur in quibuſdam caſibus ibidem deſcriptis.& in l.j.C.de iur.& facti igno.quos amplè in tracta. excep.tractaui. & ſi pars vellet ſtare iuramento victoris non tenetur iurare, per l.in contractibus.§.illo. & gl. in l. generaliter. C. de non numer. pecu. quia poſt probationem non tenetur quis ſubire iuramentum, quod in locum probationis ſuccedit,nec valeret in hoc conſuetudo.cap.ij. de proba. vide tamen quæ dixi in articul. j. gloſſ.xj.de liter. obliga. in primo Tomo. Comment.ad has Conſtitu.

26 Decem effectus oppoſitionis ſcripſi in tract. de ſentent. prouiſ.artic. iij. glo.ix.in d.primo Tomo Conſtitu.Regia. *Ius opponendi quando quis habere cenſeatur.*

S'il ſont deboutez de leurs oppoſitions.

GLOSSA III.

1 EX HOC text.colligitur. quòd opponens reiici debet à ſua oppoſitione, quando ius non habebat. Opponendi ius habere cenſetur,ſi res de qua agitur ſit ſua, vel aliquod ius in ea habeat,ſeu intereſſe ſua putauerit,dict.l.ſæpè.& l.à diuo Pio.§.ſi ſuper.ff.de re iudic. *Sententiis etiam tribus latis,poteſt tertius ſe opponere.*

2 Et tunc is audiri debet ignorans,etiam ſi tres latæ eſſent ſententiæ conformes contra alium. Cardinalis & alij,in dicta clemen.prima.de re iudic. quia non cenſentur latæ contra inauditum tertium, ideo is audiri debet. Felyn.in cap.veniens.ij.in tertio notabili. de teſtibus.

3 Vnde ſententia alimentorum, & alia prouiſionalis & executoria, non erit executoria contra tertium inauditum, dict.l.à diuo Pio.§. ſi ſuper.Felyn.in ij.notab.in dict.cap.veniens.ſcripſi in tracta. de ſenten. prouiſ. artic. primo & recredentia contra vnum lata, non dabitur executioni contra tertium: vt ſcripſi in articulo primo, & de ſentent. exc. in primo Tomo Conſtitu.Regiar. *Executoria quamuis ſit ſententia, nõ eſt exequenda contra tertium.*

4 Imò ſi iudex præciperet, vel apparitor huic tertio, vt ſolueret in vim ſententiæ contra alium latæ, perperam ageret, & poſſet hic tertius appellare: vt cenſuit Senatus contra officialem Lugdunen. qui ſic iudicauerat, & præceperat,anno 1534.die 17.Aprilis. *Apparitor vi ſententiæ nihil poteſt in tertium. Areſtum.*

5 Sed ſi quis ſe opponat contra ſententiam non executoriam, & executor pronuntiet eam data cautione executoriam, ſi is tertius appellet non fiet executio contra illum,ſed debet recipi ad concludendum in cauſa appellationis,ſicut in proceſſu in ſcriptis,quia non eſt lata ſententia in cauſa principali contra eum.& ita iudicauit Senat.anno 1521. die 2. Decembris, ex appellatione emiſſa à domi. Ludo. Regnier Conſiliario & executore ad hoc commiſſo,quod eſt notandum. *Executio contra tertium appellantem non fit. Areſtum.*

Et ſic

Praxis oppoſitionis cõtra tertiũ.

Et ſic notandum eſt quòd ſi quis ſe opponat contra ſententiam execu- 6
toriam coram mero executore,id eſt apparitore, tunc non obſtante oppo-
ſitione ſententiam exequetur:vt ſcripſi articul.j.tractat.de liter.oblig.ſed ſi
pars appellet ab executione, propter reuerentiam appellationis viator de-
bet ſubſiſtere:vt ibidem abundè ſcripſi.

Opponens reiectus an repetere poſſit ſuam exceptionem.

Si verò obligatio non ſit executoria, & quis opponat corã apparitore,is 7
debet dicere diem opponenti,ad dicendum cauſas oppoſitionis coram iu-
dice à quo emanauit ſententia,vel executio.

Si autem quis opponat coram Conſiliario, aut alio habente iuriſdictio- 8
nem,tunc is de cauſa oppoſitionis cognoſcet,& partes audiet. cap.de cæte
ro.de re iudic.& hic interdum refert Curiæ,poſtquàm partes audiuerit, &
Curia ſuper ipſa oppoſitione ſtatuit,& tunc non appellatur, ſecùs quando
Conſiliarius datus executor aliquid ſtatuit.

Iudex ſecularis an à nullitate ſententiæ eccleſiaſtici cognoſcere poſſit,vel econtra.

Sed dubium eſt,an audiri poſsit opponens, ſi denuo agere velit, poſt- 9
quàm fuerit reiectus à ſua oppoſitione?Reſpond.non, ſi plenè eſt de oppo
ſitione cognitum,ſecùs ſi ſummariè,& per modum prouiſionis aliquid fue
rit pronuntiatum.l.ſi autem.in.fin. ff. de negot.geſt. l. quod in diem.in fin.
de compen.vel poterit opponens repulſus à iudice inferiore appellare,per
l. à ſententia. ff. de appellat. Petr.de Ferra. in forma execut. ſentent.defi-
nit.verſic.ſed pone quòd apparente contradictore. † non poterit iudex ſe- 10
cularis cognoſcere de nullitate ſententiæ iudicis eccleſiaſtici,nec ècontra-
rio, per tex.in cap.fin. de except. libr. vj. & an executor poſsit de nullitate
ſententiæ cognoſcere, vide tex.in capitul.de cætero.vbi Panormita.& Fe-
lyn.abunde tractant de re iudica.Franciſc.Marc.deciſio. Delphi.xxix.in ſe-
cunda parte.

Seront condemnez enuers nous en l'amende ordinaire du fol apel.

GLOSSA III.

Temerè opponens contra areſta ad ſexaginta libras mulctatur.

ISTE articulus extendit pœnam temerè appellantis, ad temerè 1
opponentem contra areſtum ſupremæ Curiæ, quod debet incor-
ruptum inuiolatúmque permanere: ſi tamen quidam ſtolidus op-
ponat contra illud, ad ſexaginta libras condemnari debet, ſi dictum fuerit
perperàm oppoſuiſſe, vel reiectus fuerit à cauſis oppoſitionis, & fuerit di-
ctum areſtum executorium non obſtantibus allegatis in contrarium: hoc
eſt maximè ſtatutum propter Curiæ ſupremæ reuerentiam, & vt malitia
opponentium præcludatur,qui ſolebant paſsim contra areſta opponere, &
vt via litigandi ſine cauſa tollatur,& ne areſta illuſoria fiant.l.ſi prætor.ff.de
judic.

Appellans temerè non incidit ipſo iure in mulctam.

Sed an requiratur condemnatio huius mulctæ? Reſpond. requiri, & 2
mulctæ declaratio debet per iudicem fieri per capit. cum ſecundum leges.
de hæreti.in ſexto, nam quamuis hæc Regia lex imponat pœnam, vult ta-
men vt condemnentur temerè opponentes per iudicem. Ita probat iſte
text.ibi,*ſeront condemnez*,ergo requiritur condemnatio. Ab hac tamen de-
claratione

claratione mulctæ poterit appellari:excepta à Curia ſuprema,per l. ſi qua mulcta.ff.de verbor.ſignifica.vbi abundè ſcripſi.

Hæres an poſſit opponere contra ſententiam latam in defunctum.

3 Quæro an hæres opponere poſsit contra ſententiam latam in defunctum? Reſpond. non videtur, quia eadem perſona cum defuncto cenſetur.textus in authentic.de iureiurando à moriente præſtito. collation.v.l.hæredem.ff. de regulis iuris. gloſſ.in l.& an eadem. de exceptio. rei iudica. & hoc eſt verum in ſucceſſore vniuerſali.l. miles.in fine.ff.de re iudica.

4 In ſucceſſore verò ſingulari, vide per textum in l.ex contractu. ff. de re iudicata. & in l. ſi mater. in fine. & l.exceptio.ff.de exceptione rei iudicatæ. Bartolum, in l.creditores. C.de pignor.vide quæ ſcripſi in tractatu de literis obligator.in articul.octauo,& ſequenti,in primo Tomo commenta.in has Conſtitutio.& Deci.conſil. ccccxlv.in caſu. colum.vj. nume.29.& ſequen.

5 Sed ſi hæres oppoſuerit,an ad mulctam ſit condemnandus? Quòd non videtur, quia iuſtam ignorantiæ cauſam habere videbatur,l. qui in alterius.ff. de regul. iuris. & hic tex. requirit malitiam. ibi, *ſelon la qualité & malice des parties.* Alij dicunt iſtam partem referendam ad condemnationem maiorem ſecundum qualitatem maliciæ, ſed ad pœnam ordinariam non excuſari:ideò arbitrio iudicis relinquēdum eſt,ſi bona fides adfuerit quod excuſetur, alioqui vix eſt vt non teneatur.

Et la moitié moins enuers la partie, & plus grande, ſi meſtier eſt, ſelon la qualité, & malice des parties.

GLOSSA IIII.

Temerè opponens condemnatur etiam ad xxx. libras parti applicandas.

1 OPPONENS temerè, quia partem grauauit in hac temeraria oppoſitione,debet condemnari illi ad mulctam triginta librarum, quæ eſt dimidia mulcta temerè appellantium,& in maiori ſumma condemnari poterit ꝑ malitia partis opponētis,& ſic tā fiſco,cuius authoritatem lædit, opponendo contra ſtatuta per ſuos ſummos iudices,mulcta debetur, quàm parti. alibi dixi quare maior detur fiſco,quàm parti,in tractatu de reſcript. articul. tertio. gloſſ. ſeptima, ſuprà in ſecundo Tomo harum Conſtitutionum.Conſideret ergo iudex, an aliqua cauſa poterit iſtum opponentem excuſare: & tunc remittenda eſt pœna, ſaltem mitiganda. ſi verò nulla appareat cauſa iuuans oppoſitionem, tunc ad mulctam eum condemnabit, & ſi iudex in hac oppoſitione videat partis opponentis malitiam, ad maiorem mulctam eum condemnabit:hic eſt intellectus textus.

Et contre l'execution des ſentences non ſuſpendues par appell, ſeront condemnez en vingt liures

Pariſis d'amende enuers nous , & la moytiè moins enuers la partie, & plus grande ſi meſtier eſt comme deſſus.

GLOSSA VLTIMA.

Temere ſeſe opponẽs cõtra ſententiam quomodò puniatur.

SVPERIVS loquutus eſt de malè opponente contra arestum, hic verò loquitur de opponente contra ſententiam inferiorum iudicum appellatione non ſuſpenſam, & ſic quæ tranſiuit in rem iudicatam, vt ad viginti libras cõdemnari debeat opponens erga fiſcum, & ad decem erga partem, quia hic non tantum offendit, ſicut is qui interponit contra ſupremi Senatus ſententiam, id eſt areſtum. 1

Appellatio à ſententia etiam quæ tranſit in rem iudicatam recipitur.

Tertius ignorans cauſam agi poteſt pro ſuo intereſſe appellare, etiam à ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, quia quoad eum non dicitur tranſiuiſſe in rem iudicatam. l. à ſententia. ff. de appellationib. capitul. cùm ſuper. de re iudic. etiam ſi clauſula, appellatione remota, eſſet appoſita, quæ non habebit locum quoad tertium. per tex. ſingul. in cap. ſuper eo. in fin. de officio delega. capit. audita. vbi Panormita. de reſtitutione ſpoliatorum. 2

Iuramentũ de notitia.

Debet tamen iurare iſte tertius, quòd à decem diebus citra habuit notitiam dictæ ſententiæ, à qua, cùm poſsit lædi, appellat, Bartol. & alij in dicta l. à ſententia. quia ſi tertius ſciuiſſet cauſam agitari, & non comparuiſſet, poſteà non audiretur. l. ſæpè. ff. de re iudicatâ. & cap. quamuis. illo titul. vt ſuperiùs dictum fuit. † Ex hoc patet, quòd ſi iudex præſumeret malitiam contra tertium volentem impedire executionem ſententiæ, adhuc deberet illum audire, & eum recipere: nec debet eum excludere, quia hic imponitur pœna, ſi malè opponat. ergo debet recipi opponens, etiam ſi iudex hoc certò ſciret, quia pœna huius textus contentus eſſe debet: alioqui eſſet in facultate iudicis, iſtam pœnam tollere, non recipiendo partem ad oppoſitionem, & tamen text. vult, vt recipiatur ſoluendo pœnam: & ita ſeruatur in forenſi iudicio, quicquid dicat gloſſ. & Docto. in capitul. ſuper eo. in fine. de officio deleg. quia à iure non erat impoſita pœna opponenti, vt hic. Imò ſi iudex ipſum opponentem repelleret, poſſet opponens appellare, & iuſta eſſet appellatio. 3 4

Iudicis non eſt repellere opponẽtem.

Appellationem interpoſitam à parte proſequitur tertius.

Sed ſi pars appellauerit, poterit tertius pro ſuo intereſſe proſequi appellationem à parte interpoſitam, parte etiam inuita. caſus not. in ca. veniens. ij. de teſti. Bartol. in dict. l. à ſententia. §. idemq; reſcripſit, & l. ſi proluſorio. §. j. ff. de appella. 5

Tertius ſua intereſſe probare debet, & quomodò.

Et ſic tertius impedit executionem non ſolùm in petitorio, ſed etiam in poſſeſſorio. dict. l. à diuo Pio. §. ſuper. ff. de re iudicat. Domi. de Rota deciſi. 20. de reſtitut. ſpoliator. incip. fuit dubitatum. per capitu. j. in fin. de reſti. ſpoliator. in vj. Dummodò probauerit ſua intereſſe, & in hoc caſu initio probari debet antequam audiatur. Rota. deciſio. 4. incipient. nota quòd vbi dicit ſe aliquis. de reſtitutio. ſpoliator. in antiquiorib. & 6

in

in hoc probatio ſummaria ſufficit, nec requiritur plena. d. l.à diuo Pio. §.ſi ſuper.imò per iuramentum,vbi nullum eſt, vel modicum præiudicium poterit probari.arg. l.Theſaurus.ff.ad exhib.Bar.& alij in d.l. à diuo Pio.
8 §.ſi ſuper.† Et tripliciter poteſt alicuius intereſſe. Primò quoad plenum præiudicium.l. penultima.ff.de re iudicat.vt de emptore & venditore. Secundò poteſt intereſſe etiam in poſſeſsione,quam poſſeſſor perdit,& tunc opponere poterit.d.§.ſi ſuper. & l.ob maritorum. C.ne vxor pro marito, vt ſtatim dixi. Tertiò poteſt intereſſe quoad quale preiudicium, vt in l. ſi duo.ff.de iureiur.l.à ſententia. ff.de appella. & tunc ſufficit ſummariè probare intereſſe. *Intereſſe poteſt alicuius tripliciter.*

9 Sed opponens poſteà tenetur plenè probare rem eſſe ſuam, ſi non ſit poſſeſſor,quia hoc dicit,ergo probat,l.ei qui.ff.de probationibus.Ioã.Fabri.in l.prima.C.de priuileg.fiſci.Chaſſa.in conſuetudi.Burgund.in titul. *des rentes*.§. final.in gloſſ.vltima.ſed poſſeſſor non.l.final. C.de rei vendicatione.

10 Si tamen victor præſtet cautionem victo de reſtituendo rem tertio, in caſu quo vincat, appoſitio tertij non poſsidentis rem, non impediet ſententiæ executionem,per textum in l.is à quo.ff. de rei vendicatione. & hoc etiam in beneficialibus ſeruari docet Innocen.in cap.j.de conceſſione præbend. in ſexto.& Panormita.in cap.veniens.ſecundo, columna tertia.de teſtibus.declarat & limitat Fely. ibi.& in capi.cùm ſuper.columna quarta.& Anto. Tremol.in additi.ad practicam de Bonacurſo,in titu. de impedi.execu.verſicu.idem dici poteſt in conuento. De opponẽtibus contra præconia abundè ſcripſi in tracta. de præco.in ij.Tomo,quæ ibi videri poſſunt. *Cautio præſtita iuuat executionẽ contra tertium.*

FRANCOYS *Article CIX. des publiées M. D. XXXIX.*

Semblables condemnations ſeront faittes contre ceux, qui ſans cauſe baillent requeſtes, pour faire corriger, & interpreter, changer, ou modifier les arreſts donnez par noſdittes Cours, qui ſeront deboutez de l'enterinement de leurſdittes requeſtes. Articu. ſecundus.

GLOSSA VNA.

1 STATVIT vt ſimimilis pœna decernatur contra eos, qui ſupplicarunt, vt areſtum corrigeretur, mutaretur, moraretur, ſeu interpretaretur, ſi perperàm ſupplicauerint. probatur in l.ij.C.de legib.ibi: ſi ab aliquo retractetur,notam infamiæ ſubituro,qui vel aſtutè ea interpretari voluerit. & hoc eò ſtatuit, ne aliquo modo differatur, vel impediatur areſti executio. nam per tot ſupplicationes, quas partes offerebant Curiæ,impediebãtur ipſæ cognoſcere de aliis cauſis, & eluſoria erant areſta, ideò ſtatuit, vt hic. *Supplicans areſti correctionem ſubmittit ſe mulctæ.*

Areſtum.

Impetrans reſcriptum ad diffugiẽdam areſti executionẽ punitur.

Vnde anno 1551.die vij.Auguſti, fuit dictum, & factum præceptum à 2
Senatu, domi.de Boyſi, ſub pœna decem mille librarum, vt perſonaliter compareret in Curia, reſponſurus procuratori generali Regis, fuit etiam data ꝓcuratori eius domus ꝓ cuſtodia & carcere, & ꝙ ſolicitator eius caperetur etiam in tra loca ſacra: eò quòd poſt areſtum latum impetrauerat literas,præcipientes Senatui, ne executioni areſtum mitterent, in eluſionem Regis, & totius Curiæ: ſed fortè bonum fuiſſet ſtatuere, quòd is qui literas conceſſerat, veniret defenſurus literarum conceſsionem: nam qui me tibi tradidit,maius peccatum habet.

Et de iure punitur impetrans temerè reſcriptum, ſi mendax precator 3
exiſtat, l.& ſi legibus.C.ſi contra ius, cap.ij.& cap.ſedes. & ſequen.de reſcript.ſic & hic puniendus erit:alioqui datur materia impetrandi iſta reſcripta poſt areſta, & vexandi partes, vnde iis obuiari debet.l.conuenire.ff.de pact. dot.l. in fundo. de rei vendicatione. & tales literæ, vt areſtum non mandetur executioni, donec tale quid factum fuerit, non valent, tum quòd ſint contra conſuetudinem & ſtylum Curiarum ſupremarum, tum contra iura illarum, & contra honorem & reuerentiam earum, & contra ius:ideò inciuile tale reſcriptum erit, vt docet Guido Papæ in deciſ.Delphin.quæſtio.ccccxx.in hac curia.etiam quia cauſa euocabatur poſtquàm erat deciſa, contra ea quæ ſcripſi in tracta.de euoca.in primòTomo Commenta.ad has Conſtitu.

Executionẽ areſti præpedientes literæ Regiæ nõ valent.

Et ſic patet de iure non valere reſcriptum impediens executionem are 4
ſti,& ſententiæ Parlamẽti,l.reſcripta.& authentica,quæ ſupplicatio.C.de precib.Imper. offer.& l.probatorias.C.de diuer.offic.lib.xij.& in authen. vt diuinæ iuſsio.§.fi.colla.viij.& eſt iniuſtũ reſcriptũ & in ciuile,ideò non valet, vt ſcripſi in tracta.de reſcrip.in ij.Tomo Commen. ad has Conſtit. Regias. tolleretur enim ſic ius partis per iſta reſcripta:& quod Princeps nõ poteſt directò facere, per indirectum,id eſt,per iſta reſcripta faceret, & poſſet dici quòd Cancellarius, qui iſta concederet,eſſet vnum pecus Meliboei, & iniuriam faceret ſuo Principi,quia vellet eum ad tyrannidem inducere.Guido Papæ in dicto conſi.ccccxxix.in hac curia.

FRANCOYS, *Article CIX. des publiées M. D. XXXIX.*

Articulus vltimus.

ET *affin qu'il n'y ait cauſe de douter ſur l'intelligence deſdits arreſts,nous voulons & ordonnons qu'ils ſoyent faits & eſcrits ſi clairement, qu'il n'y ait, ne puiſſe auoir aucune ambiguité, ou incertitude, ne lieu à en demander interpretation.*

GLOSSA VNA.

Areſta clarè & non obſcurè concipiẽda ſunt.

STATVIT areſta planè debere eſſe concepta, vt locus am- 1
plius non ſit illorum interpretationi: ſuperiùs voluit vt gallicis conciperentur verbis, vt omnis obſcuritas euitaretur: hic vult ꝙ etiam illa verba vulgaria, tam planè concipiantur,

vt nihil

vt nihil difficultatis reſultet ſicut enim lex clara eſſe debet,tex.in authentica,de teſta,imperfect.§.j.collat. viij.ita & areſta & ſententiæ l.fi.§.quòd ſi actor.in fi.ibi,conſtitutio noſtra dilucida, & compendioſa in terris clareat omnibus.C.de iureiurando propter calum.dando. Lucas de Penna in l.eam.col.ij.C.de excu.mune.lib.x.

2 Poteſt eſſe iſta ambiguitas in facto, vel in perſona,vel in re.gl.&Doct. *Ambiguitas in quo conſtat.*
c.fin.xxxiij.diſtinct. ideò debent iudices,& Conſiliarij antequàm proferant ſententiam,illud dubium liquidare, vt l.j. & per totum. C.de ſentent.
3 quæ ſine cert.quãtit.profer. & in §.curare.de actio.in Inſtitu.† Poteſt etiã eſſe ambiguitas ſuper verbis, quæ multipliciter forte accipiuntur. Ideò obſcura,l.in ambiguo.ff.de rebus dubiis. vel quia generalia ſunt,& gene-
5 ralitas obſcuritatem parit.l. ita fidei.ff. de iure fiſci.& ad tollendum iſtas obſcuritates debent Conſiliarij aduertere, ne generalibus verbis concipiant areſta ſua,ſed apponant ſpecialia, & alia verba rei maxime conuenientia: & in hoc pendet laus & vtilitas iudiciorũ, & quandoque in cauda iacet venenum,vt dicit Ioã.Faber in rubri.de public.iudic.in Inſtitut. adeò vt plus difficultatis ſit in executione, quam in ſententiæ prolatione quod non eſſet, ſi iure, & planè, ac ſimpliciter conciperentur , & fierent ſententiæ, & areſta.

4 Alia hic multa dicerem de executione areſtorum, verùm quia multa in primo harum Conſtitut. Tomo conſcripſi, & in titulo *de l'execution des arreſtz*. infrà, ibidem videbis lector beneuole: ideò hic finem faciam, Deo optim. Maxim. & eius virgini glorioſæ, ac omnibus cælicolis maximas agens gratias, qui meum currentem animum ſic direxit, vt tertium promiſſum tibi Tomum breui expleuerim.

Amen.

Spes mea Chriſtus.